



D. DOMINICI ANTUNEZ PORTUGAL

J.C. PENAMACORENSIS,


QUONDAM PORTUENSIS SENATUS, POSTEA SUPREMI Domûs Supplicationis Senatoris, & appellationum, gravaminumque Expeditoris; nunc in Consilio Ultramarino Consiliarii, & S. Militiæ D. N. JESU Christi Equitis.

TRACTATUS DE DONATIONIBUS JURIUM ET BONORUM REGIÆ CORONÆ,

TOMUS SECUNDUS,

CUM INDICE DUPLICI, CAPITUM UNO, Altero rerum & verborum copiosissimo.

NUNC TERTIO PRODIT IN GALLIIS longè Emendatior.



LUGDUNI,
Sumptibus ANISSON, & POSUEL.

M. DCC. XXVI.

CUM PRIVILEGIO REGIS CHRISTIANISSIMI.



AD
LECTOREM.



PRODIT in lucem, benevole Lector, hic ſecundus de Donationibus jurium, & bonorum Regiæ Coronæ tomus, quem tibi promiſi in prima hujus tractatus parte. In eo de juribus minoribus Majeſtatis agitur, & de eorum Donationibus, bonorúmque Coronæ. Opus ſanè in quo adeò elaboravi, ut poſſeſſam valetudinem amitterem, ſed non ideò opus laudatur verùm ex varietate materiarum, & quæſtionum tractatione. Faxit Deus, ut tibi gratus liber, animíque mei ſinceritas, appareat, & aliquid utilitatis in Reipublicæ commodum offerat, ut ſic lucubrationum mearum præmium in ore tuo inveniam, cùm aliud expectandi rerum humanarum conſuetudo non præſtet ſpem.

VALE.





EXIMIO, SAPIENTISSIMO, EGREGIO, ac eruditissimo D. DOMINICO ANTUNEZ PORTUGAL, *gravaminum, in suprema Supplicationis aula Regia, Senatori emerito, nunc Augustissimi Domini Principis D. Petri dono, in ultramarino Tribunali, Consiliarii dignitate condecorato; nec non præclarâ Christi Ordinis cælaturâ insignito: secundum Tomum de Donationibus Regiis in lucem proferenti.*

ELOGIOLUM.

DONATIONES (Senator peritissime) quas vocas Regias, egregias utique dicerem, ac cedro dignas, cum aureo calamo ipsas mirabiliter exares: gemmant gemini Tomi, inæstimabiles eruditionis margaritas exuberantes: amarè gemant Viperæ (ita appello Invidos) obtrectationis venenum evomentes, ut miserè extabescant, ac pereant: perennent doctissima monumenta tua, velut sydera in firmamento Cœli, occasûs inexpertia, semper in ortu permanentia. Secundus editur Tomus, quem Primus ordine præcedit, at isti, ille gloriâ non cedit, sed dignitate æque præcellit: secundis (ut aiunt) auspiciis prodeat secundum hoc volumen: volet bonis avibus in universam terrarum sphæram, summam cunctis doctrinæ felicitatem allaturum: utrumque repetant litterarum studiosi, ut discant, imitentur Præceptores, ut edoceant; sequantur cujuscumque gradus Magistratus, ut decernant; venerentur scientiarum Coriphæi, ut obruantur Zoili: omnes denique tot donationum gazis locupletentur, nullusque, & si in ignotis degat orbis partibus; indonatus conqueratur: affatim namque regales promanant largitates, multiplicanturque Dominicæ concessiones, Dominico liberalissimo Dispensatore: & sanè æquum erat, ut qui nomine Dominicus præfulgebat, Dominicas manu sua effunderet donationes.

Tractatum jurisprudentiæ ærarium planè opulentum prodidit Antonius Thesaurus, prodigus Antunez, non Tractatus, sed Thesauros elargitat geminatos: & si Antonius ille (Thesaurus) habui pro nomenclatura, tu doctissime Senator cognomento (Antunez) nomine ac re, ipsum superas Thesaurum, nomine quia Antunez, quasi ante omnes, Antoniumque præeas: rę, cùm non tam Tomos, quàm Thesauros, pro donis, eroges duplicatos.

En opes, en divitias, quibus amplissimus Portugalis, sapientiæ invitat amatores, eoque pretiosiores, quò magis ingenii monumenta Indiarum gazas antecellunt; non merces ponit, venditandas emporio, sed imperio totius orbis promit munera, larga manu impertienda: nemo invitus, collatum sibi dono, renuat beneficium: etenim in eo, miræ (quibus animus recreetur) conflantur deliciæ, inhærent lenocinia, coalescunt oblectamenta.

Unum demùm, pro hujus qualis qualis elogioli coronide, prædicere ausus sum, quod, dum astra cœlum, dum flores prata, dum aves æthera, dum pisces æquora, dum conchylia littora adsociaverint.

Semper honos, nomenque tuum; laudesque manebunt.

Doctor Antonius de Tavares & Carvalho, in Regia Supplicationis aula, gravaminum expeditor, amicus officiosissimus dicat, & vovet.

CLARIS



CLARISSIMO VIRO,

DOMINICO ANTUNEZ PORTUGAL

Senatori, Alterum Tomum edenti de Donationibus, Regiis, &c.

Cujusdam Doctoris ex Societate JESU Authoris amici.

I. EPIGRAMMA.

Quæ tribuant aliis regalia munera Reges,
  Scribis, & ingenii Regia reddis ope.
Dignum Authore opus est, opere est quoque dignior Author,
  Nec thesis Authori proprior ulla foret.
Munera sublimes animos regalia produnt,
  Sublime ingenium nobile prodit opus.
Portugal ingenio es par Regibus; illa per orbem,
  Regia quæ spargis munera, penna probat.

Ejusdem Patris ex Societate JESU.

ALIUD EPIG.

Regia dona alio tractare volumine pergis,
  Non opus ad tantum sat liber unus erat.
Majus materies, majus tua fama theatrum
  Optavit, spatium est hoc ad utrumque minus,
Ergo si genium Regalia munera librum,
  Portugalis geminum fama requirit opus.
Primo orbem explevit libro tua fama, secundo
  Astris debueras inseruisse caput.

VALE.

LICENÇAS.

VISTAS as informaçoens que se houverão, pòdese imprimir o livro que tem por titulo *De Donationibus Jurium, & bonorum Regiæ Coronæ, Tomus secundus*, Authoro Doutor Domingos Antunæ Portugal, & impresso tornarà para se conferir, & se dar licença para correr, & sem ella não correrà. Lisboa o primeiro de Setembro de 1673.

Frei Pedro de Magalhaens. Manoel de Magalhaens de Menezes. Alexandre da Sylva. Manoel Pimentel. De Sousa. Fernã Corea de la Cerda.

POdese imprimir como pede. Lisboa 2. de Mayo de 1674.

A. Arcebispo.

EX supremi Tribunalis sacri Palatii decreto, tomum secundum *de Donationibus Jurium, & Bonorum Regiæ Coronæ*, Authore Doctore Dominico Antunez Portugal, olim gravaminum expeditore, nonc, Regio Consiliario meritissimo, litteris omnibus affabrè expolito, majori qua potui circonspectione, vidi, & perlegi, & in eo nihil Regiis sanctionibus adversum inveni, immò est opus, sanè suo Authore dignum, non solùm eruditum, & affluenter elaboratum, sed juris Professoribus, & Reipublicæ non parum otile, ideoque dignissimum ut in totius Lusitaniæ decus, & commune orbis commodum prælo mandetur. Sic censeo. Ulyssipone die 30. Julii anno Domini 1674.

Ludovicus de Oliveira à Costa.

QUe se possa imprimir, vistas as licenças do S. Officio, & Ordinario, & depois de impresso tornarà a esta Mesa para se conferir, & taxar, & semisso não correrà. Lisboa 30. de Julho de 1674.

Magalhaens de Miranda. Roxas.

POde correr. Lisboa 28. Junho 1675.

Manoel de Magalhaens de Menezes. Manoel Pimentel de Sousa. Manoel de Moura Manoel. Fr. Valeiro de S. Raimundo.



ELENCHUS



ELENCHUS CAPITUM QUÆ CONTINENTUR in hoc Libro tertio.

nibus accessum ad illud mare, vel littus. Jus naturale an aliquo casu mutationem recipiat. Distinguitur inter jus gentium obligativum, & privativum, & permissivum. Defenditur jus quæsitum à Lusitanis in mari Occeano ad prohibendum, ne externæ nationes accedant ad Indos, nec possint navigare ad conquisitiones Lusitanas, & agitur de jure quod habent Veneti in mari Hadriatico. Defenduntur concessiones Summorum Pontificum factæ Lusitanis, & transcribuntur Bullæ Summorum Pontificum. p. 31.

CAPUT IX.

Agitur de venatione, piscatione, & jure aucupii. Venatio unde dicta sit, & de quinque speciebus illius, quæ declarantur. Venator qui fundum alienum ingressus non obstante prohibitione domini, si avem, vel feram capit, an teneatur restituere domino avem, vel feram in foro poli, vel conscientia. Feræ fiunt ejus qui illas capit & de fera quæ incidit in aquam. Agitur de feris quæ sunt mansuetæ, & de his quæ in vivariis, vel stagnis detinentur, & quando dicantur esse in dominio, & quando dicantur exire à potestate domini. Columbæ, apes, & alia animalia, quæ solent redire, quando retineantur in dominio, & quando eas capiens furtum committat. Quæritur, an venatio, aucupium, & piscatio possint à principe prohiberi, & an de consuetudine hoc jus pertineat ad Principem, & quibus temporibus, & qua de causa. Inferiores non possunt prohibere venationem, & piscationem, & quando jus prohibendi censeatur donatum. De laudibus Venationis quæ Princeps parcè, & cum moderamine venandi voluptate uti debet. Pœna contra venantes in locis à Rege prohibitis debent esse leves, non corporales. Clerico venatio est interdicta, & quando. Monachis non est licita venatio etiam, causa recreationis. Leones, ursi, & lupi, & alia animalia nociva, possunt capi ab illis quibus venatio non permittitur. Jus piscandi non pertinet ad Regalia, sed tantum redditus piscàtionum. Pascua publica ad quem pertineant, & an domini terrarum in illis se intromittere possit, & quomodo prohibeantur quod non possint habere prima, & animalia in terris suis. Civitates, & oppida an habeant jus pascuorum in territorio. p. 61.

CAPUT X.

Palatia deputata in oppidis, & civitatibus ad justitiam ministrandam sunt de Regalibus. Item palatia, & domus habitationis Principis. Palatia unde dicantur, & qui primus palatia ædificavit. Palatia Principum gaudent immunitate, ut ex eis delinquentes non extrahantur sine licentia speciali Principis. Quomodo puniantur offendentes aliquem in palatio Principis. Et alia de palatiis, seu prætoriis. p. 74.

CAPUT XI.

De utilitate salis, & ejus excellentia, & variis salinarum speciebus. De diversis generibus salis. An salinæ existentes in loco publico, vel privato sint de Regalibus. De vectigali imposito in sale, & quod pertinet ad Regem. In aliis Regnis Principes sibi usurparunt omnes salinas, & quid in Castella. De coactione facta privatis ad vendendum salem Regi. Rex noster adquisivit jus ad transportandum salem in nostras navigationes, vulgò Conquistas, quod aliis non licet. p. 76.

CAPUT XII.

Agitur de venis, seu fodinis metallorum, & an inventa in solo privato pertineant ad dominum. Decima metallorum est de Regalibus; & pertinet ad fiscum. Fodinæ auri, argenti, & aliorum metallorum, & lapides pretiosi pertinent ad Regalia. De investigatoribus metallorum Dominus fundi quando præferatur in quærendis venis. Quid solvere debeat inventor fodinarum in alieno fundo, & quid si fodinæ reperiuntur in loco publico. Et quid de auro invento in ripis fluminum. Venæ metallorum quando veniant in donatione. p. 78.

CAPUT XIII.

Thesaurus quid sit, & quomodo accipiatur, & quid comprehendat. An depositio pecuniæ abscondita sub terra thesaurus sit, & an thesaurus inter bona vacantia connumeretur. Thesaurus inventus in proprio, vel alieno fundo, ad quem pertineat. Thesaurus inventus data opera in loco publico, an pertineat inventori. Maritus qui constante matrimonio in fundo dotali thesaurum invenit, an uxori teneatur restituere. Discutitur an maritus sit dominus bonorum dotalium. Et quid si res dotalis æstimata in dotem data fuit. Emphyteuta, vel feudatarius an lucretur thesaurum ab eo inventum in fundo emphyteutico, vel feudatario, vel teneatur domino directo, & quid si dominus directus inveniat. Thesaurus inventus in fundo majoratus cujus sit. Inventus in loco sacro, vel religioso ad quem pertineat. Loca sacra, vel religiosa, quæ antiquitus dicebantur. Et quid si thesaurus inveniatur in fundo pertinenti ad Ecclesiam, vel in ipsa Ecclesia. Et quid de thesauro invento in fundo hipotecato, vel pignori dato. An thesaurus inventus in fundo vendito pertineat ad emptorem vel venditorem, vel saltem venditor agere possit remedio regis 2. Cod. de rescind. vend. De thesauro invento magicis, & malis artibus. In Lusitania circa thesaurum servatur jus commune, & tantùm pertinet thesaurus ad Principem in casibus juris communis, licèt in aliis regnis de consuetudine aliud servetur. Lapilli, Gemmæ, & ambarum inventum in littore, non Regi, sed occupanti acquiruntur. Agitur de animalibus deperditis, & de rebus naufragio amissis ad quem pertineant. De rebus habitis pro derelictis, & de procuratore constituto ad emendum an sibi acquirat. p. 81.

CAPUT XIV.

Bona vacantia quæ sint, & quando ad Principem pertineant. De missilibus quæ solent in vulgus spargi, & ad quem pertineant. De bonis hæreditatis jacentis, an inter vacantia accipiantur. Hæreditas jacens an possit incipere possidere, vel præscribere. Res communes veniunt appellatione bonorum vacantium. p. 102.

CAPUT XV.

De his qui ab intestato decedere dicuntur. Intestatus dicitur qui cum posset, testamentum non fecit. Impubes, furiosi, & alii qui testari non possunt, an dicantur ab intestato decedere. Intestatus dicitur qui non ritè fecit testamentum. Proximus pubertatis an de licentia Regis testari possit, & quid in Rege proximo pubertati. De testamento furiosi. De testamento ebrii, & de prodigo cui bonis est interdictum. De filiofamilias an etiam de consensu patris possit facere testamentum. Et quid de filiofamilias Clerico. De testamento obsidis, muti, & surdi à nativitate. De Monacho an possit testari etiam quando ex indulto Papæ degit extra claustra Monasterii. De Equitibus Ordinum Militarium & militibus Hyerosolimitanis. Condemnatus capitaliter fugiens ad exteros an testari possit. De usurarii testamento, & de hæretico, & expulso à Regno, & naturalitate. p. 106.

Capitum.

tem fuit condemnata, non alias. In condemnatione amissionis bonorum mobilium, & immobilium quando veniant, vel non, jura & actiones. Condemnatus in confiscatione bonorum integre manente statu, potest alia bona acquirere. Discutitur an quando pœna confiscationis imponitur ipso jure, confiscentur tantùm bona quæ delinquens habebat tempore delicti, vel etiam tempore sententiæ declaratoriæ? Jura conditionalia an veniant in confiscatione. Jura conditionalia passiva an transeant in fiscum. Publicatis bonis emphyteutæ, an veniat emphyteusis in confiscatione. Melioramenta an pertineant ad fiscum publicatis bonis emphyteutæ qui ea fecit, & quid si emphyteuta incidit in commissum. Bona censualia an veniant in confiscationem. p. 169.

CAPUT XXIII.

Utrum confiscatis bonis filiifamilias veniat in confiscationem legitima in vita patris, peculium adventitium, & profectitium. Legitima an debeatur in vita patris. Quando legitima assignata filio à patre, veniat in confiscationem ex filii delicto qui exierat à potestate patris. De peculio profectitio. Adventitium an publicetur. Recensentur casus in quibus patri non quæritur usufructus bonorum adventitiorum filii, & quando filius conferre teneatur Usumfructum adventitiorum quem pater remisit. Pater non habet usumfructum in bonis à Rege donatis. Quando extincta patria potestate extinguatur usufructus. An publicatis bonis ob delictum patris veniat in confiscationem usufructus bonorum adventitiorum filii. p. 186.

CAPUT XXIV.

Utrum confiscatis bonis filiifamilias, confiscetur ejus peculium castrense. Declaratur quod sit peculium castrense. Confiscatio quoad formam est in duplici differentia. Plura de peculio castrensi, & quando pater illud occupat. p. 195.

CAPUT XXV.

Utrum confiscatis bonis patris, reservanda sit filiis legitima, & an jus adeundi, & hæreditas non adita transeat ad fiscum. Filii quando ob crimen læsæ Majestatis parentis privantur legitima, & notantur infamia. Jus adeundi est quid personale inseparabile à persona cui adhæret. Inter jus adeundi, & jus se immiscendi in hæreditate paterna datur magnum discrimen. Filii in sacris paternis quando transmittant hæreditatem non agnitam. De transmissione, & de tribus illis speciebus. Filiofamilias bannito ante mortem patris, non debetur legitima. De jure petendi legitimam, & quanto tempore duret. De jure petendi quod onus removeatur à legitima, & de jure revocandi donationem causa mortis an transeat ad fiscum. Bona donatoris publicatis, an veniant in confiscationem reservata in donatione, ut de illis disponere valeret. p. 202.

CAPUT XXVI.

An confiscatis bonis mariti ob delictum veniant in confiscationem dos, & cætera bona uxoris. Et è converso confiscatis bonis uxoris veniant etiam bona mariti. Quando uxor possit petere restitutionem dotis propter condemnationem mariti. Dos verè tradita, & numerata, & in consideratione non confessata. Quarta bonorum mariti quæ debetur uxori inopi, & indotatæ an deducenda sit in bonis mariti confiscatis. Donationes factæ uxori à consanguineis viri, an veniant in confiscationem bonorum mariti. Donatio causa mortis facta à marito constante matrimonio, an confirmetur secuta condemnatione capitali donantis. Constitutum appositum in contractu circa rem promissam post mortem an transferat possessionem. Dos mulieris Catholicæ quæ scienter matrimonium contraxit cum hæretico confiscatur, & quid in homine Catholico qui scienter hæreticam duxit uxorem. Fiscus ne teneatur solvere debita contracta ab uxore ante matrimonium, si postea bona fuerunt publicata. Mulier quæ contraxit debita cum usuris, & postea nupsit non solutis fortè neque usuris, an fiscus solvere teneatur omnes usuras. Debitum sortis, & redituum una tantùm obligatione dicitur ab initio contractum. Præstationum annuarum stipulatio facit ut statim tempore contractus cedat dies præstationum, licèt nondum venerit, nisi sua quaque die. p. 209.

CAPUT XXVII.

Jura personalia an veniant in confiscationem. Jus eligendi an transeat ad hæredes, & ad fiscum. p. 221.

CAPUT XXVIII.

An confiscatis bonis patroni veniat in confiscationem jus patronatus. Materiam juris patronatus latè examinatam invenies, & ea quæ tangunt ad jus patronatus Regium. p. 223.

CAPUT XXIX.

De bonis quæ auferuntur ab indignis quæ ad Regalia pertinent. Qui sint indigni, & qui incapaces. Incapax non habet testamenti factionem passivam, & habetur pro mortuo, nec constituit gradum. Hæreditas delata indigno applicatur fisco. p. 249.

CAPUT XXX.

Incapaces qui censeantur. De fratribus Ordinis minoris beati Francisci, & de Fratribus ordinis tertii. Captivus pendente captivitate, est incapax. Et qui succedere prohibetur. Item filius rebellis, & filius hæretici. Item servus pœna deportatus, & quid de excommunicato. Qui in alterius testamento legatum, vel hæreditatem sibi adscribit. De testamento facto in eadem charta per virum, & uxorem. Bannitus qui verè dicatur in regno, & de forma procedendi contra absentem secundùm leges regias. Et de bannito qui intra annum se præsentavit in carceribus & an teneatur præcisè probare innocentiam, vel sufficiat defensiones allegare ex quibus minoretur pœna. Bannitus qui se præsentavit, an, & quando possit audiri respectu pœnæ pecuniariæ & an quoad illam suspendatur executio. Bannitus captus intra annum, vel post annum, an sit audiendus cum exceptionibus quando illi sententia notificatur, & quibus exceptionibus audiri debeat. Bannitus condemnatus in mitiori pœna, non potest offendi in persona. Incapax dicitur substitutus, qui occidit institutum, & quem lex incapacem constituit, vel à testatore repellitur successione. pag. 251.

CAPUT XXXI.

Indignus verè est qui talis à lege declaratur. Hæres qui non vindicat mortem defuncti dicitur indignus, & ab eo aufert fiscus hæreditatem, & de consuetudine conservatur hæc pœna. Indignus dicitur qui occidit agnatum defuncti testatoris, ut ejus successione privaretur. Indignus est qui post mortem testatoris coivit cum

ejus

ejus uxore, filia, matre, aut forore. Indignus est qui occidit filium, patrem, aut uxorem ejus de cujus bonis agitur. Indignus est ille quem testator declaravit indignum, sive in testamento, sive in codicillis. Indignus reputatur qui aliquem testari prohibuit, & idem dicendum si prohibuit mutare testamentum, aut metu, vel vi coegit, ut hoc vel illo modo disponeret. Et qui prohibere dicatur: An testamentum per vim vel metum sit ipso jure nullum ut fisco non deferatur hereditas, discutitur. Indignus est hæres institutus per metum, vel coactionem factam ab alio, sive institutus sciverit, vel ignoraverit coactionem. An legata relicta in testamento per metum facto debeantur vel non. Indignus est qui ab intestato esset successurus prohibuit testamentum condere. Item qui cùm esset solus institutus prohibuit mutare testamentum. Item qui dolo malo testatorem induxit ad testandum, vel non testandum, vel ad non mutandum testamentum: De testamento facto blanditiis, & persuasionibus, vel precibus importunis. Cogens defunctum testari, vel mutare testamentum, aut qui illud facere prohibuit, tenetur ad damnum illis quibus nocet coactio, vel impedimentum. De eo qui testamentum ut falsum accusavit, vel falsum dixit codicillo. Indignus est filius qui dixit inofficiosum testamentum patris. Item qui dixit testamentum nullum, ex defectu personæ testatoris, & in causa succubuit. Item filius emancipatus qui agnovit possessionem contra tabulas, & qui movit controversiam contra statum testatoris, vel qui fecit testatorem reum gravis delicti. Qui paciscuntur super hereditatem viventis, & plura de pacto super hereditate viventis. An qui occidit testatorem sit indignus vel non; discutitur, & an substitutus occidens institutum sit indignus. De successore majoratus qui occidit ultimum possessorem, an succedere possit, & de eo qui infirmo medicum non adhibuit. Hereditas data in testamento quando admittitur in codicillis, & quando legata censeantur adempta, si post testamentum inter testatorem & legatarium orta sunt inimicitiæ graves. Magistratus qui in Provincia quam regit, duxit uxorem, an sit indignus relicti & de prohibitione circa nuptias Magistratus in eadem Provincia. p. 261.

CAPUT XXXII.

Indigni sunt quoad ea quæ exemptione, permutatione; donatione, aut qualibet negotiatione acquirant Præsides Provinciarum, Magistratus temporales, & auditores magnatum in Provincia quam regunt. Et de pœna Magistratuum qui negotiantur per se vel domesticos, & de eo qui accipit pecunias mutuas gratis à subditis. Magistratus temporales non possunt de novo domos ædificare. Magistratus perpetui, & Senatores non possunt negotiari, sed emere, & contrahere possunt eam subditis. p. 276.

CAPUT XXXIII.

De aliis indignis à quibus hæreditas per fiscum non aufertur, sed ea defertur venientibus ab intestato. De partu supposito, & ejus accusatione, & qui admittantur ad accusandum. De successore majoratus qui privatur ob contraventionem præcepti institutoris. Quando indigno denegentur actiones hereditariæ, & an indignus post contractam indignitatem repudiando hereditatem noceat fisco. p. 282.

CAPUT XXXIV.

De rebus incidentibus in commissum, & de pœnarum mulctarumque compedio. p. 289.

CAPUT XXXV.

De bonis contrahentium incestas nuptias. Et quotuplex sit incestus, & de pœna incestus in matrimonio, vel extra. Pœna incestus quoad amissionem bonorum potest peti post mortem contrahentium nuptias incestas, quamvis lis non fuisset contestata, & aliqua de matrimonio Spirituali, pactoque inito cum Monialibus circa dotem puellæ quæ metu parentis emisit professionem. pag. 294.

CAPUT XXXVI.

Tacitum fideicommissum relictum incapaci, pertinet ad jura regalia: si capaci qui hæres institutus fuit, fidem accommodavit de restituendo incapaci: Et quando tacitè relictum intelligatur. Quæ requirantur, ut fisco locus detur. Et quod præsumptiones sufficiant, & quid in filio familias, aut servo qui patri vel domino fidem dedit de restituendo incapaci. Relictum palam incapaci non applicatur fisco: Hæres qui tacitè promisit restituere incapaci, retinet bona fideicommissi dum non auferuntur à fisco. p. 305.

CAPUT XXXVII.

Bona procuratoris regis qui prævaricatus est in officio, & fuit in causa quod Princeps jus suum amitteret, pertinent ad Regalia. Quis sit prævaricator; & unde dicatur; Prævaricationis duplex est judicium. Procurator Regiæ Coronæ majorem dignitatem habet quàm patrimonii. Quas lites agere debeat, & quas procurator patrimonii. De sollicitudine quam procuratores Regis debent adhibere in causis. Advocatus prævaricator quibus pœnis puniatur. Procurator Regis quod non teneatur jurare de calumnia neque satisdare, aut deponere cautionem in suspicionibus, neque in revisionibus. p. 308.

CAPUT XXXVIII.

De litigiosis, ubi omnia invenies ad materiam pertinentia. p. 312.

CAPUT XXXIX.

Agitur de materia. text. in L. Senatus ff. d. contrah. empt. & in L. ff. de damno infecto. Et Ordinat. lib. 1. tit. 26. §. 27. *Discutitur de ædificiis quæ dirui non debent, propterea quod deorum faciem civitatis corrumpunt. Et quod intersit Reipublicæ ædificia fieri de novo, & quod vetera reformentur. De pœna illius qui pro mercii causa emit domos ad vendendas columnas & marmora. Agitur de libertate, & facultate, quam dominus habet ædificandi in suo, & quando ei non liceat. Prohibendi jus ne dominus ædificet in suo an præscriptione quæri possit. Agitur de materia legis ex quo pace* Cod. de ædificiis privatis, & de prospectu maris. *Item an lex ex quo pace, sit authentica, vel non.* p. 324.

CAPUT XL.

De bonis annotatis contra reum absentem, & in quibus casibus de jure communi locus esset annotationi, & in quibus casibus de jure regio procedi possit contra reum absentem, & per quos judices. p. 331.

CAPUT XLI.

Agitur de bonis eorum qui mortem sibi consciverunt, & conscientia delicti, metu pœnæ se interfecerunt, & de


CAPUT XLII.

CAPUT XLIII.

CAPUT XLIV.

CAPUT XLV.





TRACTATUS DE DONATIONIBUS REGIIS.

LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

De tributis, & vectigalibus.

SUMMARIUM.

1 *Tributum unde dictum sit.*

2 *Tributi nomen generale est comprehendens omnes tributorum species.*

3 *Tributa jure gentium, & cum ipsis Regibus fuerunt introducta in signum subjectionis.*

4 *Jus imponendi tributa, seu vectigalia ad solum Principem pertinet ratione supremæ potestatis, & summi imperii.*

5 *Domini vassallorum, & terrarum non possunt tributa imperare, neque Magistratus supremi, neque civitates subjectæ.*

6 *Rex in Lusitania, & in Castella non potest imponere tributa sine consensu populi.*

7 *Tributa, vel sunt ordinaria, vel extraordinaria? & quæ ordinaria dicantur.*

8 *Extraordinaria tributa quæ sint. Et an de Regalibus.*

9 *Princeps potest collectare vassallos tempore ipsius nuptiarum, vel filiarum ejus. Quod jus est de Regalibus. Quidquid de jure communi.*

10 *Intellige, ut Princeps collectam imponere possit pro dote filiarum, si ratione paupertatis, & necessitatis non posset commode filias dotare. Secùs si de suo dotem potest constituere.*

11 *Pro filia monachanda tenentur vassalli præstare subventionem in casu paupertatis, vel necessitatis.*

12 *Valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale. Et idem judicatur de uno, quod de alio.*

13 *Vassalli tenentur adjuvare Principem pro sorore maritanda.*

14 *Non verò potest princeps collectare vassallos pro filiis matrimonium contrahentibus.*

15 *Tributa tam ordinaria, quàm extraordinaria omnes solvere tenentur.*

16 *Nullus excusationem, & exemptionem habet à tributis ordinariis.*

17 *Rescriptum, in quo conceditur immunitas à muneribus ordinariis, non valet.*

18 *Tributa, quæ inter plures distribuuntur, sustinentur facilius, quàm quæ inter paucos.*

Vacatione uni concessa cæteri onerantur, & non servatur æqualitas. Ibid.

19 *In distributione tributorum servanda est inter omnes æqualitas.*

Non valet rescriptum, neque privilegium, quo Princeps concedit, ut aliquis ex contribuentibus minus solvat, quàm quod solvere tenebatur proportionabiliter. Ibid.

20 *Princeps, qui contra jus, vel utilitatem publicam concedit privilegium sine causa, peccat mortaliter.*

21 *Si constat de principis voluntate concedentis privilegium immunitatis à tributis servandum est privilegium.*

Dubitare de Principis potestate est ad instar sacrilegii. Ibid.

22 *Ab extraordinariis tributis bene potest Princeps immunitatem concedere.*

Intellige nisi pro sublevandis Reipublicæ necessitatibus tempore belli certa quantitas est promissa Regi, quia tunc, quamvis tributum sit extraordinarium, ordinariis æquiparatur, ut omnes solvere teneantur. Ibid.

23 *A tributis, & muneribus ordinariis nullus immunis est, quacunque fuerit prærogativa fulsultus, exceptis aliquibus, qui de jure sunt immunes.*

Tributa solvere omnes tenentur tam in foro poli, quam in foro conscientiæ. Ibid.

24 *Tributa, & vectigalia legitimè constituta fraudans non minus tenetur coram Deo, quàm si rem alienam abstulisset.*

25 *Tributa si sint illicita, & injusta, fraudans non tenetur ad restitutionem in foro animæ.*

26 *Inferiores non possunt augere, aut minuere tributa sine Principis licentia.*

27 *Solus Princeps potest immunitatem tributorum concedere.*

28 *Concessio immunitatis denotat privileginm, quod continet privationem legis, & dicitur lex privata.*

29 *Tributa sunt onera fructuum, vectigalia verò penduntur propter usum via publica, per quam vehuntur.*

30 *Tribu i vocabulum est generale, & extenditur ad significanda vectigalia, & decimam litium seu sententiarum.*

31 *Romani litibus certum vectigal imposuere, quod condemnatus causa perdita solvere cogebatur.*

32 *Reges nostri imposuerunt tributum decima litium, quam rei condemnati solvere tenentur, non actores. Et quid de derima secundùm jus commune.* Ibid.

33 *Jus decima sententiarum est de Regalibus, & venit nomine tributi.*

34 *Tributorum impositio, & potestas nova instituendi, non possunt à Principe concedi, vel donari.*

Tributa verò jam imposita, bene potest Princeps inferioribus donare, vel concedere. Ibid.

35 *Gabelia, & reditus Regiarum Basilicarum (vulgò* alfandegas*) non possunt à Principe donari, neque pradicta jura ullo tempore, etiam immemoriali, praseribi possunt.*

36 *Princeps non potest donare tertias redituum Conciliorum, & Civitatum Regni: quia non sunt illius, sed populorum.*

37 *Concilium Civitatis, seu Oppidi sine licentia Regis non potest salarium constituere, neque collectas imponere: nisi juxta formam hic praescriptam.*

38 *Decuriones possunt collectam imperare absque Principis licentia pro alendis, & educandis infantibus expositis.*

Si post prastita alimenta notus fuerit pater, vel mater infantis expositi, dabitur repetitio expensarum Decurionibus, Ibid.

39 *Judex ordinarius absque Regis licentia collectam potest imponere pro satisfaciendis pramiis illis qui lupos occidunt.*

40 *De jure Castella Civitas collectam imponere non potest sine Regis licentia, nisi collecta non excesserit summam trium millium morapetinorum, & explicatur* L. 16. tit. 8. lib. 9. nov. recopilationis, & conciliatur cum L. 2. & 6. tit. 6. lib. 7. recopilation.

41 *Decuriones ex causa necessitatis propter bellum, vel pestem, possunt collectam imponere sine Regis licentià ad custodiendam Civitatem.*

Et quid quando locustarum plaga existit in territorio? Remissivè. Ibid.

42 *Distributio collecta jam imposita pertinet ad concilium Civitatis.*

43 *Tributa neque à Prasidibus provinciarum, neque ab exactoribus possunt exigi in majori summa, vel minori, quàm qua à Principe fuit indicta.*

44 *Exactores tributorum, qui plus debito extorquent, puniuntur pœna dupli & criminaliter.*

Qui privato tributum remittit, ex suo solvere compellitur: debitor tamen liberatus manet: si exactor est solvendo. Secùs si solvendo non est. Ibid.

45 *Reges hujus Regni, & Castella obtinent tertias decimarum in aliquibus Ecclesiis ex concessione Apostolica ante Concilium Lateranense.*

46 *Ista tertia fuerunt incorporata Regio patrimonio, & effecta temporales, & jus Regale.*

47 *Cognitio causarum tertiarum etiam contra Clericos pertinet ad Judicem Regia Corona.*

Possessores tertiarum conventi in judicio Ecclesiastico habent recursum ad judicium Regia Corona per viam gravaminis. Ibid.

48 *Princeps potest donare, vendere, & cedere tertias laicis personis.*

49 *Res de facili redit ad suam naturam.*

50 *Decima debentur de jure divino.*

51 *Mutatione persona mutatur qualitas & rei conditio.*

52 *Jus patronatus laicale donatum Ecclesia, vel Monasterio efficitur Ecclesiasticum.*

53 *Judex Ecclesiasticus cognoscit de causa decimarum, si agatur de jure, vel proprietate illarum.*

54 *Judex Regia Corona cognoscit de causa tertiarum, qua à Rege donata fuerunt Ecclesia.*

Regis privilegium est, ut de causis pertinentibus ad jura Regalia, vel ejus patrimonium, conventre possit Ecclesiasticos coram suis Judicibus. Ibid.

55 *Amplia, ut procedat etiamsi jura Regalia in donatarium sint translata, quia adhuc retinent suam naturam.*

56 *Tertia Regi donata & temporales effecta, non amittunt naturam Regaliorum, quamvis Ecclesia redonata fuissent.*

57 *Meritorium est tributa Regi solvere.*

Tributi solvendi obligatio fundatur in jure natura & ideo tributa peti posse contra Ecclesiam. Ib.

58 *Tributa, qua debentur Principi in signum subjectionis, & suprema potestatis, nullo tempore prascribi possunt, etiam immemoriali: alia verò tributa tempore immemoriali prascribuntur secundùm jus commune.*

59 *Tributa. & alia jura Regalia de jure Regio non prascribi, etiam tempore immemoriali secundùm aliquos.*

60 *Sed contrarium opinionem tenent DD. qui hic recensentur*

DE juribus Regalibus majoribus, quæ à 1
Principe communicari nequeunt, neque donari, diximus in secunda hujus tractatus parte, nunc de minoribus sermo erit, quæ à Principe donari, & concedi valent; & secuti ordinem præscriptum ab *Ordinat. lib. 2. tit. 26.* Primò agendum erit de tributis ad interpretationem ejusdem *Ordinat.* §. 4. 6. & 13.

Tributum autem à contributione dictum putavit Ulpian in *L. si ager. 27. ff. de verb. signif. in fin.* Petr. Barbos. *in L. comperit n. 8. C. de praescript. 30 vel. 40. annor.* Alfar. *de offic. fiscalis gl. 20. §. 7. n. 110.* Gutierr. *de gabell. q. 1. n. 4.* Arnisæus *de jurib. Majest. lib. 3 c. 7. n. 9.* melius autem Marc. Varro *lib. 4 de ling. Latin.* Tributum dictum à tribubus censet, quia ea primum pecunia, quæ populo imperata est tributim à singulis
exigebatur, D. Franc. de Amaya *in rubr. C. de annon.* 2
& trib. lib. 10. n. 8. Generale est etenim tributi nomen comprehendens omnes tributorum species, quæ penduntur Principi: ut sunt publica pensitatio, impositio census, vectigal, stipendium indictum, collecta, & id genus alia *d. L. si ager in fin. ff. de verb. signif. L. 3. ff. de censib. L. inter. 42. ff. de pact. L. 2. § si quid publici, ff. de hared. vel act. vend. toto tit. C. de exactor. tribut. lib. 10.* Gregor. Lopez *in lib. 25. tit. 13. partit. 5.* Molin. *de just. & jure tom. 3. disp. 661.* Mart. *de jurisd. 4. part. casu 11. n. 1. & 2.* Amaya *in d. rubr. C. de annon. & tribut. lib. 10. n. 7.* August. Barbos. *in Collect. ad text. in cap. 2. n. 3. de censib.* Alfar. *dict. glossa 20. §. 7. n. 110. & 112.*

Et quidem tributa jure gentium, & cum ipsis à 2

fuerunt Regibus introducta in signum subjectionis,
& alimenta Regis, salariaque ministrorum justitiæ:
ut diximus 2. part. cap. 24. n. 80. & 81. Atque ideo
jus imponendi vectigalia, seu tributa ad solum Prin-
4 cipem pertinet ratione supremæ potestatis, & sum-
mi imperii Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 6. num. 14.
Bovad. in sna Polit. lib. 5. cap. 5. nu. 13. Rosentald.
de feud. cap. 5. concluſ. 85. n. 1. litt. A. plures lauda-
ti à Barbos. in remissioa. ad Ordinat. lib. 2. tit. 49. Ri-
pol. de Regal. cap. 7. n. 11. Amaya ia L. omnis n. 6. C.
de annon. & tribut. lib. 10. Flores de Mena lib. 2. var.
q. 21. n. 11. Et diximus d. 2. p. cap. 24. n. 79. ac facit Or-
dinat. lib. 2. tit. 25. §. fin. & dictum est 2. p. c. 24. n. 79.
Et adeo tributa Majestatis sunt, ut neque Domi-
ni inferiores vassallorum, & terrarum, neque Magis-
5 tratus supremi, neque etiam Civitates subjectæ ea
imponere valeant L. placet. D. de excusation. muner.
lib. 10. Et probat de jure Regio Ordinar. lib. 2. tit.
49. in princ. ibi: Lançar pedidos, peitas, emprestí-
mos pentencé somente de Rey, & supremo Senhor Pelo
qae defendemos que Prelados alguns, ou otras pesso-
as de qualquer estado, & condiçaon qne sejaon; ou
Capitaes de ilbas em suas terrat naon lancem peitas,
pedidos, emprestimos, serviço de causas algnas, &c.
Farin. q. 213. nn. 68. & 69. Bovad. d. lib. 5. cap.
5. unm. 1. litt. A & num. 13. Amaya in d. L. omnes
num. 9. Arnisæus d. l. 3. c. 7. anm. 6. Quamvis au-
tem Princeps absque populi consensu nova tributa
imponere possit de jure communi, ut diximus d. 2.
p. cap. 24. n. 83. tamen in Castella, Anglia, & in
Germania, ac in nostro Lusitaniæ Regno Princeps
nova tributa indicere nequit, nisi in Comitiis gene-
6 ralibus de consensu populi: ut diximus d. c. 24. au.
84. & 85. Ubi na. 91. 92. & seqq. ostendimus quo-
modo tributa à Rege indicenda sunt, & num. 99. ac
100. Immo aum. 100. & seqq. casus enumeravimus,
in quibus Princeps absque populi consensu tributa
imponere potest.
Tributorum verò collatio vel est ordinaria, vel
extraordinaria. Tributa ordinaria dicuntur, quæ
7 Principis constitutione, aut Senatus consulto tem-
pore determinato solvuntur, veluti de anno in an-
num data certa forma. Ut apud nos est tributum
quod vocatur Sisa, & solvitur quolibet anno in cer-
ta quantitate, & forma L. in honoribus, & qui mune-
ris, ff. de muner. & honorib. L. hi, qui ff. de vocat.
muner. L. 1. C. eod. lib. 10. Notant Speculator in tit.
de Clericis conjugatis, vers. ad hujus autem. Joann.
Andr. & Archidiac. in cap. 11. de immun. Eccles.
lib. 9. Bart. in L. 2. ff de jur. immun. & in L. lici-
tatio §. mercatores, ff. de public. & vectig. Franc.
Marc. decis. 457. num. 14. p. 5. Camill. Borell. de
præst. Reg. Cath. cap. 20. nu. 2. quam sequitur Ama-
ya in d. L. omnes. 4. aum. 2. C. de annon. & tribut.
8 lib. 10. Octavian. Cacheran. decis. 95. num. 43. Ex-
traordinaria autem tributa sunt, quæ certam, uni-
formem, determinatamve præstationem non habent,
& superveniunt per accidens, imponunturque ino-
pinatè, prout rerum occurrentium necessitas expos-
cit, argum. text. in L. sed & si per Prætorem, §. sed
eum serte, ff. ex quib. caus. majores, de quibus in L.
cui munera. 12. ff. de muaer. & honorib. L. fin. C. de
muner. patrim. lib. 10. Platea in d. L. omnes nu. 2.
Andr. de Isern. in c. 1. Qua sint Regalia verbo ex-
traordinaria collatio. Bart. cons. 180. Aretin. cons.
133. col. 3. vers. sed tamen, & post alios Camil. Bor-
tell. d. c. 20. num. 40. Amaya ia d. L. omnes nu. 2.
Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 14. num. 11. & 12. Ca-
cheran. decis. Pedament. 95. nu. 43. Andr. Gail. lib.
2. observ. 53. n. 9. & 10. Rosentald. de feud. cap. 5.
conclus. 72. n. 6. Quorum tributorum exempla ponunt
DD. ia d. c. 1. Qua sint. Regalia verb. extraordinaria
collatio, nempe in subsidio, quod postulat Princeps

pro suo primo felici adventu, vel pro belli causa,
vel alia simili necessitate, de quo Ordinat. d. lib. 2.
tit. 26. §. 6. ibi: Item lançar pedidos, & por imposi-
çoens ne tempo da guerra, ou de qualquer outre se-
melbante necessidade. Camill. Borrell. d. cap. 10.
num. P. Henriques in summa p. 2. lib. 10. cap. 16.
pag. 907. Sixtin. d. lib. 2. c. 14. à num. 1. cum seqq.
Item de Regalibus est Principem posse collectare vas- 9
sallos tempore nuptiarum ipsius, vel ejus filiarum ex
Ordinat. tit. 26. §. 4. ibi: Direito Real he lançar el
Rey pedida ao tempo de seu casamento, ou de suas
filbas. Alex. cons. 35. n. 3. lib. 2. Boër. decis. 126.
n. 6. & 7. Petr. Barbos. in L. 1. ff. sol. matrim. p. 4.
n. 14. Vincent. de Franc. decis. 42. & decis. 73. &
215. Quod quidem de jure communi non procedebat,
Princeps enim non poterat pro filia maritanda suos
talliare subditos & post Bald. & Paul. in L. neminem,
C. de sacros. Eccles. & in L. fin. C. de stat. & imag.
docent Boër. d. decis. 126. num. 6. Menchac. illustr.
c. 7. na. 3. & 4. Sed in nostro Regno contrarium sta-
tutum fuit per Ordinat. d. §. 4. Cujus dispositio in-
telligenda est, si Princeps ratione paupertatis, & ne- 10
cessitatis non posset commodè filias dotare, neqoe
ipsius nuptiarum sumptus facere Guid Pap. singul.
13. incipit, Quod Imperator vel Rex, Cuman cons.
161. vers. sequitur, etiam determinatio novi quæsiti;
tunc enim vassalli tenentur subventionem præstare
Secus si de suo dotem constituere valet: ut optimè
tradit Boër. d. decis. 126. num. 7.
Pro filia etiam monachanda vassalli in casu pau- 11
pertatis, vel necessitatis subventionem, & adjuto-
rium Principi præstare debent; si enim pro matrimo-
nio carnali Principem adjuvare debent, etiam pro
spirituali id facere tenentur: quia valet, argumen-
tum de matrimonio carnali ad spiriluale. Et idem ju-
dicatur de uno, quod de alio, §. sed & hoc præsenti
in Auth. de sanctiss. Episc. Auth. nisi rogati C. ad
Treb. C. inter corporalia de translat. Episc. post plu-
res Giurb. ad consuetad. Messan. cap. 3. gloss. 4. p. 1.
n. 12. Sanch. de matrim. lib. 4. disput. 26. n. 7. Ca-
still. de alim. cap. 36. §. 8. nu. 2. Nicol. Intrigliol.
de substit. centur. 3. quæst. 62. num. 22. Quare vassal- 12
los teneri adjuvare Principem pro filia monachanda
judicatum dicit Vincent. de Franc. decis. 42. Ubi
bene advertit talliam minorem esse debere pro filia
monachanda, quàm pro maritanda. Immò vassalli te- 13
nentur adjuvare Principem pro sorore maritanda, ut
optimè fundat Vincent. de Franch, d. decis. 73. nu.
13. & seqq. ubi judicatum testatur.
Pro filiis verò matrimonium contrahentibus non
tenentur vassalli prædictam subventionem præstare; 14
quia tunc Princeps magis recipit dotem, quam præ-
stat, Boër. decis. 130. num. 14. Petr. Barbos. in d. L.
1. 4. p. num. 14. ff. solut. matrimon.
Inter ordinaria, & extraordinaria tributa illa da-
tur differentia, quod licèt regulariter omnes tene- 15
antur solvere tam ordinaria, quàm extraordinaria
tributa Amaya in d. L. omnes C. de annon. & tribut.
lib. 10. num. 2. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 9. numero
17. Tamen eorum, quæ ordinaria sunt, nullus excu- 16
sationem & exemptionem habet L. nullus L. vacua-
tis C. de Decurion. lib. 10. L. in honoribus §. qui mu-
neris ff. de vacation. muner. Ubi Papianus probat,
quod si alicui concessa fuerit à Principe muneris pu-
blici vacatio, non ex hoc remissa censeatur ordinaria,
seu solennis contributio quæ lege, aut Senatus con-
sulto constitutionibusque injuncta est. l. 1. C. de vacat.
publ. muaer. lib. 10. L. hi qui 6. ff. de muner. & honor.
L. 1. de imman. nem. conced. Amaya in d. L. omnes
n. 3. Sixtin. d. c. 9. n. 17.
Quod adeò verum est, ut non valeat rescriptum
in quo immunitas à muneribus ordinariis concessa
est L. 2. C. de navib. non excusand. lib. 10. L. vacua- 17

nit 19. *C. de Decurion. eod. lib. L. immunitatet* 9.*C. de agricol. & censit. lib.*11.*L. vectigalia L. quidquid Cod. de vectigal.* Mastril. *decis.*156.*n.*4.& 5.*p.*2. Amaya *in d. L. omnes. n.*4. *C. de annon. & tribut. lib.*10. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *c.*6.*n.*34. Ex ea ratione quia immunitas semper est contra publicam utilitatem; tractat enim de multorum præjudicio. etenim facilius
18 sustinentur onera, quæ inter plures distribuuntur, quam quæ inter paucos *gloss. in L. si ita sit scriptum. filiabus verb. masculo ff. de legat.*2. Paul. de Castr. *in L. maritum nu.* 7. *ff. de sol. matrimon.* Boërius *cons.* 173.*n.*67. *vol.* 1. Decius *cons.*32.*n.*5. Surd. *cons.* 140. *n.* 1. Petr. Cabal. *resol. crimin. casu* 290.*n.* 22. Garcia *de Nobil. gloss.* 1.§. 1.*n.*42. Amaya *in L.* 1. *C. de immun. nem. conced. lib.* 10. *num.* 4. & 5. Quando namque vacatio uni conceditur, cæteri onerantur, & non servatur æqualitas, quæ omnino inter omnes servari debet *L. jure succursum in fin. ff. de jur. dot. L. nam hoc natura ff. de condict. indeb.* Menoch. *cons.* 26. *numero* 22. *cons.* 34. *numer.* 11. *cons.* 203. *n.* 16. Valenz. *cons.* 93. *num.* 2. Joann. Martinus à Costa *in tract. Dom. Supplicat. anno*1.25.*n.*4.

Et maximè in oneribus, & tributis in quorum dis-
19 tributione æqualitas inter omnes est appetenda *L. omnium* 6. *C. de vectig.* ibi; *Omnium rerum, ac personarum in publicis functionibus aqua debet esse inspectio.* Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *c.*20. Amaya *in d.L. omnes num.*60. omninò videndus Arnisæus *de jurib. Majest. lib.* 3. *c.*7. *nu.* 1. *vers. quantum.* Unde rescriptum contrarium concedens immunitatem servandum non est, tanquam contra publicam utilitatem *L. fin. Cod. si contra jus, vel utilit. public. L. diligenter.* 6. *C. de aqua duct. lib.*11. *L.*1. *C. de canon. frument. Urbis Romæ lib.* 11. Amaya *in d. L. omnes num.* 4. *in fin. & n.* 5. *C. de annon. & tribut. lib.*10. Proutneque servandum est privilegium, aut rescriptum, quo Princeps concedit, ut aliquis ex contribuentibus minus solvat, quàm quod proportionabiliter solvere tenebatur *d. L. omnium, C. de vectig.* Amaya *in d. L. omnes numero.* 6. Quippe,
20 Princeps, qui contra jus, vel utilitatem publicam sine causa privilegium concedit, mortaliter peccat, P. Aragon. 2. 2. *q.* 60. *in explic.* 3. *art. col. ult. litt. B.* Covarr. *pract. c.* 31. *num. & in c. Alma Mater p.* 1. *c.* 1. *num.* 4. Grammat. *voto.* 35. & 15. Petra *de potest. Princ. cap.* 2. *n.* 6. & 7. Sayro *in clau. Reg. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 12. Motiens. *in L.* 6. *tit.*10. *gloss.* 1. *lib.* 5. *Recopil.* Molin. *de just. & jur. tom.* 3. *disput.*63. *vers. absque legitima*, Amoya *in d. L. omnes n.* 6. & cum pluribus Calixt. Ramirez *de leg. Reg.* §. 23. *num.* 31. *litt.* 1.

Quod autem dictum est de rescripto immunitatis ut scilicet subreptitium censeatur, & obsque Princi-
21 pis voluntate expeditum, intelligi debet, nisi constet de Principis voluntate; tunc enim servandum erit, cùm de illius potestate dubitari ad instar sacrilegii sit *L.* 3. *C. de crim. sacrileg. c. si quis suadente* 29. *junc. to cap. seqq.* 17. *q.* 4. Larrea *dec.* 8. *n.* 1. Cyriac. *controv.* 202. *n.* 3. Petr. Caball. *resol. crimin. casu.* 58. *n.* 5. Hyeron. Leo *dec. Valent.* 34. *n.*29. & 33. Capyc. Latro *dec.* 174. *n.* 27. & sic intelligendam esse prædictam resolutionem post Accurs. Ploteam, & Valenz. docet Amaya *in d. L. omnes num.*8.

22 Atributis autem extraordinariis bene potest Princeps immunitatem concedere *d. L.* 1. *C. de aquæ duct. lib.* 11. Cæterùm si pro sublevandis Reipublicæ necessitatibus tempore belli in Comitiis generalibus à Tribus Regni Brachiis certa quantitas Regi sit promissa, ut apud nos proximis evenit temporibus, verè quidem extraordinarium hoc tributum ordinariis æquiparabitur, ut omnes contribuere teneantur, Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 14. Cacheran. *dec.* 95. *n.* 44. Peris. *cons.*2. *n.*5. & 91. Atque ideo non valebit rescriptum immunitatis, tanquam subreptitium, prout in ordinariis functionibus supra dictum est. Ita Rex noster Joannes Quartus circa contributionem Decimarum, nullum, & subreptitium declaravit quodlibet rescriptum immunitatis concessũ in regimine Decimarũ.

Nullus itaque à tributis, & muneribus ordinariis immunis est, quacunque fuerit prærogativa suffultus exceptis àliquibus, quos Princeps immunes esse pronuntiat *L. sunt munera ff. de vacat. & excusat. muner.* quod recenset Arnisæus *de jurib. Majest. lib.* 3. 23
cap. 7. *num.* 2. Ultra quos omnes contribuere tenentur, non tam in foro poli propter commissi pœnam *L. commissa, L. fin. paragrapho siquis de public. Cod. de vectigal. & commiss.* sed etiam in foro conscientiæ, cum ipse Christus pro se tributum solvi jusserit Matth. *cap.* 17. & ut illud solverent, cæteros instruxerit Matth. *cap.* 22. Covarr. *in reg. peccatum p.* 2. *paragrapho* 6. *num.* 5. Soto *de just. & jure lib.* 3. *q.* 6. *art.* 7. Non enim minus coram Deo tenetur vectigalia fraudens legitimè constituta, quàm si rem alienam abstulisset *L. vectigalia.* 2. *L. non solent.* 2. *C. vectigal. non impon. non poss. L. vectigalia,* ubi Bart. & Castrens. *num.* 1. *ff. de public. & vec-* 24
tig. Bartachin. *de gabell. p.* 9. *num.* 1. Minsinger. *centur.* 5. *observat.* 29. Petr. Gregor. *syntagmat. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 12. Rosentald. *de feud. cap.* 5. *conclus.* 43. *num.* 1. Arnisæus *d. cap.*7. *num.* 3. *vers. quibuscunque igitur*, Girouda *de gabell. p.* 12. *num.* 7. Alphons. de Castr. *de leg. pœnal. lib.* 2. *cap.* 2. *vers. quarto ex hujus*, Lazart. *de decim. vendition. cap.* 18. *num.* 40. *cum seqq.* Ludovic. Lopez *in.* 1. *p. instruct. cons. cap.* 186. *vers. at verò*, Molin. *de just. & jur. tom.* 3. *disp.* 674. *in* 3. *conclus.* alios laudat Emman. Barbosa *ad Ordinat. lib.* 2. *tit.* 29. §. 13. *nu.* 2. & hanc opinionem veriorem dicit Gutierr. *de gabell. q.* 3. *num.* 6. & 7. contra Angel & Soto Quorum fundamentis satis facit, *à num.* 8. *cum seqq. & q.* 90. *num.* 6. Ubi loquitur de gabella, seu *alcavala* Castellæ, quam juste fuisse impositam dicit *q.* 2. Sylvest. *vel gabella* 3. *num.* 21. Et esse communem Theologorum sententiam profitetur Magister Aragon. *de just. & jur. q.* 62. Marquez *de gubernat. Christian. lib.* 1. *c.* 19. §. 3. *p.* 95. Bovad. *in sua Polit. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 4. *litt. A.* Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 1. *c.* 18. *num.* 12. Namque lex humana justa, & de re gravi aliquid statuens, obligat transgressorem ad culpam mortalem, vel venialem Gutierr. *Canonic. lib.* 1. *c.* 7. *num.* 20.

Si verò tributa, sint illicita, & injusta, in foro 25
animæ non tenebitur fraudans ad restitutionem secundùm Bart. & Roman. *in l. vectigalia ff. de public. & vectig.* Bald. *in L. cum proponas in fin. C. de natur. fanor.* Tiraq. *de retract. lignag. in præfat. n.* 68. *cum seqq.* Gutierr. *de gabell. q.* 90. *nu.* 6. Rosentald. *de feud. c.* 5. *concl.* 43. *n.* 1. Ubi dicit, quod quando vectigal est illicitum, illud fraudans nulli pœnæ obnoxius est, & nullatenus obligatur Solorz. *d. lib.* 1. *cap.* 18. *numero* 49.

Tributa, quæ ab inferioribus imponi non possunt, 26
ut jam diximus, neque augeri, aut minui valent privata authoritate sine Principis licentia per textum expressum *in L. vectigalia ff. de public. & vectig.* Ubi Jurisconsultus generaliter negat sine præcepto Imperatoris vectigalia vetera reformari posse. Et jubjungit neque addi, neque diminui posse. Azo *in summ. ad tit. Co vectigal. nov. impon. non poss. numero* 1. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *c.* 6. *numero* 31. & 32. Et cum solus Princeps tributa indicere possit, ut supra dictum est, ita solius 27
Majestatis est immunitatem eorum concedere, *L.* 1. *C. de immun. non. conced. lib.* 10. *L.* 1. *C. de hit,*

qui

qui à Princ. immun. eod. lib. 10. *L. ficut munera C. de vacat. & excusat. muner.* Bodin. *de Repub. lib.* 1. *cap.* 10. Peregr. *de jure fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 2. Sixtin. *d. c.* 6. *n.* 33. Amaya *in L.* 1. *Cod. de immun. non conced. n.* 2. Sord. *cons.* 18. *n.* 7. Camil. Borrel. *de præst. Cath. c.* 33. *n.* 2. Arnis. *de jurib. Majest. l.* 3. *c.* 7. *n.* 2. Rosentald. *de feud. cap.* 5. *conclus.* 85. *n.* 1. *litt. A* Et con-
28 firmatur ea ratione, quia immunitatis concessio denotat privilegium juxta doctrinam, Bart. *in L. nec infames, num.* 1. *C. de Decur. lib.* 10. Camill. Borell. *ubi proxime num.* 1. privilegium autem legis privationem continet, immò dicitur lex privata *L. privilegia C. de Sacros. Ecclef. L. jus singulare ff. de legib. C. privilegium.* 3. dict. Bened. Ægid. *in L.* 1. *C. de Sacrof. Ecclef. in init. p.* 1. *n.* 7. Camil. Borrel. *d. c.* 33. *nu.* 2. Unde cum solus Princeps qui leges condere valet, eas solus abrogare possit *L. fin. C. de Legi.* & diximus supra *p.* 2. *c.* 10. *n.* 25. Ita & solus Princeps privilegia concedere potest *L. jus civile, ff. de just. & jure, Cod. Abbate de verb. signif.* Surd. *cons.* 419. *num.* 17. *& seqq.* Amaya *in d. L.* 1. *Cod. de immun. non conced. lib.* 10. *num.* 3.

29 Inter tributa, & vectigalia illa datur differentia, quod tributa sunt onera fructuum *L. usufructu.* 7. §. 2. *vers. hactenus in fin. ff. de usufr. L. neque* 13. *ff. de impens. in res donat.* & ratione soli privati penduntur *L.* 2. *ad fin. C. sine cens. vel relig. fundum compar non poss.* Uvesembeq. *in paratitla ad cit. ff. de public. & vectig. num.* 4. Gutier. *de gabell. q.* 3. *num.* 5. Arnisæus *d. lib.* 3. *cap.* 7. *numero* 8. Vectigalia verò penduntur propter usum viæ publicæ per quam res vehuntur *L. siquis.* 21. *ff. de donation inter.* & propter pontes, & forum, vel pro rebus distrahendis, Ripol. *de Regal. cap.* 7. *num.* 8. vel etiam sunt mercedes publicorum agrorum, fodinarum, & similium rerum, ex quibus fiscus capit. *L. inter publica* §. *publica ubi D. ff. de verb. signif.* Petr. Gregor. *syntagm. lib.* 3. *per tot.* Rosentald. *de feud. c.* 5. *conclus.* 34. *numero* 1. Uvesembeq. *ad tit. ff. de public. & vecti num.* 4. Arnisæus *d. c.* 7. *num.* 8. Deinde tributum distinguitur à censu; hic enim contribuitur de capite ad profitendum subjectionem Gutierr. *de gabell. q.* 1. *num.* 5.

30 Verùm, ut supra diximus, cùm vocabulum tributum generale sit, bene potest extendi ad significanda vectigalia omnia, & ea, quæ ad vectigalia reducuntur: ut sunt gabella, portitorium, decima piscacionum, & insuper decima litium, seu sententiarum quam in hoc Regno solvit reus condemnatus à Præsidibus Curialibus Senatus Domus Supplicationis, & Senatus Portuensis, Prætoribus Urbanis, & Conservatores Conimbricensis Universitatis. Prout statuitur in regulis Cancellariæ Thom. Valasc. *alleg.* 77. *numero* 5.

Namque quemadmodum Romani, ut homines à litigandi libidine arcerent, litibus certum vectigal imposuere, quod condemnatus causa perdita solvere cogebatur: ut tradunt Fest. Pomp. & Marc. Varro *de*
31 *ling. latin.* Quod vectigal postea extendit Caligula, ut pro litibus, atque judiciis ubicumque conceptis, quadragesima summæ, de qua litigaretur, exigeretur, ita ut non sineret abire sine culpa eum, qui composuisse, vel donasse negotium convinceretur.
32 De quo Arnisæus *d. c.* 7. *numero* 5. Ita Reges nostri jus decimæ sententiarum, quæ proferuntur à Judicibus enumeratis in regula prima Cancellariæ sibi reservarunt. Quam decimam solvere tenentur tantum rei condemnati, non actores: ut notat Cabed. 1. *p. decis.* 60. ubi, & duabus seqq. materiam examinat, & Thom. Valasc. *alleg.* 77. à *numero* 5. *cum seq.* Et ita disponitur in regula sexta Cancellariæ ibi: *E as ditas deximas pagaraon as partes, que condenadas forem, & assim das custas como das penas se julgadas forem, & bem assim ao principal.*

De jure autem communi decimam, litis solvere tenebantur, non tantum rei, sed etiam actores, ut advertit Cabed. *d. decis.* 16. *num.* 2. motus *ex text. in Auth. generaliter C. de Episc. & Cleric.* Quæ desumpta est ex Auth. *de litigiosis*, §. *ad excludendas collat.* 8. At verò Cabed justè in hoc reprehenditur à Thom. Valasc. *d. allegat.* 77. *nu.* 4. quatenus huic nostro juri applicat dispositionem *d. Auth. generaliter*; textus enim loquitur de decima, quam actor succumbens in lite solvere tenebatur reo victori, non verò decima, quam ex sententia condemnatoria reus solvere tenetur Regi juxta dictam regulam Cancellariæ.

In eo tamen conveniunt Cabed. & Valasc. quod 33
hæc decima litium jus Regale est. Sequitur August. Barbos. *in d. Auth. generaliter n.* 6. Unde hæc decima, tributi nomine comprehenditur, prout cæteræ pensiones, ut diximus supra, sublata differentia tributi, & stipendii: ut benè advertit Gujacius *lib.* 7. *obs.* 3.

An autem tributa inferioribus communicari, vel donari possint? Videndum est. In qua quæstione distinguunt DD. ut scilicet ipsa tributi impositio, 34
& potestas nova instituendi, non possit à Principe concedi; quia reservata est Principi, ut avaritiæ multorum repagulum objiceret, & pauperum saluti consuleret: ut bene advertit Arnisæus *d. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 7. *in fin.* At verò tributa jam imposita bene potest Princeps inferioribus concedere, & donare, Zazius *in epit feudor. p.* 5. *num.* 13. Seysel. *in specul. feudor. tit. qui feudum dare possunt, vers. quædam verò* Arnisæus *d. cap.* 7. *n.* 7. Rosentald. *d. cap.* 5. *conclus.* 3. Sixtin. *de Reg. lib.* 1. *c.* 2. *nu.* 52. *& lib.* 2. *c.* 6. *n.* 42. Et apud Nos probat *Ordin. lib.* 2. *titul.* 27. §. 1. *& seqq. & tit.* 28. *in princ.* ibi: *Salvo se expressamente forem nomados, & dados na dita doaçaon.*

Excipiuntur tamen aliqua tributa, seu vectigalia, quæ à Rege donari nequeunt, ut sunt gabellæ & redditus Regiarum Basilicarum, vulgo *Alfandegas*: 35
quæ adeo non sunt concessibiles, ut etiamsi expressè donentur, irrita dijudicetur donatio, *Ordin. d. lib.* 1. *titul.* 28. §. 1. tanquam facta in grave Coronæ præjudicium, ut lex ipsa declarat. Quare cum hæc jura non sunt concessibilia, utique neque præscriptibilia sunt aliquo temporis spatio: ut de gabellis tradit post alios Gutierr. *in earum tract. q.* 5. *n.* 1. *& seqq.* Castill. *de tert. c.* 20. *n.* 38. ubi plures laudat Azeved. *in L.* 2. *tit.* 14. *l.* 4. *Recopil.* Phæb. 1. *p. dec.* 24. *num.* 28. *in fin.*

Deinde non potest Princeps donare tertias redditum Conciliorum, & Civitatum Regni; quia non ip- 36
sius sunt, sed destinatæ ad refectionem murorum, & arcium: ut probat *text. in L. ne splendidissima.* 10. *C. de operib. public.* cujus hæc sunt verba: *Ne splendidissima urbes, vel oppida vetustate labantur de reditibus fundorum juris Reipublicæ tertiam reparationi publicorum monium, & Thermarum substitutioni deputamus.* Idem probat *Ordin. lib.* 1. *tit.* 62. §. 67. ibi: *De tempo antigo he ordenada, que das rendas que tem as Cidades, Vilas, Lugares, & Concelhos, do nosso Reyno, se tome a terça parte para repairo dos muros, & castellos, & para autras cousas necessarias à defensaon dos lugares.* Cumque prædictæ tertiæ sint populorum non Regis, ut expressè probat *Ord. lib.* 2. *tit.* 28. §. 2. quamvis Rex illarum sit curator, & per suos officiales tertias exigat, *Ord. d. tit.* 62. §. 67. *& seqq.* meritò donationem illarum facere nequit *Ord. lib.* 2. *tit.* 28. §. 2. Cab. 2. *p. dec.* 59. *num.* 1.

Diximus Civitates, & oppida, & eorum Concilia non posse tributa imponere, neque collectas sine Regis licentia, etiam pro sublevandis publicis necessita-

37tibus. Nunc addere libet concilium Civitatis neque salarium sine licentia Principis posse constituere: ut probat *text. in L.un.C.de præb. salar.lib.* 10. Videndus Amaxa *in L. omnes n.* 10. *C. de annon. & tribut. lib.* 10. Barbos. *ad Ordinat. lib.* 1.*tit.*66.§.40. Phæb. 1. *p. decis.* 34. Solorz. *tom.2.lib.*1.*cap.*20.*n.*23. Si verò reditus Concilii non sufficiunt ad expensas, quas Decuriones facere tenentur juxta formam eorum regiminis, & ipsis visum fuerit collectam imponere, debent Præsidi Provinciæ id notum facere Qui accedens personaliter ad Civitatem, vel Oppidum informationem faciet an collecta excusari possit, vel in aliud tempore opportunius transferri; & si invenerit non esse præcisè necessarium quod populus collectetur: ita Decurionibus declarabit. Si autem necessarium competerit, Regi scribit, ut collectandi licentiam cencedat, *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 66.§.40. Quod si ad prosequendam aliquam litem collecta necessaria sit, id Decuriones rescribere debent Judici, vel Judicibus, coram quibus causa agitatur in Senatu. Qui interveniente authoritate Rectoris, seu Gubernatoris Senatus, poterunt chartam expedire ad imponendam collectam juxta *Ord. d. tit.* 66. §. 41. Flores de Mena *lib.*2.*var.q.*21.*n.*41. At vero in hoc litis prosequendæ casu si collecta non excesserit summam quadragin̄ta mille iiruncioram non erit necessaria Principis licentia, sed obtenta à Præside Provinciæ Decuriones collectam imponere poterunt. Probat *Ordin. lib.* 1. *tit.* 58. §.44. & *tit.* 66. §. 41.

38 Item poterunt Decuriones collectam imponere absque Principis licentia pro alendis, & educandis infantibus expositis, quando in loco non sunt hospitalia erecta cum obligatione eos alendi, neque reditus Concilii sufficientes existunt, *Ordin. lib.* 1. *tit.*87.§. 11. Phæb. 1. *part. decis.* 34. Si autem post alimentorum præstationem à publico notus fuerit pater vel, mater infantis expositi, dabitur Decurionibus repetitio expensarum, quæ in educatione factæ fuerunt. Gratian. *discept. forens. cap.*299.*n.*41. & *seqq.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 81. *num.* 2. Emman. Barbos. *ad Ordinat. d. tit.* 87.§. 11. *n.* 2.

39 Idem potest Judex Ordinarius absque Regis licentia collectam imponere pro satisfaciendis præmiis, quæ dari solent illis, qui lupos occidunt *Ordinat.lib.* 1.*tit.*65.§.21. Quod, ita constitutum fuit ut vitarentur damna, quæ lupi facere consuescunt in gregibus, & armentis: ut ipsa ordinatio declarat. Et quidem in Hirlanda simile statutum reperitur per quod præmia dari jubentur occidentibus corvos,& alia animalia,ut tradit Emman. Barbos. *ad tit.*1.§.31.*n.* 1. ex Olao *de gentib. Septentrional libro* 4. *capite.* 15. *pag.* 237. Et sunt videndi Avendaño *de exequend. mand.p.* 1. *cap.* 2. *num.* 8. Azeved. *in L.* 5. *tit.* 8. *lib.* 7. *novæ Recop.*

40 De jure Castellæ etiam Civitates collectam imponere non possunt sine Regis licentia *ex L.*16.*tit.*8.*lib.* 9. *Recop.* limita tamen, si collecta non excesserit summam trium mille morapetinorum, & agitur de sublevandis publicis necessitatibus juxta *L.*1.2. & 6.*tit.*6. *lib.*7. *Recopil.* Et ita conciliari possunt *d.L.*16. *tit.* 8. *lib.*9. *Recopil. cum d.L.* 2. & 6. *tit.* 6. *lib.* 7. *Recopil.* quæ inter se pugnare videntur: ut agnoverunt Avendaño, Azeved & alii relati à Bovad. *in sua Polit. lib.* 5. *capite* 5. *n.* 12. Molin. *de justit. & jure tom.*3. *disputat.* 66. *vers. Civitates* Vel est dicendum cum Lazarre *de decem. vend. cap.* 18.*n.*80. *legem* 1. & 2. *d. titul.* 6. loqui in collectis, quæ idiomate Castellano dicuntur *Repartimientos*, legem verò 16.*titul.*8.*lib.*9. *Recop.* intelligendam esse de tributis.quæ eodem idiomate dicuntur *Sisas* ita ut Civitates tributa imponere non possint. Valeant tamen collectam imperare intra tria milia morapetinorum.Sequitur Bovad.*d.cap.*5. *n.*13. Sed hæc conciliatio displicet Franc.de Amaya 1. *d.L. omnes num.* 10. quamvis verè *num.* 12. eandem complectatur paucis mutatis.

At verò ex causa necessitatis propter bellum, vel pestem, bene poterit civitas collectam imperare absque Regis licentia ad septa facienda, & custodiendam 41
Civitatem, atque ad alia bono publico necessaria secundum Bart. *in lib.*1. *C. de mulierib. lib.* 10. *n.* 24. Boer. *decis.*60. *à n.*3. Avendaño *de exeq. mand.cap.* 14.*n.*18. *vers. nono* Et fundat Phæb. *dec.* 34.*n.*13. & *seqq.* At quid faciendum quando locustarum plaga in territorio Civitatis, vel Provinciæ existit, videndus Alphonsus Narbon. *ad L.* 57. *libro.*2.*tit.* 4. *gloss. un. per tot.* Et est notandum, quod licèt ad Civitatem non pertineat jus collectandi sine Principis licentia, tamen distributio collectæ jam impositæ ad Concilium 42
Civitatis spectat pro meliori exactione facienda. Cravet. *cons.*195. Menoch. *cons.* 28. *n.* 3. Flor. de Mena *lib.*2.*var.q.*2.§.1.*n.*11.& *seqq* & §.3.*n.*105. quem explicat Solor. *de jure indiar. lib.* 1. *cap.* 20. *n.*26.

Deinde observandum est: quod tributa neque à 43
Præsidibus Provinciarum, neque ab exactoribus non possunt exigi in majori summa, vel minori, quàm quæ à Principe fuit indicta: ut probat *text. in L. omnes*, *C de annon. & tribut. lib.* 10. *L.*3.§. *illud. C. de annon. largitionalit. lib.* 20. *L. placet* 8. *C. de excusat. mun. lib.* 10. *L. vectigalia* 1. *ff. de public. & vectig. c. innovamus* 10. *extra de censib. c. super quibusdam* §. 1. *de verbor. signif.* Molin.*d.disput.*666. Alex. Trentacinq. *var. lib.*1.*tit. de jure fisc.* 5. *resol. n.*1. Bovad. *d.lib.*5.*c.*5.*n.*1. & 13. Amaya *in d. L. omnes* 3. *C. de annon. & tribut. n.*5. Unde exactores tributorum, qui 44
plus debito extorquent; puniuntur dupli pœna, & crimen committere dicuntur *L unic Cod. de superexact. lib.* 10. Sixtin. *de Regal. lib.* 2.*c.*14.*n.*9. Et qui privato tributum remittunt de suis facultatibus solvere sunt compellendi: ut probatur *in d.L. omnes.*3. *C. de annon. & tribu.lib.*10.*L.fin.*§. *siquis professus. ff. de public. & vectig.* Ex ea ratione quia negligentiæ suæ, & deserti officii pœna ab eo est exigenda; qui debitum officium non complevit *L.* 2. *in fin. C. de fund. patrim. lib.*10. Nihilominus tamen valet remissio facta privato in damnum exactoris, à quo quidquid remiserit, poterit fiscus exigere *d.L.fin.* §. *siquis professus* : non verò valebit remissio in præjudicium fisci; quia si exactor solvendo non sit, in subsidium potest fiscus debitorem liberatum convenire *L.*2.*Cod. de convenieud. fisc. debitor lib.* 10. Et ita docent Acursius *verb. compellitur in d.L. omnes.* 2. *Cod. annon. & c. tribut. lib.* 10. ubi Valenc. *num.* 4. Platea *nu.* 3. & ibi Ayala *num.* 40. & 41.

Deinde Reges hujus Regni, & Castellæ obtinent ex privilegio Apostolico decimarum tertias in aliquibus Ecclesiis, quas Pontifices illis concesserunt 45
ante Lateranense Concilium: ut optimè tradunt Cabed.2 *p.decis.* 63.*n.* 1. Ubi concessiones refert ex Puteo *decis.*319.*lib.*3 Petr.Barbos.*in L.Titia* 35.*ff.solut. matrim.n.*40.*in fin.*& *n.*41.Gutierr.*pact.lib.*1. *q.*14. *à n.*1. August. Barbos.*in cap.cum. cum Apostolica.*7.*n.* 6.*de his, quæ fiunt à Prælato, & de potest. Episcop.* 3. *p. allegat.*37. *à n.*71.*cum seqq.* ubi *n.*76. plures laudat. Et cum multis Castill. *de tert. cap.* 2. Postquam verò ex constitutione Apostolica fuerunt incorpora- 46
tæ Regio patrimonio, jus Regale effectæ fuerunt, & temporales: ut plena manu docet Castill. *de tert. c.* 11.*à n.*1.*cum seqq.*& ante cum Cevall. *commun.contra commun. q.*622.*à n.*71. Valasc. *de jure emphyt.q.* 15. Hieron. Leo *decis.*3.*n.*23. Sequuntur Larrea *alleg.*27.*n.*2.& 3. *alleg.* 82.*n.*6. D. Joan de Solorz. *de jure Indiar. tom.*2. *lib.*3.*cap.*1.*n.*30.& *c.*4.*n.* 21.Salzed. *deleg.Polit.lib.*2.*cap.*7.*n.*29. Reynos.*observ.*50. *n.*15. *per text.in c. generali de elect. in* 6. Bellug *in specul. Princip. rubr.* 13. maxime *à n.* 30.

Quapropter cognitio causarum harum tertiarum
etiam 47

etiam contra Clericos pertinet ad Judicem Regiæ
Coronæ; Cabed.d.decis.63.n.4.Larrea alleg.29.n.5.
& 7.cum seqq. Noguer. alleg.39. n.3.Solorz.d. lib.3.
cap.1.n.31. & melius à n.42.usque ad n. 63. Hieron.
Leo decis.3.n.12.Cast.de tert.c.12.n.25.Gutier.lib.1.
pract.q.14.n.4.& 5. Pereir. de Castr.de man. Reg.2.
p.cap.27.n.31. vers.adhuc. Ita ut si laici decimarum,
seu tertiarum possessores coram Ecclesiasticis Judici-
bus conveniantur, non possint consentire in judicio
Ecclesiastico, & teneantur instrumentum gravaminis
interponere ad Judicem Regiæ Coronæ sub pœna
Ordinat.lib.2.titul.1.§.1. junct.Ordinat.lib.1.tit 9.§.
11.& 12.Notat.Gutierr.d q.14.n.5.Covarr.pract.cap.
35.n.2 Bellug.in specul.Princ.rubr. 13.§.restat.ex n.
1.& 14.Fr. Marc. decis.45.pag.2.Cabed.decis.63.n.4.
pag.2. Cacheran.decis.32. Thesaur. decis.22.Camill.
Borell. de præst.Reg.Cath.cap.71. n.348.& in addit.
ad Bellug. litt. E. verb. Princeps? Ramirez de leg.
Reg.§.31.n.4.Bovad.lib.2.cap.18.n.14.Brito de loca-
to.2.p.à n.36.in fin.Et plures alii, quos laudat Solorz.
lib. 3. cap. 1. n. 42. & seqq.
48 Præsertim quia tertiæ Regi concessæ tanquam tem-
porales rectè possunt per Regem donari, vendi, & ce-
di laicis personis: ut bene probat Barbos.in d.L. Titia
n.42.Gregor. Lopez in L.22.tit.20.partit.1.verb. no
los devanaver, Garcia de expens.cap.9.n.97.Mench.
lib.Illustr.cap.89.n.2.& 6.Gutierr.d.q.14.n.2.Cabed.
d.decis.63.n.5.Gabr.Pereir.de man.Reg.d.cap. 17.n.
31.vers.adhuc, Castill. de tert. cap. 16.& 17.Soto de
just.lib.1.q.7.art.1.Reynos. observ.50. n.61. Lazarre
de gabell.cap.19.n.28. Parlador. in sesquicent. diffe-
rent.14.§.2.n.6.Sesse dec. 162.Larrea alleg.82. n.9.
Unde cum decimæ sint temporales, & de patrimonio
Regis, nil mirum, quod si aliqua lis agitetur super
tertiis etiam inter personas Ecclesiasticas, sæcularis
Judex Regiæ Coronæ de illa cognoscere debeat.
Dubium tamen est: An si rex tertias redonaverit
alicui Ecclesiæ, & super illis contentio orta fuerit,
49 de illa sæcularis, vel Ecclesiasticus cognoscere de-
beat? In qua quæstione pro Judice Ecclesiastico, ut
scilicet ad eum pertineat cognitio. Facit primò: quod
res de facili redit ad suam naturam ab exordio 35.dist.
capite.2. de decim.in 6.L. item verba §.quod adjici-
tur, ff.de constit.pecun. Decian.cons.90.n.6.& 7.vol.
3.post plures Larrea alleg.43.n.15.Salgad.de protect.
2.p.cap.13.n.38.Giurb.decis.74.n.12.Solorz. d.lib.3.
cap.1.n.39. idem Salgad. in labyrinth.cred. 1.p. cap.
7.n.33. Valenz. cons. 124.à n.11. Aug. Barbos.voto
25.n.37.Cabed.2.p decis.27.n.7.& 8. D. Joseh. Ve-
la differt.49.n.72. Cùm igitur decimæ ante conces-
sionem Pontificis essent Ecclesiasticæ, tamquam de-
50 bitæ de jure Divino, Reynos. observ.50.n.1. Covarr.
lib.1.var.c.17.ex n.2. Valasc.de jure empyt. q. 17. n.
14. quamvis quota decimarum sit de jure positivo,
Salgad. d.3.p.cap.2.n.71. Solorz. lib.1.c.24.n.6. &
52.Aug.Barbos. in c.parochianos n.2. 3.& 4.de dec.
Tertiæ postea redonatæ Ecclesiæ in propriam natu-
ram redire debent Solorz. d.lib.3.cap.12.n.63.
Secundò facit: quia licèt decimæ concessæ Regi
efficerentur temporales, & de patrimonio Regis, ut
probavimus supra. Tamen redonatæ Ecclesiæ illam
51 mutavere qualitatem siquidem mutatione personæ
mutatur qualitas, & rei conditio. L. Paulus alias per
procuratorem ff. de acquir hæred. L. fiscus, ff. de jure
fisc.L. cumquidam §.si debitores, ff. de public. & vec-
tig.c.un §.verum de jure patron. in 6. Ancarran. cons
108.Jason cons.20.lib.1.Tiraq.de retract.lignag.§.1.
gloss.13.n.12.Valasc.de jur. emphyt. q.17. n.15.vers.
quibus accedit. Solorz.tom.3.lib.2.cap.22.n.49.& lib.
2.cap.1.n.39.Joan.Franc.Tondut.resol.civil.cap.195.
n.5.Sanfelic.decis.188.n.8.Cassan.cons.4.n.61. Qua-
re nil mirum, si tertiæ retranslatæ in Ecclesiam ma-
neant Ecclesiasticæ, prout erant in principio.

Confirmatur: quia jus patronatûs laicale dona-
tum Ecclesiæ, vel Monasterio efficitur Ecclesiasti-
cum c.un.de jure patronat.in 6.Spin de testam.gloss 4.
n.16.Cabed.de patron. Reg. Coron. c.5. n.3. Covarr. 52
pract.c.36. n.2. & 5.Salgad.de protect. Reg.3. p.cap.
10.n.269.& seqq.August. Barbos. voto 30.n.15.& de
jure Eccles.3.p.cap.12.n.10. Ergo idem dicendum est
de tertiis redonatis Ecclesiæ à Rege, cui fuerunt con-
cessæ. Quare cùm decimæ ita donatæ à Rege alicui
Monasterio, vel Ecclesiæ, omni respectu censendæ
sint juris Ecclesiastici, ut in terminis docet Greg.Lop.
in L.23.tit.2.partit.1.verb.no temen diezmos. Conse-
quens est de causis tertiarum Judicem Ecclesiasticum
tantum cognoscere debere, non sæcularem. Maximè 53
si agatur de jure, vel proprietate decimarum cap.tua,
cap. relatum de decim. Zerol. in prax. verb. decimæ
versa ad textum, Gutierr.pract.lib.3.q.26. à n. 1.So-
lorz.d. lib.3. cap.1. n.25. & 26. Tondut. resol. civil.
cap.25.n.1.& 2.Hieron. Leo dec.3.n.4.Gratian. cap.
238.n.7.Olea de cession.jur.tit.6.q.2.n.6.
Nihilominus tamen prædictis, & aliis non obstan-
tibus contrariam sententiam amplexus est Doctissimus
Solorz.d.lib.3.c.1.n.42.& seqq. asserens, quod si super
tertiis à Rege redonatis Ecclesiæ aliqua moveatur 54
controversia, Judex secularis & sic Judex Regiæ Co-
ronæ privativè de ea cognoscere debet. Quã senten-
tiam pluribus confirmat fundamentis. Et latè prose-
quitur Larrea alleg. 27.maximè n. 15. Ac facit Ord.
l.1. tit. 9.§. 6. & 13. & notata per Cabed. de patron.
Reg.Coron.cap.50.Ramirez de leg.Reg.§.41.n.4.Gra-
tian.discept.forens.cap.238.n.58. Covarr pract. cap.
35.n.2. Nec mirum, quia Regis privilegium est, ut
de causis pertinentibus ad jura Regalia, vel ejus pa-
trimonium, convenire possit etiam Ecclesiasticus co-
ram suis Judicibus, Covarr.pract.c.8.n. 3.ad fin Pe-
regr. de jure fisc.lib.7.tit.1.à n.1.Solorz.d. lib.3.cap.
1.n.50.Larrea alleg.27.n.9.& 10. Alfar. de offic. fis-
cal.gloss.16.à n.21.cum seqq.optimè Surd. cons. 152.
n.51. Quod locum habet etiamsi jura Regalia in do- 55
natarium sint translata quia adhuc causa tractanda est
coram Judice Regiæ Coronæ Ordin.d.lib.1. tit.9.in
princ. Ex ea ratione, quoniam bona Coronæ etiam
translata in donatarium retinent naturam suam Ro-
land.cons.89.n.28.lib.2.Cabed.de patron.d.c.50.n.1.
Solorz.d.c.n.56.& 57. Ubi idem procedere ait etiam
si Ecclesia, vel Clericus donatarius sit, & lis vertatur
contra eum. Idem tradunt Cald. Pereir.cons.5.n.3.&
18.Oliban.de jure fisc. cap.11.& cap.14.n.70.Cevall.
d.q 822.n.74.cum seqq. Larrea d.allegat.27 n.14. &
cum pluribus Castill. de tert.cap.12.n.20. Salgad. de
retent.Bull.1.p cap.1. n.133.Joseph.de Sesse de inhi-
bit.cap.8. §. 3. n.100. Garcia de Nobil. gloss.9. n.37.
Camill. Borel.de præstat.Reg.Cath.cap.71.n.55. Pe-
guer.in pract.crim.cap.24.n.7.cum seq. Et in expres-
so quod decimæ Regi donatæ, & temporales affectæ;
quamvis postea redonentur Ecclesiæ, non amittunt
naturam Regaliorum; quam semel acceperunt. Do-
cent plures relati à Solorz.d. cap.1.n.53 Qui n.61.& 56
62.tradit non obstare dispositionem Bullæ Cænæ §.
14.Apud quem videre potes.
Redeundo igitur ad tributa; observandum esse me-
ritorium tributa Regi pendere: ut bene per Alfar. de
offic.fiscal.gloss.20.§. 5.n. 55. vers. nec æquum est Ubi
n.56. obligationem sulvendi tributa in jure naturali 57
fundari autumat. Et ex ea ratione tributa peti posse
intra Ecclesiam defendit Alfar. in d. tract. gloss. ff.
16. privil.16. n.82. ex L.2. tit.11. partit. 1. quam in
Castella practicari asserit Quamvis contrarium tuea-
tur Anastasius Germon.sacror.immun.cap. 16. n.109.
Gratian.discept.forens.cap.38.n.1.Abbas in cap.inter
alia n. 22. de immunit. Eccles.
Denique in dubium vertitur. An tributa seu vec- 58
tigalia præscriptione possint acquiri contra Princi-

pem; In qua quæstione distinguendum est inter tributa, quæ debentur Regi in signum subjectionis, & supremæ potestatis, & in stipendia militum pro tuitione Respublicæ, & inter ea, quæ ex alia causa debentur. Ita ut in primo casu nulla habeat locum præscriptio, etiam immemorialis *L. comperit.* 5. *C. de præscript.* 30. *vel.* 40. *annor.* Ubi communiter DD. *c. cum instantia de censib. c. cum ex officii de præscript.* in aliis verò tributis procedat immmemorialis præscriptio. Et ita hanc rem cōponunt Bart. *in L. licitatio* §. *earum n.* 2. *ff. de public. & vectig.* Abbas *in c. cum contingat n.* 4. *de for. compet. & in c. ad audientiam, n.* 18. *de præscript.* Jason. *in L. imperium n.* 20. *ff. de jurisd. omn. Judic* & ibi Noster Gaspar Valasc. *n.* 140. Bald. *de præscript.* 2. *p.* 5. *princ. quæst.* 1. *à n.* 1. Fulgos. *cons.* 166. *n.* 3. Paris. *cons.* 25. *n.* 16. *lib.* 4. quos laudat, & sequitur Barbos. *in d. L. comperit. n.* 3. *&* 4. 19. *cum seqq.* Ripol. *de Regal. cap.* 7. *n.* 79. *&* 80. Et de jure communi esse indubitatam conclusionem dicit Gutierr. *de gabell. q.* 5. *n.* 2. *per text. in c. super quibusdam* §. *præterea de verbor. signif.* & post Bertachin. *de gabell.* 1. *p. princ. n.* 26. *cum seqq.* tradit Avilez *in c.* 13. *Prætorum gloss. alcavala n.* 5. Reynos. *obs.* 65. *n.* 4. Giurb. *abs.* 71. *n.* 2. Toudut. *resol. civ. c.* 25. *n.* 19. Valasc. *consult.* 141. *nu.* 4. *& seqq. & cons.* 120. *n.* 20. *&* 21. *& consult.* 167. *nn.* 20. *& seqq.* Gabr. Pereir. *de man. Reg.* 2. *p. c.* 37. *nn.* 12.

Tota dubitatio est, An de jure Regio tributa contra Principem possint adquiri immemoriali consuetudine; Et pro parte negativa stat Cabed. 59. *dec.* 66. *n.* 2. 2. *p.* Ubi tributa nullo tēpore præscribi posse tuetur. Quod idem procedere ait circa alia jura Regalia *decis.* 65. *n.* 2. Valasc. *de jure emphyt. q.* 8. *n.* 36. Qui fundatur dispossitione *Ordinat. lib.* 2. *tit.* 45. §. 56. Ubi probatur donatarios non posse adquirere per aliquod tempus etiam immemoriale contra disposita in illius tituli Ordinatione *juncta* §. 34. *&* 35. ejusdem legis. In quibus etiam, tributorum, & jurium Regalium fit mentio. Deinde facit *Ordinat. d. lib.* 2. *tit.* 18. *in princ.* ibi: *E para prescripçam das ditas cousas e não se podera allegar passe algũ t, posto que seja immemorial.* Ac de jure Castellæ ita dispositum est *in L.* 6. *tit.* 23. *part.* 3. *L.* 1. *&* 2. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recopil.* Joann. Garcia *de Nobil.* 7. *n.* 20. *& gloss.* 19. *n.* 1. Gutier. *de gabell q.* 5. *n.* 16. *&* 17. Castill. *de tert. cap.* 30. *n.* 38. Et dubium non est posse Principem ex justis causis immemorialem præscriptionem reprobare, atque iniquam declarare. P. Soar *de legib. lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 9. Larrea *allegat.* 15. *num.* 12.

Cæterum Valascus sibi contrarius *consultat.* 141. 60 in contrariam descendit sententiam asserens præscriptionem immemorialem procedere contra Principem in juribus Regalibus, & eum sequuntur Petr. Barbos. *in d. l. comperit. n.* 175. Gabr. Pereir *de man. Reg.* 2. *p. cap.* 37. *à n.* 13. *cum seqq.* Qui respondent ad ordinationes, in quibus fundatur Cabedo. Tu illos vide, & cogita, quia punctum in hoc Regno difficile est. Et nota: quod privatus contra privatum bene potest Regalia jura præscribere tempore ordinario decem, vel viginti annorum cum titulo, vel triginta annorum sine titulo secundùm Bart. *in L. si publicanus* §. *ult. ff. de public.* Covarr. *in reg. possessor.* 2. *p.* §. 3. *n.* 5. *vers. secunda conclusio*, dicit communem Salicet. *in L. vectigalia. C. vectig. nov. impon. non poss.* Palac. Rub. *in repetit. c. per vestras* §. *sed est pulchra dubitatio n.* 48. *vers. adde prædictis*, Cabed. 2. *p. dec.* 17. *e.* 6. *& dec.* 41. *n.* 6. Larrea *alleg.* 69. *n.* 15. Solorz. 2. *tom. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 77. Petr. Barbos. *in L. comperit n.* 86. *C. de præscript.* 30. Et hæc de tributis dixisse sufficiat, quia 2. *p. c.* 24. *à numero* 79. *cum seqq.* plura de tributis dicta sunt.

CAPUT II.

De angariis, & perangariis, ac cursu publico.

Ad Ordin. lib. 26. §. 8.

SUMMARIUM.

1 *Angaria, & perangariæ dicuntur à verbo Græco quod Latinè significat cogere.*
2 *Princeps potest equos, jumenta? & plaustra subditorum accipere pro suo servitio, soluto tamen salario*
3 *Vassalli tenentur Principi personale servitium exhibere propriis expensis pro pontibus, & viis reficiendis ad transitum ipsius.*
4 *Angariarum, & perangariarum appellatione continentur præstationes equorum, jumentorum, plaustrorum, & navium.*
5 *Jus angariarum, & perangariarum pertinet ad solam Majestatem. Et est unum de reservatis.*
6 *Domini terrarum, & vassallorum etiam habentes merum, & mixtum imperium non possunt uti jure angariarum.*
7 *Hoc jus bene potest à Rege donari.*
8 *A servitio, vel munere debito ratione rei possessæ nulla dignitas, vel privilegium excusat.*
9 *A servitio personali angariarum & perangariarum excusantur Nobiles, Doctores, Milites, Clerici, ac Medici*
10 *A servitio angariarum, quæ sunt necessariæ ad Principis expeditionem, viarum & murorum constructionem, non excusantur supra dicti.*
11 *Agitur de cursu publico, & veredis, ac paraveredis, & de eorum necessitate.*
12 *Cursus publici valde necessarii sunt Imperatori.*
13 *Cursores publicos instituere, & eligere ad Principem spectat.*

IN hoc §. Ordinationis agitur de augariis, & perangariis, quæ dicuntur à verbo Græco, quod Latinè
significat cogere: ut tenent Rosentald. *de feud. c.* 5. 1
concl. 60. *n.* 2. *&* 3. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 2. Ripol. *de Regal. cap.* 19. *n.* 2. Quare jus hoc verificatur in coactione, quam Princeps facere potest vassallis ad ei inserviendum. Et illud datur discrimen inter angarias, & perangarias, ut angariæ verificentur in servitio subditorum cum plaustris, equis, & aliis jumentis, vel cum navibus; perangariæ verò sint servitium personale: quod Principi fit à vassallis: ut optimè probat *Ordin. d.* §. 7. ibi: *Direita Real he podera*
Principe tomar os carros, bestas, & navios de seus subditas cada vez que comprir à seu serviço. 2
In quo consistunt angariæ, id est servitium, quod vassalli etiam coacti facere tenentur Principi illius expensis. Debet enim Princeps competens salarium illis præstare tam pro accessu, quàm recessu, Camil. Borell. *de præst. Reg. Cath. c.* 19. *n.* 87. *& n.* 102. Roland. *cons.* 69. *n.* 18. *lib.* 2. Ripol. *d. c.* 19. *n.* 11. Perangariæ verò sunt servitium personale, quod Principi fit à vassallis propriis expensis, Rosentald. *de feud. d. c.* 5. *conclus.* 70. *n.* 4. *in fin.* Mastrill. *de Magistr. lib.* 3. *cap.* 20. *n.* 332. Et ante
eos tradiderunt Afflict. *in c. un. tit. quæ sint Regalia,* 3
num. 1. *&* 2. & cum Natta, Vulteio, Capiblanc. Gail. & aliis Rosent. *ubi supra litt. G.* De quo servitio loqui videtur *Ordinatio ubi supra vers. E assim* ibi: *E assim fazeremlhe pontes para passar, & levar suas cousas de hũa parte para outra à todo o tempo, que lhe for necessario.* Quod servitium personale est, & diversum ab eo, quod consistit in servitio plaustrorum, aquo-

equorum & navium, & ideo propriis expensis fieri debet. Quapropter Ordinatio per diversos terminos locuta est in uno, & altero casu. Siquidem in primo usa fuit verbo, *Tomar os carros* in secundo verò verbo *fazer emlhe pontes;* quasi hoc servitium personalissimum sit, & propriis eapensis expediendum. Aliud enim est servitium cum plaustris, & jumentis quod Priucipis expensis est explicandum, juxta supra relatos. Et comprobatur *ex text. in L. 4. C. de navicular. lib. 11.*

Plaue agariarum, & perangariarum appellatione contineutur non solum præstationes equorum & aliorum jumentorum; sed etian plaustrorum, & navium:
4 ut ipsa Ordinatio declarat, & tenuerunt Hothoman *in d.cap.un.quæ sint Regalia*, ubi Borcholr. *u.*84.Rosental.*d. conclus.*70.*n.*3.Ferrariens.Montan. *de feud. lib.*5. *c.*7. *vers. sunt, & alia munera.* Sixtin.*d. c.* 13. *n.*11. Et probatur *in L. pennlt. ff.de veteran.* Ubi naves dicuntur angariari.

Hoc autem angariarum, & perangariarum jus ad Majestatem pertinet, & est unum de reservatis *cap.un.*
5 *quæ sint Regalia*, ubi DD. communiter. Et probat *Ordinatio d* §.7. ibi: *Direito Real he.* Natta *cons.*175. *n.*3.*& seqq.* Vulteius *de fend. lib.*1.*c.*5.*n.*7.*vers. decimo quarto angariæ*, Rosentald. *d.c.*5.*couclus.*70.*n.*1. Ripol.*d.c.*19.*n.*1.Sixtin.*lib.*2.*c.*13.*u.*44.Menoch.*cons.* 302. *n.*29. *vers. duodecimo*, Çamill. Borell.*de præst. Reg.Cath.l.*18.*n.*1. Mastrill. *d. c.*10. *n.* 329.*&* 334. Larrea *alleg.*50.*n.*4. Tusc.*litt.A.concl.*330.Aviles *in L.*24.*Prætor.n.*1.*&* 2. Ramirez *de leg. Reg.*§.26.*n.*56.

Quare hoc angariarum jure uti non possunt Domini terrarum, & vassallorum, etiamsi jurisdictionem habeant, & merum, atque mixtum imperium, per
6 ea, quæ Bossius *in tit. de extraord.exact.num.*2.Bald. *in L. cum multa in fin. C. de bon. quæ liber.*Siatin.*d. c.*13.*n.*47.Rosent. *d.c.*5.*concl.*71. *u.*1. Et in specie probat *Ord. lib.*2. *tit.* 50. §. quæ prohibet Donatarii equos, jumenta, & currus à subditis eaigere sub poenis ibi expressis.

Bene tameu possunt Domini inferiores habere à
7 Principe angarias, & perangarias, titulo donationis & couceffionis: ut expressè tenet Sixtin. *d. c.* 3. *numero* 45. Rosentald. *d. c.* 5. *conclus.*81. *uumero* 2. ubi alios adducit *litt. C.*

Et nota: quod si servitium angariarum, aliorumque munerum debetur ratione rei possessæ, nulla di-
8 gnitas, ueque privilegium ab eo excusat *L.sicut munera, L.ab his, ff.de vacat.& excusat.muner.l. fin.§. patrimoniorum vers.ab hujusmod.& §.vel autem ff.de muner.& bonor.L.*23. 6.*&* 9.*C. de munerib. patrimonial. lib.*10.*L.fiu.C.de exact. tributor. lib.*10.*L. maximarum cum seq.C.de excusat.munes.*

A servitio autem persouali angariarum, & perangariarum excusantur viri nobiles legum Doctores, mi-
9 lites, Clerici, Medici, honestarumque disciplinarum professores publici, & à recipiendo milite, & hospite, & ab aliis eatraordinariis collationibus, & sordidis muneribus etiam patrimonii, ut cum Alberic. Guid. Pap. *decis.*88. tradit Tiraq.*de nobilit. cap.* 5. *n.*3. *& cap.*20.*n.*16. Et optimè prosequitur Rosentald.*d.cap.* 5.*conclus.*72.*u.*2.*& litt. B. C. D. E. F. G. Ordin.lib.* 1.*tit.*66.§.42.Calixt.Ramirez *de leg. Reg.*§.26.*n.*60. Non tamen eacusantur supradicti, si angariæ & perangariæ necessariæ sint ad supremi Principis expeditionem, trausvectionem annonæ, pontium, viarum, viarumque constructionem & aliam inevitabilem ne-
10 cessitatem; ut tot. tit. de quibus muneribus, vel præstationibus se nemini liceat excusare *L.fin.C.de navib. uon excusand.lit.*11.*L. ad portus.*7.*omnes, C.de oper. publ.L.ad instructionem C. de sacros. Eccel.L.*3. *C.de privileg.don.Augustin.lib.*11.Tiraq.*d. cap.*20. *n.*167. *&* 169.*Ordin.lib.*1.*tit.*66.§.43.Rosentald.*d.concl.*72. *n.*3.& ibi *litt.* H.Calixt.Ramirez *d.*§.26.*n.*60.

Quamvis verò Antonius Augustinus *ad text.in L. si duos.*6.§.*est autem, vers.Philosophos, ff. de excus. tutor.* dicat angarias esse equorum præstationes ad cur- 11
sum publicum; & sic juxta eum pertineat ad angarias cursus Publicus Tamen verius est cursum publicum pertinere ad illam præstationem, quæ per veredos, & paraveredos præstari dicitur. De qua fit mentio *in L.ult.§.patrimoniorum autem, ff. muner. & honor.L.*2. *L.in omnibus, L. quoniam,L.non patiur, C. de curs.public.angar. & perangar.lib.*12.*L.maximarum, C.de excus.muner. lib.*10. Et veredi, & paraveredi sunt quidam equi ad cursum publicum destinati, veredi equi cursales minores, para veredi verò majores, ac minales, ut *in d.L.ult.§.patrimoniorum autem*, Cujacius *in rubr.C. de curs.public.* Hotoman. *in comment.verbor.juris in verb. veredi, & paraveredi*, Siatin.*de Regal.lib.*2.*cap.*13.*n.*8. Solebant enim Imperatores habere equos per loca dispositos pro cursu publico, cum ipsi citissimè, quò vellent, pervenire possent; vel ejus Nuntii, quibus dabatur facultas. Et hos equos nunc vocamus, *Podas*, ut per Menoch. *de arbitr. casu* 229.*n.*3.*&* 4.Rosentald. *d. cap.*5. *concl.* 70.*n.*3.& maaimâ bono communi afferunt utilitatem, tam tempore belli ad securitatem Reipublicæ, dicente *abria* apud Plutarch.*in apopheg.* Eos optimè Ducum munere fungi, qui res hostium quam maxime cognitas haberent; tum etiam respectu iter facientium, & litteras alicubi mittentium. Qua de causa cursoris, & veredarii munus apud omnes gentes fuit inductum: ut eleganter notat Larrea *alleg.*50.*n.*4.5.*& seq.*

Separantur autem veredi, & paraveredi ab angariis, & perangariis, ut optime comprobat Sixtin. de 13. *u.* 9. de illis vero & cursu publico iu hoc capite agere libuit, quia locus est opportunus Et quidem 12
Imperatori valde est uecessarium habere cursum publicum, ut citius notitiam possit tenere omnium quæ in suo Regno geruntur Prout ita factum ab Augusto describit Suetou. *in ejus vita cap.*49.ibi. *Quo citius, ac sub manu annuntiari cognoscique posset, quid in quaque provincia geretur? juvenes primo modicis intervallis per militares vias de hine vehicula disposuit.* Commodius id visum est, ut qui à loco eodem perferreot litteras, interrogari quoque, si quid res exigerent, possent.

Et sic solius Majestatis est cursores publicos constituere, & eligere, ut probatur ea text.*in L.*2.*L.nullus evictione* 11. *C. de curs. public.lib.* 12. Et probat 13
apud Castellauos *L.*6.*&* 7.*tit.*1.*lib.*6.*Recopil.*Bart.*in L.*1.*u.*5. *Cod.de excus.muner.lib.*10. Mastrill.*de Magistr.lib.*3.*c.*10.*n.*334. & *seqq.*Rosentald.*de feud.cap.* 5. *concl.*71,*n.*1.Natta *cons.*185.*n.*3. *&* 5.ac cum pluribus aliis Larrea *alleg.*50.*nnmero* 14.Nam in his, & Castellæ Regnis Cursoris majoris officium iu usu esse, & à Regibus constitui palam est.

CAPUT III.

De viis publicis, & stratis.

Ad Ordinat. lib. 2. tit. 26. §. 8.

SUMMARIUM.

1 *Via pnblica, & stratæ pertiuent ad Jura Regalia.*
2 *Ut via publica dicatur, tria debent concurrere, de quibus.* Ib.
3 *Viarum tres sunt species, publica, privata, & alia, quæ dicitur vicinalis.*
Non solum itur, & commeatur pnblicè per viam publicam, sed etiam per privatas. Ib.
4 *Via ut dicatur publica, solùm debet esse pnblicum*

relictum ac directum certis finibus ab eo, qui jus publicandi habuit.
5 *Via etiam dicitur publica, quæ exiens ab una publica ducit in aliam viam publicam.*
Item dicitur publica quæ cum esset vicinalis, non extat hominum memoria, quando facta sit, & consuetum est omnes per eam iter agere.
6 *Via publica appellatur etiam Consularis, & militaris; atque etiam Basilica, aut Regalis. Et alia de viis publicis.*
7 *Latitudo via publica qua esse debeat.*
8 *Strata quæ sit: & de differentia inter stratam, & viam publicam.*
9 *Via publica, & strata sunt de Regalibus quoad proprietatem, non quoad usum, quia communis est hominibus, & brutis.*
10 *Via vicinalis qua dicatur.*
11 *Via publica accedit fundo vendito, & dicitur etiam ipsius fundi.*
Non impedit, quin per alluvionem acquiratur eis, qui habent prædia ultra viam. Ibid.
12 *Per viam publicam licitum est omnibus ire, & ducere currum, plaustrum, lapidem, vel trabem.*
13 *Princeps sine causa non potest prohibere viam publicam transeuntibus.*
14 *Justa causa interveniente potest Princeps viam publicam prohibere.*
15 *Princeps ex causa publicæ utilitatis potest exteros, & forenses commorantes in Regno, ab eo ejicere, ne illius scrutentur arcana. Idem prohibere potest suis subditis.*
16 *Princeps potest prohibere, ne exteri admittantur in Regno sine causa publicæ utilitatis.*
17 *Si in via stricta duo currus simul transire nequeunt, ille retrocedere debet, qui fuit in culpa; ea verò cessante quæstio sorte dirimenda est.*
18 *Solus Princeps vectigal exigere potest a transeuntibus, vel is cui ipse concesserit.*
19 *Princeps tenetur securitatem præstare viis publicis, ut mercatores liberè possint, & securè merces transportare. Donatarii, quibus Princeps donavit territorium cum viis publicis, eandem securitatem præstare tenentur.* Ibid.
20 *Princeps, & donatarius viarum tenentur resarcire damna data à latronibus in viis publicis.*
21 *Limita, nisi damnum passus à via publica deviaverit, & insolita usus est; quia tunc non recuperat damnum.*
22 *Mulio, cui mercator tradidit merces vehendas, si faciendo iter per viam solitam fuit spoliatus, non tenetur mercatori: secus si à via recta deviavit.*
23 *Princeps solus de via publica disponere potest, & eam alienare.*
24 *Proponitur quæstio: An civitas recognoscens superiorem possit aliquo modo disponere de via publica? Et afferuntur fundamenta partis affirmativæ.*
25 *Civitas habet jus reducendi viam publicam in locum privatum; ita ut habeat potestatem faciendi viam publicam.*
26 *Viarum publicarum aliæ sunt urbanæ, quas dicimus* Ruas publicas; *aliæ sunt extra urbem, quas appellamus stratas: & strata simulatque ingreditur urbem moritur, & jam dicitur platea.*
27 *Cura viarum, quæ sunt intra urbem, pertinet ad Magistratus; & jam apud Romanos curatores viarum erant Ædiles Curules. Quod idem servatur apud Nos.*
28 *Afferuntur fundamenta partis negativæ. Et an bona civitatis dicantur publica?*
29 *Affertur Bartoli distinctio, super dicta quæstione.*
30 *Bona publica an, & per quem possint alienari? Et affertur distinctio Capola.*
31 *Bona quæ verè sunt publica non possunt alienari, nisi à Principe, qui non recognoscit superiorem.*
32 *Bona civitatis quorum redditus cedunt in commune, ut sunt molendina agri, & domus civitatis, possunt ab ipsa alienari: non verè publica, quæ sunt omnium usui destinata: ut sunt via publica.*
33 *Solaria, quæ sunt intra civitatem possunt à Decurionibus concedi ad domus ædificandas? quod obtinet de consuetudine; quia de jure ad Principem pertinet concessio.*
34 *Respondetur ad fundamenta partis affirmativæ.*
35 *Princeps non potest alienare vias publicas, si tertio præjudicium infertur.*
36 *Privilegium nunquam intelligitur concessum in tertii præjudicium.*
37 *Concessio Principis facta expressè, ut quis possit ædificare in via publica in tertii præjudicium, sustinetur.*
38 *Princeps non est dominus bonorum subditorum, neque de illis potest disponere, prout neque de bonis, quæ pertinent ad patrimonium civitatis, & ejus redditus.*
39 *De solemnitatibus, & requisitis ad alienationem bonorum civitatis. Ubi, & numero* 40. *sex requisita necessaria esse traditur, quæ ibi recensentur.*
41 *Venditio rerum civitatis, sine prædictis solemnitatibus nulla est, & res cum fructibus vendicari valet.*
Solennitates à Lege requisitæ dicuntur de substantia actûs. Ibid.
42 *Quando in Lege requiruntur plura pro validitate actûs, omnia censentur de forma illius.*
43 *Formæ defectus etiam minimus vitiat actum.*
44 *Quamvis de jure communi necessaria sit licentia Regis ad alienanda bona civitatis, tamen de jure Regio nulla desideratur.*
45 *Sindicus civitatis constitutus ad bona vendenda non potest illa vendere? nisi nominatim bona exprimantur in mandato.*
46 *Via publica à privato claudi non potest, etiam si nemini noceat.*
Si via publica claudatur de consensu vicinorum, potest alius de alia contracta agere, ut non claudatur, & contradictio ejus plus operatur, quàm consensus omnium. Ib.
47 *In via publica non potest poni scala, nec primus gradus scalæ.*
Non potest quis facere ponticellum super via publica. Ibid.
48 *Solum publicum debet esse liberum usque ad cælum.*
49 *Quilibet de populo agere potest contra claudentem, ædificantem, vel aliquid facientem in via publica.*
Ipse Judex propria authoritate demolire valet quidquid factum fuerit in via publica. Ib.
50 *Interdictum ne quid in loco publico est prohibitorium in prima parte, & restitutorium in secunda; & actio, quæ ex illo descendit; perpetua est.*
51 *Via publica destructa cuilibet licitum est iter facere per fundum vicinum, etiam cum animalibus, dummodo civiliter ducat.*
52 *Destructa via publica in perpetuum nova fieri debet per fundum vicinum. Ubi au pretium viæ sit solvendum domino fundi ab universitate;*
53 *Arbores natæ in via publica pertinent ad domi-*

nos

54 *Intellige prædicta in viis publicis, quæ sunt extra civitatem; quia intra urbem quilibet tenetur aptare, reficere, & purgare plateam ante domum suam.*

55 *Nemo excusatur à refectione, & purgatione viæ ante domum suam: ita ut etiam Clerici teneantur.*

56 *Conductor domus non tenetur de proprio ad refectionem viæ, seu plateæ, & si solvit, imputat domino in pensiones.*

57 *Emphyteuta suis expensis reficere debet, seu purgare plateam.*

58 *Conductor tenetur de suo ad purgationem viæ si est momentanea.*

59 *Qui tenetur ad purgationem plateæ, vel ad refectionem, eatenus purgare debet, quatenus prætendat latitudo domus suæ, nullo habito respectu ad majorem valorem.*

60 *Plateam qui tenetur purgare, non satisfacit, si auferat lutum de medio, & projiciat in partibus, & lateribus viæ.*

61 *Qui tenetur reficere, debet viam reducere ad veterem latitudinem, vel longitudinem nullo addito, vel adempto.*

Reficere nihil aliud est, quàm in pristinum statum restituere, dummodo prima forma, altitudo, & latitudo non mutentur.

62 *Res non dicitur restituta, quæ deteriorata redditur.*

63 *In viam publicam non debent projici stercora morticinia, coria, utres, vel aliquid fœtidum.*

64 *Via publica donata censentur concessa jurisdictione, & territorio.*

Barones, & Donatarii habentes merum, & mixtum Imperium possunt cognoscere de delictis commissis in via publica. Ib.

Non tamen via publica censentur donata in Regno si non exprimantur. Ib.

65 *Via publica non possunt præscribi, etiamsi ea non utatur:*

66 *Limita, ut à concivibus via publica præscribi possit per tempus immemoriale.*

67 *Pedagia, portoria, & alia jura, quæ solvuntur Regi per transitum viarum, pertinent ad donatarium, cui donatio facta fuit cum pertinentiis, & viis publicis: sed Princeps potest concedere exemptionem ab illis pedagiis.*

68 *Erranti viam comiter via ostendenda est.*

1 PErtinent etiam ad Regalia viæ publicæ, & stratæ ut probatur *in c. unico quæ sint, Regalia, L. 2. §.1 ff. nequid in loc. public. Ordinat. lib. 2. tit. 26 §. 8.* Et notant Afflict. *in d. cap. unic. verb. via publica in princ.* Surd. *decis.* 42. *n.* 5. Betoius *cons.* 136. *n.* 11. Ludovic Bologner. *cons.* 55. *n.* 2. Camill. Borell. *de præst. Reg. Cath. cap.* 7. *n.* 1. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 11. Peregrin. *de jure fisc. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 16. Minsinger. *observ.* 70. *n.* 5. *centur.* 5. Andr. Gail. *lib.* 2. *observ.* 64. *n.* 4. *& de pace publ. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 13. Cabel. 2. *part. n.* 3. *in fin. & n.* 21. *in fin.* Cyriac. *controv.* 178. *n.* 7. 8. & 9. Rosent. *de feud. cap.* 5. *conclus.* 20. Tondut. *resol. civil. cap.* 133. *n.* 11. Horat. Montan. *de Regal. §. via publica fol.* 52. Ripol. *eod tract. c.* 40. *n.* 14 Calixt. Ramirez. *de leg. Reg. §.* 26. *n.* 31. Petr. Gregor. *de Repub. l.* 9. *c.* 10. *n.* 21. Joan. Azor. *instit. moral.* 2. *p. lib.* 11. *cap.* 4. *vers. viæ publica, pag.* 1216.

2 Ad hoc autem, ut via publica dicatur, tria debent concurrere, nempe quod solum sit publicum, & quod per eam publicè eatur; ac denique, quod ducat nos in civitatem, flumen, vel mare, aut in aliam viam publicam, Ripa in *L. quominus nu.* 52. *ff. de flumin.* Surd. *d. dec.* 42. *n.* 3. *in fin.* Sixtin. *d. c.* 2. *n.* 22. Menoch. *cons.* 448. *n.* 9. Ramirez *de leg. Reg. d. §.* 26. *n.* 31. non enim sufficit, ut via dicatur publica probare per testes, quod vulgò, & publicè per omnes itum fuit per viam, Cæpol. *de servit. rustic. cap.* 3. *n.* 17. Menoch. *cons.* 448. *n.* 9. Surd. *decis.* 42. *n.* 4. Franc. Marc. *dec.* 54. Cavalcan. *decis.* 4. *n.* 66. Amendol. ad Vincent. de Franc. *dec.* 142. *n.* 7. Sixtin. *d. c.* 2. *n.* 18. & 19. Tondut. *d. c.* 133. *numero* 1. Et ideo discutiendum est, quæ sint viæ publicæ.

Namque viarum tres sunt species, alia privata, & 3
alia, quæ vicinalis dicitur *L.* 2. *§. variarum, ff. ne quid in loco public. L. fin. ff. de loc. & itin. public.* Cæpola *d. c.* 3. *n.* 16. Purpurat. *cons.* 377. *n.* 32. Surd. *dec.* 42. *n.* 2. Rosentald. *d. c.* 5. *conclus.* 20. *n.* 2. Petr. Gregor. *syntagm. lib.* 3. *c.* 22. *n.* 1. Atque ita non tantum per viam publicam publicè commeatur; sed etiam per vias privatas publicè itur *L.* 1. *§. summa ff. de his, qui dejecer. vel effuder. L. si putator* 31. *ff. ad L. Aquil.* Surd. *dec.* 42. *n.* 2. Et sic, ut via dicatur publica, solùm debet esse publicum relictum ac directum certis finibus ab eo, qui jus publicandi habuit, ut per eam
publicè iretur, & commearetur *L.* 2. *§. viam publicam* 4
ff. de via public. Cæpol. *d. c.* 3. *n* 17. Sixtin. *c.* 2. *n.* 5. Rosentald. *d. conclus.* 20. *n.* 3. Mastr. *de Magistr. lib.* 5. *c.* 10. *n.* 268. Thusc. *litt. V. concl.* 176. *n.* 7. Arnis. *de jurib. Majest. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 1.

Dicitur etiam via publica, quæ exiens ab una pu- 5
blica ducit in aliam viam publicam, *d. L.* 1. *§. viarum, ff. de via public. L. fin. ff. de loco, & itin. public.* Cæpola *d. c.* 3. *n.* 18. & 37. Surd. *dec.* 42. *n.* 3. Vincent de Franc. *dec.* 142. *n.* 3. Mascard. *conclus.* 1406. Gasp. Thesaur. *forensium lib.* 2. *q.* 89. *n.* 4. Et insuper dicitur via publica, quæ cum sit vicinalis non extat memoria hominum quando facta sit; & consuetum est omnes per illam iter agere *d. L. fin. ff. de loco, & itin. public.* Cæpol. *d. c.* 3. *n.* 3 Riminald. *cons.* 352. *n.* 4. Bursat. *cons.* 409. *in princ.* Menoch. *cons.* 448. *n.* 12. dummodò non constet, quod ex collatione privatorum agrorum fuerit constituta, ut notanter advertit Hering. Arnis. *de jurib. Majest. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 1.

Appellatur etiam via publica consularis, militaris, & Prætoria, per text. *in d. §. viarum, & in d. L. ff. de
loc. & itin. public.* Cæpola *d. c.* 3. *n.* 19. Surd. *dec.* 42. *n.* 6
4. Narbona *in L.* 58. *tit.* 4. *lib.* 2. *recopilat. gloss.* 1 *n.* 4. Sixtin. *d. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 7. & 8. Atque etiam viæ publicæ appellantur Basilicæ, hoc est Regiæ, sive Regales, Sixtin. *supra n.* 10. Ramirez *de leg. Reg. d. §.* 26 *n.* 31. Unde viæ publicæ rusticæ, vel erant extra Urbem, vel erant Consulares, vel Prætoriæ; & ita dicebantur à Consulum, vel Prætorum, aut aliorum nominibus quibus vel authoribus, vel procuratoribus deductæ erant ut de via Flaminia, Cassi, Clodias Annia, Augusta Albana, Latina, Aurelia, Pompeia. Domitia; Cornelia, & aliis tradit Camil. Borrel. *de præst. Reg. Cath. n.* 7. *n.* 8. Latitudo autem viæ publicæ habere debet in porrectum octo pedes, in anfractum sexde-
cim pedes *L. via latitudo, ff. de servit. rustic.* Camil. 7
Borell. *d. cap.* 7. *n.* 4. & 5. Franc. Vivius *dec.* 488. *n.* 3. *lib.* 3. Sixtin. *d. c.* 2. *n.* 6. Thusc. *litt. V. concl.* 176. *n.* 1. Annæus Robert. *lib.* 4. *sententiar. c.* 4. Cujac. *lib.* 22. *observat.* 35. Joann. Hering. *de molend. quæst.* 41. *n.* 42.

Strata autem est via matonata lapidibus vivis vel 8
coppis *L.* 1. *§. viam ff. de via public.* Et sic datur differentia inter viam, & stratam, ut probat text. *in L. absit C. de privileg. dom. August. lib.* 11. ubi Bartolus dicit prædictam differentiam utilem esse ad statutum, in quo disponitur, quod committens delictum in strata, pœna dupli puniatur; quia si accusator dicit maleficium fuisse commissum in via, non concludit pœnam deberi duplicari: ut *in L.* 1. *§. docere, ff. de vi bonorum. raptor* Sequitur Cæpola *d. cap.* 3. *numero* 10.

Intellige dicta *num.* 1. ut scilicet viæ publicæ
& stratæ sint de Regalibus quoad proprietatem; 9
non

non verò quoad usum, qui communis est hominum,
& animalium L. 2. §. 1. ff. de quid in loco public. L.
1. ff. de loco, & itin. public. L. fluminum. 24. ff. de
damn. infecto, Cæpola d. c. 3. n. 21. Afflict. in c. un.
quæ sint Regalia verb. via publica num. 2. Beroius d.
cons. 136. n. 9. Sixtin. d. c. 2. n. 20. P. Molin. de just. &
jure de delict. disp. 707. Mastr. de Magistr. lib. 4. c. 16.
n. 147. Menoch. cons. 448. n. 10. Et explicat eleganter
Ordin. Regia d. §. 8. ibi: E posto que ovso das estradas,
& ruas publicas, & dos rios seja igualmente coman
a toda agente, & ainda a todos os animaes, sempre à
propriedade d'ellas fica no patrimonio Real.

10 Via autem vicinalis propriè dicitur, quæ ad vicos
ducit, vel est in vicis, & hæc si constat, quando fac-
ta fuit, est via privata, quæ potest vendi, & claudi,
Thusc. litt. V. conclus. 179. n. 1. Surd. dec. 42. à n.
15. cum seqq. si verò non extat memoria, quod facta
sit, licèt solum publicum non sit, publica esse dici-
tur: ut jam diximus n. 4. & ultra ibi citatos tenent
Cæpola d. c. 7. q. 7 Surd. proximè num. 15. Thusc.
d. conclus. 179 num. 2.

11 Item via publica accedit fundo vendito, & dici-
tur etiam ipsius fundi L. Martius in fin. ubi gloss. ff. de
acquir. rer domin. Mastrill. d. c. 16. num. 147. Et sic
uia intermedia non impedit cohærentias fundi, seu
confines, d. L. Martius, & gl. in §. riparum instit. de
rer divis. Masol. cons. 4. n. 89. Surd. proxime nu. 12.
Ubi etiam tenet, quod via publica non impedit,
quin per alluvionem adquiratur eis, qui habent præ-
dia vltra viam, L. Martius. Et fuit sententia Bart.
in tract. alluvion. in princ. num. 3. Masol. cons. 318.
num. 32. & seqq.

12 Ex eo quod viarum publicarum usos sit commu-
nis, licitum est omnibus per eas ire, & commeare,
ducereque currum, plaustrum, lapidem, vel traebm
L. 2. §. 1. ff. ne quid in loco public. Cæpol. de servit
rusticor. cap. 3. n. 19. Unde dubium est: An Princeps
possit prohibere transeuntibus viam publicam? In
qua quæstione illa concors est omnium sententia,
non posse Principem sine causa viam transeuntibus
13 prohibere: ut per Afflict. in d. cap. un. verb. viæ pu-
blica num. 1. quem sequuntur Peregr. de jure fisc. lib.
1. tit. 1. n. 22. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 2. num.
28. 29. 30. Rosentald. d. cap. 5. conclus. 21. n. 2. &
li. C. Ubi taxat Cæpolam indistinctè volentem pos-
se Principem hanc prohibitionem facere Nititur. Af-
flictus ea ratione, quod Princeps debet permittere
in suo, quod aliis prodest, & sibi non nocet L. 1. §.
item Varus L. in summa ff. de aqua pluvia arcenda,
L. in creditore, ff. de evictiou. Fontan. de pact. nupt.
claus. 4. gloss. 9. p. 2. n. 13. Solorz. de jure Indiar
tom. 2. lib. 2. cap. 13. n. 99. Deinde quia tale præ-
ceptum prohibitionis esset contra charitatem proximi,
& etiam contra ipsas leges, quæ commeatum, &
commercia juris gentium esse tradunt: ut per supra
dictos. Et hoc necdum procedit respectu subdito-
rum, sed etiam forensium, quibus sine causa Princeps
non potest prohibere, ne per viam publicam iter fa-
ciant, Afflict. in d. c. un. verb. via publica num. 2.
Cæpol. d. c. 3. num. 19. circa fin.

Justa verò causa interveniente bene poterit Prin-
ceps prohibere, & interdicere viam publicam. Ve-
14 loti si debitum vectigal solvere recusent. Vel, ne
scrutentur arcana Regni. Et insuper propter multi-
tudinem hominum vitandam ne Regnum invadatur.
Vel denique, si hostes sint: ut notabiliter tradit Af-
flict. in d. cap un. n. 2. Rosental. d. conclus. 21. num.
2. Sixtin. d. c. 2. n. 31. Peregr. d. tit. 1. nu. 22. &
seqq. Joan. Hering. de molend. q. 16. n. 28. Quæ re-
solutio confirmatur ex eo, quod Princeps potest ex
15 causa publicæ otilitatis exteros, & forenses in Re-
gno commorantes ab eo ejicere, ne illius scrutentur
arcana L. mercatores C. de commerc. & mercat. Mas-
trill. de Magistr. lib. 3. cap. 4. n. 135. & 141. Aven-
daño de exeq. mand. lib. 2. c. 61. n. 9. Joann. Bap.
Toro in compend. decis. verb. rixosus, Anton. Sola
ad constit. Sabaud. gloss. 1. num. 11. D. Christophor.
Cresp. de Valdaura observ. 59. n. 13. Joann. Franc.
de Pont de potest. Pro. Reg. tit. 2. §. 2. n. 3. Et rur-
sus potest Princeps ex causa non tam exteris, sed
etiam subditis prohibere, ne veniant ad loca sua ar-
gum. text. in l. Divus ff. de servit. rustic. L. hæres, ff.
de usufr. legato, L. secuti §. Aristo ff. si servitus vendi-
cetur. Unde nil mirum, si possit exteris prohibere vi-
as publicas ex causa, siquidem etiam sine causa pu-
blicæ utilitatis prohibere valet, ne exteri admittan-
tur in Regno, Bald. in cap. 1. §. donare de for. fidel.
Franc. Marc. decis. 356. Giurb. cons. 49. n. 13. Cresp.
de Valdaur. d. observ. 59. n. 14. Joann. Bapt. de To- 16
ro d. verb. rixosis col. 2. pag. 490. Pont. d. §. 2. n. 2.
Aug. Barbos. in d. L. mercatores. n. 7. Cod. de com-
merc. & mercat.

Nota tamen: quod licet omnibus licitum sit transi-
re per viam publicam cum curru, si via est stricta, &
duo currus simul transire nequeunt, unusque, & al- 17
ter invicem se impediunt, ille retrocedere debet,
qui fuit in culpa; ea verò cessante quæstio sorte
dirimenda est: ut tradit Afflict. in d. c. un. verb.
via publica num. 8.

Ex dicta resolutione, quæ habet vias poblicas esse
Principis quoad proprietatem, infertur. Primo: quod
solus Princeps, vel is, cui ipse concedit, in eis vec-
tigal exigere potest: ut tenent Borcholtem de Regal. 18
n. 25. Rosentald. d. conclus. 25. Hening. Arnisæus de
jurib. Majest. lib. 3. c. 5. num. 7.

Secundò infertur Principem teneri præstare secu-
ritatem viis publicis; namque publicè interest, &
est utile, sine metu, & periculo per itinera comme-
ari, ut uiatores, ac mercatores liberi ab incursu la- 19
tronum securè valeant merces pro Reipublicæ ne-
cessitate transportare, & adducere Bald. cons. 243. lib.
5. Græveus ad Andr. Gail. lib. 2. conclus. 64. nu. 8.
Calixt. Ramirez. deleg. Reg. §. 26. num. 32. Et pro-
bat text. in L. 1. §. 1. ff. de his, qui dejecer. vel effu-
der. Unde dicère solebat Philippus Macedoniæ Rex,
quod Princeps cognoscendos est ex tuta via, proba
moneta, & observatione fidei datæ. Refert Sixtin.
d. cap. 2. n. 34. & Calixt. Ramirez d. §. 26. n. 33. Et
quidem congruit bono, & gravi Præsidi curare, ut
pacata, ac quieta Provincia sit, quam regit, L. con-
gruit in princ. L. Præses 3. ff. de offic. præsid. L. 1. §.
quies ff. de offic. Prætor. Urban. cap. Dominus, vers.
justa bella 23. q. 2. c. administratores. 23. q. 5. Six-
tin. d. cap. 2. n. 37. & 38. Rosentald. d. conclus. 22.
cap. 5. Ripol. de Regal. c. 40. nu. 10. & 11. Camil
Borell. de præst. Reg. Cath. c. 7. n. 15. Arnisæus de
jurib. Majest. d. c. 5. n. 8. Minsinger. centur. 5. ob-
serv. 6. num. Andr. Gail. lib. 2. observ. 64. num. 3.
Quam securitatem etiam præstare debent Donatarii,
quibus Princeps territorium cùm viis publicis dona-
vit: ut per supradictos.

Quod adeo verum est, ut tam Princeps, quàm 20
Donatarius viarum teneatur resarcire damna data à
latronibus in viis publicis secundùm Bart. in L. ne quid.
ff. de incend. & ruin. Afflict. d. verb. via publica n.
14. Minsinger. d. observ. 70. Borcholtem de Regal.
n. 28. Guid. Pap. decis. 413. n. 2. Gail. d. observ. 64.
Rosentald. d. c. 5. conclus. 22. ubi plurea laudat Six-
tin. d. lib. 2. c. 2. n. 35. Cæpol. d. c. 3. q. 25. n. 50.
Bald. in c. 1. verb. Marchio n. 5. tit. qui feudum da-
re possunt, Arnisæus d. c. 5. num. 8. Quam resolutio-
nem intelligunt præfati Doctores, nisi ab eo, qui
patitur damnum fuerit deviatum à via publica:
quia via insolita utentes damnum non recuperabont,
sive sint mercatores, sive alii: ut in specie docent
Bart. in L. 1. §. summa, ff. de his, qui dejecer. vel 21
effu-

effeder. Minfinger. *d. obferv* 70. *n.* 4. Gail. *obferv.*
64. *n.* 11. Rofentald. *d. conclus.* 12. Sixtin. *c.* 2. *n.*
40. damnum namque, quod quis fua culpa fentit, pa-
tienter ferre debet, & illi imputatur *L. quod quis ex*
culpa ff. de regul. jur. cap. damnum eod. tit. in 6. *L.*
fi fidejuffor. ff. mandati, Surd. *conf.* 64. *n.* 1. Solorzan.
d. lib. 2. *c.* 24. *n.* 37. Cyriac. *controv.* 62. *n.* 25. Hie-
ron. Leo *decif.* 41. *n.* 13.
22 Et confirmatur: quia fi mercator tradidit merces
mulioni vehendas, ac in itinere à prædonibus mulio
fuit fpoliatus, non tenetur damnum rafarcire merca-
tori, fi per vias folitas iter fecit; fi verò à via recta
deviarit, & per infolitas iter fecerit mulio, damnum
præftare tenetur Gail. *d. obferv.* 64. *n.* 12.
23 Tertio infertur: quod folus Princeps de via publi-
ca difponere poteft argum. text. *in L. littera, ff. ne*
quid in loco public. L. 2. §. *idem ait eod. tit. L. fi in pu-*
blico ff. de aqua quotid. & æftiva, Alciat. *conf.* 1. *n.*
13. *vol.* 7. Rofentald. *d. c.* 5. *conclus.* 20. *in fin. & litt.*
T. Cæpol. *d. c.* 3. *n.* 21. Menoch. *conf.* 448. *nu.* 11.
Ubi tenet quod via publica à folo Principe poteft
alienari, vendi, & donari. Unde quæri folet, An
civitas recognofcens fuperiorem poffit aliquo modo
difponere de via publica. In qua quæftione pro parte
24 affirmativa facit: Quod quælibet civitas habet jurif-
dictionem, & poteftatem faciendi viam publicam:
ut notant Canoniftæ *in cap. Ecclefia Sanctæ Mariæ*
de conftit. ergo idem jus ei competere debet ad redu-
cendam viam publicam in locum privatum; ut notat
Bart. *in L.* 2. §. *ff. ne quid in loco publico per gloff.* ubi
quæ incipit *fcilicet privati,* Cæpol. *de fervit. ruftic. cap.*
3. *n.* 22. Secundo facit: quod quælibet civitas habet
jus in via publica ex permiffione Civitatis Romanæ,
25 feu Principis *l.* 1. *in princ. ff. ne quid in loco public. Præ-*
ter ynam quod lege, juncta gloff. quæ exponit lege muni-
cipali. Et probatur *in L. prohibere* §. *plane ff. quod vi,*
aut clam. Ex quo dicit Bart. *in d. L.* 2. *in princ.* quod
de facto ita contigit in quadam platea, quam civitas
vendere volebat, & videbatur vendi non poffe, nifi
per Principem, *ex L. continuus* §. *cum quis ff. de verb.*
oblig. Et datum fuit confilium, quod fieret à Civita-
te ftatutum, ut venderetur idem Bart. *in d.* §. *cum*
quis. Propter quæ hanc partem affirmativam te-
nuerunt *Beroius conf.* 136. *numer.* 14. *vol.* 3. Et vi-
detur fentire *Pichard. in princ. Inft. de interdict.*
art. 5. *nu.* 159. *ex L.* 3. *tit.* 32. *partit.* 3. ubi Gregor.
Lopez.
Confirmatur: quia viarum publicarum aliæ funt
26 urbanæ, quas dicimus plateas, & noftro idiomate
Rnas publicas, aliæ verò funt extra urbem, quas di-
cimus ftratas. Strata autem fimul atque ingreditur
urbem, atque plateam, moritur, & jam non dicitur
via publica, fed platea ut per Bart. *in L.* 1. *ff. de loc.*
& itin. public. Sequuntur Calicius *in tract. de fono im-*
mif. quæft. 5. *verf. quæro an maleficium commiffum in*
platea & Marchin. quos refert, & fequitur Cancer.
lib. 2. *var. cap.* 22. *n.* 90. At verò viæ, quæ funt intra
27 urbem non funt de Regaliis Domini Regis, cum ea-
rum cura ad Magiftratus pertineat L. 2. *paragrapho*
hoc interdictum, ff. ne quid in loco publico. Franc.
Beccius *conf.* 15. *nu.* 20. & 21. Calixt. Ramirez. *d.*
paragrapho 26. *nu.* 31. *circa fin.* Cancer. *d. nu.* 99.
jam enim apud Romanos viarum Magiftratus, & Cu-
ratores erant Ædiles Curiales L. *qui vias publicas,*
ff. de damn. infect. L. *Ædiles ff. de via public.* L. 2.
§. *hoc interdictum, ff. ne quid in loco public.* L. *ad cu-*
ratores Reipublicæ. ff. de damn. infect. notant Maftrill.
de Magiftr. lib. 3. *cap.* 10. *nu.* 277. Ex aliis Narbon.
in L. 58. *lib.* 2. *tit.* 4. *novæ Recopil. gloff.* 1. *nu.* 1. Ca-
mill. Borrell. *d. c.* 7. *n.* 9. & 10. Sixtin. *li.* 2. *c.* 2. *n.* 12.
13. & 14. Et apud Nos eadem viarum cura intra ur-
bem demandata eft Ædilibus ex *Ord. lib.* 1. *tit.* 68. §
18. *& feqq.*

In contrarium tamen facit: quod viæ publicæ 28
funt de Regalibus, ut jam dictum eft, & pertinent ad
Principem quoad proprietatem: & ideo dicuntur pu-
plicæ. Bona enim civitatis alterius, quam Romanæ,
abufivè dicuntur publica? namque ea fola publica
funt, quæ populi Romani funt *L. bona civitatis cum*
L. feqq. ff. de verb. fignif. Et idem videtur probari ex
text. *in d. L.* 2. §. *ne quid in loco publ.* Ubi dicitur:
quod loca publica privatorum ufibus deferviunt jure
civitatis Quod verbum per excellentiam intelligitur
de civitate Romana, ut explicat. *gl. ibi verb. civi-*
tatis verf. vel dic. Romana per text. in §. *fed quoties*
Inftit. de jur. natur. Verùm Bart. *in d. l.* 2. *in princ.*
conciliare conatur has diffidentes opiniones afferens,
quod quælibet civitas habet jus in via publica ex 29
permiffione civitatis Romanæ, ut diximus fupra At-
que ita, quamvis videatur civitatem non poffe dif-
ponere de via publica fine licentia Principis tamen
cum de facto contingeret: quod civitas vendere vo-
luiffet quandam plateam, dediffe confilium, ut prius
fieret ftatutum quod locus ille effet privatus, &
poftea fieret venditio. Quod repetit *in L. continuus*
§. *cum quis n.* 5. *ff. de verbor. oblig.*
Attamen Cæpol. *d. c.* 3. *n.* 22. pro refolutione quæ- 30
ftionis movet aliam; An loca publica poffint vendi,
vel alienari, & per quem, & quomodo? Diftinguit
igitur bona, quæ propriè funt publica, quorum ufus
communis eft, & de jure publica dicuntur. Et hæc
funt populi Romani, feu Regis *d. l. bona civitatis;*
ff. de verbor. fignif. L. ufurpatio 9. ubi Cujacius *ff.*
de ufucapion. L. 3. §. *fi in locis. ff. de jure fifc.* Arni-
fæus *de jurib. Majeft. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 7. Et interea quæ
funt civitatis, ac dicuntur publica, & expofita ad
ufum publicum; alia verò funt communia civita-
tis, & deftinata ad ejus particulares ufus Et refol-
vit bona illa vere publica non poffe alienari, nifi à
Principe, qui non recognofcit fuperiorem per text. 31
in L. apud Julianum §. *fin. ff. de legat.* 1. *gloff. in d.*
L. continuus §. *cum quis. L.* 2. *in princ. ff. ne quid*
in loco public. ibi: *Decretove Principum tibi concef-*
fum eft. Cæpol. *in L. inter publica q.* 3. *ff. de verb.*
fignif. Menoch. *conf.* 448. *num.* 9. Mantic. *de tacit.*
& ambig. lib. 4. *tit.* 8. *num.* 3. Cabed. 2. *p. decif.*
18. *num.* 6. & 8. Valenz. *conf.* 20. *num.* 43. Avilez.
in cap. 20. *Prætorum gloff. gratias n.* 3. prædicta enim
bona publica dicuntur non effe in commercio, fi
ad perpetuum ufum funt deftinata, veluti platea,
fora, & theatra L. *in tantum* §. *univerfitatis ff. de*
rer. divif. §. *univerfitatis Inftit. eod. L. inter ftipu-*
lantem §. *facram d. L. continuus* §. *cum quis ff. de*
verb. oblig. Rodriguez *de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 14. *n.*
67. Ant. Gomez. *lib.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 50. Mantic. *d. tit.*
8. *n.* 2. Hermof. *in L.* 15. *tit.* 5. *part.* 5. *gloff.* 2. *n.* 4. & 5.
Et ideo folus Princeps poteft prædicta bona alienare,
ut fupra diximus. Et in fpecie tenet ultra relatos Sua-
rez *alleg.* 7. *col.* 3. *verf. præterea num.*
At verò bona civitatis, quorum redditus veniunt
in commune, ut funt molendina publica, agri, & 32
domus civitatis, ex quibus Refpublica penfiones,
ac redditus percipit, de quibus *in tit. de adminiftr.*
rer. ad civit. pertin. & in tit. de pafc. publ. & de lo-
cat. prædior. civil. Idem ftatuendum eft, quod de
bonis privatis. Atque ita civitas ea alienare poteft,
ut probat Celfus *in L. fed & Celfus ubi gl. ff. de con-*
trah. empt. fimilis *gl. in d. L. inter publica* L. 1. *C.*
de vend. reb. civit. Alex. *conf.* 43. *n.* 4. Mantic. *de ta-*
cit. lib. 4. *tit.* 8. *n.* 14. Gregor. Lop. *in d. L.* 15 *tit.* 5.
part. 5. *gl.* 2. & ibi Hermof. *n.* 20. Cabed. 2. *p. dec.* 18.
n. 5. Et ex dictis patet bona publica omnium ufui def-
tinata non poffe alienari, vendi, aut donari à civita-
te, quæ fuperiorem recognofcit. Et fic non licet ci-
vitati de viis publicis difponere, neque in privatum
locum eas reducere; ut tenuit Paul. de Caftr. *in d.*

continuus §. cum quis ff. de verbor. oblig. quia civi-
tas earum domina non est Et hanc opinionem tan-
quam veriorem defendunt Greg. Lop. *in L.9. tit.28.*
partit. 3. verb. son de commun. Avend. *de censib. c.*
68.*n.*2. Rodrig. *de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 14. *à n.*67.
Et cum ea transit Cæpol.*d.c.*3.*n.*22.& 23. Et quam-
vis Bart. *in d. L. 2. in princ. ff. ne quid in loco publ.&*
in d.L.continuus §.cum quis postquam dixit civitatem
sine licentia Principis non posse viam publicam alie-
nare neq; aliquid in locum publicum immittere te-
neat posse civitatem facto statuto, quod locus publi-
cus efficiatur privatus, illum deinde vendere, quasi
hoc jus ex permissione Principis pertineat ad civita-
tem per *L. prohibere §. planè ff. quod vi. aut clam. g.*
in L. 2. §. *viam publicam ff. ne quid in loc. publ.* Se-
quitur Mantic.*de tacit. & ambig.l.*48.*tit.n.*8. Tamen
in nostris civitatibus, quæ tantum statuere possunt
circa bonum earum regimen juxta *Ord.lib.*1.*tit.*66.§.
10. *& seqq.* tale statutum sufficiens non erit ad alie-
nandam viam publicam, seu plateam, cujus proprie-
tas ad Regem pertinet. Atque ideo, quando casus
occurrerit; Regis licentia impetranda est.

33 Solaria verò, quæ sunt intra civitate bene possunt
Decuriones, & Rectores illius concedere ad domos
ædificandas, aliaque ædifica construenda sub aliquo
censu civitati solvendo. Quod ita practicari vide-
mus in hac urbe, & in aliis civitatibus, & oppidis
Regni; quamvis de jure communi prædicta conces-
sio à Principe fieri deberet *L. Quod Principis ff. de*
aqua pluvia arcend L. servitutes §. publica ff. de
servit. L. 2. §. *si quis à Principe ff. ne quid in loc. pu-*
bl. Sed praxis in contrarium existit, & de jure Cas-
tellæ id fieri posse probatur *in L. 3. & 18. tit. 32. par-*
tit. 3. Gregor. Lopez. *in d. L. 3. verbo del Consejo,*
& in L.9. verb. otro garle eod.tit. & parti. Avendan-
no *in cap.* 12. *Prætorum n.* 22. Gutier. *lib. 4. pract.*
n. 2. *&* 3. Hermos. *in L.*15. *tit.*5. *Gloss.*2. *n.*14. Bo-
vad. *lib.* 2. *c.*8. *n.* 91. Et apud nos facit *Ordinat. lib.*
1. *tit.*68.§.26. ibi: *Idem em beco nao podera alguem*
fazer janela, nem portal sem licenca dos Almotaceis,
& officiaes da Camera à quel be daram, se virem que
tem necessidade, & naa faz muita prejuizo: & §. 32.
ibi: *Sempre assim, ou debaixo do balcao o ar de sima*
fica do Conselho. Ex quibus Ordinationibus pro-
bari videtur Concilium civitatis cum Ædilibus
posse licentiam concedere ad ædificia construen-
da ex permissione Principis. In quo verificari
potest, quod dicitur concilium civitatis subjec-
tæ jus habere In viis publicis permissione Populi
Romani Prædictæ.

34 Prædicta autem negativa sententia retenta, non
obstant, quæ pro affirmativa adduximus: quamvis
enim civitas habet jurisdictionem faciendi viam pu-
blicam. Tamen post eam factam, & juribus Regali-
bus adjunctam, non potest civitas eam in locum pri-
vatum reducere sine Principis licentia, & in ejus
præjudicium. Et sic cessat prima objectio. Secundo
de permissione civitatis Romanæ proximé responsum
fuit Tertio quatenus diximus vias publicas, seu pla-
teas non esse de Regaliis, Domini Regis, respon-
detur contrarium expressè decidi in nostr. §. 8. ibi
As ruas publicas.

35 Et nota: quod quamvis Princeps possit donare,
aut vendere vias publicas. Tamen hoc intelligendum
est, nisi tertio præjudicium inferatur. quia tunc
nulla erit concessio, seu venditio L. 2. §. *merito, &*
si quis à Principe, ff. ne quid in loco publ. in specie
Beroius *cons.* 136. *n.*14. 15. & 16. Cæpol. *de servit.*
urban. cap. 39. *n.*3. *vers. sexto fallit.* Ant. Gom. *lib.*
3. *var. cap.* 13. *n.*39. *post princ.* Pinel. *in rubr. C. de*
rescind. 8. *p. cap.* 2. *n.* 8. Pichard. *in princ. Instit. de*
interdict. n. 158. *art.* 5. Sixtin. *de Regal.l.*2.*c.*2.*n.*14.
Quod idem procedit in concessione, quæ fieri potest
ab Universitato *Ordinat. d. tit.* 78. §. 26. ibi: *E*
naan fazer muito prejuizo. Privilegium autem à Prin- 36
cipe nonquam intelligitur concessum in tertii præ-
judicium, *cap. super eo de offic. deleg.* Valasc. *con-*
sult. 72. *n.*10. *& de partit. cap.* 13. *n.*73. Phæb. 1. *p.*
*decis.*92. *n.*3. *&* 4. Cabed. 1. *p. decis.*5. *n.* 3. *&* 2. *p.*
*decis.*1. *n.*6. Gratian. *discept. forens. cap.* 167. *nu.* 49.
Solorz. *de jure Indiar. tom.*2. *lib.*2. *cap.*26. *n.*62. Cy-
riaci *controv.*59. *n.*6. *& controv.* 205. *n.* 39. præsumi-
tur enim Princeps circumventus, si in tertii præju-
dicium rescribit, Menoch. *consul.* 1007. *n.* 74. Gi-
urb. *de success. feudor.* §. 1. *gloss.* 3. *n.*28. *vers. subla-*
tit, Valenz. *cons.*69. *n.*125. in terminis Cabed. 2. *p.*
*decis.*18. *n.* 9. Si verò Princeps expresse concesserit,
ut quis in via, vel loco publico possit ædificare in 37
præjudicium tertii, sustinebitur rescriptum *d.§.si quis*
à Principe in fin. Innoc. *in cap. cum dilecti de dona-*
tion. Abbas *in d. cap. super eo notab.* 20. Pichard. *d.*
art. 5. *num.* 128. *in fin.*

Diximus supra Principem posse donare, vel alio ti-
tulo alienare bona publica civitatis communi omnium
usui destinata. Nunc verò est advertendum; quod 38
Princeps non potest alienare bona civitatis, quorum
usus non est communis perpetuò, sed pertinent ad
patrimonium civitatis, & ejus redditus; quia licet
Princeps habeat summam potestatem Non tamen ha-
bet dominium in particulari rerum singulorum sub-
ditorum: ut Bart. *in L.* 1. *tenet ff. de rei vendic. &*
in extravag. ad reprimend. verb. totius Ordis, Iason.
in L. possidere, §. ex contrario num. 81. *ff. de acquir.*
possess. Et latius diximus alibi. Et ea propter non po-
test disponere ad libitum de patrimonio subditorum,
Abbas *in cap. constitutus num.* 13. *de Relig. domib.*
Neque absque justa causa subditos rerum suarum do-
minio privare, idem Abbas *in c. dilectus num.* 5. *de*
jur. patron. Et notant scribentes *in L. fin. Cod. si con-*
tra jus, vel util. publ. & in cap. quæ in Ecclesiarum
de constit. Atque ita non valebit alienatio per Re-
gem facta de prædictis bonis civitatum *L. in tan-*
tum, §. 1. *ff. de rer. divis. & in universitatis Inst. ead.*
tit. L. civitatibus, ff. de legat. 1. *L. statuas ff. de acqui.*
rer. domin. eleganter Cabed. 2. *p. decis.* 8. *n.*11. *&* 12.

Sed quia diximus civitatem posse alienare bona,
quæ ad ejus patrimonium pertinent, & quorum usus 39
non est communis perpetuò Nunc videndum, quæ
requirantur in tali venditione, ut valida sit. Et qui-
dem plura desiderantur ad venditionis validitatem:
Primum quod solemniter convocetur Concilium ci-
vitatis ad sonum campanæ, tubæ, vel præconis de
mandato superioris in loco consueto, vel per cita-
tionem especialem, L. 2. *ubi gloss.* & Bart. *Cod.*
de Decur. lib. 10. Jason. *consil.* 71. *nu.* 1. Menoch.
consil. 726. *num.* 9. Mantic. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 8.
num. 15. & post alios Hermos. *in d.* L. 15. *gloss.* 2.
numero. 21. Secundo requiritur: quod in congre-
gatione interveniant saltem duæ ex tribus partibus
Decurionum *L. fin. Cod. de vend. reb. civit. lib.* 11.
Decius *cons.* 151. *num.* 3. Mantic. *d. tit.* 8. *num.* 16.
Alex. Trentacinq. *lib.* 1. *var. tit. quod cujusque uni-*
versitatis nomine resol. 1. *n.* 3. Hermos. *d. gloss.* 2.
nu. 22. ita ut sufficiat consensus majoris partis dua-
rum partium Decurionum, ut alienatio fieri possit,
Abbas *in cap. cum omnes de constit.* Mantic. *d. num.*
16. *in fin.* Hermos. *d. gloss.* 2. *num.* 23. Qui respon-
det *num.* 24. contrariæ opinioni Calcanei, & Meno-
chii. Tertio requiritur: quod non tantum interve-
niat consensus majoris partis Decurionum; sed etiam
eorum, qui honestiores sunt. & bonorum posses-
sores *d. l. L. ult. C. de vend. reb. civit.* ubi Joann. de
Platea Ruinus *cons.*41. *n.*7. *&* 41. *& cons.* 175. *n.* 1. *lib.*
1. Mantic. *d. tit.* 8. *n.* 17. Hermos. *d. gloss.* 2. *n.* 25.

Quarto

Quarto requiritur: quod non tam Decuriones, sed & omnes alii jurent tactis sacrosanctis scripturis se existimare patriæ suæ utilem fore alienationem *d. L. fin. Cod. de vend. reb. civit. lib. 11. ubi gloss.* & Joann. da Platea, Cravet. *cons.* 652. *n.* 1. Mantic. *d. tit.* 8. *n.* 18. Hermos. *d. gloss.* 2. *n.* 28. Dicit tamen Mantic. *ubi supra n.* 19. necessarium esse, quod omnium & singulorum nomina in instrumento describantur juxta *L. fin.* Et notat Bald. *in L.* 1. *in princ. vers. consulto tamen*, *ff. de Magistr. conven.* & *in L. civitas. in fin. ff. si cert. per* Alex. *cons.* 1. *n.* 5. *lib.* 4. Menoch. *cons* 80. *d. n.* 29. & *cons.* 726. *n.* 24. sequitur Hermos. *d. gloss.* 2. *num.* 31. Garcia *de Nobil. gloss.* 3. §. 2. *n.* 8.

40 Quinto requiritur: quod Judicis decretum interveniat. *d. L. fin. Cod. vend. reb. civit. lib.* 11. ubi Bart. & Socin. Junior. *consil.* 95. *n.* 6. *lib.* 3. Natta *consil.* 42. *n.* 12. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 626. *n.* 29. Capyc. *decis.* 93. *n.* 1. *vers. quod*, Mant. *d. tit.* 8. *n.* 20. Hermos. *d. gloss.* 2. *n.* 30. Quod decretum interponendum est post prædictum consensum majoris partis, ut per Bart. *in d. L. fin. C. de Decur. lib.* 10. quem sequitur. Socin. Junior. *d. cons.* 95. *n.* 63. *per text. in L.* 1. & 2. *Cod. de serv. Reip. manum.* Roland. *cons.* 90. *n.* 22. *lib.* 1. Et est notandum: quod etiam decreto opus est, quando creatur Syndicus ad vendenda bona civitatis, argum. *text. in d. L.* 1. & 2. *C. de serv. Reip. manum.* Bart. *in L.* 2. & *in L. nulli, ff. quod cujusque universitatis nomine*, Mantic. *d. tit.* 8. *n.* 23. Sexto requiritur: quod bona vendantur in subhastatione *L. eos*, ubi Bart. *C. de divis. præd. urb. lib.* 11. & *in L. si tempora n.* 2. *C. de fid. instrum.* & *hastæ fiscal. lib.* 10. Menoch. *cons.* 726. *n.* 17. Surd. *cons.* 28. *n.* 81. Hermos. *d. gloss.* 2. *n.* 26. Quæ resolutio in hoc Regno absque dubio procedit ex *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 66. §. 17. Ubi emphyteuticatio bonorum civitatis in subhastatione fieri jubetur, Gama *decis.* 161. *n.* 1. alias annullatur contractus, & Decurionibus pœna imponitur solvendi pensionis valorem in noveoum. Quidquid in contrarium, dicat Mantic. *d. tit.* 8. *n.* 22.

41 Deficientibus verò prædictis solemnitatibus venditio rerum civitatis nulla erit, & poterit res cum fructibus vendicari, ex doctrina *gloss. in d. L. fin. Cod. de vend. reb. civit.* quia solemnitates à lege requisitæ dicuntur de substantia actûs juxta Baldi doctrinam *in l. comparationes in fin. C. de fide instrum.* Et quando plura à lege requiruntur pro validitate actus, omnia censentur esse de forma illius
42 *L. cum hi*, §. *Prætor aditus*, *ff. ne transact.* post plures Anton. Gomez *in l.* 3. *Tauri num.* 39. Cacheran. *decis.* 165. *num.* 5. & post alios Hermos. *d. gloss.* 2. *num.* 31. *in fin.* Forma autem deficiente corruit actus, etiamsi defectus sit minimus, Gama *decis.* 45. *num.* 3. Valasc. *consult.* 104. *num.* 2. & *consult.* 149.
43 *num.* 6. idem Gama *decis.* 126. ubi Flores de Mena Tiraq. *de retract. convent. gloss.* 6. *num.* 31. & *seqq.* Gratian. *discept. forens. cap.* 41. *num.* 5. & 6. Carol. Tapia *decis.* 47. *num.* 7. Salgad. *de Reg. protect.* 3. *p. cap.* 9. *num.* 86. Cyriac. *controv.* 62. *num.* 48. Marta *de jurisd.* 4. *part. casu.* 94. *num.* 17. Valenz. *cons.* 120. *num.* 32. & 33. & *cons.* 187. *num.* 66. 74. & 75. Mieres *de major.* 4. *p. q.* 1. *limit.* 1. *n.* 119. August. Barbos. *voto.* 38. *n.* 84.

Et est advertendum: quod quamvis controver-
44 sum sit, An in venditione prædictorum bonorum civitatis necessaria sit licentia Principis? Ut videre est apud Hermos. *d. gloss.* 2. *n.* 32. & 33. Tamen in hoc Regno nulla desideratur Regis licentia ex *Ordin. d. lib.* 1. *tit.* 66. §. 17. quæ bona civitatis in emphyteusim dare permittit, & Principis licentiam non requirit. Emphyteuticatio autem alienatio est.

45 Porro notabis: quod ut Syndicus Universitatis possit bona vendere, non sufficit, quod generaliter constituatur ad vendenda bona civitatis; sed requiritur, quod nominatim bona exprimantur: ut tradit Bald. *in rubr. Cod. de contrah. emp. n.* 3. *in fin.* inquiens ita consuluisse per text. *in L. prohibere* §. *planè ff. quod vi, aut clam.* quem sequaotur Decius *in c. cum omnes de constit. in fin.* & *cons.* 142. *n.* 8. Roland. *cons.* 90. *n.* 28. *lib.* 1. Mantic. *d. tit.* 8. *n.* 21.

Præterea via publica à privato claudi non potest
L. 2. §. *ait Prætor*, & §. *Prætor ait*, *ff. ne quid in loc.* 46
public. gloss. in L. 1. *ff. de itin. act. quæ priv.* Afflict. *in cap. unic. quæ sint Regalia, verb. viæ publicæ n.* 18. Surd. *decis.* 42. *n.* 7. Cæpol. *de servit. rustic. cap.* 3. *n.* 27. & *seqq.* Cyriac. *controv.* 178. *n.* 10. Tondut. *resolut. civ. cap.* 133. *n.* 12. Ubi hoc intendit, etiamsi clausura nemini noceat. Et hæc adeo vera sunt, ut etiamsi via publica claudatur de consensu vicinorum, possit alius de alia contracta agere, ut non claudatur; & contradictio istius, licèt ejus nihil intersit, plus operatur, quàm consensus omnium *gloss. verb. actionis in L.* 2. §. *pen. ff. ne quid. in loc. public.* Afflict. *in d. verb. viæ publicæ n.* 23. Cæpol. *de servit. rustic. cap.* 3. *n.* 31. præcipuè, si impedimentum sit perpetuum, ut per Jason *in repit. L. quominus de flumin. n.* 67. *vers. secundo moveor.* Joann. Franc. de Pont. *de potest Pro-Reg. tit.* 2. §. 6. *n.* 24. Ubi etiam addit: quod temporaliter bene post via publica à privato impediri; puta ratione alicujus ædificii, quod construitur.

Idem in via publica non potest poni scala, nec
primus gradus scalæ, ut scribunt Angel. *cons.* 18. 47
n. 1. Bossius *in titul. de via publica n.* 3. Surd. *decis.* 42. *n.* 8. Gratian. *cap.* 84. *n.* 26. & 29. Amend. ad Vincent. de Franc. *decision.* 110. *n.* 12. & 13. Et probat Ordinatio Regia *lib.* 1. *titul.* 68. §. 31. Neque etiam potest quis facere ponticellum super via publica *gloss. in L.* 2. §. *tractatum ff. nequid in loco publ.* ubi etiam Bartol. & Cæpol. *d. cap.* 3. *num.* 25. Afflict. *d. verb. viæ publicæ*, Surd. *dec.* 42. *n.* 9. &
cons. 137. *à n.* 1. *cum seqq.* Mastrill. *de Magistr. lib.* 48
3. *cap.* 10. *n.* 274. Ex eâ ratione quia solum publicum debet esse liberum usque ad cælum Specul. *de caus. possess. & propriet.* §. *nunc. dicendam n.* 34. Joann. Andr. *ad eund. Specul. eod. tit. de caus. possess. & propriet.* §. *privata n.* 16. Corasius *in L. fin. in princ. num.* 8. *ff. de servit.* Cæpol. *de servit. rustic. cap.* 43. *de aëre, & aquæ duct. col.* 39. *vers. habeo domum.*

Et notabis: quod contra claudentem, ædifican- 49
tem, vel aliquid aliud facientem in via publica quilibet agere potest. *L.* 2. *in princ.* & *in* §. *siquis nemine*, *ff. ne quid in loco publico.* Immo & ipse Judex, si aliquid factum fuit in via, quod publicum lædat, propria authoritate demoliri valebit: ut scribunt Bald. *in L. lapilli. ff. de rer. div.* Jason *in L. de quibus num.* 21. *ff. de legib.* Avendaño *in cap.* 4. *Prætorum num.* 7. *vers. quo jure lib.* 1. & *cap.* 19. *num.* 39. *vers. & quando*, eleganter Pichard. *in princ. Inst. de interdit. art.* 5. *n.* 156. Datur namque cuilibet de populo interdictum, nequid in loco publico, quod est prohibitorium in prima parte, & in secunda re-
stitutorium *L.* 2. §. *hoc interdictum prohibitorium est* 50
ff. ne quid in loc. publ. Cæpol. *de serv. rustic. c.* 3. *n.* 66. nam omnium, singulorum interest publica loca tueri *d. L.* 2. §. 1. Et sic contra naturam popularium actionum illa, quæ ex hoc interdicto descendit, perpetuò competit. *d. L.* 2. §. *hoc interdictum*, *juncta L. fin. ff. de popular. act.* Pichard. *in d. pr. de interd. n.* 156. Ad hoc tamen, ut competat interdictum, novem requiruntur, de quibus Cæpol. *d. c.* 3. *n.* 6. & 68.

Præterea: quando via publica est destructa, cuilibet licitum est iter facere per fundum vicinum *l. si* 51

locus §. fin. ff. quemadmod. serv. amitt. Cæpol. d. c.
3. n. 58. Surd. dec. 42. n. 13. ubi post Bald. & Cæ-
pol. docet, quod hoc casu si quis ducat animalia per
fundum vicinum, non potest accusari de damno da-
to dummodo civiliter ducat, & quantum fieri possit
à damno custodiat L. si cui, ff. de servit. Cæpol. d.
n.38. Surd. d. 11. Purpurat. cons. 377. 31. Afflict. d.
verb. via n.9. Natta cons. 642. Franc. Marc. dec. 336.
n. 2. & dec. 56. n. 14. & 15. Hermos. in L. 3. tit. 5.
partit. 5. gloss. 1. n. 21.
52 Si via penitus sit destructa in perpetuum, debet
fieri nova via in fundo vicino, Natta cons. 642. n. 5.
Roland. cons. 69. n. 16. vol. 2. Surd. dec. 42. n. 11.
Thusc. litt. V. concl. 177. n. 5. Covarr. lib. 3. var.
cap. 14. n. 8. Avilez in cap. 17. Pratorum in gloss.
Esten limpias n. 18. Sed, An vicinus teneatur præ-
stare viam dirutam vel impetu fluminis, vel aliqua
alia causa nullo soluto pretio per fundum suum;
Controversum est. Namque Acurcius in d. L. si lo-
cus §. cum via publica ff. quemadmod. servit. amitt.
voluit vicinum de consuetudine viam præstare te-
neri etiam pretio non soluto? nec titulo emptionis,
sed jure publicæ utilitatis. Sequitur Franc. Marc.
dec. 596. n. 3. & 4. & decis. 336. n. 3. & 9. Verum
contraria sententia receptior est, & tenenda: ut sci-
licet vicinus viam præstare teneatur per fundum
suum, soluto tamen pretio expensis universitatis. Ita
Covarr. lib. 3. var. cap. 14. n. 8. Valasc. consult.
22. num. 5. Cabed. 1. p. decis. 105. num. 7. Quam
opinionem moribus servari testatur Parlador. in sex-
quicent. differ. 81. n. 11. Boërius dec. 322. num. 11.
Anton. Gomez in L. 46. Tauri n. 9. vers. quart. con-
firmatur, Hermos. in L. 3. tit. 5. partit. 5. gloss. 1.
n. 22. Cæpol. d. cap. 3. n. 50. Camil. Borell. de præst.
Reg. Cath. cap. 7. n. 19. Avilez d. gloss. Esten lim-
53 pias n. 18. Nota tamen: quod arbores natæ in via
publica pertinent ad dominos prædiorum vicinorum:
ut post Bart. in L. Martius, ff. de acquir. rer. domin.
scribunt Afflict. in d. c. un. verb. via publicæ n. 11.
Ripa in L. quominus n. 70. ff. de flumin. Alban. cons.
16. n. 17. Fabian. de empt. q. 6. in 4. membr. Surd.
decis. 42. n. 14.
Et quidem prædicta procedunt in viis publicis
54 quæ sunt extra civitatem. At vero aliud dicendum
est in viis publicis, seu plateis, quæ sunt intrà urbem.
Nam quilibet tenetur aptare, reficere, & purgare
viam publicam ante domum suam per text. in L. ad
instructionem. ubi Bart. & Bald. C. de sacros. Eccles.
L. Ædile, §. construunt. L. fin. ff. de via publ. Avilez
in d. gloss. Esten limpias n. 2. Cæpol. d. c. 3. n. 47.
Pont. de potest. Pro-Reg. tit. 2. de abund. civit. n.
22. Mastrill. d. lib. 3. c. 10. num. 279. Camill. Bo-
rell. d. cap. 7. num. 18. Quod adeo verum est, ut
55 nemo à refectione, & purgatione viæ ante domum
suam excusetur; cum hoc munus inter sordida non
habeatur L. absit C. de privil. Dom. Aug. lib. 11.
ubi Angel. & Bartol. Avilez in d. gloss. Esten lim-
pias num. 4. Pichard. in proœm. inst. de interdictis
num. 162. Et sic etiam Clerici ad refectionem pu-
blicarum viarum tenentur, Gutierr. lib. 1. pract. q.
3. & alleg. 10. num. 2. Cevall. commun. contra com-
mun. q. 415. & 896. num. 617. cum seqq. innumeros
laudat August. Barbos. in d. L. ad instructionem n.
2. & de jure Eccles. lib. 1. cap. 39. n. 43. Pichard.
ad princ. Instit. de interd. art. 5. num. 165. Bovad.
lib. 2. cap. 18. n. 304. Avilez ubi supra n. 4. in fin.
Thom. Valasc. alleg. 47. n. 20. Surd. cons. 310. à n.
1. Castill. de tert. c. 9. n. 21. cum seqq.
Conductor autem non tenetur de proprio ad repa-
rationem viæ, seu plateæ ante domum conductam;
si tamen solvit, imputat in pensiones domino sol-
56 vendas. Afflict. d. cap. unico, verb. via num. 26.
Cæpol. d. cap. 3. num. 51. Florian. in L. pendente
§. si quid cloacarii ff. de usufr. Jason in L. 1. Cod. de
jure emphyt. n. 28. Avilez in d. gloss. Esten limpias
n. 7. Mastrill. d. lib. 3. cap. 10. n. 281. Camil. Bo-
rell. d. cap. 7. n. 1. Guid. Pap. dec. 244. n. 3. Em-
phyteuta, seu livillarius suis expensis reficere debet,
vel purgare L. 2. C. de jur. emphyt. Afflict. d. verb. 57
via n. 27. Cæpol. d. cap. 3. n. 2. Avilez de gloss. Esten.
limpias n. 11. Item usufructuarius reficere tenetur
suis expensis d. §. si quid, cloacarii. Cæpol. supra n.
53. Afflict. d. n. 27. Cyriac. controv. 125. à n. 1. cum
seqq. nisi possessiones essent steriles, Cyriaci, proxim.
num. 21. & 22. Avilez d. gloss. Esten limpias n. 21.
& 22.
Declara superius dicta, ut conductor teneatur de
suo ad purgationem viæ, quando purgatio est mo-
mentanea, Avilez d. gloss. Esten limpias n. 9. puta, 58
quando refectio consistit in purgando, vel in facien-
do purgare stercora, vel alia immunda, ut declarat
ipse Avilez d. n. 9.
Et nota: quod quando quis teneatur ad purgatio- 59
nem viæ ante domum, tantum reficere vel purgare
debet, quatenus protendit latitudo domus suæ, vel
fundi sui, nullo habito respectu ad majorem valorem,
Cancer. lib. 3. cap. 4. n. 272. & seqq. argum. text. in
L. singularium in fin. C. de ædific. privat. Avilez d.
gloss. Esten limpias n. 10. L. 3. ff. de via publ. Bald.
in d. L. Ædiles, Bovad. lib. 3. cap. 6. n. 4. Is au- 60
tem qui viam purgare tenetur, non satisfacit, si au-
ferat lutum à platea de medio, & projiciat in parti-
bus, & lateribus viæ; quia in totum purgare debet,
& lutum seu stercora auferre L. 1. §. purgare ff. de
via publ. Cæpol. d. c. 3. n. 61. Avilez d. gloss. Esten
limpias n. 13. Et quidem qui viam reparare tenetur,
etiam purgare debet; quia purgatio viæ est refectio-
nis portio d. L. 1. §. sed & purgare, ff. de via public.
Cæpol. d. c. 3. n. 59. & 60.
Ac denique notandum est: quod ille qui tenetur 61
ad refectionem viæ, debet illam reducere ad vete-
rem latitudinem, & longitudinem, nullo addito,
vel adempto per test. in L. 1. §. si quis in speciem &
§. 1. ff. de via publ. Avilez in d. gloss. Esten limpias
n. 14. etenim reficere, nihil aliud est, quàm in pri-
stinum statum restituere; dummodo prima forma,
altitudo, aut latitudo non mutentur L. 3. §. reficere
ff. de itin. act. q. priv. L. Seia 6. ff. de aur. & arg. leg.
Beroius cons. 144. n. 15. vol. 3. Afflict. decis. 392. n.
12. Avilez in cap. 22. Pratorum per tot. & gloss. ter-
ras n. 30. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 84.
n. 19. Riccius ad Vincent. de Franch. decis. 78. Et
sic via publica non dicetur reparata, si per refectio-
nem deterior fiat; quia res non dicitur restituta, quæ
deteriorata redditur L. 3. §. si reddita ff. commodati 62
L. 1. §. si res ff. depositi L. qui sibi 33. §. Stichum, &
§. item qui ff. de solution. L. mulieris, 13. §. abesse ff.
de verbor. signif. L. 1. §. qui autem, ff. de vi, & vi
arm. L. fin. §. fin. de verbor. signif. Salgad. de Reg.
protect. 4. p. c. 9. n. 184. & seqq.
Porro in vias publicas non debent stercora, mor- 63
ticinia, neque coria injicere, neque aliquid fœti-
dum, aut turpe, vel utres, in quibus erat vinum
fœtidum per test. in L. Ædiles in fin. ff. de via publ.
gloss. in L. pen. ff. quod vi. aut clam, Camil. Borell.
de præst. Reg. Cath. cap. 7. n. 13. Hermos. in L. 3.
tit. 5. partit. 5. gloss. 1. n. 17. Et probat Ordinat. lib.
1. tit. 68. §. 20. Item est advertendum: quod ita ut
viæ publicæ possunt per Principem donari, concessa
jurisdictione, & territorio, veniunt in donationem
viæ publicæ L. si aliena §. hoc jure, ff. de usucap. no-
tat Cancer. lib. 2. var. cap. 2. num. 96. Mastrill. de
Magistr. lib. 4. cap. 16. n. 148. Qui n. 147. tenet 64
vias publicas esse illius, cujus est territorium. Et
ea propter Barones habentes merum, & mixtum
imperium cognoscere valent de delictis etiam in
via

via publica commissis juxta doctrinam Bald. *in L. si. plures n.* 13. *Cod. de cond. incert.* Alciat. *resp.* 1. *lib.* 7. *& in c. quod sedem n.* 48. *de offi. Ordin.* Cæpol. *d. cap.* 3. *n.* 21. *in* 10. *q.* Petr. Gregor. *syntagm. lib.* 32. *cap.* 9. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 14. *n.* 22. Cancer. *d. lib.* 2. *c.* 2. *num.* 96. Ubi in vers. apparet, reprobat Ludovicum à Peguera qui ait in Catalonia aliud observari in practica. Ego autem *in* meo libro non inveni Ludovicum à Peguera tale quid dicentem, quem tamen allegat Fontan. *d. gloss.* 14. *n.* 25. pro contraria opinione. Sed ego jurisdictionem viarum existentium intra territorium pertinere ad Donatarium in hoc Regno dicerem, ut de delictis commissis in viis cognoscere valeant. Siquidem ex nostris legibus appellare tenentur ad Senatum Principis, & nequeunt suas sententias executioni mandare. At vero quoad dominium, & proprietatem vias in donatione non contineri autumo, nisi exprimantur. Siquidem in Regno ad tantum donatum censetur, quod in donatione exprimitur. Et ideo videmus quod in donationibus Principis solet apponi clausula, quod sit donatio territorii cum viis stratis atque fluminibus.

Tandem viæ publicæ præscribi non possunt *L. viam*
65 *publicam, ff. de via publ. L. usucapione. ff. de usucap. gloss. notabilis in d. L. viam*, quam sequuntur communiter DD. secundum Cæpol. *d. cap.* 3. *n.* 20. Afflict. *in d. cap. unico quæ sint Regalia verb. via publica num.* 7. Boerius *cons.* 136. *num.* 2. Tondut. *resol. civil. cap.* 133. *num.* 12. Thusc. *litt. V. conclus.* 177. *num.* 1. Cyriac. *controv.* 178. *num.* 54. Avilez. *in cap. Pratorum.* 17. *verbo Esten limpias. n.* 15. Ubi, quod via publica non amittitur quamvis mutetur, & populus ea non utatur: Sed contra prædictam receptam opinionem insurgit Beroius *d. cons.* 136. *num.* 6. *& seqq.* asserens: quod via publica à convicinis præ-
66 scribi potest tanto tempore, cujus initii memoria non sit in contrarium? per illud, namque præscribuntur ea; quæ ad publicam utilitatem sunt facta juxta sententiam Joann. Andr. *in reg. quod contra de reg. jur. in* 6. & ex his, quæ Bald. qui loquitur de via publica *in cap. un. quæ sint Regalia*, Cyriac. *contr.* 178. 53. Et insuper quia immemorialis præscriptio habet vim tituli, & privilegii *L. hoc jure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & est.* Et denique quia etiam Regalia per tempus immemoriale præscribuntur, & adquiruntur *c. super quibusdam §. praterea de verbor. signific.* Et retenta hac opinione respondet Beroius *ad text. in d. L.* viam publicam procedere in præscriptione temporis cujus extat memoria, per quod viam publicam non præscribi docet *n.* 11. Sed à communi sententia non recedas.

67 Et scies, quod pedagia, & portoria, & alia jura; quæ propter transitum viarum solvuntur Regi, si Princeps donationem fecerit territorii cum pertinentiis, & viis, illa jura pertinent ad Donatarium: non tamen ex hoc censetur ablata facultas Domino Regi concedendi privilegia exemptionum tam à suis pedagiis, quam ab illis, quæ per Dominos locorum exiguntur: ut notanter tradit Calixto Ramirez *de leg. Reg.* §. 26. *n.* 33. *&* 34.

Pro coronide velim scias erranti viam comiter
68 esse ostendendam ex Cicer. *de offic. lib.* 3. ubi ait Athenienses solitos fuisse publicis execrationibus eum devovere, qui erranti viam non demonstrasset. Recte prosequitur Petr. Gregor. *lib. syntagm. cap.* 13. *n.* 8. P. Martin. del Rio Adag. *sacror. veter Testam* 1. *p. adag.* 941. *ad fin.* Et post eos Narbon. *in L.* 58. *tit.* 4. *gloss.* 2. *à n.* 1. *cum seqq. lib.* 2. *nova Recopil.* Unde per totam glossam eleganter demonstrat columnas in viis affigi debere, ne nivis magnitudo viatores aberrare facit. Atque etiam antiquitus viarum spatia in viis lapide describi solere, ac demensionem itinerum lapidibus fieri & Mercurii effigie descriptiones viarum designari. Quæ omnia comprobat Et denique *numero fin.* apud nos moris esse crucibus ligneis in itineribus constitutis monstrandæ viæ gratia lapidum accervum, seu cumulum constituere. Quod non tam in ipsius Crucis honorem sit, quam ut deinceps viatores initium itineris inde capere possint.



CAPUT IV.

De Fluminibus.

Ad Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 8.

SUMMARIUM

1 *Flnmen dicitur à flnendo, & diffinitur, nt sit perennis, & continnus àquarum decursus: & distinguitnr à rivo vel magnitudine, vel nostra existimatione: item & à torrenti.*

2 *Flumen vel est publicum, vel privatum: & quod sit publicum, & quod privatum.*

3 *Interpretatur text in §. flumina Instit. de rer. divis. & in L. nemo in fin. ff. eod. L. in summa §. item Labeo ff. de aqua pluv. arcend.*

4 *Flnmen perenne, & pnblicum semper, & continuo flueus: non ideo dicitur minus perenne, quod aliqua æstate exarnerit.*

5 *Flumen privatum nil differt ab aliis locis privatis.*

6 *Flumina navigabilia sunt quæ per se sunt navigabilia.*

7 *Hæc flnmina quoad usum sunt omnibus communia de jure gentium.*

Iur navigandi piscandi, & similia communia permanent. Ib.

8 *Princeps non potest interdicere privatis usum fluminis, neque navigationem sine justa, & legitima causa.*

9 *Flumina, quæ natura sua navigationi sunt apta, dicuntur navignbilia, etiamsi re ipsa nunquam sit navigatnm.*

10 *Flumina, quæ non sunt navigabilia, sed perennia publica dicnntur. Et hæc quoad jurisdictionem sunt Principis quoad alia terrarnm, vel communitatum, per quarum territorium fluunt.*

11 *Privatus sine licentia Principis potest ædificare molendinnm in flnmine perenni non navigabili.*

12 *Ex flnmine publico non navigabili licitum est aqnam ducere sine licentia Principis.*

13 *Ædificare molendinum qui non potest cum injuria vicini: quæ non dicitur intervenire si tantum adimatur lucrum ob dimiuutionem concursus molentium.*

14 *Molendinum si quis prius ædificavit in flumine pnblico, non potest alter molendinum supra vel infra ædificari; si notabile damnum fiat priori: vel auferendo aqunm, vel restagnando eam.*

15 *In prædicto casu si primus licite ædificavit, de novo ædificantem probibere potest: secùs si ambo illicitè ædificaverunt.*

16 *Rem suam ita quis meliorem facere potest: ut vicini deteriorem non faciat.*

17 *Secnndò ædificans moleudinum, probiberi non potest à primo, si aqua omnibus sufficiens est.*

Nemo præsnmitur ædificare ad æmulationem, sed potius ad sui utilitatem. Ib.

18 *Ad amulationem adificans probiberi potest: & quando quis ad amulationem prasumatur adificare: & num. 51.*

19 *Aquam ducere de flumine publico non licet quando mutatur aqua cursus, vel exsiccatur alveus: nisi boc fiat de licentia Principis.*

21 *Aqua cursus diverti non debet.*

22 *In aqua ductibus à vetustate recedendum non est.*

23 *Aqua sine Principis licentia deduci non potest si illa publico usui deserviebat.*

24 *Aqua licitè derivata à flumine publico, post quam intravit in fistulam, seu canale alicujus privati, desinit esse publica, & efficitur ejus cujus est canales qui de illa disponere potest ita ut in proprio feudo possit fossas vel aliud opus facere, etiamsi vicino noceat.*

25 *Aqua ingressa in fundum alicujur potest contineri sine impedimento ejus, qui babet pradia inferiora.*

26 *Aquam continere potest is, in cujus fundum intravit: quamvis tempore immemoriali naturaliter flueret in pradia inferiora.*

27 *Ad quarendam possessionem aqua requiritur, quod fluat per rivum, vel fossam meam factam: & de aliis requisitis ad prascriptionem aqua.*

28 *Aquam ducere ex flumine navigabili quis non potest, sine licentia Principis.*

29 *Limita quando aqua extrabitur, & flumen ex eo non redditur minus navigabile.*

30 *Aquam quis ducere non potest ex flumine, quod per se non est navigabile, sed fluit in aliud navigabile: nisi aqua revertatur in flumen navigabile, vel in illud, à quo fuit extracta.*

31 *Concessio aqua facta per Principem intelligitur sine prajudicio tertii, qui babet jus acquisitum aqua ante concessionem.*

32 *Aqua concessa pluribus si non sufficit pro usu omnium, dividitur per tempora, nisi concessio fiat diversis temporibus: quia profertur prior.*

33 *Aquarum derivatio pro utilitate publica impediri non potest.*

34 *Proponitur quastio. An sine licentia Principis possit quis adificare molendinum in flumine navigabili citra incommodum alterius, & impedimentum usus publici? Et resolvitur affirmativè, quando statio vel navigatio non fit deterior.*

35 *Flumen decurrens inter duo Regna, vel duo territoria duarum civitatum commune est: & jurisdictio competit cuilibet usque ad medietatem fluminis: nisi constiterit totum flumen esse unius ex Regibus, vel alterius ex civitatibus.*

36 *Alveus fluminis publici, & navigabilis pertinet ad Regalia.*

Impossibile est, quod alveus sit juris alterius, & non ipsum flumen. Ib.

37 *Alveus novus, quem flumen publicum sibi fecit, efficitur publicus: licet antea esset privatus.*

38 *Alveus, quem flumen dimisit in totum, desinit esse publicus, & efficitur privatus, & pertinet ad eos, qui juxta alveum pradia possident, inter quos fit divisio pro modo latitudinis tangentis ad ripam.*

39 *Nibil magis naturale est, quam ut eum sequantur commoda, quem sequuntur incommoda.*

40 *Idem dicendum, quando flumen paulatim discedendo ex alveo alterius agrum occupat: quia pars alvei dimissa accrescit eis, qui propè ripas pradia possident.*

41 *Pars alvei qua per alluvionem accrescit assumit conditiones, qualitates fundi, cui unitur.*

Ex duobus unitis fit unum corpus, & unitum perdit suam naturam, & assumit naturam ejus, cui unitur. Ib.

42 *Augmentum semper regulatur secundùm naturam primitivam ejus rei, cui accedit: Et idem judicatur de augmento, quod de ipsa re.*

43 *Alluvio est incrementum latens, quod sensim fit.*

44 *Augmentum separabile, quod per se stare potest, non auget rem cui accedit.*

Alluvio cessat in incremento patenti. Ib.

45 *Conciliantur opiniones Bartoli, & Angeli, circa jurisdictionem alvei, quem flumen dereliquit, & num. 46.*

47 *An alveus, quem flumen de novo sibi fecit, & postea dereliquit, revertatur, ad veterem dominum, vel acquiratur vicinis? Remissivè.*

Et quando flumen facto hominis ad antiquum alveum redactum fuit, ad quos pertineat? Et an cuilibet liceat ripas munire? Remissivè Ibid.

48 *De flumine privato dominus liberè disponere potest, & molendinum adificare in prajudicium alterius.*

Qui utitur jure suo nemini injuriam facit. Ibid.

49 *Amplia, ut qui per tempus immemoriale solus babebat molendinum in flumine privato, non possit impedire dominum adificantem in suo.*

Molendinum adificare est mera facultatis, & ut qui solus babuit, alium adificantem probibere possit, requiritur, quod pracesserit probibitio babentis primum molendinum contra cateros, & quod ipsi acquieverint. Ib. & *n.* 51.

50 *Prescriptio non procedit sine possessione: & in bis qua sunt mera facultatis possessio non acquiritur, nisi post probibitionem.*

52 *Princeps donando castrum cum territorio censetur donare flumina, & loca sylvestria: sed contrarium de jure Regni.*

53 *Ripa fluminis est, quod flumen continet, naturalem rigorem sui cursus tenens.*

54 *Ripa fluminum navigalium, & eorum, ex quibus navigabilia fiunt, sunt de Regalibus: sed contrarium verius.*

Usus riparum publicus est, & earum domini repellere non possunt navigantes, divertentes ad easdem ripas.

55 *Arbores nata in ripis eorum sunt, qui possident ripas.*

Vendito fundo, qui prope ripam, etiam, ripa vendita censetur, Ib.

56 *Ædificare cuilibet non licet invito eo cujus pradio adbaret ripa.*

Dominus ripa propria authoritate potest destruere adificium ab alio in ripa factum. Ib.

59 *Ripa non sunt de eisdem fluminibus.*

Interpretatur text. in c. unic. qua sint Regalia verb. ripatica Ib.

58 *Ripatica dicitur quoddam jus tributi: quod penditur à transeuntibus flumen de ripa ad ripam.*

FLumem à fluendo dictum esse tradit Varro *de ling. Latin. lib.* 4. Et diffinitur, ut sit perennis, & continuus aquarum decursus Joan. Hering. *de molend. q.* 15. *num.* 3. Et sic quamvis rivus etiam diffiniatur: ut sit locus per longitudinem depressus, quo aqua decurrit *L.* 1. §. 1. *ff. de rivis.* Et diffinitiones fere similes sint Tamen flumina à rivis distinguuntur; magnitudine, vel nostra existimatione *L.* 1. §. 1. *ff. de flumin.* Joann. Hering. *q.* 8. *num.* 27. Cæpol. *de servitut. rustic. cap.* 31. *n.* 3. Prout etiam torrentia à fluminibus discernuntur juxta versus sequentes. 1

Flu-

Flumine perpetuo torrens solet altius ire,
Sed tamen hac subita est, illa perennis aqua.
Unde Ulpian. *in d. L.* 1. §. *fluminum juncto* §. *seq. ff.*
de flumin. duplicia facit flumina scilicet publicum &
2 privatum. Et ex sententia Cassii, & Celsi diffinit pu-
blicum flumen, ut sit illud, quod est perenne, &
tam hieme, quam æstate suo alveo decurrit, quam-
vis non sit navigabile, privatum verò dicitur illud,
quod hieme tantum, & non æstate decurrit, & hoc
dicitur privatum torrens. Ita Bart. & Jason. *in L.*
quominus ff. de flumin. & passim DD. *in* §. *flumina*
Instit. de rer. divis. Stephan Bertrand. *cons.* 295. *n.* 1.
p. 1. *vol.* 2. Roland. à Valle *cons.* 97. *n.* 3. *lib.* 3. Franc.
Marc. *decis.* 344. *n.* 2. *p.* 2. Sixtin. *de Regal. lib.* 2.
c. 3. *n.* 3. & 4. Camil. Borell. *de præst. Reg. Cath. c.* 8.
n. 10. Joan. Hering. *de molend. q.* 15. *n.* 8. Cyriac.
controv. 462. *n.* 3. Cæpol. *de servitut. rustic. c.* 31.
n. 1. & 2. & *cap.* 32. *n.* 1. Thusc. *litt. F. conclus.* 404.
n. 12. & 19. Arnisæus *de jurib. Majest. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 2.
Sed obstare videtur text. *in* §. *flumina Instit. de*
rer. divis. ubi Justinianus omnia flumina vocat publi-
3 ca, conducuot jura *in L. nemo in fin.* ibi: Penè *om-*
nia ff. de rer. divis. L. in summa 3. §. *item Labeo, ff.*
de aqua pluvia arceud. Quibus videtur Probari, quod
etiam privata torrentia flumina appellantur. Sed res-
pondetur torrentia de consuetudine vocari flumina:
ut ex Festo notat Arnisæus *de jurib. Majest. lib.* 3.
cap. 5. *n.* 2. *vers. sequuntur.* Et hunc respexisse vide-
tur Justinianus. Consulti autem in dictis legibus non
dicunt torrentia esse flumina publica; sed pene om-
nia flumina esse publica, quasi privata exciperent,
quia flumina ferè omnia sunt publica. Et quidem
verbum flumen simpliciter prolatum dè publico acci-
piendum est: ut *in L. ergo L. altius ff. de acquir. rer.*
domin. & notat Sixtin. *d. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 11. ex Aymone
Parmensi *de jure alluvionis lib.* 1. *c.* 15. *n.* 6.
4 Et est notandum: quod flumeo perenne, & publi-
cum semper, & continuò fluens noo ideo minus pe-
renne dicitur, quod forte aliqua æstate exaruerit: ut
probat Ulpian. *iu d. L.* 3. *de flumin.* ibi: *Si tamen*
aliqua estate exaruit, quod alioquin perenne flue-
bat, non ideo minus perenne est, L. 1. §. *item flumi-*
num ff. nequid in flumin. publ. Bart. *in tract. de al-*
veo, Cæpol. *de servit. rustic. cap.* 31. *n.* 2. Sixtin. *d.*
c. 3. *n.* 5. Cyriac. *controvers.* 462. *n.* 17. Ubi *n.* 18.
meminit de quodam flumine Noriæ, quod septem
annis fluit, & septem ocultatur & cum Neguzant
& Beroio *cons.* 130. *num.* 17. *vol.* 3. tradit non ex
hoc prædictum flumen amittere suam naturam flumi-
nis. Ac de eodem agit Thusc. *lit. F. conclus.* 406.
numero 11.
5 Deinde observandum est flumina privata nihil
differe ab aliis locis privatis *d. L.* 1. §. 1. & §. *item*
si, & §. *hoc inter dictum ff. de flumin.* Sixtin. *d. c.* 3. *n.*
10. Sylvest. Aldobrand. *cons.* 39. *nu.* 6. Thusc. *litt.*
F. conclus. 408. *num.* 8. Joann. Hering. *de molend.*
qu. 15. *num.* 57.
6 Flumina autem vel sunt navigabilia, vel non naviga-
bilia; navigabilia sunt, quæ per se sunt navigabilia,
vel ea, quæ defluunt in aliud flumen navigabile,
Thusc. *litt. F. conclus.* 407. *n.* 5. Et hæc ad Regalia
pertinent quoad dominium, & proprietatem *cap. unic.*
qua sint Regalia, ubi Andr. de Isern. Afflict. & alii
Ferrariens. Montan. *de feud. lib.* 5. Decius *cons.* 197.
num. 1. & *cons.* 244. *n.* 7. Roland. *d. cons.* 97. *n.* 4.
Petr. Gregor. *syntagm. lib.* 2. *c.* 24. *n.* 4. Rosentald.
de feud. cap. 5. *conclus.* 23. *n.* 1. Sixtin. *de Regal.*
lib. 2. *cap.* 3. *n.* 17. Camill. Borell. *de præst. Reg. Ca-*
th. cap. 8. *n.* 1. 6. & 9. Tusch. *lit. F. conclus.* 405. *n.*
5. Bossius *tit. de aquis n.* 1. Castill. *de tert. cap.* 41.
à *n.* 117. Arias de Mesa *lib.* 2. *var. c.* 49. *n.* 13. Ri-
pol. *de Regal. cap.* 8. *n.* 50. Arnisæus *de jurib. Ma-*
jest. lib. 3. *c.* 5. *n.* 2. *vers. hoc in loco.* Et probat *Ordinat.*
lib. 2. *tit.* 26. §. 8. ibi: *E os rios navegaveis, se* 7
saon caudais, que corraou em todo tempo. At verò
quoad usuio prædicta flumina navigabilia sunt omni-
bus communia de jure gentium *L.* 2. §. 1. ibi: *Loca*
enim publica utique privatorum usibus serviunt. ff. ne-
quid in loco publ. L. 1. §. *fluminum. ff. de flumin.* Et
probat *Ordinat. d.* §. 8. ibi: *E posto que o voso das*
estradas & ruas publicas, & dos rios se ja ingualmen-
te commun a tota gentes & ainda a todos os anim tes,
& *c.* Et ea propter jus navigandi, piscandi, & similia
communia permanent *L. riparum ff. de rer. divis.* §.
flumina Instit. eod. L. 1. §. *ou autem, ff. de flumin. L.*
1. *in flum. publ. navigalia L. diligenter C. de aqua*
duct. lib. 11. *L. fluminum* 25. *ff. de damn. infect.* Et
scribunt Afflict. *in d. cap. unico verb. flumina n.* 2. &
ibi Alvarot. *n.* 7. Rosentald. *d. c.* 5. *conclus.* 23. *nu.*
2. Sixtin. *d. c.* 3. *nu.* 33. & 35. Cepol. *d. cap.* 31.
n. 16. Camil. Borrel. *d. c.* 8. *n.* 12. Atque ita Prin-
ceps supremus usum fluminis privatis interdicere ne- 8
quit; neque oavigationem sine justa, & legitima cau-
sa: ut docent Afflict. *de verb. flumina n.* 8. Peregr.
de jure fisc. lib. 1. *tit.* 1. *n.* 22. *in fin.* Camil. Borell. *d.*
cap. 9. *n.* 14. Rosental. *d. c.* 5. *concl.* 21. *n.* 1. & 2. *con-*
clus. 23. *n.* 3. Sixtin. *d. c.* 3. *n.* 41. & 42.
Alia verò sunt flumina publica quæ censentur, na-
vigabilia quia natura sua navigatione sunt apta, & 9
in quibus navigari potest; etiamsi re ipsa, & actu
nunquam sit navigatum Siquidem nomen navigabile
ex propria sua significatione aptitudinem, tantum &
potentiam, non actum significat, Sixtin. *d. cap. nu.*
13. Joan. Hering. *de molend. q.* 16. *n.* 31. Et qoidem
hæc flumina Cæsaris sunt, prout etiam quæ faciunt
alia flumina navigabilia, & præstantiora, utilioraqoe
booo publico *d. L. quominus ff. de flumin.*
Ea autem flumina, quæ navigabilia non sunt, dum- 10
modo sint perennia, publica etiam dicuntur *L. si au-*
tem plures, §. *fin*, *de aqua pluvia arcend. L. quomi-*
nus, ff. de flumin, ea tamen declaratione, quod flu-
meo publicum non navigabile, quoad jurisdictio-
nem, Principis est. Attamen in particulari, præser-
tim respectu usus, est terrarum, & commonitatum,
in quarum territorio fluit, juxta doctrinam Angel.
in L. fluminum in princ. n. 1. *ff. de damu. infect.* Me-
noch. *cons.* 909. *n.* 46. & *cons.* 823. *n.* 9. & 10. *cum*
seqq. Thusc. *d. conclus.* 405. *n.* 3. Surd. *cons.* 324. *n.*
34. & *cons.* 482. *n.* 1. & 2. Cyriac. *controv.* 262. *n.*
Et hujusmodi fluminis non navigabilis aquæ usus re-
gulariter privatis est permissus *L. riparum.* 5. *ff. de*
rer. divis. § *flumina* §. *riparum Instit. eod. tit.* Bart.
in d. L. quominus in 2. *q. sub n.* 50. aut non est navi-
gabile, Roland. *cons.* 97. *sub n.* 7. *vol.* 3. Cyriac. *d.*
controvers. 462. *num.* 22.
Qua ratione privatus in tali flumine non navigabi- 11
li bene potest molendinum ædificare absque Princi-
pis licentia: ut scribunt Bart. *in L. quominus, n.* 1. &
4. & ibi Iason, & communiter DD. Decius *cons.* 244.
n. 1. & 2. Ubi communem dicit Alex. *cons.* 194. *n.* 7.
lib. 1. Roland. *d. cons.* 97. *n.* 3. Ruin. *cons.* 94. *col.*
2. *lib.* 4. Bossius *in tit. de aquis. nu.* 31. Uvesembeq.
cons. 67. *n.* 12. post alios Rosentald. *d. cap.* §. *con-*
clus. 28. *n.* 3. *in gloss. C.* Cyriac. *ubi supra n.* 5. Six-
tin. *d. cap.* 3. *n.* 65. & 66. Et nullum ex DD. contra-
riam tenere dicit Joann. Hering. *d. quæst.* 1. *n.* 24. Ant.
Gomez. *in l.* 46. *Tauri n.* 10.
Confirmatur: quia ex flumine publico non navi- 12
gabili licitum est aquam ducere, & derivare sine
Principis licentia *L. Imperatores, ff. de servit. rustic.*
L. quominus. ff. de flumin. Alex. *consult.* 203. *lib.* 6.
Camill. Borrell. *d. cap.* 8. *n.* 21. Roland. *d. cons.* 97.
num. 3. Forcatul. *dialog.* 85. *n.* 45. Arias de Mesa
d. lib. 2. *cap.* 49. *n.* 11. Thusc. *litt. P. conclus.* 403.

num. 92. & conclus. 407. n. 16. Quidquid in Regno Neapolitano contrarium dicat servari Vincent. de Franch. decis. 183. Ea eo, quod in illo Regno omnia flumina quoad proprietatem sunt Regis. Si autem aquam derivare quilibet potest à flumine non navigabili, nil mirum, quod quilibet in tali flumine molendinum valeat extruere.

13 Limitabis tamen, quæ diximus de molendino, ut quis illud ædificare non possit, si id fiat cum injuria vicini. Non autem dicitur fieri cum injuria si tantum adimatur lucrum per diminutionem concursus molentium, secundùm Bart. in d. L. quominus in 2. q. sub n. 5. vers. aut non navigabiles Alex. d. cons. 194. n. 7. vers. ubi autem flumen lib. 2. in specie Roland. d. cons. 9 p. n. 3. & 7. Menoc. cons. 91. n. 31. & 42. Surd. cons. 321. n. 21. optime Syriac. controv. 310. & controv. 462. n. 5. Gratian. c. 89. n. 2. & seqq. Capyc. Latro consult. 110. n. 36. Joann. Hering. d. q. 15. n. 57. in fin. Ant. Faber. in suo Cod. lib. 3. tit. 24. diffin. 5. n. 2.

14 Si verò quis prius fecit molendinum in flumine publico, non potest alius molendinum supra, vel infra ædificare; si notabile damnum fiat priori molendino; vel auferendo aquam priori necessariam, vel eam restagnando aut aliàs L. 1. §. quod autem ait, ff. nequid in loc. publ. L. 1. §. Neratius, ff. de aqua pluvia arcend. L. 2. §. idem Labeo scribit, ff. nequid in loc. publ. & ita tenent gloss. 1. ad fin. in d. L. quominus, ubi Bart. col. 2. in 1. 2. & 3. q. princip. & pluribus laudatis Anton. Gomez in L. 96. Tauri nu. 12. Gratian. cap. 89. n. 1. Latè Capyc. Latro consult. 110. Bened. Ægid. in L. ex hoc jure p. 1. cap. 6. n. 12. Anton. Faber. in Cod. lib. 3. tit. 24. diffin. 5. n. 6. August. Barbos. in L. manifestè C. de servitud. & aqua n. fin.

15 Tunc namque de novo ædificans prohiberi potest, si licitè primus ædificavit. Secus, ambo illicitè ædificaverunt; quia unus alium prohibere non potest: ut probat text. in L. concedendo 8. ff. de aqua pluvia arcend. & in L. 2. §. idem ait. ff. ne quid in loco public. cujus hæc sunt verba: Idem ait, si in publico ædificem, deinde hoc ædificium ei obstet, quod in publico ædificaverat, cessare hoc interdictum, cum tu quoque illicitè ædificaveris: nisi forte tu jure tibi concesso ædificaveras. Ant. Gomez in d. L. 46. Tauri n. 12. Ferrariens. in sua pract. in forma libelli action. confessor. verb. servitus aquæ duct. nu. 7. ubi communem dicit Jason. in d. L. quominus n. 2. Sixtin. d. cap. 3. n. 77. & 78. Joann. Hering. d. q. 15. n. 57. vers. si vero. Et
16 Anton. Fabr. d. diffin. 5. n. 6. qui eam reddit rationem: Nam ita debet quis rem suam meliorem facere, ne vicini deteriorem faciat L. 1. §. sed & fossas ff. de aqua pluvia arcend. L. sicut autem §. Aristo ff. si servit. vendic. L. is qui in puteum 11. §. ult. ff. quod vi aut clam.

17 Intellige supra dicta, ut, qui prius ædificavit molendinum, possit prohibere secundo loco ædificantem, si priori auferat aquam necessariam, non verò si aqua omnibus sufficiens sit, quia tunc secundus impediri non poterit, Anton. Gomez in d. l. 46. n. 12. vers. quam tamen Vincent. de Franch. dec. 183. n. 9. ubi Addentes. Et quidem nemo ad æmulationem ædificare præsumitur sed potius ad sui utilitatem, & animo non nocendi gloss. in d. l. fluminum, ff. de damn. infect. Bart. in L. item lapilli n. 4. ff. de rer. divis. & in L. merito n. 1. ff. pro socio, Schneid. de feud. a. p. n. 46. & in §. summa autem division. 59. instit. de interdict. Andr. Gail. lib. 2. observ. 6. n. 30. Cæpol. de servit. urban. c. 62. n. 2. vers. in dubio tamen, Mascard. concl. 620. n. 1. Sixtin. d. cap. 3. n. 80. Phæb.
18 1. p. dec. 73. n. 1. Surd. consil. 127. n. 19. Si vero ad æmulationem ædificaverit molendinum, non principaliter utilitatis publicæ causa, vel in suum commodum, aut deteriorem fluminis usum reddiderit, ut alteri noceat, rectè prohiberi poterit, Gail. d. observ. 69. n. 28. Sixtin. d. cap. n. 79. Et quando ad æmulationem quis ædificare præsumatur, vide per Mascard. d. concl. 620. à n. 5 Gal. ubi suprà à n. 17. cum seqq. Phæb. d. dec. 73. Sixtin. d. cap. 3. n. 83. & 84. Aug. Barbos. in L. altius à n. 2. C. de servit. & aqua.

Diximus suprà n. 12. cuilibet licitum esse ducere 19
aquam ex flumine publico non navigabili absque Principis licentia. Sed hoc ita intelligendum, si id fiat sine injuria, aut damno alterius L. si autem §. fin. ff. de aqua pluvia arcend. d. 1. §. sed Labeo ff. de flumin. Cabed. 1. p. dec. 129. n. 1. Surd. cons. 447. n. 34. Aug. Barb. in d. L. si manifeste n. 4. C. de servit. Secundo intellige, ut non liceat aquam ducere de flumine publico, quando mutatur aquæ cursus, vel exsiccatur alveus L. 1. §. sed Labeo, ff. de flumin. L. hoc 20
jure §. ex flumine, ff. de aqua quotid. & æstiva, Surd. cons. 427. n. 34. Cancer. lib. 3. var. cap. 4. n. 245. nisi hoc fiat de licentia Principis, Joseph de Sesse decis. 48. n. 29. Ita etiam, ut jus aquæ concedendæ ex flumine publico soli Principi competit d. L. 1. §. permittitur. Franc. Marc. dec. 416. n. 5. p. 1. ita etiam 21
de licentia Principis cursus fluminis immutati licebit, Beroius cons. 140. n. 4. lib. 3. Paris. cons. 105. lib. 1. Natta cons. 55. n. 3. lib. 1. Arias de Mesa d. cap. 49. n. 13. Et quidem quia à solito cursu diverti non debet L. præses L. si manifestè C. de servit. & aqua L. si diuturno in princ. & per totum ff. si servit. vendic. L. 2. in fin. C. ad L. Aquil. Cæpol. de servit. urban. c. 69. de aquæ duct. vers. sed pono Surd. cons. 447. n. 10. Ludovic. Post. de manuten. decis. 213. n. 7. post. tract. Cyriac. controv. 311. n. 3. Aug. Barbos. in L. si tibi n. 2. & 3. C. de servit. Giurb. observ. 61. n. 15. Et in aquæ ductibus à vetustate recedendum 22
non est, Iason. cons. 150. lib. 2. Post. d. decis. 113. n. 7. Tondut. resol. civil. c. 49. n. 9. Vincent. de Franch. decis. 183. num. 7. Atque ita, qui aquam ex flumine publico derivare intendit, eam à solito cursu divertere nequit. Prout ultra supra relatos scribunt Bart. in d. L. quominus in 1. & 2. oppos. ff. de flumin. Bald. cons. 241. vol. 2. & cons. 463. n. 6. vol. 4. Cravet. cons. 124. n. 8.

Item non potest quis deducere aquam sine Principis licentia, si illa publico usui deserviebat, veluti erat illa; quæ Romæ destinata erat ad moletrinas purgandas, & pannos lavandos: ac similia d. L. 1. §. 23
permittitur ff. de aqua & quotid. & æstiva, L. 2. ff. nequid in loco publ. sed Celsus 6. in princ. ff. de contrah. empt. & scribunt Arias de Mesa lib. 2. cap. 49. n. 12. Thesaur. dec. 245. Amend. ad Vincent. de Franch. dec. 183. num. 5.

Postquam aqua licitè derivata à flumine publico intravit in fistulam, seu canale alicujus privati, desi- 24
nit esse publica, & efficitur privata ejus, cujus est canale, & fundus. Surd. cons. 130. n. 2. Boerius decis. 352. n. 5. Valenz. cons. 81. n. 34. Giurb. observ. 61. n. Et ideo is, in cujus fundum aqua intravit, potest de illa ad libitum disponere secundùm Decium cons. 244 n. 3. & 7. & post alios Surd. cons. 41. nu. 2. August. Barbos. in L. aquam n. 4. de servit. & aqua Tondut. resol. civil. cap. 48. n. 1. & 2. Adeo ut in proprio fundo possit quis fossas, vel aliud opus facere, etiamsi vicino noceat, & aqua à solito cursu divertatur; dummodo id non fiat ad æmulationem, Tondut. resol. civil. cap. 48. n. 25. & seqq.

Quia is, in cujus fundum aqua fuit ingressa, ad suam utilitatem potest illam continere, neque prohiberi valet ab habente prædia inferiora; Decius cons. 144. n. 3. Mascard. qui plures laudat. conclus. 123. n. 3. & 4. Bart. in d. L. quominus n. 25. Boer. dec. 25
352. n. 5. Surd. cons. 446. n. 2. Menoch. de retinend. remed. 6. n. 89. Petr. Gregor. syntagm. p. 1. lib. 4. cap. 15. n. 2. Tusch. litt. A. conclus. 404. n. 20. & concl. 405. n. 27. Cyriac. controv. 462 n. 3. Cancer. lib. 3. c. 4. n. 230. idem Cyriac. controv. 340. n. 20.

*n.*20. *& seqq.* Amend. ad Vincent. de Franch. *dec.*
183. *n.*4. Aug. Barbos. *in L. si tibi n.* 2. *C. de servit*
& aqua Et probant jura *in L.*1.§. *illud Labeo*, *ff. de*
aqua quotid. & æstiva, *& in d. L. si tibi C. de servit.*
26 Quinimo potest aqua contineri; etiamsi tempore im-
memoriali naturaliter flueret in prædia inferiora,
quia adhuc contineri poterit à domino fundi superio-
ris: neque inferior præscriptionem prætendere va-
let: cum dominus fundi, in quem aqua intravit, pos-
sit ad libitum aquæ cursum, mutare, Gregor. Lo-
pez *in L.* 15. *tit.* 31. *partit.* 3. *verb. reynando.* An-
ton. Gomez. *lib.* 2. *var. cap.* 15. *num.* 28. Menoch.
de arbit. casu. 160. *nu.* 7. Thesau. *dec.* 145. *n.* 1. *&*
2. August. Barbos. *in d. L. si tibi num.* 4. Ubi ait ad
præscriptionem requiri; quod facto hominis aqua
fluat, Giurb. *observ.* 61. *num.* 12. Namque ad ac-
27 quirendam possessionem aquæ, requiritur, quod
fluat per rivum vel fossam manu factam, Gratian.
c. 615. *num.* 14. Post. *de manuten. observ.* 34. *num.*
8. Giurb. omninò videndus *observ.* 60. *num.* 11. *&*
12. August. Barbos. *in d. L. si tibi num.* 4. Immo
necessarium est, quod probetur opus manu factum
fuisse intra prædia illius, contra quem possessio, vel
præscriptio prætenditur, Cyriac. *controv.* 310. *nu.*
160. Tondut. *d. c.* 48. *num.* 8. Et etiam requiritur,
quod quis jure servitutis aqua utatur cum scientia,
& patientia domini fundi superioris; & non sufficit
patientia colonorum, Tondut. *d. cap.* 48. *num.* 56.
& 7. Et probat *in L. Proculus* 26. *cum L. sed & in*
L. flumin. 42. §. *fin. ff. de damn. infect.* Bald. *de*
præscript. 3. *quæst.* 4. *princ. q.* 1. *n.* 12. *vers. & nota*
quod scientia, & patientia conductoris. Jure autem
servitutis præsumitur quis aquam duxisse, quando
per alveum manu factum aqua ducitur, Menoch. *cons.*
447. *n.*12. Cancer. *d. lib.* 3. *cap.* 4. *n.*230. Giurb. *ob-*
serv. 60. *num.* 11. *&* 13.

28 Non poterit tamen privatus aquam ducere ex flu-
mine navigabili sine Principis licentia, ut tradunt
omnes *in L. quominus ff. de flumin.* quamvis id fa-
ciat sine injuria alterius, Bossius *tit. de aquis n.*35. *L.*
si autem, *L. fin. ff. de aqua pluvia arcend. L.*1.§. *sed*
Labeo, *ff. de flumin.* Cabed. 1. *p. dec.*119. *n.* 1. Surd.
consil. 447. *n.* 34. Aug. Barbos. *in d. L. si manifeste*
n. 4. Et fuit sententia Bart. *in L. quominus in* 2. *qu.*
Quod necdum procedit in flumine navigabili, sed
etiam in eo, quod excurrit in flumen navigabile *d.*
L. si autem §. *fin.* Cabed. *d. dec.* 116. Surd. *cons.*
482. *n.*5. Verùm hæc resolutio non procedit, quan-
do aqua extrahitur, & flumen ex eo non redditur
29 navigabile L.1.§. *non autem*, *ff. de flumin.* Et scri-
bunt Jason. *in d. L. quominus notab.*6. Bald. *in rubr.*
divis. vers. sed nunquid populus, Roland. *cons.* 97. *n.*
7. *vers. immo fortius.* Cravet. *cons.* 53. *n. tertio* Bos-
sius *tit. de aquis n.* 35. Surd. *cons.* 486. *num.* 6. Et
idem dicendum, si flumen per se non sit navigabile,
fluat tamen in navigabile; namque ex eo bene po-
test quis aquam ducere dummodo illa revertatur in
flumen navigabile, vel in idem, à quo extracta fuit,
30 Bart, *in d. L. quominus*, *n.* 1. & ibi Jason. *n.* 15. ubi
Ripa communem dicit *n.* 17. Et tenet Rolan. *d. cons.*
97. *n.* 7. Purpurat. *cons.* 37. *n.*9. *&* 11. Cravet. *cons.*
140. *n.* 9. Surd. *d. cons.* 482. *n.* 5. Bossius *d. tit. de*
aquis num. 35.

Observa tamen: quando concessio ducendi aquam
facta à Principe alicui, semper intelligitur sine præ-
31 judicio juris tertii L. 2. §. *merito*, *& §. si quis a Prin-*
cipe ff. ne quid in loc. public. Ruin. *cons.* 98. *n.* 13.
14. *&* 15. *vol.* 4. Tondut. *d. cap.* 48. *nu.* 18. Quod
intelligendum est de tertio, qui habent jus acquisi-
tum ante concessionem aquæ: non verò de tertio,
qui jus posterius acquisivit, Surd. *cons.* 221. *num.* 6.
Cæpol. *in c. de servit aqua duct. n.*23. *vers. & prop-*
terea, Cyriac. *controvers.* 310. Tondut. *d. c.*48. *n.*13.
Et facit text. *in L. si quis per diutinam C. de aqua*
duct. lib. 11. Valenz. *cons.* 81. *n.* 24. Immo si aqua
pluribus concessa fuit, & non sufficit pro usu om-
nium, per tempora dividitur Surd. *cons.* 130. *n.* 12.
Cavaler. *dec.* 7. *n.* 3. Tondut. *d. cap.* 48. *n.* 15. *&* 32
de prævent. 2. *p. cap.*2. *n.*10. Intellige tamen, ut non
fiat divisio per tempora, quando concessio facta fuit
duobus diversis temporibus, & aqua omnibus non
sufficit, quia tunc præfertur primus, Valenz. *cons.*
81. *num.* 32.

Denique aquarum derivatio impediri non potest, 33
quando agitur de utilitate publica Francisc. Marc. *dec.*
111. *n.*12. *p.*2. Cancer. *lib.*3. *cap.*4. *n.*244. *vers. vi-*
dendus est. Thesaur. Jun. *ad decis. Pedemont.* 245.
Tondut. *d. cap.* 48. *n.* 11. Et insuper concessio aquæ
generaliter facta, intelligitur de ea, quæ superest
de ducto usu publico, Surd. *cons.* 321. *n.* 46. *&* 47.
Tondut. *d. c.* 48. *num.* 18.

Dubium tamen est, An possit quis molendinum 34
extruere, & ædificare, etiam citra incommodum al-
terius, & impedimentum usus publici absque Prin-
cipis licentia in flumine navigabili? & quidem pro
negativa sententia stant Bossius *in tit. de aquis num.*
35. & plures relati à Rosentald. *d. cap.*5. *conclus.*28.
lit. E. Anton. Gomez. L. 46. *Tauri n.* 11. Tamen
verior, & receptior est sententia, quæ habet cuili-
bet licitum esse molendinum ædificare in flumine
navigabili, dummodo neque statio, neque naviga-
tio ex hoc fiat deterior. Quæ fuit sententia Bald.
in rubr. ff. de rer. divis. vers. sed nunquid populus,
num. 8. Jason. *in d. L. quominus notab.* 6. *num.* 15.
Cæpol. *de servit. rustic. cap.* 3. *n.* 16. *vers. quæro* 13.
Bossius *in d. tit. de aquis n.* 35. post alios Rosentald.
d. cap. 5. *conclus.* 28. *lit. F.* Sixtin. *de Regal. lib.* 2.
cap. 3. *n.* 72. Qui eam comprobat ex text. *in L.* 1. §.
non autem, *ff. de flumin.* Ubi Ulpianus ait non esse,
quod in flumine publico ripave fit, ut coerceatur à
Prætore; sed si id factum sit, quo statio, aut navi-
gatio deterior fiet. Et ex generalitate text. *in L.* 1.
& in L. fluminum ff. de flumin. Sequuntur Alex. *cons.*
194. *n.*10. *lib.*2. Franc. Marc. *decis.*106. *n.*4. Surd. *cons.*
482. *n.*6. Cui opinioni accedo eo casu, quo notoriè
constat non dari detrimentum usus publici; si verò
dubium fuerit, licentiam à Principe impetrandam
consulerem; ut tutius ædificium constituatur. Et idem
consuluit Rosentald. *d. conclus.* 28. *n. fin.*

Præterea observandum est: quod flumen decur- 35
rens inter duo Regna, vel territoria duarum civita-
tum, dicitur esse commune; & jurisdictio cuilibet
competit usque ad medietatem fluminis: ita scribunt
Bart. *in tract. Tyberiad. in* 1. *p. de alluvion. verb.*
adquiritur n. 8. Bald. *in c. ex his litteris n.* 21. *col.*
pen. an fin. de prob. Cæpol. *de servit. rustic. cap.* 31.
*n.*14. Franc. Marc. *decis.*111. *n.*13. *& decis.*545. *p.*2.
Cyriac. *controv.* 452. *n.* 38. *& seqq.* Bossius *tit. de*
aquis n 15. Joann. Hering. *de molend. q.* 15. *n.* 17.
ubi plures laudat Menoch. *cons.* 1101. *n.*1. Sed hæc
resolutio procedit, quando sumus in dubio. Secus
verò si apparet flumen pertinere ad unam ex civita-
tibus, vel ad unum ex Regibus Veluti si unus, vel
una tantum civitas totum Possedisset flumen; vel
quando prædictum flumen esset privatum unius,
Cæpol. *d. c.* 31. *num.* 4.

Quemadmodum flumen publicum, & navigabile; 36
vel ex quo aliud navigabile sit, est de Regalibus,
ita, & ejus alveus ad Regalia pertinet Franc. Marc.
decis. 40. *n.*2. *p.*1. Rubeus *cons.* 49. *n.* 47. Peregr. *de*
jure fisc. lib. 1. *tit.* 1. *n.* 27. Beroius *cons.* 140. *num.* 1.
& 6. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 23. Arias
de Mesa *lib.* 2. *var. cap.*42. *num.* 12. Ex ea ratione.
quia impossibile est, quod alveus sit juris alterius;
quam ipsum flumen L. 1. §. *simili modo*, *ff. de flu-*
min. Paul. de Castr. *in L. fluminum.* 24. *ff. de damn.*
infect.

infect. Curtius Jun. conf. 250. n. 18. lib. 3. Jason. in d. L. quominus n. 45. & ibi Ripa n. 42. Cæpol. de servit. rustic. cap. 34. n. 2. Et ea propter alveus semper sequitur fluminis causam L. ergo §. duobus L. adeo §. quod si toto, ff. de acquir. rer. domin. Mandel. de Alba consf. 42. n. 4. lib. 1. Camil. Borrell. de præst. Reg. Cath. cap. 8. n. 51. Et dicit Bart. in tract. Tyberiad. tit. de alveo in princ. quod alveus consideratus, velut venter fluminis, & sicut stomachum continet vinum, ita alveus supra se continet aquam. Sequitur Cæpol. d. cap. 34. n. 1. Ubi, quod alveus ideo appellatur lectus fluminis, quia flumen ibi cubat. Bald. in rubr. de rer. divis. n. 21. & 27. Quæ omnia congerit Cæpol. ubi proxime. Et post alios Arias de Mesa d. c. 42. n. 11. Sixtin. d. c. 3. n. 23.

Intellige, ut prædicta locum habeant, dum alveus flumini servit: prout declarat Cæpol. d. cap. 34.
37 n. 2. Sixtin. d. cap. 3. n. 33. Item alveus novus, quem flumen sibi fecit, efficitur publicus, licet antea esset privatus d. L. 1. §. simili modo vers. ille etiam alveus, ff. de flumin. L. video. 7. §. quod si toto, vers. si cujus, L. ergo. 30. vers. itaque ff. de acquir. rer. domin. Sixtin. d. c. 3. n. 24. in fin Arias de Mesa d. lib. 2. c. 44. num. 9.

Si verò flumen in totum alveum demittit, sive cum
38 impetu, sive alias, jam alveus publicus esse definit, & efficitur privatus, ad eosque pertinet, qui juxta alveum prædia possident; inter quos divisio sit pro modo latitudinis tangentis ripam L. adeo 7. §. quod si toto, L. ergo 30. §. alluvio, L. inter eos. 26. L. insula 56. §. item quæro ff. de acquir. rer. domin. ita Bart. in tract. Tyberiad tit. de alveo, & in rubr. ff. de rer. divis. col. 12. Paul. de Castr. consf. 377. n. 2. lib. 2. Alciat. respons. 59. lib. 5. Franc. Vivius decis. 498. n. 1. Cæpol. d. cap. 24. n. 3. & eo non relato Arias de Mesa lib. 2. variar. cap. 44. n. 1. & 2. Quod summa cum ratione introductum fuit, nam qui propè flumen prædia possident plurima sustinent incommoda provenientia ex aquarum inundationibus, agrorum convulsionibus, & riparum munitionibus: ut notant Goman. lib. 3. comment. cap. 5. n. 3. Pichard. in §. riparum n. 3. Instit. de rer. divis. Unde cum nihil magis
39 naturali conveniens sit, quàm ut eum sequantur commoda; quem sequuntur incommoda L. secundum naturam. ff. de reg. jur. L. 2. §. sciendum ff. de hæred. vel action. vend. Oldrat. Ancaran. Alex Menoch. & Thusc. cum quibus, & aliis Aug. Barbos. axiom. 169. n. 3. Valasc. consult. 79. n. 20. Larrea alleg. 115. n. 11. meritò alveus derelictus ratione vicinitatis adquiritur illis, qui incommoda sentiunt.

40 Idem similiter dicendum est eo casu, quo flumen paulatim discedendo ex alveo alterius agrum occupat, & partem alvei demittit, quoniam hæc pars par alluvionem accrescit eis, qui prope ripas prædia possident L. Attius. 38. ff. de acquir. rer. domin. §. præterea Instit. de rer. divis. Jason. consf. 146. lib. 1. & consf. 126. lib. 4. Franc. Hothom. lib. 6. observ. cap. 1. Donel. lib. 4. comment. cap. 28. ubi Usvald. litt. B. & Valasc. de jure emphyt. quæst. 16. nu. 10. Arias de
41 Mesa d. lib. 2. cap. 42. n. 1. Et quidem hoc alvei incrementum fundo principali unitur, & ejus conditiones, & qualitates assumit L. in rem 23. §. item quæcumque L. quæ religiosis, ff. de rei vendic. L. 4. ff. de jur. dotium Gama decis. 218. n. 2. & decis. 390. n. 5. & 6. Valasc. de partit. cap. 13. n. 33. Oliva de foro Eccles. 1. p. quæst. 7. n. 1. Castill. lib. 5. controv. cap. 100. n. 19. & lib. 6. cap. 128. n. 23. quippe ex duobus unitis fit unum corpus, & unitum, perdit suam naturam, induitque naturam ejus, cui unitur Castil. d. capite 110. n. 19. & de capite 220. nu. 23. Cassanat. consf. 47. n. 23. Menoch. consf. 225. n. 34. & consf. 904.
42 n. 83. Pacian. de probat. l. 1. c. 26. à n. 15. Bovad. in sua Polit. lib. 2. c. 16. nu. 6. Atque ideò augmentum semper regulatur secundum naturam primitivam ejus rei, cui accedit; & dispositum in illa re procedit etiam in augmento L. etiam Cod. de jur. dotium L. cum inter §. cum inter, ff. de pact. dotal. L. hoc jure §. si alluvione, ff. de aqua quotid. & æstiva, Fontan. de pact. nupt. clausf. 6. gloss. 2. p. 7. n. 69. Solorz. de jure Indiar. tomo. 2. lib. 2. capite. 12. n. 3. 57. & 58. Arias de Mesa d. c. 42. n. 6.

Intellige supra tradita de augmento, quod sit paulatim, & latenter per alluvionem, quæ diffinitur, 43
ut sit incrementum latens quod sensim fit L. 1. §. 1. ff. de aqua quotid. L. adeo. 7. §. præterea ff. de acquir. rer. domin. Corneus consf. 191. n. 1. lib. 3. Arias de Mesa d. cap. 42. n. 2. Et etiam de augmento, quod non est separabile. Siquidem augmentum, quod separabile est, & per se stare potest, non auget rem cui accedit Cald. Pereir. de emp. & vendit. capite 27. sub 44
n. 46. Valasc. de jure emphyt. q. 25. n. 17. in fin. Peregr. de fideicom. art. 10. nn. 19. Amato var. resol. 14. n. 24. & 25. & resol. 67. n. 53. 55. 56. Giurb. de success. feudor. §. 1. gloss. 11. n. 14. & 19. Et ea propter dicitur, quod in incremento patenti cessat alluvio Bellon, de potest. cor. quæ incontin. fiunt lib. 2. cap. 77. n. 2. Arias de Mesa d. cap. 42. n. 2. Etenim incrementum, quod paulatim fundo nostro adjicitur tunc per alluvionem adjici censetur, quando ita paulatim fit, ut cognoscere non possimus, quantum quoquo momento temporis adjiciatur: ut dixit, Gallus in d. L. adeo, §. præterea ff. de acquir. rer. domin. si verò incrementum patens sit ex eo, quod totus alveus à flumine derelictus sit, tunc acquiritur illis qui propè alveum prædia possident ex d. L. adeo §. quod si toto.

Ex prædicta resolutione conciliari possunt diffi- 45
dentes opiniones Bartoli, & Angeli: namque Bart. in tract. Tyberiad. 1. p. verb. adquiratur. tenet augmentum alvei quoad jurisdictionem non sequi naturam principalis cui adhæret: quamvis enim fluminis alveus mutetur, non tamen mutatur jurisdictio Principis quam habebat durante alveo veteri Sequuntur Bald. in rubr. ff. de rer. divis. nu. 21. Joan. Faber & Aretin. in §. præterea, Instit. eod. tit. Cæpol. de servit. rustic. cap. 32. de flum. privato un. 2. Socinus, Corneus, & alii laudati à Ferdin. Arias de Mesa d. c. 42. n. 7. quibus addo Bossium in tit. de princ. n. 280. & tit. de aquis n. 11. Angelus verò, & Florianus in 46
L. item fundi §. huic vicinus ff. de usufr. docent alluvionem, etiam respectu jurisdictionis suum operari effectum. Sequuntur Socinus in L. 3. n. 11. in editione noviss. ff. de acquir. possess. Cagnol. in L. 2. n. 191. n. C. de pact. inter emptor. Costa de ration. rata q. 11. n. 8. Joann. Bapt. Aymus de alluvion. jure l. 2. c. 17. quos refert & sequitur Arias de Mesa d. c. 42. n. 8. Quas opiniones contrarias intelligendas censeo, scilicet ut prima Bartoli procedat quando flumen totum dereliquit alveum, & cursum mutavit: quia in ea parte patenti non mutatur jurisdictio. Contraria verò Angeli locum habeat in casu, quo per alluvionem incrementum alvei paulatim cessit his qui juxta ripas prædia possident.

An autem alveus quem flumen de novo sibi fecit, 47
& postea dereliquit, revertatur ad veterem dominium, vel vicinis possessoribus adquiratur Vide Cæpol. de servit. rustic. c. 34. late & optime Arias de Mesa lib. 2. c. 45. 46. & 47. & de inundatione flum. c. 43. Et quibus pertineat alveus, quando flumen non naturaliter, sed facto hominis ad antiquum alveum reductum fuit? Vide eundem Arias de Mesa lib. 2. c. 50. Et utrum cuilibet licitum sit ripas fluminis munire, & quid si cum injuria viciniorum, & navigationis præjudicio hoc faciat? vide eundem Arias de Mesa d. l. 2. c. 49. ubi ad saturitatem omnia bellissimè pertractata invenies.

Dicimus

Diximus supra privatum flumen nil differre ab aliis
48 locis privatis per L. 1. §. 1. & §. item si omnis ff. de flumin. Unde sequitur, quod domino licitum sit disponere de flumine juxta reg. text. in L. re mandata, Cod. mandati. & sic absque superioris licentia molendinum poterit ædificare in præjudicium alterius L. fluminum 24. §. fin. L. Proculus ff. de damn. infect. Roland. cons. 97. n. 7. l. 3. Curtius Jun. cons. 33. Vvesembeq. cons. 67. n. 13. Rosentald. de Regal. c. 5. conclus. 26. n. 1. Sixtin. eod. tract. l. 2. c. 3. n. 45. & seq. Joann. Hering. de molend. q. 7. n. 1. & q. 9. n. 61. Tusch. litt. M. conclus. 304. n. 10. Cum is qui utitur jure suo, nemini injoriam faciat, neque dolum committat, licet alium lædat L. quod autem §. sciendum, ff. quæ in fraud. creditor. L. inter eos §. cum inter ff. de fidejussorib. L. fin. ff. de in integr. restit. Thesaur. l. 2. forens. q. 6. n. 15. Larrea alleg. 22. n. 76. & 77. Valenz. cons. 2. n. 12. Solorz. d. tom. 2. lib. 22. c. 18. n. 30.

49 Ampliatur prædicta resolutio, ut locum habeat, etiamsi quis per tempus immemoriale habuit solus molendinum in illo flumine: quia non potest impedire alium volentem ædificare molendinum in suo Anton. Gomez in L. 46. Tauri n. 12. vers. licet secus esset, Sixtin. d. c. 3. n. 55. & 56. Capyc. Latro consult. 110. n. 9. Joan. Hering. de molend. q. 22. n. 10. Cum enim molendinum ædificare sit meræ facultatis Ripa in d. L. quominus n. 134. Hering. q. 10. n. 3. & q. 11. n. 5. Ad hoc ut iste qui molendinum habuit solus, alium ædificantem prohibere valeat, requiritur, quod præcesserit prohibitio habentis molendinum primum contra cæteros alia volentes fabricare, & quod isti acquieverint; quia ex tunc præscriptio currit. L. sequitur §. si viam. ff. de usucapion. L. qui fluminibus. ff. de servit. urban. Franco in c. 6. si signante 69. de appell. notab. 1. n. 234. Gratian. discept. forens. c. 89. n. 18. & 20. Cabed. 2. q. dec. 109. n. 7. Anton. Gomez l. 2. var. cap. fin. n. 27. col. 2. vers. item, Gabr. Pereyr. dec. 24. n. 9. Larrea alleg. 16. n. 19. Aug. Barbos. in L. 1. n. 6. C. de servitut. & aqua, Noguer. alleg. 39. n. 43. Postius de manuten. observ. 10. n. 99. & seq. Cyriac. controv. 18. n. 10. Vincent. de Franch. dec. 166. n. 8. Cresp. de Valdaura observ. 93. n. 23. & 24. Et in nostris terminis Hering. de molend. q. 22. n. 10. Cum enim præscriptio non procedat sine possessione cap. sine possessione de regul. jur. Mascard. de probation. concl. 24. nu. 23. & conclus. 946. num. 8.
50 Honded. consult. 79. n. 47. lib. 1. & cum aliis Larrea allegat. 16. n. 1. & in corporalibus non quæratur possessio, nisi post prohibitionem, ex qua probatur intentio illius, qui possidere vult, & animus quærendi possessionem L. fin. ff. quemadmodum serv. amitt. L. fin. ff. de itin. act. q. priv. Salgad. de protect. Reg. 3. p. cap. 10. n. 14. Ludovic. Post. de manuten. observ. 18. n. 45. & observ. 26. n. 19. Stephan. Gratian. c. 450. n. 8. Tondut. resol. civil. cap. 169. n. 12. Recte sequitur tempus etiam immemoriale non esse impedimento volenti de novo molendinum extruere. Præsertim si duo habent flumen privatum, quia uterque ædificandi jus habet, ita ut secundo loco ædificans ab alio prohiberi non possit; etiamsi unius
51 molendinum alteri noceat, dummodo principaliter faciat ut sibi prosit non ut alteri præjudicet, quia si principaliter vellet obesse, & ad æmulationem ædificaret, ab alio poterit impediri juxta doctrinam Bart. in d. L. quominus n. 2. Ibi Jason. n. 21. & 22. ff. de flumin. Alex. cons. 194. n. 3. & 4. lib. 2. Ferrariens. in pract. in form. libell. action. confess. verb. servitus aquæ ductus num. 7. ubi communem dicit Bald. in L. item lapilli. num. 7. ff. de rer. divis. Andr. Gail. lib. 2. observ. 69. num. 27. ubi communem dicit. Exornat Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 3. num. 48. 49. & seq. Joannn. Hering. de molend. q. 15. nu. 57. Et an quando restagnat, vel retrocedit, & usus rotarum impeditur, possit dominus molendini superioris propria authoritate parietem in inferiori erectum destruere, vel agere interdictu uti possidetis; Vide Gabr. Pereir. dec. 33.

Denique si Princeps donat castrum cum territorio, 52
donare censetur flumina & loca sylvestria per text. in c. 1. ubi Bald in tit. de Capitan. qui Curian. vend. & in cap. 1. §. ad hoc in tit. de pac. juram firm. Cæpol. de servit. rustic. c. 31. n. 11. Sed in hoc regno contrarium dicendum est, si in donatione de fluminibus non fiat expressa mentio; quia ea tantum veniunt in donatione quæ exprimuntur.

Nunc de ripa fluminum aliqua prænotanda sunt.
Est autem ripa, quod flumen continet naturalem ri- 53
gorem sui cursus tenens L. 1. §. ripa ff. de flumin. Alex. cons. 44. col. 2. vol. 6. Socin. Sen. cons. 29. n. 8. in fin. lib. 3. Camill. Borrell. de præst. Reg. Cath. cap. 10. num. 12. Pichard. in §. riparum num. 3. Instit. de rer. divis. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 5. n. 1. unde ita ut flumina navigabilia, & ea, ex quibus navigabilia fiunt, & eorum alvei de regalibus esse diximus supra
n. 9. & 36. ita & ripæ horum fluminum de Regali- 54
bus dici debent, quia ut dixit Andr. de Isern. in cap. unico quæ sint Regalia verb. Ripatica, idem jus est de ripa, sicut de flumine. Præsertim cum Imperator Federicus in d. cap. unico ripatica enumeret inter Regalia. Nihilominus tamen riparum proprietas non est publica, neque ad eam acquirendam Principis, aut alicujus populi, authoritas necessaria, namq; ea proprietas est eorum, qui prope ripas prædia possident L. ripar. ff. de rer. divis. §. rip. instit. ead. L. in L. in lit. 14. cum L. seq. ff. de acquir. rer. domin. Riminald. Sen. cons. 444. n. 39. vol. 3. Corn. cons. 99. litt. G. vol. 2. Forcatul. dialog. 86. n. 2. Camill. Borrell. d. cap. 20. n. 6. Sixtin. d. c. 5. n. 2. Corasius in L. 1. n. 9. ff. de acquir. possess. Pichard. in d. §. riparum num. 1. Horat. Montan. de Regalib. verbo ripatica num. 1. usus autem riparum publicus est, ut ait Justinian. in d. §. riparum: non enim rationi congruit, quod fluminum navigatio fieret, & riparum Domini repellerent navigantes divertentes ad easdem ripas, contra navigantium libertatem, & utilitatem publicam Camil. Borrell. d. c. 10. n. 6. Horat. Montan. d. verb. ripatica num. 1.

Hinc fit quod arbores natæ in ripa, eorum sunt quorum sunt ripæ d. L. riparum d. §. riparum Instit. de rer. divis. L. ergo §. 2. ff. de acquir. rer. Domin. Horat. Montan. ubi supra n. 1.

Et insuper si vendatur fundus, qui est prope ri- 55
pam, etiam ripa tanquam appendix, & quæ ejusdem est juris cum fundo vendita censetur, Afflict. in d. c. unico verb. ripatica n. 3. Bart. in tract. Tyberiad. col. 3. Cæpol. de servit. rustic. cap. 36. n. 6. Sixtin. d. c. 5. n. 3. Ex eadem causa fluit, quod non licitum est cuilibet de populo in ripa fluminis novum ædificium construere invito eo, cujus prædio adhæret ripa:
quod si fecerit ædificium non erit ædificantis L. qui 56
autem ff. de acquir. rer. domin. Bart. in L. quominus quæst. 9. n. 15. ff. de flumin. Sixtin. d. cap. 5. n. 6. Immo dominus ripæ propria authoritate ædificium destituere valet argum text. in L. quemadmodum §. 1. ff. ad L. Aquil. L. si item §. si ad januam ff. quod vi, aut clam. L. de pupillo §. meminisse ff. de nov. oper. nunt. Et fuit sententia Bart. in d. L. quominus quæst. 7. Cæpol. d. cap. 36. Sixtin. d. capite 5. n. 7.

Non obstat quod idem de ripa, quod de flumine
prædicari debet. Quia respondetur: quod ripæ non 57
dicuntur esse de eisdem fluminibus L. 1. §. in flumine. ff. de flumin. ibi Et quod in ripa fit, non videatur in flumine publico factum. Ita Franc. Marc. dec. 346. num. 5. p. 1. Beroius cons. 177. n. 19. vol. 3. Camill. Borell. d. cap. 10. nu. 7. in fin. Neque etiam obstat text. in d. cap. unico quæ sint Regalia, quia ripatica, de

qua

qua Imperator ibi non intelligitur de ipsa flaminia ripa sed de quodam jure tributi, quod solvitur Principi à navigantibua in ripa pro tute navigotione fluminum & secuto appulsu, ac statione in ripis. Et ita vocem ripatica de qua in constitutione Federici, intelligunt communiter DD. post Afflict. Bald. Præpos. Cujac. Ferrarienf. Montan. *de fend. lib. 5. cap. 7. vers. suus & riparum*, Peregr. *de jure fisc. lib. 1. tit. 1. n. 23.* Rosentald. *de feud. cap. 5. conclus. 32.* Camill. Borrell. *de cap. 10. n. 8.* Sixtin. *d. cap. 5. n. 9. & 10.* Horat. Montan. *d. verbo ripatica, n. 11.* Vel ut ait Bald. *in d. cap. unico.* Ripetica sunt præstationes, quæ fiunt à transeuntibus flumen per naviculam de ripa ad ripam. Prout sunt plures in hoc Regno in Tago prope vicum de Secavem, & juxta oppida de Montelvam, & de Nisa Rosentald. *d. concl. 32. lit. A. & B.* Quod jus inter Regalia connumeratur, Horat. Montan. *de verbo ripatica n. 1.*



CAPUT V.

An molendina sint de Regalibus.

Ad Ordin. lib. 2. tit. 2. §. 8.

SUMMARIUM.

1 *Molendina non esse de Regalibus verius est.*
2 *Molendinum ædificare & habere non est actus jurisdictionis, sed dominii.*
Molendinum extruere est meræ facultatis. Ibid.
3 *Facultas, quæ consistit in libertate naturali non est privata, sed publica res.*
4 *De principis potestate disputare est ad instar sacrilegii.*
5 *Bene potest Princeps in suo territorio omnia molendina sibi arrogare, & subditos ab eorum constructione arcere, & prohibere, ne ædificent etiam in suo molendina, aut furnos. Item prohibere, ne vadant ad alia molendina, & furnos: nisi ad ea, quæ Principis sunt.*
Hoc jus prohibendi de Regalibus est. Ibid.
6 *Princeps potest donare illud jus prohibendi cum furnis, & molendinis.*
7 *Donatione facta alicujus castri cum molendinis, & furnis non potest concessionarius aliis prohibere, ne habeant molendinum, aut furnum.*
8 *Domini terrarum habentes molendinum aut furnum non possunt statuere, ut subditi non possint alibi molere, vel panes coquere, quàm in propriis ipsorum molendinis aut furnis.*
Dominus loci ad cujus molendinum, vel furnum semper homines accesserunt, non potest prohibere: ne novus ædificetur furnus, vel molendinum: nevè homines vadant ad aliud etiamsi per tempus immemoriale ad suum homines accessissent. Ibid.
9 *Præscriptio non procedit in actionibus meræ facultatis.*
10 *Civitas recognoscens superiorem, quæ habet propria molendina, vel furnos: non potest statuere, quod cives accedant ad molendina universitatis relictis privatorum molendinis.*
11 *Limita in casu, quo dominus, vel civitas prohibuit cives alibi molere, vel panes coquere: quia si acquieverint per tempus sufficiens ad præscriptionem, quæritur jus prohibendi domino, vel civitati, & cives in futurum cogi possunt.*
12 *Ad præscriptionem cujus juris requiritur lapsus temporis triginta annorum cum acquiescentia.*
13 *Prohibitio prædicta fieri potest judicialiter vel extrajudicialiter & sufficit specialis, vel generalis.*
14 *Prohibitio facta per proclamationem generalem si populus acquievit, vel major pars sufficit ad præscriptionem, quoad omnes. Sed limita, ut ibi.*

QUamvis Petra *de fideicommiss. q. 13. n. 580.* & 1
Ruger Roland. *de commissionib. lib. 2. c. 13. in*
1. p. molendina inter Regalia connumerasset; tamen
verius est ad Regalia non pertinere: ut scribunt Vvesembeq *cons. 67. n. 27.* Cephal. *cons. 50. n. 2. lib. 2.* Bellug. *in specul. Princ. §. 28. n. 11.* Sixtin *de Regal. cap. 3. n. 87.* latissimè Joann. Hering. *de molend. q. 9. per tot.* & præcipuè *n. 54. & seq.* Thesaur. *dec. 16. n. 4. vers. neque verum est.* Namque, supra probavimus *cap. 8.* quilibet molendinum libere ædificare potest tam in privato; quam in publico flumine, & etiam navigabili sine licentia Principis, dummodo statio, vel navigatio deterior non reddatur. Deinde, quia ædificare, & habere molendinum non est actus jurisdictionis; sed dominii; Vvesembec. *d. cons. 67.*
n. 27. Ubi pro hoc sententia allegat. text. *in L. 2. Cod.* 2
de quadrienn. præscript. Sixtin. *d. cap. 3. n. 88.* Hering. *de molend. q. 11. n. 22.* Et insuper, quia molendinum extruere est meræ facultatis, Ripa *in L. quominus n. 134. ff. de flumin.* Bercholt. *in cap. unico quæ sint Regalia n. 34.* Schrader *de feud. p. 6. cap. 6. n. 117. vers secundò hoc fallit.* Joann. Hering. *q. 10. n. 3. & q. 11. n. 5.* Surd. *cons. 127. n. 20.*
Hæc autem facultas consistit in libertate naturali,
quæ non privata, sed publica res est. *L. siquis 53. ff.* 3
de fideicomm. libertat. & nullo est æstimabilis pretio *L. libertas 106. ff. de regul. juris L. 9. §. 2. ff. de statu liber.* Et quidem libertate pereunte omnia pereunt secundùm Isidor. *de Etimol. cap. de pæn.*
Sed cum disputare de Principis potestate ad instar
sacrilegii sit. *L. 2. c. de crim. sacrileg. c. si quis suadente §. qui autem sanct. cap. seq. 17. quæst. 4.* 4
Cyriac. *controv. 202. n. 3.* Petr. Gaball. *resol. Crimin. casu 58. n. 5.* Larrea *decis. 8. n. 1.* Hieron. Leo *dec. 34. n. 29. & 33.* Capyc. Latro *dec. 174. n. 27.* Bene potest Princeps in suo territorio omnia molendina sibi arrogare, & subditos ab eorum constructione arcere: ut docet plena manu Joann. Hering. *de molend. q. 10. à n. 5. cum seqq.* Atque ideò rectè prohibere potest, nequis molendina, aut furnos ædificet, etiam in suo, & ne vadat ad alia molendina, vel furnos nisi ad ea quæ Principis sunt. Quod jus prohibendi de Regali-
bus esse docent Grotian. *c. 89. n. 17.* & Larrea *alleg.* 5
69. n. 19. Ex eo ratione quia solus Princeps prohibere potest nequis re sua, vel communi, aut facultate naturali utatur *L. 1. §. permittitur* ibi. *Id quod à Principe conceditur, alii nulli competit. ff. de aqua, quotid. & æstiva, L. quaro 18. de jure patran.* Gregor. Lopez *in L. 1. verb. argamienta d'El Rey, tit. 7. partit. 5.* Thesaur. *dec. 16. n. 12.* Cacheran. *dec. 17. in princ.* Joan. Guttier. *pract. lib. 4. q. 34. n. 1.* Surd. *cons. 127. n. 1.* Et in hunc sensum post factam arrogationem; & prohibitionem molendina de Regalibus dici possunt: ut agnovit Hering. *d. q. 9. n. 66.* ibi: *Quin tunc sub Regaliorum nomine comprehendi queant non repugno.*
Unde fit: quod Princeps potest donare illud jus
prohibendi cum furnis, & molendinis, Abbas *in princ.* 6
gloss. in L. sane si maris ff. de injur. & cum Guid. Pap. & Brun. Larrea *d. alleg. 69. n. 10.* An autem quando Princeps concessit alicui castrum cum molendinis & furnis? Quæstionis est an concessionarius prohibere
possit aliis habere molendina, vel furnos. Quam ne- 7
gativè resolvunt Cravet. *de antiquit. tempor. 4. p. §. circa præmissa n. 1. & consult. 861. & 871. n. 5. & 9. consult. 896. per tot.* Dicit communem, & veriorem Thesaur. *decis. 26. n. 9. vers. contrarium,* Bursat. *cons. 41. lib. 1.* Surd. *cons. 127. n. 19. & seqq.* Larrea *d.*
alleg.

alleg. 69. *n.* 23. Qui *n. seqq.* fundamenta ponit, & contraria diluit, quæ etiam rufutat Surd. *d. consf.* 127. *n.* 27. *& plurib. seqq.*

8 Ex prædictis fluit non posse Dominos terrarum, & Donatarios statuere, ut subditi non possint alibi molere, vel panes coquere, quam in propriis ipsorum molendinis, vel furnis ut per text. *in L. ambitiosa ff. de decret. ab ordin. faciend.* Probant Jacobin. *in sua invest. verb. & eum molendinis num.* 4. Ubi docet: quod dominus loci habens molendinum, vel furnum, ad quem homines semper accesserunt, non potest prohibere, ne novus ædificetur furnus, vel molendinum: neve homines vadant ad aliud, Baldus *de præscript. in* 4. *p.* 5. *princ. q.* 5. *n.* 1. *& seqq.* Bertrand. *consf.* 39. *n.* 1. *vol.* 1. Ripa *consf.* 194. Boërius *decis.* 125. *per tot.* Covarr. *in reg. possessor. de reg. jur.* 2. *p.* §. 4. *n.* 6. Capyc. *decis.* 209. *n.* 26. Surd. *consf.* 127. *n.* 23. Larrea *alleg.* 69. *n.* 24. *& seqq.* Thesaur. *dec.* 16. *n.* 2. Sixtin. *d. lib.* 2. *capite* 3. *n.* 59. Qui omnes id procedere aiunt, etiamsi per tempus immemoriale homines accessissent ad molendinum vel furnum domini vassallorum, vel cujuslibet alterius. Sequuntur Tusc. *litt. P. conclus.* 37. Joan. Hering. *de molend. quæst.* 11. *n.* 66. *& seqq.* Sixtin. *d. c.* 3. *n.* 59.

9 Namque cum ire ad molendinum, vel furnum alterius sit meræ facultatis, præscriptio non procedit, etiamsi per mille annos itum fuerit, ut obligatio in futurum constituatur. Siquidem in actibus meræ facultatis nulla procedit præscriptio *L. Proculus* 26. *ff. de damn. infect. L.* §. 1. *denique Marcellus, L. si in eo fundo* 21. *ff. de aqua pluv. arcend. L. viam* 2. *ff. de via publie. L. qui jure familiaritatis, ff. de acquir. possess.* Bald. *d. quæst.* 5. *num.* 2. Surd. *consf.* 127. *num.* 21. Larrea *alleg.* 67. *n.* 33. Ludovic. Post. *post. tract. decis.* 325. *n.* 8. Tondut. *resol. civil. cap.* 169. *n.* 11. Giurb. *de success. feudor.* §. 2. *gloss.* 13. *n.* 69. Capyc. Latro *dec.* 77. *num.* 28.

10 Similiter civitas, quæ superiorem recognoscit, habens propria molendina vel furnos non potest statuere quod cives ad molendina universitatis accedant relictis privatorum molendinis Ancarran. *consf.* 155. *&* 298. *incipit in territorio de Thiani col. pen. in fin. n.* 5. primo propter grave onus Stephan. Gratian. *cap.* 89. *n.* 84. plene Osasch. *decis.* 57. Ubi tradit prohibitionem prædictam non valere, sive statutum directè, vel indirectè liberam facultatem auferat Thesaur. *decis.* 16. *n.* v. *quinto amplia* Vincent de Franch. *decis.* 380. *n.* Rosentald. *d. capite* 5. *conclus.* 26. *n.* 1. *litt. A.* Sylvan. *consf.* 1. *n.* 40. Joann. Hering. *de molend. quæst.* 11. *nu.* 76. Larrea *alleg.* 69. *n.* 27. *&* 28.

11 Limitanda tamen est prædicta resolutio, ut non procedat quando subditi, vel cives prohibiti fuerint à domino, vel civitate alibi molere, vel panes coquere; quia si prohibitioni acquieverint per tempus longissimum, & sufficiens ad præscriptionem complendam: tunc bene adquiritur jus prohibendi: Et subditi, vel cives non poterunt alibi molere, vel coquere: & possunt in futurum cogi: ut tradunt *gloss. & DD. in L. qua luminibus, ff. de servit. urban. &* in *L.* 1. *Cod. de servit.* Jacobin. de S. Georg. *de feud. verb. & cum molendinis n.* 6. Guid. Pap. *dec.* 298. *num.* 1. *&* 2. Jason. *in d. L. quominus num.* 28. 29. 31. *&* 32. Roland. *consf.* 22. *num.* 23. *lib.* 2. Craveta *consf.* 111. *num.* 22. Thesaur. *decis.* 16. *num.* 6. *vers. limitatur,* Larrea *alleg.* 69. *n.* 24. Surd. *consf.* 127. *à n.* 20. Vincent. de Franc. *dec.* 166. *num.* 8. Gratian. 89. *n.* 18. *& seqq.* Sixtin. *d. cap.* 3. *n.* 60. Capyc. Latro *consult.* 110. Ubi *n.* 28. edocet post prohibitionem

12 necessarium esse lapsum temporis trigınta annorum cum acquiescentia, ut jus prohibendi præscriptum dicatur Bald. *d. q.* 5. *num.* 3. Thesaur. *decis.* 16. *n.* 7. *vers. dissentiunt tamen,* ubi veriorem dicit. Et se-

quuntur Gratian. *cap.* 564. *n.* 25. Petra *de potest. Princip. p.* 6. Cancer. *lib.* 3. *c.* 4. *n.* 48. Bardel. *consf.* 143. *n.* 14. *lib.* 2. Quod ex ea ratione procedit, quia jus hoc prohibendi molendina extruere, & cogendi cives ad alicujus tantum molendina & furnos accedere consuetudine præscripta, vel privilegio adquiri potest *L. venditor ff. commun. prædior.* Jason. *in d. L. quominus n.* 87. & ibi Ripa *n.* 82. *q.* 11. *vers. tert. intellige,* Gratian. *c.* 89. *n.* 11. *&* 12. Franch. Marc. *dec.* 111. *n.* 42. *p.* 2.

Prohibitio autem fieri potest judicialiter, vel extra judicium, Roland. à Valle *consf.* 80. *n.* 41. *vol.* 3. 13
Bald. *de præscript. d. q.* 5. *un.* 3. *vers. quod procedit,* Abbas *in cap. Abbate Sancti Sylvani n.* 1. *ide verbor. signif.* Rosentald. *d. cap.* 5. *conclus.* 27. *n.* 3. Sixtin. *d. cap.* 3. *n.* 61. Qui *n.* 62. tradit prohibitionem non tam specialem, quàm generalem sufficere, quia tantam vim habet prohibitio generalis quoad omnes personas sub generalitate comprehensas, quantam specialis respectu personarum quibus facta fuit argum. text. *in L. si duo* ubi Bart. *num.* 10. *ff. de administr. tutor. L. Gallus,* §. *quid sit verb. instituens ff. de liber. & posth.* L. *si chorus in princ. ff. de legat.* 3. Bart. *in L. Centurio num.* 17. *ff. de vulg. & pupil. substit.* Et ideò si dominus loci; vel civitas per pro- 14
clama generale fecerit hanc prohibitionem, & populus acquieverit, vel major pars vicinorum, bene procedit præscriptio quoad omnes per textum *in L. quod major. pars. ff. ad municipal.* Boërius *decis.* 25. *nu.* 5. quamvis de hoc dubitet Rosentald. *d. conc.* 27. *n.* 3. Qui *num.* 5. *&* 6. distinguit inter casum, quo hoc jus prohibendi acquiritur consuetudine, & inter eum quo ex præscriptione prætenditur. Ita ut primo casu sufficiat majoris partis consensus tacitus ad eam inducendam per L. *de quibus ff. de legibus.* At verò in præscriptione necessarius sit omnium consensus, cum id quod omnes tangit & in singulorum incommodum dirigitur ab omnibus debeat approbari *capite quod omnes tangit, de regular. jur. in* 6. ubi latè August. Barbos.

CAPUT VI.

De Portu.

Ad Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 9.

SUMMARIUM.

1 *Portus est locus conclusus quo importantur merces, & inde exportantur: eaque nihilominus statio est conclusa atque munita, qua naves ibi tutò stare solent.*

2 *Vel est locus existens tam in flumine, quam in mari ad securam navium stationem.*

Portus publicus est, ita in flumina publica sunt.

4 *Ad refectionem portus, vel constructionem omnes tenentur, etiam privilegiati.*

5 *Portus est de Regalibus: quidquid alii sentiant. & num. 7.*

Item est de Regalibus: vectigal, seu redditus, quod portorium appellatur, Ibid. *n.* 7. *&* 8.

6 *Vectigal portus duplex est: alterum ancoragii, quod in hoc Regno solvitur Præfecto, vulgo Almirante, ab omnibus navibus intrantibus in portum, quæ anchoras figunt. Alterum dicitur exitura de bis, quæ extrahuntur à portu causa mercimonii.*

Hoc jus solvitur in basilicis Regiis, & non potest donari, neque concessum intelligitur.

8 *Portorium dicitur vectigal, quod ex portu percipitur,*

tur, & exactores illius dicuntur portitores.
Item portorium dicitur vectigal, quod solvitur, pro transitu per pontem. Ibid.
Item portorium dicitur vectigal scapharum, quod solvitur pro transitu de una ripa ad aliam. Ib.
9 *Quæritur, An excusatur à vectigali pro transitu scaphæ vel pontis ille, qui neque per pontem, neque navem flumen transit? Et resolvitur sub distinctione, de qua ibi.*
10 *Princeps etiamsi donet jus portagii, passagii, aut marcagi potest immunitatem concedere ab illis tributis.*
11 *Delinquens in portu sortitur forum illius civitatis, in qua est portus.*

1 Sequitur agere de portu. Et quidem Ulpian. *in L. portus* 59. *ff. de verbor. signif.* scribit, quod portus est locus conclusus, quo importantur merces, & inde exportantur. Eaque nihilominus statio est conclusa, atque munita, quia naves ibi tutò stare solent, ita post Alciat. & alios *in d. L. portus*, tenent Cæpol. *de servit. rustic. cap.* 28. *num.* 1. Petr. Gregor. *syntagm. lib.* 3. *c.* 14. *n.* 7. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 1. Rosentald. *d. cap.* 5. *conclus.* 31. *num.* 1. Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cath. cap.* 9. *n.* 13. & 6. Arnisæus *de jurib. Majest. lib.* 3. *cap.* 5.
2 *num.* 3. Dicit autem Camil. Borrel. *d. num.* 6. quod portus dicitur locus existens tam in flumine, quam in mari, ad securam navium stationem, & ad vitandos maris impetus, procellarumque, & tempestatum: Necnon ut ab ostibus & piratis statio sit secura, Mynsinger. *in §. flumina autem verb. portus Instit. de rer. divis.* Quæ autem necessaria sint ad portum recenset Camil. Borrell. *d. c.* 9. *n.* 4. Tu illum vide; quia bene loquitur.

Ità ut flumina sunt publica, ita & portus quia eodem loco leges reponunt portus, & flumina §. *flumina Instit. de rer. divis. L. Nemo ff. eod. L. littera in fin. ff. nequid in loco public. L.* 1. *in ult. verb. Prætor.* & §. *non autem* & §. *stationem ff. de flumin L. ad portus, Cod. de operib. publ.* Horat. Montan. *de*
3 *Regal. verb. portus n.* 1. & tenent superius relati. Atque ideo cum portus publici juris sint omnes etiam exempti & privilegiati tenentur contribuere tam ad instructionem, quàm ad refectionem portus: ut probatur. *in L. ad portus.* 7. *juncta L. omnes. Cod. de operib. publ.* & argum text. *in L. sunt munera.* 11. *ff.*
4 *de vacat. & excusat. muner.* Et facit *L. ad instructionem, C. de sacros. Eccles.* Cæpol. *d. cap.* 28. *n.* 21. Petr. Gregor. *syntagm. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 3. & 4. Sixtin. *d. cap.* 4. *num.* 5. Rosentald. *d. conclus.* 31. *n.* 3. Camil. Borrell. *d. c.* 9. *n.* 65. Et itu portus, qua publicus est, de Regalibus dici debet, sicut flumina, ut bene tradit Rosentald. *d. conclus.* 31. *num.* 2. Qui citat Bald. *in capite unico quæ sint Regalia ante n.* 1. dicentem omnes portus ad Regem pertinere, Arnisæus *d. l.* 3. *c.* 5. *n.* 4. Montan. *de verb. portus, n.* 1. Quamvis alii teneant portus de jure communi non esse de Regalibus, sed tantum redditus, seu vectigal, quod portorium appellatur, & solvitur Principi ex mercibus in portu. Et ita intelligunt verb.
5 portus, de quo *in d. c. unic. quæ sint Regalia:* ut post Andr. de Isern. Alvarot. Afflict. Præposit. & Hotoman. scribunt Cæpol. *d. d.* 28. *n.* 2. & cum Jacobin. & Rebuff. tradit Sixtin. *d. c.* 4. *n.* 11. Suar. *alleg.* 17. *num.* Cabed. 2. *p. dec.* 46. *n.* 6. Rosentald. *d. conclus.* 31. *n.* 4. *litt. D.* Horat. Montan. *verb. portus n.* 1. *vers. id autem quomodo sumatur.* Qui subdit, quod vectigal portus duplex est, alterum appellatur anchoragii, quod in hoc Regno solvitur Præfecto
6 maris vulgo *Almirante*, alterum est jus exituræ: primum solvitur ab omnibus navibus intrantibus in portum in omni portu ubi navis anchoras figit: & ab anchoris dicitur jus anchoragii, alterum dicitur jus exituræ de his quæ extrahuntur à portu causa mercimonii: quod jus in hoc Regno solvitur in publicis Basilicis Regiis vulgò, *Alfandegas*: & à Rege concedi, & donari non potest, *Ordinat. lib.* 2. *tit.* 28. §. 1. neque intelligitur concessum in quacunque donatione: ut notat Montan *ubi supra n.* 3.

Cæterum verius est, quod nomen portûs, de quo *in d. cap. unic. quæ sint Regalia*, semper connumerandus est inter Regalia, sive per illud nomen intelligamus ipsos, portus, sive vectigal, quod ex portu percipitur: ut optimè tradit Arnisæus *de juribus Majest. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 3. Quam sententiam amplexus est *Ordi. lib.* 2. *tit.* 26. §. 9. ibi: *Item os portos de mar, onde os navios costumarão ancorar, & as rendas, & direitos que de tempo antigo costumarão pagar das mercadorias, que a elle fazo trizidas*, Cabed. 2. *p. decis.* 46. *n.* 6. 7

Portorium dicitur vectigal, quod ex portu percipitur, de quo fit mentio *L. cum in plures §. pen. ff. locati*, & *in L.* 3. *C. de vectig.* & exactores illius vectigalis dicuntur portitores secundùm Plaut. *in Asinar. act.* 1. *Scen.* 2. & Arnisæus *d. cap.* 5. *n.* 3. Sixtin. *d. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 16. Cicer. *lib.* 1. *officior. ad fin.* inter quæstus sordidos ponit portitores una cum fæneratoribus Ac portorium etiam vocatur illud vectigal, quod solvitur pro transitu per pontem *d. L. cum in plures §. vehiculum.* Et insuper portorium scapharum, quod solvitur pro transitu de una ripa ad aliam, ut tradit Horat. Montan. *de Regal. verb. ripatica num.* 1. Ubi *num.* 2. cum Sixtin. *d. cap.* 5. *num.* 16. movet quæstionem, An ad evitandam solutionem vectigalis pro transitu scaphæ possit quis flumen de una ad alteram ripam ita transire, ut nec ponte; nec navi ad eam rem utatur; Et cum prepos. & Bald. id fieri posse respondet Sixtinus, quem sequitur Montan. *d. n.* 2. quia portorium scaphæ solvitur pro illo labore trajiciendi de ripa ad ripam; nisi consuetudine aliud introductum sit: vel portorium solvatur pro custodia itineris; namque transeuntes illud solvere tenerentur, etiamsi per aliam partem ejusdem loci custoditi transire vellent. 8 9

Et nota: quod jus pontagii, passagii, aut marcagii, quod ad Principem pertinet; si ab eo donatum fit, nihilominus illi, quos Princeps immunes reddit ab illo tributo, exemptionis privilegio potiuntur; etiam à pedagiis, quæ per Dominos locorum exiguntur: siquidem non obstante donatione censetur reservata Domino Regi facultas concedendi prædictam exceptionem, Alex. Raudens. *decis. Pisan.* 18. *ad fin.* Suarez *alleg.* 7. *n.* 9. Calixto Ramirez *de leg. Reg.* §. 6. *n.* 33. 34. 10

Denique delinquens in portu, efficitur fori illius civitatis, in qua est portus, ut scribunt Rebuff. *in d. L. portus ff. de verbor. signif.* Rosentald. *d. c.* 5. *conclus.* 31. *n.* 5. Camil. Borell. *de præst. Reg. Cath. c.* 9. *num.* 63. 11

CAPUT VII.

De Insulis

Ad Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 10.

SUMMARIUM.

1 *Insula est locus omni ex parte aquis circumclusus.*
2 *Insula, vel nascitur in mari, vel in flumine, nata in mari, vel inventa, aut habet habitatores, aut*

aut non : si habet habitatores ipsorum est dominium : vel Principis, qui eos moderatur : sive sit infidelis, sive paganus.

3 *Reges paganorum, & infidelium provinciarum domini sunt.*

4 *Insula, quæ non habet habitatores occupanti acquiritur.*

5 *Insulæ sunt pars provinciæ cui, adhærent : & insulæ adjacentes pertinent ad Regem.*

6 *Intellige supradicta, ut insula nata, vel inventa in mari quoad proprietatem, & dominium sit inventoris, quoad jurisdictionem Principis, cujus est provincia proximior.*

De consuetudine jurisdictio quæritur Principi inventoris. Ibid.

7 *Hodie post donationem Summi Pontificis, qui divisit navigationes inter Reges Portugalliæ, & Castellæ, insula inventa in mari pertinet ad Principem, in cujus parte fuit inventa.*

Insulæ sunt de Regalibus. Ibid.

8 *Insula nata in flumine etiam publico, & navigabili, non sunt de Regalibus, neque occupantis : sed eorum : qui juxta ripam prædia possident. Et quid si sit in medio fluminis vel proximior alteri parti.*

9 *Interpretatur text.* in L. 1. §. si insula ff. de flumin.

10 *Respondetur ad fundamenta Sixtini, & Horatji Montani, quos Author reprobavit.* n. 8.

11 *Insulæ natantes, quæ sunt supra aquam fluminis, publicæ sunt.*

1 RElictis variis significationibus verbi Insula, quoad intentum dicendum est esse locum omni ex parte aquis circumclusum, ut per Bart. *in tract. de Insul. in princ.* Bald. *cons.* 403. *quidam emerunt n.*3. *vers. item nomen insula lib.*5. Thusc. *litt. I. conclus.* 261. *n.* 1. Donel. *lib.* 4. *comment. cap.* 29. & hæc vel nascitur in mari, quod raro fit §. *insula Inst. de rer. divis.* vel in flumine tribus illis modis, de
2 quibus Thusc. *d. conclus.* 261. *num. fin.* quod frequentius accedit. Illa igitur, quæ in mari nata est, vel inventa, aut habet habitatores, aut non, si habet habitatores, ipsorum est dominium insulæ, vel Principis, qui eos moderatur, quantumvis infidelis sit, vel paganus : quia si nunquam Fidem Catholicam susceperunt, verè provinciarum domini sunt.
3 Et probatur Marth. *cap.* 22. Daniel. *cap.* 2. ac per text. *in L. ex hoc jure ff. de just. & jur.* ibi : *Regna condita : junct. gloss.* ibi & §. *jus autem Instit. de jure natur. cap. jus civile* 1. *dist.* D. Thom. 2. *p. q.* 96. *art.* 4. Victor. *de potest. Eccles. relect.* 1. *q.* 1. Navarr. *in cap. quod super his notab.* 3. *de voto*, Covarr. *in reg. peccatum.* 2. *p.* §. 10. & *pract. cap.* 1. *n.* 2. Greg. Lop. *in L.* 2. *tit.* 23. *partit.* 2. *gloss.* 3. Molin. *de just. & disp.* 20.

… verò habitatores non habet, nullius in dominio … est & occupanti adquiritur §. *insula Instit. de* … *L. ab eo* §. *insula L. ergo* §. *insula L. pen.* §. *pen.*
4 … *acquir. rer. domin. L. insula ff. de flumin.* Bart. *in* … *insul.* Bald. *in L.* 1. *C. de rer. divis. n.* 23. Salicet. *in L.* 3. *C. de naut. fænor.* Ripa *in L.* 1. *n.* 8. *ff. de acquir. possess.* Gregor. Lopez per tex ibi *in* L. 29. *tit.* 28. *partit.* 3. Cæpol. *de servit. rustic. c.* 33. *n.* 6.

Sed obstat text. *in L. insula* 9. *ff. de judic.* ubi ha-
5 betur, quod insulæ sunt pars provinciæ cui adhærent. Et facit text. *in L. notionem* §. 1. *ff. de verbor. signif.* Atqui provincia non potest occupari : ergo neque insulæ. Deinde insulæ adjacentes pertinent ad Regem *Ordin. lib.* 2. *tit.* 26. §. 10. ergo non possunt fieri occupantis.

Huic tamen difficultati respondetur distinguendo
6 inter acquisitionem dominii, & proprietates : & inter acquisitionem jurisdictionis : ita ut nostra resolutio, quæ habet insulam natam, aut inventam in mari fieri occupantis, procedat quoad dominium, & proprietatem : non verò quoad jurisdictionem ? Etenim quamvis de jure gentium jurisdictio pertinere deberet ipsis occupatoribus, & populatoribus : tamen de jure civili omnis jurisdictio, & potestas translata fuit in Principem : atque ita privato non potest jurisdictio competere. Adeo, ut si ipse inventor insulæ gerat se in illa pro Rege, vel Magistratu, incidat in crimen læsæ Majestatis *L.* 3. *ff. ad L. Jul. Majest.* Proindeque propriatas & dominium insulæ de novo inventæ occupantis erit juxt. *in d.* §. *insula Instit. de rer. divis. d. L. adeo* §. *insula ff. de acquir. rer. domin d.* 29. *L. tit.* 28. *partit.* 3. Jurisdictio autem pertinet ad Principem cujus est proximior provincia, ut notant omnes *in d. L. insulæ ff. de judic. L.* 1. *C. de classicis lib.* 11. Gregor. Lopez. *in d. L.* 29. *tit.* 28. *partit.* 3. *verb. al. señor.* Cæpol. *d. cap.* 5. *n.* 6. Et ita intelligendus est text. *in d. L. insulæ, & Ordin. d. tit.* 26. §. 10. ibi. *Illas adjacentes.* De consuetudine verò jurisdictio quæritur Principis inventoris, quia sicut ille sibi acquisivit dominium, & proprietatem ; ita suo Principi jurisdictionem.

Hodie autem post donationem Summi Pontificis,
Alexandri VI. qui divisit navigationes, vulgò *Con-* 7
quistas inter Serenissimum Regem Portugaliæ, & Catholicum Castellæ, insula à quocunque inventa in mari pertinebit ad Principem in cujus parte fuerit adinventa ut optime notat Gregor. Lopez. *in d. l.* 29. *verb. al señor.* post Bart. *in tract. de insul. vers. sed quid defensor.* Ubi etiam agit de acquisitione insulæ, & provinciæ, qua aliquis propter hæresim fuit privatus. Ex quibus jam patet insulas malis quò ad jurisdictionem esse de Regalibus ex *Ordin. d. tit.* 26. §. 10. Et nota etiam insulas Regna nuncupari teste Virgil. VII. Æneid. ibi.

Fertur Theloboum capreas dum Regna teneret. ac notat Alex. ab Alex. *dier. Genial. lib.* 2. *cap.* 1. *fol.* 52. *vers.*

Aliud dicendum de insula nata in flumine : quam- 8
vis enim Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 29. teneat insulam tam in flumine navigabili, vel ex quo navigabile sit hodie esse de Regalibus, & ad privatos non pertinere. Sequitur Horat. Montan. *de Regal. verb. flumina navigabilia n.* 10. Tamen verius est, quod insula nata in flumine neque est de Regalibus, neque acquiritur occupanti ; sed pertinet ad eos, qui juxta ripam fluminis prædia possident. Ita ut si insula sit in medio fluminis ad dominos prædiorum utriusque partis pertineat ; si verò proximior sit alteri parti, eorum est tantùm, qui ab ea parte propè ripam fundos possident *d.* §. *insula Instit. de rer. divis. d. L. adeo* §. *insula, L. inter eos* 29. *L. ergo* 30. §. *insula, L. ergo* §. *tribus,* L. *insula* 59. *L. pen.* §. *pen. ff. de acquir. rer. dom.* Cæpol. *d. c.* 33. *n.* 7. Pichard. *in d.* §. *Insula n.* 1. Valasc. *de jure emphyt. q.* 16. *num.* 5.

Obstat tamen Sext. *in L.* 1. §. *si insula ff. de flumin.* 9
ubi habetur, quod insula nata in flumine occupanti acquiritur. Sed respondetur textum loqui de insula nata in flumine in cujus ripis erant agri limitati Pichard. *in d.* §. *insula n.* 6. quibus in agris constitutum est, ut nunquam ex aliqua causa crescere possent, *L. in agris* 12. *ff. de acquir. rer. domin.* Cumque insula non posset acquiri his, qui prædia habebant propè ripas, meritò insula occupanti acquiritur. Valasc. *d. q.* 16. *n.* 10. Cujac. *lib.* 2. *observ. c.* 9. Palac. Rubios *in repet. c. per vestras notab.* 3. §. 23. *n.* 10. Donel. *lib.* 4. *comment. c.* 29. Forcatul. *dialog.* 18. *n.* 1. Alciat. *lib.* 1. *parerg. c.* 38.

Item obstat, quod ita ut flumen publicum, & na-

vigabile est de Regalibus, ita & insula Regis esse
10 debet; quia tanquam accessuria saqui debet naturam sui principalis. In quo consistit fundamentum Sixtini, & Montani, quos supra retulimus. Verùm respondetur, Imperatorem Federicum *in cap. unico tit. quæ sint Regalia*, non reposuisse insulas inter Regalia, neque de illis mentionem fecisse. Nostra verò *Ordin. d. tit.* 26. §. 10. inter Regalia enumerat insulas maris, non eas, quæ fluminibus nascuntur, ideoque ad Principem non pertinere certum est, ad dominos prædiorum, quæ propè ripam existant. Quemadmodum alveus fluminis exsiccatus desinit esse publicus, & fit privatus; ita & insula, quæ cum fiat ex alveo, qui in illa parte est exsiccatus, & effectus privatus, ad dominos vicinorum prædiorum pertinere debet, prout alveus, dimissus, vel siccatus pertinet: diximus suprà, *c.* 4. *n.* 38.

11 Prædicta intelligenda sunt de insulis maris seu fluminis solo cohærentibus; non verò de illis quæ supra aquam fluminis sunt natantes, & moventur de loco ad locum; & hoc, atque illuc ut aura, & venti impellunt, & tanquam naves meant, ac remeant, Quarum duas vidisse testatur Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 7. *n.* 121. in quodam stagno suæ regionis. Et refert Halycarnass. & Theophrast. & Plin. qui plures insulas hujus speciei commemorant: quas esse res immobiles ait Tiraq. quia extra flumen, vel stagnum, in quo sunt, avelli nun possunt. Et has publicas esse docet ex Bart. Cæpol. *d. cap.* 33. *n.* 7.

CAPUT VIII.

De rebus communibus, & de aëre, aqua profluenti, mari, & ejus littoribus: Et an inter Regalia sunt connumeranda.

SUMMARIUM.

1 *Communio discordias excitare solet, etiam inter fratres.*
2 *Negligitur, quod communiter possidetur.*
Jure gentium dominia rerum fuerunt distincta, sed aliqua à nemine fuerunt occupata, & earum usus in omnium utilitatem fuit reservatus, ut esset omnium communis: prout aër, aqua profluens, mare, & littora maris. Ibid.
3 *Res communes quomodo publica dicantur.*
4 *Mare, aër, & aqua profluens in nullius dominio sunt & usus autem communis est.*
Dominium earum rerum acquiri non potest. Ibid.
5 *In mari proprium jus potest acquiri, & illius dominium variis modis: ut* in L. sane ff. neque injur. L. ergo 300. si pilas ff. de acquir. rer. domin. L. forma §. salinæ de censib. L. s. §. quod si quis de nov. oper. nunt.
6 *Opponitur etiam de text.* in L. littora 3. ff. de in loc. public.
7 *Ædificium cedit solo.*
Ædificans in littore efficitur dominus ædificii, & soli Ibid. & *n.* 8.
9 *Feræ, pisces, & lappilli quoad dominium fiunt primi occupantis.*
10 *Dominium usus aëris potest acquiri jure privato.*
11 *Ædificium quilibet extollere potest usque ad Cœlum.*
12 *Servitus constitui potest in aëre, & respectu aëris.*
13 *Regna jure gentium non solum fuerunt distincta in arida, sed etiam in mari, & præscriptione vel inveterata consuetudine possunt acquiri in mari: ut fecerunt Veneti, & Genuenses; dummodo præscriptio sit immemorialis.*
14 *Princeps censetur habere omnimodam jurisdictionem tam in civilibus, quàm in criminalibus.*
15 *Maris proprietas potest acquiri privilegio, vel consuetudine.*
16 *Princeps potest imponere vectigalia & illa exigere à vehentibus merces per mare intra centesimum milliare.*
17 *Testamentum factum in mari intra limites nostra navigationis Lusitanæ fieri debet cum solemnitatibus legum hujus Regni.*
18 *Agitur de modis, quibus rerum communium dominium acquiri potest: & recensentur illi quos tradunt Doctores.*
19 *Opponitur, quod res communes non possunt acquiri jure occupationis, & inventionis, neque præscriptione.*
20 *Item opponitur quod dominium maris non potest acquiri consuetudine.*
Consuetudo habet vim & potestatem legis civilis, immo non differt à Lege, nisi quatenus expressus differt à tacito. Ibid.
21 *In quocunque actu ultra voluntatem requiritur potestas.*
22 *Privilegium dicitur lex privata inducta contra jus commune.*
De genere quæ dicuntur, debent dici de specie. Ibid.
23 *Usus aëris, aquæ profluentis, maris, & littorum maris reservatus fuit omnibus ad eorum utilitatem.*
24 *Prædictæ res communes pertinent ad eas, quæ in nullius bonis sunt, & possunt occupari, nisi per occupationem offendatur jus utendi omnibus hominibus commune.*
Res communes fiunt occupantis, quando sine præjudicio communitatis usus possunt occupari. Ibid.
25 *Res in specie publica, quæ pertinent ad populum non possunt à singulis acquiri, nec dicuntur vacua.*
26 *Si aliquis in maris, aut fluminis diverticulo fuerit non poterit alius uti eodem usu, dum primus in suo perstiterit.*
27 *Interpretatur* text. in L. præscriptio fin. ff. de usucapion *&* text. in L. si quisquam ff. de divers. & tempor. præscript.
28 *Declarat quæ diximus* n. 4. *scilicet ut, aër, aqua profluens & mare, tanquam res communes non possint occupari quoad dominium, intelligatur, quando ex tali occupatione usus communis impeditur, ita ut aër, & mare non possint integraliter occupari: secus quoad aliquam partem, vel diverticulum.*
29 *Explicatur text.* in L. sane ff. de injur.
30 *Injuriarum actione agere potest contra prohibentem is, qui uti vult mari, aëre, & littore ex causa usus communis.*
Qui jam acquisivit mare quoad aliquam partem si prohibeatur, agere potest interdicto uti possidentis. Et quibus agere possit prohibens eum qui de novo partem littoris, vel maris occupari intendit? Ibid.
31 *Interpretatur text.* in L. littora ff. neq. in loc. public.
32 *Jus belli à jure gentium introductum potuit tollere quæ de jure naturali competebant. Et sic servitutes introduxit contra naturalem libertatem.*
33 *Conciliatur text.* in L. quod in littore de acquir. rer. domin. cum L. littora ff. neq. in loc. public.
34 *Interpretatur text.* in §. cum in suo institut. de rer. divis.

Ædifi-

Ædificans in alieno donare censetur, si alia, quam donationis conjectura capi non potest. Ib.

Et quatenus ædificans in littore facit ædificium suum. Ibid.

35 *Interpretatur text.* in d. L. quod littore.

36 *Interpretatur text.* in L.2.§.1.ff. de rer. divis. & in §. Et quidem Instit. eod.

37 *De differentia inter aquam profluentem, & flumen.*

38 *Frustra precibus impetratur, quod de jure communi conceditur.*

In loco publico non licet ædificare sine licentia Principis. Ib. *& n.* 39.

39 *Proponitur differentia inter eum, qui vult ædificare in loco publico, veluti in flumine, & similibus, & inter eum, qui ædificare intendit in loco communi sicut in littore, vel mari Primo casu licentia Principis est necessaria, secundo vero nulla desideratur.*

40 *Ædificium constructum in loco publico si non inferat præjudicium, conservatur imposito censu.*

Ædificium valde utile ædificanti factum in solo alieno non destruitur si nihil vel parum doceat domino soli Ibid.

41 *Interest Reipublicæ non destrui ædificia, cum ad decus urbis pertineant.*

Interest publice, quod ædificia fiant de novo, & reformentur ad urbis decorum aspectum. Ib.

42 *Interpretatur text.* in L. quamvis de acquir. rer. domin.

Nuntiatio novi operis competit ei, qui sentit prajudicium ex opere, quod fit in loco publico, seu communi non autem alii de populo Ib.

Si præjudicium fit publice, omnes possunt nuntiare novum opus. Ibid.

43 *Interpretatur text.* in L. fluminum ff. de damn. infect.

44 *Ostenditur privatus posse acquirere maris dominium, & aliarum rerum communium sine præjudicio usus communis.*

45 *Interpretatur text.* in L. venditor 13. ff. commun. præd.

46 *Princeps supremus, vel Respublica, quæ superiorem non recognoscit potest acquirere in littore, & mari jus & protectionem, ut exteris nationibus probibere possit accessum ad illud mare, vel litus.*

47 *Mare dicitur de territorio civitatis, cui appropinquat, & ideo Princeps in eo habet jurisdictionem non tam intra centum milliaria sed etiam ad remotas maris partes.*

48 *Jus naturale etiam in aliquo easu mutationem admittit propter particulares casus occurrentes, de quibus.* Ibid.

49 *Jus naturale, seu gentium, vel est obligativum seu permissivum: sed permissivum circa res humanas ex moribus gentium, & sæculorum veterum, recentiorumque placitis elicitur: & quod apud plurimas gentes custoditur, id de jure gentium esse dicitur.*

50 *Probatur Principes maris dominium posse acquirere cum probibitione ad alias nationes: & num.* 51. *ac* 52.

53 *Princeps supremus potest condere legem, in qua probibeat commercium cum certis nationibus, & super aliquibus rebus, in qua etiam navigationis, & littorum usus continetur.*

54 *Mare, & littora quoad protectionem, & jurisdictionem sunt Principis: qui potest imponere, & exigere tributa, & gabellas a vehentibus merces per mare.*

Pedagia illa solvuntur in mari, sicut in terra Ibidem.

55 *Princeps potest probibere piscationem & venationem: cum tamen omnibus sint communes. & acquirere jus probibendi piscationem in aliquibus piscibus, qui dicuntur Regales.*

56 *Reges Lusitani habent dominium maris indici cum probibitione ad alias nationes.*

57 *Zona Torrida antiquis inaccessibilis habita transitum ab Artico in Antarticum denegabat, usque ad tempus qui Lusitani sub Duce Vaschio de Gama prætergressi Promontorium Bonæ spei ad Calecutium pervenerunt.*

58 *Lusitani ab illo tempore fuerunt, & sunt in possessione maris indici cum jure probibendi alias Nationes.*

Ea, quæ jure gentium sunt communia præscriptibilia existunt. Ibid. *Quod exemplificatur in maris usu, tam ad navigandum, quam ad piscandum cum jure alios probibendi.*

59 *Veneti acquisierunt præscriptione dominium maris Adriatici cum probibitione ad alias nationes.*

60 *Lusitani maris Indici dominium acquisierunt præscriptione cum probibitione ad alias Nationes scientibus, & non contradicentibus Principibus, & Nationibus totius Europæ.*

Batavi post completam à Lusitanis præscriptionem mala fide in Indianus Regiones ausi sunt navigare, postquam defecerunt à Philippo, qui Portugalliæ Regnum moderabatur. Ibid.

61 *Princeps bene potest acquirere dominium maris & potest piscationem concedere in certa parte maris, & alios probibere.*

62 *Ad præscribendum mare requiritur præscriptio immemorialis Præscriptio immemorialis non procedit: si constat de initio.* Ibid.

63 *Terminus, & meta vitæ hominis, est centum annorum.*

64 *Præscriptione completa possessor securus manet, tum in foro poli, quàm conscientiæ ad conservanda jura præscripta.*

65 *Ponderatur Grotii fundamentum: super præscriptione maris deductam à Menchuca.*

66 *Diluitur prædictum fundamentum:* & num. 67, ac 68.

69 *Ostenditur Grotium maris proprietatem acquiri posse dixisse in tractatu de jure belli: &* 70.

71 *Lusitani non tam præscriptione: sed etiam titulo occupationis, & donationis Pontificiæ, maris Indici dominium quæsierunt.*

Referuntur donationes summorum Pontificum, & divisio navigationum facta ab Alexandro VI. inter Lusitanos, & Castellanos. Ib.

Et donatio facta Regi Castellæ Indiarum Occidentalium. Ibid.

72 *Ponderatur fundamentum Grotii contra Pontificias donationes.*

73 *Summus Pontifex bene potest se intromittere circa negotia sæcularia inter fideles, quoties agitur de fine supernaturali, & bono spirituali.*

74 *Proponitur quæstio: An Summus Pontifex respectu infidelium possit se intromittere circa negotia sæcularia? Quæ resolvitur negativè n.75. & respondetur ad objecta.*

76 *Summus Pontifex habet sufficientem & plenam potestatem denuntiandi Evangelii omnibus infidelibus, & mittendi Prædicatores.*

77 *Summus Pontifex ex vi suæ supremæ potestatis potest committere aliquibus Regibus Catholicis exportationem Prædicatorum ad infideles & jubere, quod si nolint eos recipere, bellum gerunt contra ipsos infideles, quos tanquam detentores injustos Regnorum, illos potest privare, & concedere Christianis: ut ea possint debellare.*

78 *Lusitanis concessit Summus Pontifex exportationem Prædicatorum ad Indos, & jus eos del ellandi, & cogendi ad audiendum Evangelium: & in compensationem sumptuum illis concessit commercium, & navigationem earum provinciarum privativè ad alias Nationes.*

79 *Rex Lusitania nominat se Dominum Guineæ & conquisitionis, commercii que Æthiopiæ Arabiæ, Persidis, & Indiæ, tam in legibus, quam in rescriptis. Qui titulus omnibus Europæ Nationibus, & populis notus est: & fuit.*

80 *Legibus Lusitaniæ cavetur sub pœna capitis, & amissionis bonorum, ne quis sive naturalis sive exterus naviget in mare Indicum absque Regis licentia.*

81 *Jus prohibendi navigationem ad Indiam competens Lusitanis agnoscunt omnes Principes Christiani, & ipsi Batavi.*

82 *Qui utitur jure suo nemini injuriam facit.*

83 *Rex Emmanuel exposuit Summo Pontifici labores, & ærumnas, quibus Lusitani Indorum conquisitionem reperti fuere: & Summus Pontifex alios Principes Christianos invitavit in societatem dictarum conquisitionum; qui noluerunt cum Lusitanis societatem convenire.*

Reges Franciæ, & Angliæ leges condiderunt, quibus navigationem Indiæ prohibuerunt. Ibid.

84 *Secundum naturam est eum sequi commoda, quem sequuntur incommoda.*

85 *Lusitanorum maxima est fidelitas erga Regem & piissima Religio erga Deum.*

De Lusitanorum incredibili fortudine Ibid.

Lusitani in perferendis laboribus terra, marique omnibus antecellunt. Ibid.

86 *Alexander VI. Venetorum Reipublicæ, & Sebastiano Zanæ Duci undecimo maris Adriatici possessionem concessit, eum jure alios prohibendi, & de annulis quos in die Ascensionis Domini dux in solemnitate projicit in mare.*

87 *Summus Pontifex dominus est maris, quod dicitur Ecclesiæ.*

88 *Dominus noster concessit dominium maris Noa: Et ipse Christus cum pedibus naturalem maris possessionem occupavit.*

89 *Jus maris Occeani, & navigationis ad Indos est de Regalibus Regis Lusitaniæ.*

90 *Proponuntur difficultates in contrarium Quibus respondetur n. 91.*

92 *Non omnia jura Regalia continentur* in c. unic in tit. quæ sint Regalia: & in Ord. lib. 2. tit. 26.

Regalia unius Regni non regulantur à legibus alterius Regni, neque juris communis. Ib.

93 *Leges juris communis non servantur in Regno, nisi in defectum legis Regiæ.*

Leges Regiæ sunt apud Nos jus commune.

1 A Principio omnia ab ipsa natura creata fuerunt in utilitatem, & conservationem generis humani, & tanquam communia illis primis temporibus in nullius dominio fuisse constat. Sed quia infectam priotis criminis labe humanam naturam, & post genus humaoum propagatum de commmuni omnes vivere non poterant, naturalis ratio exigebat, immò, & ipsa necessitas cogebat, qood dominia rerum distinguerentut, tam ob vitandas discordias quas communio excitare solet, etiam inter fratres *L. cum pater §. dulcissimis, ff. de legation. 2. caput ex tenore de sent. excom.* Fonsan. *de pact. nupt. clauf. 4. gloss. 9. p. 2. num. 31.* Bened. Ægid. *in L ex hoc jure, 1. p. c. 4. n. 1. ff. de just. & jure.* Quam etiam, ut quisque diligentius quæreret, unde viveret, ut se, suosque aleret; præsertim quia negligi solet, quod communiter possidetur *L. 2. vers. naturale C. quando & quib. quartæ pars lib.* 10.

2 Atque ita ob vitandas confusiones jure gentium rerum dominia fuerunt distincta, *L. ex hoc jure ff. de just. & jure §. singulorum Instit. de rer. divis.* Bened. Ægid. *d. cap 4. n. 1.* Pichard. *ad rubr. Instit. de rer. divis. n. 3.* Nihilominus tamen aliquæ res quoad dominium à nemine fuerunt obcupatæ; & harum usus in omnium utilitatem reservatus fuit, ut communis omnibus esset. Proot sunt aër, aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris: ut tradit Martian. *in L. 2. §. & quidem ff. de rer. divis.* quem transcripsit Justinianus *in §. & quidem Instit. eod. tit.*

3 Prædictæ res communes etiam publicæ dicuntur, quatenus nomen publicum accipitur generaliter in sua generali significatione. Et ea ratione Cajus *in L. 1. ff. de rer. divis.* res homanas in publicas, & privatas divisit; ut scilicet publicæ sint res, quæ jore naturali commuoes sunt omnium; & ideo in nullius bonis esse creduntur: vel jure civili publicæ sunt, aut jure geotium, quæ pertinent ad universitatem, & populum, de qoibus *in §. fluminum, & §. riparum, & §. universitatis Instit. de rer. divis.* Quam Legem. t. ita intelligunt Uvesembec. *in partit. ad illum tit. n. 3.* & post Cujac. & alios Donel. *lib. 4. comment. c. 2.*

4 Quibus præhabitis, & quod etiam post distincta de jure gentium dominia, aliquæ sunt res, quarum dominium vacuum est, & nullius, tamen osus omnibus communis est: ut mare, & litus maris, aër, & aqua profluens *d. L. 2. §. & quidem, L. nemo. 4. ff. de rer. divis. d. §. & quidem Instit. eod L. injuriarum, §. si quis me prohibeat, ff. de injur. L. si ager. 23. ff. quib. mod. usufr. amitt.* L. *quod in litore. 14. ff. de acquir. rer. domin.* L. *venditor. 14. ff. commun. prædior.* L. *littora ff. de contrah. empt.* L. 1. *in mari ff. de flumin.* L. 3. & 4. *ff. ne quid. in loco publ.* Quo pertinet illud Ovid. *lib. 6. Metamorph.*

Omnia si teneat, non possidet aëra Minos.

& ibi:

Quid prohibetis aquas, usus communis aquarum est,
Nec solem proprium natura, nec aera fecit,
Nec tenues undas in publica munera veni.

Et notant Cujac. *lib 10. observ. cap. 7.* Forcatul. *dialog. 84. n. 4. & dialog. 85.* Conan. *lib. 3. comment. cap. 2. à n. 1. & 3.* Joan. Faber. *in §. littora Instit. de rer. divis.* Pichard. *in §. riparum n. 3. Instit. eod. tit.* Balduin. *in d. §. & quidem n. 4.* Donel. *d. lib. 4. cap. 2. & 6.* Duaren. *ad lib. 1. Pandect. tit. 8. cap. 1.* Seraphin. de Freitas *de just. imper. Lusitan. Asiat. cap. 10. per tot.* Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cath. cap. 10. n.* Cabed. *2. p. dec. 46. n. 3.* Larrea *alleg. 19. num. 16.* Solorz. *de jure Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 20. n. 37. & lib. 3. cap. 3. n. 8. & 19.* Ex quibus constat dominium maris, littotis, aëris, & aquæ profluentis acquiri non posse.

5 Sed quo ad mare, obstat text. *in L. sane 14. ff. de injur.* ubi Paulus in mari proprium. jus acquiri posse probat, & contra prohibentem inter dictum uti possidetis competere ait, oti competeret pto alia re, vel causa privata Deinde mare jure dominii multis modis potest acquiri, veluti per injectionem pilarum, ut soper illis ædisicetut L. *ergo. 40. §. si pilas, ff. de acquir. rer. domin. vel per extractionem ad salinas,* L. *forma §. saline ff. de censib.* & per alios modos, de quibus in text. *in L. 1. §. quod si quis ff. de nov. oper. nunt.* ubi quis ædificando in mari, vel in littore ædificium facit suum, & ab alio prohiberi nequit L. 2. §. *siquis quod. vers. adversus ff. ne quid in loc. publ.* L. *pen. & ult. ff. de just. & jure.*

6 Et quoad littus obstat text. *in L. littora. 3. ff. ne quid. in loc. publ.* obi Celsus probat littora proprie esse Populi Romani, & ab co fuisse adquisita. Quod quidem

quidem non esset, si usus littoris fuisset communis: datur enim differentia inter res publicas, & communes quoad proprietatem; quippe dominium rerum communium nullius est; rerum verò publicarum pertinet ad populum. Igitur si littora sunt publica, jam non potest dubitari, quod ad Populum Romanum spectent. Rursus obstat, quòd si littorum usus esset communis, & dominium nullius, utique ædificium positum in littore ejusdem juris esset, cedit
7 namque ædificium solo, juxt. text. *in §. cum in suo juncto §. seq. Instit. de rer. divis. L. qui domum. 51 ff. ad L. Aquil. L. adeo. 7. §. cum in suo, L. si supra tuum 28. ff. de acquir. rer. domin. L. in rem. 24. §. tignum L. Julianus 38. ff. de rei vendic. L. si in area 33. ff. de condict. indeb. L. nunquam. 26. ff. de usucapion. L. 2. de superfic.* Cujac. *lib. 2. observ. cap. 4.* Garcia *de expens. c. 5. & 6.* Conan. *lib. 3. comment. c. 6. n. 7.* Surd. *dec. 78. n. 10. & dec. 168. n. 2.* Sarmient. *lib. 1. select. cap. 10.* Pichard. *in d. §. cum in suo n. 1.* Spino *de testam. gloss. 8. n. 46.* Menoch. *cons. 689. num. primo.* Hieron. Leo *dec. 98. n. 26.* Valenz. *cons. 118. n. 14.* Sed sic est, quod is, qui in littore ædificat, efficitur dominus ædificii, & soli L. *quod in littore §. de acquir. rer. domin. L. nemo, L. in tantum ff. de rer. divis.* Ergo dominium littorum potest à privato acquiri, & non potest dici communis littorum usus, & quod dominium illorum nullius est.

8 Tandem obstat text. *in d. L. quod in littore, ff. de acquir. rer. domin.* quatenus ibi Neratius ait, Ex eo ædificantem in littore effici dominum ædificii, quia littora in nullius dominium pervenerunt: nec eorum dissimilis est conditio, ac piscium, & ferarum, quæ occupanti acquiruntur; & tamen constat feras, pis-
9 ces & lapillos, quoad dominium fieri primi occupantis §. *fera Instit. de rer. divis. §. item lapilli eod. tit & L. item lapill. ff. eod.* Et latè diximus alibi. Ergo littorum usus communis non est; siquidem juri privato potest acquiri.

Et quòad resolutionem, quæ habet usum aëris
10 esse communem, obstat, quod dominium aëris potest acquiri jure privato: ut probat text. *in L. si opus pen. §. in opere novo* ibi: *In opere novo tam soli, quam cœli mensura facienda est, ff. quod vi, aut clam. L. ult. §. siquis projectum, ff. eod.* ibi *Quia sepulchri sit non solùm is locus, qui recipiat humationem, sed omne etiam supra id cœlum.* Quibus juribus probatur dominium aeris pertinere ad dominum soli, supra quod, cadit.

Insuper obstat, quod si usus aeris esset communis, posset quilibet ædificium extollere usque ad cœlum quomodocumque vellet, ut quemlibet facere posse
11 probant jura *in L. Imperatores L. qui cum luminibus ff. de servit. urban. L. pen. ff. de servit. L. altius. 6. L. ædibus. 10. C. de servit. & aqua* Cæpol. *de servit. urban. cap. 62.* Mascard. *de probation. conclus. 620 n. 3.* Anton. Gomez. *in L. 46. Tauri n. 6.* Phæb. *1. p. dec. 73. n. 3. cum seqq.* Surd. *cons. 17. n. 1. & seqq.* Gratian. *discept. forens. c. 896. n. 4.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 69. n.* Aug Barbos. *in d. L. altius num. 2.* Cyriac. *controv. 28. num. 3. c. 30.* Et probat nostra *Ordin. lib. 1. tit. 68. § 24.* Atqui ædificium suum extollere nemo potest, nisi hoc ei competat jure servitutis, ut probat difficilis text. *in §. æque si agat Instit. de action.* ibi: *Altius tollendi*, Et notatur *in L. 1. ff. de servit.* Ergo, si ædificium extollere non competit unicuique de jure communi, bene sequitur usum aëris non esse omnibus commune.

12 Et denique obstat, quia in aere, & respectu aeris servitus constitui valet altius non tollendi ut probatur ex text. *in d. L. altius, & in d. L. ædibus C. de servit.* ergo usus aëris non est communis; siquidem in re communi quoad usum servitus imponi non potest, L. *venditor eum simil. ff. commun. præd.*

Quibus difficultatibus oppressus Bald. *in L. 1. nu.* 13
2. ff. de rer. divis. in ea fuit sententia, ut existimaret, quod jus gentium non solùm distinxit dominia terrarum, sed & maris; & quod Regna non solum fuerunt distincta jure gentium in arida, sed etiam in mari. Et inde infert jure civili posse Regna acquiri per præscriptionem, aut inveteratam consuetudinem in mari, ut fecerunt Veneti, & Genuenses, qui maria sua, seu gulphos, ut ipsi appellant, & inveterata consuetudine habent. Adeo, ut illorum navigationem aliis interdicere possint. Sequitur Bart. loquendo de eisdem Venetis, & Genuensibus *in L. sane. 14. ff. de injur.* Angel. *in L. num. 1 ff. de usucapion.* Jason. *in L. quominus n. 40. & 41. ff. de flumin.* Decius *cons. 271. id casu transmisso de Hispania n. 11.* & post plures Bart. *de præscript. 4 p. 5. princ. q. 6. n. 5. & 8.* quos refert, & sequitur Bened. Ægid. *in L. ex hoc jure 1. p. c. 3. n. 13. ff. de just. & jure.* Ubi docet necessariam esse præscriptionem immemorialem: ut tenent Alciat. *lib. 2. dispunct. c. 5.* Cæpol. *de servit. rustic. c. 26. n. 6.* Mench. *lib. 2. illustr. c. 85. à n. 16.* Mantua *lib. 1. locor. insign. c. 19.* Greg. Lopez in *L. 2. tit. 7. partit. 3. gloss. 2.* Et facit illud Virgil. *l. 1. Æneid.*

Certe hinc Romanos olim volventibus annis
Hinc fore ductores, revocato à sanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.

Confirmatur: quia Princeps censetur habere om- 14
nimodam jurisdictionem super mare, tam in civilibus ut probatur in L. *de precatio. 9. ff. ad L. Rhod. de jact.* ubi Imperator jubet servare legem Rhodiam, quatenus legibus Imperialibus non adversaretur, suppones leges Imperiales servandas esse in mari, Roderic. Soarez *alleg. 17. à n. 1.* Et quoad crimina probatur *ex L. unica C. de classib. lib. 11.* Cæpol. *de servit. rustic. cap. 26. n. 17. 19. & 20.* Bovad. *lib. 2. cap. 16. n. 217. in fin.* Mench. *illustr. cap. 41. num. 32.* Cabed. *2. p. decis. 46. n. 3.* Bened. Ægid. *in L. ex hoc jure 1. p. cap. 3. num. 34.* Thusc. *pract. litt. M. conclus. 86.* idem Ægid. *in L. 1. Cod. de sacros. Eccles. 2. p. §. 2. n. 5.* Seraphin de Freitas *de just. Imper. Asiat. cap 10. n. 33.* Cald. *de empt. c. 22. n. 13.* & dixit
gloss. in L. sane. 14. ff. de injur. Maris proprietatem 15
adquiri posse privilegio, vel consuetudine, quamvis alibi *in L. diligenter, C. de aquæ duct. lib. 11. verb. longi temporis*, dixerit non sufficere consuetudinem, etiam immemorialem secundùm Angel. *in d. L. sane num. 2. in fin.* Qui tamen ibidem *num. 3.* distinctione facta inter ea, quæ sunt publica, & in usu publico, ut mare, & flumina navigabilia & ea, quæ etsi publica sint, ad privatum tamen usum trahuntur, ut aqua, quæ ex aquæ ductu publico traducitur ad privatum commodum; ait illa nullo tempore præscribi posse; hæc verò sic. Attamen ea, quæ sunt publica, & in usu publico, privilegio adquiri posse Sequitur Ægid. *in d. c. 3. n. 14.* Et prior glossæ sententia confirmatur ex eo, quod Princeps potest imponere vectigalia, & gabellas, atque eas exigere à vahentibus merces per mare saltem intra cen-
tesimum milliare. Quod antea firmavit Bald. *in rubr.* 16
ff. de rer. divis. col. 2. vers. sed nunquid: ubi dicit totum mundum hoc jure uti. Et & in L *cum proponas col. fin. C. de naut. fænor.* Petr. Gregor. *lib. 3. syntagm. c. 3.* Octavian. Cacheran. *dec. Pedemont. 155. n. 4.*

Et faciunt, quæ de testamento facto in mari tra-
dit noster Valasc. *consult. 182. num. 17.* ubi resolvit 17
testamentum factum in mari intra limites nostræ navigationis Lusitanæ faciendum esse cum solemnitatibus quas leges patriæ desiderant. Sequitur Fragos. *de regim. Reip. 3. p. l. 4. de testam. disp. 7. §. numero 141.* Quod ex ea ratione procedit, quia Invictissimus noster Portugalliæ Rex dominium, & jurisdictionem habet in mari. Aliàs enim leges Regni extra di-

tionem non obligarent, ut late diximus 3. *p. in c. de potest. ferend. leg.* & sufficeret, quod testamentum fieret cum duobus testibus, qui de jure gentium ad probationem cujuscumque actus sufficiunt *cap. in omni negotio de testib.*

18 Unde pro vera nostræ resolutionis intelligentia sciendum est, magnam equidem versari difficultatem in indagando quomodo harum rerum, quæ sunt communes, dominium possit acquiri, siquidem neque per traditionem, neque per alios modos enumeratos *in tit. ff. de acquir. rer. domin.* adquiri, aut haberi potest. Et ea propter Doctores in varias scinduntur opiniones; alii enim tradunt dominium harum posse adquiri per occupationem: prout acquiritur dominium rerum, quæ nullius sunt §. *feræ* §. *item lapilli Instit. de rer. divis. L. quod in littore ff. de acquir. rer. domin.* Notant Pinel. *in rubr. C. de rescind. vend.* 1. *p. n.* 14. Anton. Gomez *in L.* 45. *Tauri à n.* 1. Donel. *lib.* 4. *comment. cap.* 8. Conan. *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 2. Alii dicunt inventione posse acquiri harum rerum dominium *d.* §. *item lapilli text. in L. item lapilli, ff. de rer. divis.* Anton. Gomez *in L.* 45. *Tauri n.* 47. Covarr. *in reg. peccatum* 3. *p. n.* 1. *cum seq* Donel. *d. lib.* 4. *c.* 10. Conan. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 4. Gutier. *lib.* 2. *canonic. cap.* 9. Et denique alii contendunt præscriptione posse istarum rerum dominium acquiri per text. *in L. si quisquam, ff. de divers. & tempor. præscript.* Menchac. *illustr. cap.* 89. Bened. Ægid. *in d. L. ex hoc jure* 1. *p. cap.* 3. *n.* 33. *in fin.* Seraphin. de Freitas *de just. Imper. Asiat. cap.* 13. *n.* 14. Et tandem privilegio posse acquiri probat Acurs. *in d. L. sane, ff. de in jur.* Cæpol. *d. cap.* 16. *n.* 6. *vers. in contrarium*, Seraph. de Freitas *d. c.* 11. & *seqq.* Ægid. *d. c.* 3. *n.* 14.

19 Verùm nullo ex his modis dominium rerum communium acquiri posse videtur: non ex primo & secundo occupationis, & inventionis, quia isti solùm sunt ordinati ad acquirendas res, quæ de sui natura sunt aptæ esse singulorum, ut probatur ex text. *in* §. *singulorum junct.* 3. *feræ Instit. de rer. divis.* At verò res communes, de quibus noster est sermo, non possunt esse singulorum; tum propter earum immensitatem; tum etiam quia in communem hominum utilitatem, & conservationem ab ipsa natura, & jure gentium usus earum fuit reservatus, Donel. *d. lib.* 4. *cap.* 1. Conan. *lib.* 3. *cap.* 3. quos refert sequitur Freitas *d. cap.* 10. Item præscriptione dominium non potest acquiri quoniam ea, quæ competunt de jure naturali, vel gentium præscribi nequeunt *L. præscriptio* 45. *in princ. ff. de usucapion.* Cæpol. *d. cap.* 26. *n.* 6. & 8. Et confirmatur, quia usucapio fuit introducta ut per temporis continuationem dominium rei alienæ acquiratur *L.* 12. & 2. *ff. de usucapion.* Unde usucapio supponit rem præscriptam jam fuisse in alicujus dominio. Quod non potest pertinere ad res communes, quæ in alicujus dominio non fuerunt, ut optimè tradit Mench. *illustr. d. cap* 89. Et facit quod præscriptio fuit inventa de jure civili, ut probat Justinian. *in princ. Instit. de usucapion.* & §. *fin.* Accurs. *in L. ex hoc jure gloss.* 4. & *in L.* 1. *ff. de acquir. rer. domin. verb. civitatis*, & prosequitur Freitas ubi supra *cap.* 14. *n.* 2. Jus autem civile naturalia jura tollere nequit argum. text. *in L. jura sanguinis, ff. de regul. jur.*

20 Neque etiam consuetudine maris dominium potest acquiri. Ex eo quia consuetudo habet vim & potentiam Legis Civilis §. *ex non scripto Instit. de jur. natur. gent. & civil.* & ideo venit appellatione legis *L. de quibus ff. de legib. C. consuetudo* 2. *dist.* Gratian. *discept. forens. c.* 99. *n.* 11. Andr. Gail. *lib.* 2. *observ.* 31. *n.* 12. Adeo ut non differat à lege, nisi quatenus expressum differt à tacito, Socin. *cons.* 99. *col.* 1. *lib.* 1. Gratian. *n.* 11. Et sic quamvis per eam inducatur jus novum, & antiquo juri civili derogetur Bart. & communiter scribentes *in d. L. de quibus* Molin *in empor. jur. tit. de legib. in præmissis n.* 24. post alios Larrea *decis.* 62. *n.* 25. Ubi explicat *text. in L.* 2. *cap. quæ sit long. consuet.* & *L.* 1. *ff. de usur.* Tamen non habent majorem potentiam, quam lex civilis, Duaren. *lib.* 2. *dispunct. cap.* 32. Ergo non potest tollere ea, quæ sunt juris naturalis §. *sed naturalia Instit. de jur. natur. cum simil.*

Denique idem dicendum est de privilegio; quia 21 illud concedi non potest, nisi ab eo, qui legitimam habet potestatem. Etenim in quocumque actu ultra voluntatem requiritur potestas, *L. cum te Cod. de donat. ante nupt. L. multum C. si quis alteri, vel sibi, C. eum super de offic. deleg.* Decius *cons.* 198. *n.* 5. Surd. *decis.* 62. *n.* 19. & *decis.* 93. *n.* 24. Cald. *de potest. elig. cap.* 7. *n.* 13. Fontan. 1. *p. dec.* 38. *n.* 2. idem Surd. *cons.* 127. *n.* 31. Larrea *alleg.* 69. *n.* 32. Molin. *de primog. lib* 1. *cap.* 23. *n.* 24. Giurb. *cons.* 80. *n.* 1. Salgad. *de potest. Reg.* 4. *p. c.* 13. *n.* 7. Valens. *cons.* 86. *n.* 72. Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 86. Hieron. Leo *dec.* 21. *n.* 9. Cyriac. *controv.* 128. *n.* 30. Anton. Amat. *resol.* 67. *n.* 58. Aug. Barbos. *voto.* 30. *n.* 11. 22 Castil. *lib.* 4. *controv. cap.* 5. Capyc. Latro *consult.* 81. *n.* 26. Cresp. de Valdaura *observ.* 1. *q.* 2. *n.* 122. Plane privilegium dicitur lex privata, inducta contra jus commune *cap. privilegia* 3. *dist. L. privilegia. C. de sacros. Eccles. L. jus singulare, ff. de legib.* Phæb. 1. *p. decis.* 33. *n.* 2. Bened. Ægid. *in L.* 1. *C. de sacros. Eccles. in init. p.* 1. *n.* 7. Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cath. cap.* 33. *n.* 5. & ideo sicut in proferente legem requiritur legitima potestas, ut diximus 2. *p. in cap. de potest. ferend. leg.* ita, & in concedente privilegium desideratur; quia quæ dicuntur de genere, dici debent specie: ut notant omnes *in L. juris gentium* §. *sed & fraudandi ff. de pact.* & *in L. sicut earum* 45. §. *eum inter. ff. de legat.* 3. Soarez *de legib. cap.* 12. *lib.* 8. Igitur cum non detur aliquis habens potestatem concedendi res communes de jure naturali bene sequitur earum dominium privilegio acquiri non posse. Et manet certum nullum dari modum acquirendi dominium harum rerum.

Sed relictis pluribus, quæ à Doctoribus in materia 23 traduntur; præmittendum est, quod diximus suprà *n.* 1. Nempe, quòd licet de jure gentium dominia rerum fuerint distincta: tamen aliquæ res quoad dominium à nemine fuerunt occupatæ; & earum usus omnibus reservatus fuit in eorum utilitatem: ut sunt, aër, aqua, profluens mare, & littora maris. Item permissa divisione rerum humanarum inter publicas, & privatas, de qua suprà *n.* 2. advertendum est has res communes pertinere ad eas quæ in nullius bonis sunt; & ideo possunt de sua natura occupari quoad dominium; siquidem quæ in nullius bonis sunt, occupantis fiunt *L. ergo l. fin. ff. de acquir. rer. domin.* Et sic 24 solùm occupationi earum rerum resistit communitatis usus; cum per talem occupationem offendatur illud jus utendi omnibus hominibus commune. Proindeque quotiescumque res communes potuerint occupari, sine præjudicio communitatis usus, occupantis fient; quia de sua natura tanquam res nullius possunt occupari, cessante impedimento usus, ut doctissimè considerat Donel. *d. lib.* 4. *cap.* 2. & notavit Vvosembeq. *ad tit. ff. de rer. divis. n.* 3. *vers. harum autem usus.* At verò aliud procedit in rebus in specie pu- 25 blicis, quæ pertinent ad populum, seu universitatem de quibus supra *n.* 3. quoniam hæres publicæ per occupationem à singulis acquiri non possunt: cum enim populo, aut universitati pertineant, non possunt dici vacuæ & nullius, ut occupari valeant; prout res communes possunt sine præjudicio usus *L.* 2. §. *adversus ff. nequid in loc. public. L.* 1. *si in mari ff. de flumin. L. quod in littore ff. de acquir. rer. domin.* vacua enim

occu-

occupatione quæruntur, non etiam jam alteri quæ-
sita & publicè, privatévè possessa; prout sunt bona
ad populum & universitatem pertinentia, ut per
Vvesembeq. *d. n.* 3.
26 Item observandum est: quod usus harum rerum
communium ita omnibus hominibus competit, ut si
quis in aliquo maris, aut fluminis publici diverticulo
fuerit usus, non poterit alius, eodem usu uti, dum
primus in usu persisterit. Ex ea ratione, quia jam si
mutuò se impedirent, & non conservaretur genus
humanum; immò potius orirentur rixæ, & sequere-
tur contrarius effectus contra juris naturalis intentum.
Quomodo venit intelligendus text. *in L. si quisquam
ff. de divers. & tempor. præscript.* ubi qui pluribus an-
nis in diverticulo fluminis publici piscatus fuit, po-
test alios impedire; dummodo is, qui piscatus est,
27 in usu persistat, si enim ab usu destitit, jam alios pro-
hibere non valebit: ut probat text. *in L. præscriptio
fin. ff. de usucapion.* Qui ex diametro pugnare vide-
tur cum *d. L. si quisquam.* Et hic intellectus bene co-
gitur ex eadem L. *fin.* ubi Jure consultus postquam
regulam generalem constituit, scilicet res publicas
non posse præscribi, duo subjungit exempla, alterum
de eo, qui ædificavit in littore, alterum da eo, qui
solitus erat piscari in flumine publico. Et quemad-
modum in primo ut ædificans alium prohibere ne-
queat, requiritur, quod ædificium dereliquerit, ita &
in secundo, ut utens non possit alios prohibere, requi-
ritur, quod ab usu piscandi recedat. Eleganter Cujac.
in d. L. fin. & Genua *cons.* 92. Quidquid aliter præ-
dicta jura conciliare conentur, Bened. Pinel. *select.
c.* 14. Carond. *lib.* 1. *verisimil. cap.* 21. Conan. *lib.* 3.
comment. c. 15. & alii, quos refert Genua *d. cons.* 92.
Ex dictis jam patet nobilis declaratio ad supra po-
sitam resolutionem quatenus dicebamus aërem, ma-
28 re, littus, & aquam profluentem tanquam res omni-
bus communes non posse quoad dominium occupari,
ut scilicet intelligatur, & procedat, quando ex tali
occupatione resultaverit notabile præjudicium usus
communis. Ita ut aër, & mare quatenus integraliter
considerantur non possint occupari. At verò quoad
aliquam partem & diverticulum rectè occupari va-
leant juxta tradita per Joan. Fabrum, *in §. fluminum
Instit. de rer. divis.* Balduin. *in §. & quidem Instit. eod.*
Bald. *in L.* 1. *ff. de rer. divis.* Cæpol. *de servit. rustic.
c.* 26 n. 6. 8. 23. 24. *& seqq.*
Et hac declaratione retenta, non obstant in con-
trarium adducta. Non primum de text. *in L. sanè* 14.
29 *ff. de injur.* ubi probatur, quod mare potest occupari;
prout idem deciditur in L. *ergo §. si pilas, ff. de ac-
quir. rer. domin.* L. *Aristo.* 10. *ff. de rer. divis.* Quia
respondetur Jure consultos in dictis juribus non lo-
qui de mari integraliter, & secundùm suam immensi-
tatem, sed solum de aliqua parte maris, quam quis
occupaverat sine præjudicio usus communis juxta tra-
dita à Donel. *d. l.* 4. *c.* 2. Atque ita sciendum est
varias actiones & interdicta concedi circa occupatio-
nem maris & ejus littorum; quoniam siquis uti velit
30 mari littore, & aëre ex causa usus communis sibi com-
petenti absque allegatione alicujus juris peculiaris
aut privati; & ab alio prohibeatur, poterit contra
eum agere tantum actione injuriarum, non aliquo in-
terdicto L. *injuriarum, §. fin. ff. de injur. L.* 2. *§. si quis
in mari ff. ne quid in loc. publ.* Si verò ille, qui jam
acquisierat mare quoad aliquam partem, prohibeatur
ab aliquo, poterit agere adversùs prohibentem inter-
dicto uti possidetis quasi jam illa pars maris redacta sit
ad causam privatam *d. L. Aristo.* 10. *ff. de rer. divis.*
Et in his terminis procedit *d. L. sanè ff. de injur.* At
verò si aliquis de novo intendat occupare partem ma-
ris, vel littoris, & alius id non licere contendat prop-
ter aliquod præjudicium sibi resultans, datur prohi-
benti utile interdictum nequid in loco publico. Et ita
procedit text. *in d. L.* 2. *§. adversus.* Immò ædificans
tenebitur cavere prohibenti de damno infecto, &
idemnitate *L.* 1. *§. quod siquis in mari ff. de nov. oper.
nunciat.* Proinde si quis velit occupare mare seu li-
tus, & ab alio prohibeatur propter præjudicium pu-
blicum, competit prohibenti directum interdictum
de fluminibus, & nequid in loco publico *L. quamvis*
50. *ff. de acquir. rer. domin. L. littora* 3. *neq. in loc.
pub.* Ex quibus juribus bene probatur privatum posse
partem maris acquirere & occupare.
Non etiam obstat circa littora text. *in d. L. littora*: 31
ubi habetur littora propria esse Populi Romani; re-
jecto enim intellectu eorum, qui dicunt textum il-
lum accipiendum, ut littora dicantur Populi Roma-
ni quoad protectionem, & jurisdictionem. Verius est
textum loqui de illis littoribus, quæ Populus Roma-
nus acquisivit jure belli; quamvis enim illa littora
omnibus essent, communia, etiam barbaris, & extra-
neis. Tamen Populus Romanus bene potuit eas sibi
acquirere, ut solum ipsius Romanis essent communia
cum prohibitione aliarum nationum; quoniam licet
littora jure gentium essent communis, postea jure
belli maxima pars eorum quæ juris naturalis erant,
jure belli suit violata: ut colligitur *ex §. jus autem
gentium Instit. de jur. natur. §. item ea Instit. de rer.* 32
divis. L. 1. *item bello capta ff. de acquir. possess.* notat
Pichard. *in §. littorum n.* 5. *Instit. eod.* Neque est no-
vum, quod jus belli introductum de jure gentium
possit aliquid tollere, & efficere contra illa quæ de
jure naturali competunt; namque etiam jus belli ser-
vitutes introdusit contra naturalem libertatem om-
nibus de jure naturæ competebat *d. §. jus autem gen-
tium d. §. item ea,* Donel. *lib.* 4. *comment. c.* 21. Men-
chac. *illustr. lib.* 2. *c.* 82. à n. 2. Conan. *lib.* 3. *comment.
c.* 3. Menoc. *de recuper. remed.* 1. *n.* 390. Padilla *in
Auth. res quæ* n. 96. *C. commun. de legat.* Atque ita
Populus Romanus in terminis *d. L. littora*, certum
jus peculiare sibi adquisivit circa littora, in quibus
habet imperium diversum ab illo, quod ei cum aliis
gentibus competebat Donel. *d. lib.* 4. *c.* 2. Vvesem-
beq. in *§. flumina* n. 4. *Instit. de rer. divis.* ibi: *Quod
igitur à Populo Romano occupatum, & quæsitum est,
amplius commune non est*; itaque littora etsi natura
& origine sunt communia *L. quadam de rer. div.* ta-
men postquam & quatenus occupata sunt, fiunt vel
privatorum *d. L. quod in littore* vel populi, qui occu-
pavit. Unde littora in quæ Populus Romanus impe-
rium habet, non nullius amplius, ut nondum occupa-
ta & jure gentium communia Celsus esse vult, sed
disertè ait esse Populi Romani *L.* 3. *nequid in loc.
publ.*
Atque ideo nulla datur contrarietas inter text. *in* 33
d. L. quod in littore, & text. in d. L. littora, quoniam
text. *in d. L. quod in littore, ff. de acquir. rer. domin.*
loquitur attento jure naturali gentium secundùm pri-
mam constitutionem respectu omnium littorum ibi:
*Sed ut ea quæ primum natura prodita sunt in nullius
dominium adhuc pervenerunt.* At verù text. *in d.
L. littora* procedit respectu aliquorum littorum, in
quibus Populus Romanus acquisivit imperium jure
belli cum prohibitione aliarum nationum Steph. de
Freitas *c.* 11. *n.* 15. *&* 28.
Item non obstat argumentum de text. *in §. cum in* 34
suo Instit. de rer. divis. Respondetur enim quod licet
verum sit ædificium cedere solo, & effici illius, cujus
est solum, quando à non domino factum est siquidem
iste scienter ædificans donare censetur, si alia, quam
donationis conjectura capi non potest Surd *decis.* 78.
n. 24. *&* 25. *& dec.* 168. *n.* 2. Cancer. *lib.* 1. *var. c.* 8.
n. 118. Tamen hæc resolutio sibi locum facit quando
solum, in quo ædificatur est alicujus dominio; nam-
que tunc ei quæritur ædificium. Si verò solum fuerit
nullius prævalet jus occupationis & ædificium ad
ædi-

ædificantem pertinet *L. in tantum ff. de rer. divis. in*
littorum Inst. eod. Ea declaratione, quod si postea
ædificium fuerit extinctum illud littus, in quo erat
ædificatum, quasi jure post liminii libertatem recu-
peret; & iterum commune efficiatur *d. L. in tantum,*
quod in lit. §. 1. *de acquir. rer. domin. L. fin. ff. de*
usucapion. Pichard. *in* §. *& quidem num. fin. Instit. de*
rer. divis.

35 Neque etiam obstat text. *in d. L. quod in littore;*
quatenus in eo probatur litus ejusdem esse juris, ac
pisces, & feræ. Quia respondetur, id verum esse,
& confirmare nostram resolutionem, eodem namque
modo litus, & mare adquiri valent, quo pisces, &
feræ, siquidem nullius sunt. Ea adjecta declaratio-
ne, quod pisces feræ, & similia semper, & ubique ac-
quiri possunt. At verò litus, mare, & similia acquiri
non possunt, nisi quando præjudicium nullum resul-
taverit ipsius usus omnibus communis.

36 Neque obstat text. *in L. 2.* §. 1. *ff. de rer. divis.* §.
& quidem Instit. eod. ubi earum rerum, quæ jure na-
turali communes sunt, ponitur exemplum, in aqua
profluente. Quod Accursius, & antiquiores intelle-
xerunt de aqua pluvia de cœlo cadente; alii vero
de aqua nascente, & scaturiente, de qua *in 1. ff. de*
fonte. Sed horum intellectus taxantur a Donel. *d. l.*
4. c. 2. & 6. Et verior est intellectus, quod aqua pro-
fluens, de qua in dictis juribus, significat quamcum-
que aquam fluminis, seu rivi per locum publicum de-
currentis; quia unicuique illa aqua uti licèt lavan-
do, & bibendo, & eam omninò quis acquirere potest
extrahendo ad partes, quando sine præjudicio usus
publici, & commonis id fieri potest. Hoc est, quando
sufficiens aqua remanet, qua alii uti valent, ut dixi-
mus suprà *c. 4. n. 33.*

Neque obstat, quod aqua profluens ita accepta
idem, quod flumen, esse videtur. Quia respondetur
37 aquam profluentem non distingui à flumine, sed con-
sideratur diverso modo; nam aqua profluens dicitur
solùm, prout occurrens est, & apta ut quis ea utatur,
vel eam adquirat extrahendo sine respectu ad navi-
gationem, & piscationem, quæ in flumine consistunt.
At verò flumen accipitur, prout componitur ex mul-
titudine aquarum, & est aptum piscationi, & naviga-
tioni. In quo sensu flumen dicitur publicum, & est
Principis seu populi; aqua autem profluens non dici-
tur esse in dominio alicujus, nisi extrahatur. Donel.
d. c. 2.

Sed adversùs prædictam resolutionem dum dixi-
mus in loco communi, & publico cuilibet licitum esse
ædificare sine præjudicio usus communis. Obstat pri-
mo: Quod si hoc verum esset, nulla Principis licen-
tia foret necessaria; frustra enim precibus impetra-
tur, quod de jure communi conceditur *L. loci cor-*
pus ff. si servit. vendic. L. 2. C. de edend. L. 1. in *fin.*
ff. admnnic. L. 1. C. de thesaur. lib. 10. Spin. *de test.*
in rubr. p. 1. gloss. n. 3. Gama *dec. 311.* Solorz. *de ju-*
re Indiar. tom. 2. l. 3. c. 12. n. 43. Atqui necessariam
38 esse Principis licentiam probat text. *in L. 2.* §. *si quis*
à Principe, ff. nequid in loc. publ. Ergo jam cuilibet
ædificare non licèt in loco communi. Secundò ob-
stat text. *in L. quamvis 50. ff. de acquir. rer. domin.*
ubi dicitur necessarium esse Prætoris decretum, ut
quis in littore ædificare queat. Tertiò obstat Text.
in L. fluminum 24. ff. de damn. infert. ibi: *Igitur pu-*
blice licèt cuilibet ædificare. Quod verbum publicè,
exponit glossa ibi verbo in his id est publica authori-
tate habita à Principe, vel à Senatu. Et sic eadem re-
quiritur authoritas ut quis possit ædificare tam in lo-
co publico, quam in littore. Et tamen respectu loci
publici semper desideratur Principis licentia *D. L.*
quominus ff. de flumin. d. L. 2. §. *si quis à Principe.*

39 His tamen non moventibus est vera prædicta sen-
tentia. Et pro resolutione argumentorum facienda
est differentia inter illum, qui vult ædificare in lo-
co publico, veluti in flumine ripa, via publica, & si-
milibus, & inter eum, qui ædificare intendit in loco
communi nempe in littore, vel mari. Quippe in pri-
mo casu semper necessaria est licentia Principis, po-
puli, aut civitatis, cui vel ex antiqua consuetudine,
vel ex forali (ut apud nos dicitur) sive ex donatio-
ne competit tale jus. Quo casu procedit text. *in d.*
§. *si quis à Principe.* & text. *in d. L. fluminum*, Pi-
nel. *in rubr. C. de rescind. vend. 1. p. n. 8.* Mendoc. *de*
pact. lib. 1. c. 5. n. 44. In secundo verò nulla licentia
erit necessaria, sed sufficit; quod quia ædificet sine
præjudicio aliorum. Ratio differentiæ in eo posita
est, quod proprietas rerum publicarum pertinebat ad
populum, & postquam iste omne jus suum in Regem
transtulit lege Regia *L. 1. ff. constit. Princ.* dicta pro-
prietas ad ipsum Principem spectat. Ideoque nil mi-
rum, si tanquam à domino Principis licentia desidere-
tur ad ædificandum in suo. Ita ut si quis sine prædi-
cta licentia ædificaverit in loco publico, & exinde
præjudicium, sequatur ædificium destrui debeat; si
vero nullum detur præjudicium conservetur ædifi-
cium imposito in eo censu, ut jure directo ædificium
publicum censeatur, & censuale *L. 2.* §. *siquis nomi-*
ne prohibente ff. nequid in loc. publ. Prout quando æ- 40
dificium valde utile facienti, & ædificanti factum
fuit in solo alieno, non destruitur, si nihil vel parum
noceat domino soli *L. 2.* §. *item Varrus. ff. de aqua*
pluv. arc. Decius *cons. 244. n. 4.* Surd. *decis. 168. n. 8.*
Marc. Anton. Camunc. *decis. 51. n. 10.* Quod ideo ad-
missum fuit, ne ruinis civitas deformetur, ut dixit
Consulius *in d.* §. *si quis nemine:* quoniam interest
publico non destrui ædificia, cum ad decus urbis per-
tineant *L. Prætor* §. *hoc interdictum prohibitorum ff.* 41
de non. oper. num. L. 1. *Cod. de ædific. privat.* Gratian.
discept. forens. cap. 32. n. 19. Surd. *dec. 168. n. 9.* Au-
gust. Barbos. *in L. si in ædibus num. fin. C. de servit.*
& aqua, Hermos. *in L. 16. tit. 5. partit. 5. gloss. 1. n.*
2. Cyriac. *controv.* 160. *n.* 10. Amend. ad Vincent.
de Franch. *dec.* 110. *n.* 10. Prout ex eadem ratione
publicè interest, quod ædificia fiant de novo & refor-
mantur ad urbis decorum aspectum *d. L. C. siquis ne-*
mine L. fin. ff. nequid in loc. publ. L. præscriptiones
C. de operib. public. L. 2. C. de ædific. privat. Mierez
de Majorats 1. p. q. 10. n. 13. & 76. Giurb. *observ.*
93. n. 11. & 28. ubi plures laudat. At verò cum Prin-
ceps loci communis dominus non censeatur meritò
ejus licentia non desideratur ad ædificandum in loco
communi: ut optimè docet post alios Donel. *d. lib. 4.*
c. 9. Et sic juxta hæc intelligenda sunt, quæ in argu-
mentis.

Neque obstat, quod de Prætoris decreto dicitur in
d. L. quamvis ff. de acquir. rer. domin. Ideo namque 42
ibi decretum fuit necessarium, quia ædificans ab alio
impediebatur ex causa prætensi præjudicii; quare
necessarium fuit decretum Prætoris, & causæ cogni-
tio. Quod non ita foret si nullum tertio daretur præ-
judicium. Constat namque ei qui præjudicium sentit
ex opere, quod fit in loco publico, seu communi com-
petere novum opus nuntiare non alii de populo, cuà
præjudicium non infertur, argum. text. *in L. 2.* §. *si-*
quis plures, ff. de sepulchr. viol. Et ea propter decreto
Prætoris negotium diffiniendum erat. At verò quan-
do præjudium fit publico omnes possunt nuntiare
novum opus, quia Reipublicæ interest plurimos ad-
mitti ad defendendam suam causam, *L. in provincia-*
li 3. cum L. seq. ff. de nov. oper. nunt. L. 1. & tot. tit.
ff. de Popularib. action. eleganter Præceptor Mel-
chior de Valent. *illustr. lib. 2. tract. 1. c. 4. n. 7.*

Ad text. verò *in d. L. fluminum ff. de damn. in-* 43
fect. respondetur, verbum littorum, de quo ibi, non
esse intelligendum de littore maris, sed de ripa flu-
minis, ut nutant ibi gloss. Bart. & communiter DD.

Neque

Neque est novum quod litus pro ripa accipiatur, ut post Accurs. Bart. & Paul. tradit Brison. *de verb. jur. verb. littus*, & Calepin. *in diction. verb. littus.*

44 Ex dictis jam patet etiam privatos maris, & aliarum rerum communium dominium posse acquirere, ubi illius acquisitio fieri potest sine præjudicio usus communis. Et quidem de moribus Romanorum testimonia sunt satis ampla, juxta quæ singulorum hominum maris dominium circa partem aliquam proprium fuit; sive ex usu, sive ex locatione mare concessum immissum in prædia, vel piscinas diffusas quas faciebant lautiores, nec minus maris illius, ac prædii adjacentis domini habebantur: ut dixit Varro *de re rust. lib. 3. cap. 17.* ibi: *Cum piscinarum genera sint duo, dulcium, & salsarum, alterum apud plebem & sine fructu, ubi lympha aquam piscinis nostri villatici ministrant, illæ autem marinæ piscinæ nobilium, quibus Neptunus, ut aquam, sic & pisces ministrat. Magis ad oculos quam ad vesicam, & potius marsupium domini exinaniunt, quam implent.* Quod aliud non erat, quam maris quatenus immissum est aut inclusum, fieri dominus. Et refert Columell. *de re rust. lib. 8. cap. 16. & 17.* Romanos vetustioribus sæculis piscinis tantummodo mediterraneis plerumque usos esse, easque maximis seminibus replesse. Et inquit ille: *Mox istam curam sequens ætas abolevit, & lautitiæ locupletum maria ipsa, Neptunumque clauserunt. Atque hujusmodi sive vivaria, sive clausa maria, velut prædia locus vinea, redditus villarum maritimarum annuos augebant.* Et tradit Joann. Seldenus *de mari clauso lib. 1. cap. 13. pag. 116.* Quod ex mari villaticus colono quæstus erat, uti ex agris. Item D. Gregor. Hexamer. *cap. 5. & 10. & lib. de Nabuthe c. 3.* ibi: *Pro singulari libidine inciditur terra, mare infunditur, ut insulas faciant, ut possideant freta. Spatia maris sibi vindicant jure mancipii: pisciumque jura, sicut vernaculorum, conditione sibi servitii subjecta commemorant. Iste inquit sinus maris meus, ille alterius. Dividunt elementa sibi potentes.* Idem Joan. Selden, alias adducit authoritates. Et de Caio Sergio Orata tradit. Val. Maxim. *rer. memorat. lib. 9. cap. 30.* in hæc verba: *Ne gulam Neptuni arbitrio subjectam haberet, peculiaria sibi maria excogitavit, æstuariis intercipiendo fluctus, pisciumque diversos greges separatos molibus includendo, ut nulla tam sæva tempestas incideret qua non Oratæ mensa varietate ferculorum abundarent.* De alia piscina Appollinaris in littore Formiano agit Martial. *lib. 10. Epigram. 30.* ibi.

Si quando Nereus sentit Æoli Regnum:
Ridet procellas tutas de sua mensa,
Piscina Rhombum pascit, & lupos vernas,

Immò Consultus *in L. venditor. 13. ff. commun. prædior.* ita affatur: *Venditor fundi Geroniani fundo*
45 *Botbroiano, quem retinebat, legem dederat, ne contra eam piscatio thinnaria exerceatur quamvis mari, quod natura omnibus patet, servitus imponi privata lege non potest quia tamen bona fides contractus legem servari venditionis exposcit, personæ possidentium, aut in jus eorum succedentium per stipulationis, vel venditionis legem obligantur.* Ex quo probatur privatum mari servitutem imponere posse. Prosequitur Joan. Selden. *d. cap. 15. n. 20.* adducens *Novellam constitutionem 56. Leonis Imperatoris*, quam transcripsit Harmonopolus secundùm quam unusquisque maris vicini quod prædium allueret, seu præjaceret tametsi nondum occupatum, dominus in futurum esset. Et late probat per totum caput mare in singulorum dominio esse posse. Quod nos intelligimus de aliqua certa parte maris à privato occupata, absque præjudicio usus communis.

46 Superius tradita rectè procedunt respectu singulorum, qui licet possint adquirere dominium maris, & littorum in aliqua parte & diverticulo maris; non tamen possunt acquirere illius proprietatem cum prohibitione ad alios, nisi quatenùs partem maris, vel littorum occupatam habuerint. At verò respectu Principis supremi, aut Reipublicæ; quæ superiorem non recognoscit, locum habere non potest prædicta resolutio. Etenim Princeps in littore, & mari adjacente suis provinciis valet ita jus, & protectionem adquirere, ut exteris nationibus accessum ad mare illud, & littus ejus prohibere possit, & in consequentiam illius usum: Quæ resolutio probatur primo ex text. *in d. L. littora 1. L. ff. nequid in loc. public.* ubi Populus Romanus tale jus adquisivit in littore, & mari cum prohibitione aliarum nationum. Secundò probatur ex text. *in L. 1. C. de classib. lib. 11.* ubi probatur Imperatores mittere classes ad defensionem, & protectionem maris, & aliis prohibeant accessum ad provincias Imperii. Prout Reges nostri invictissimi ad eundem finem mittere solent classes, quas vocamus *Armadas da Costa*, & in India Orientali eodem modo singulis annis classes mittunt ad protegenda maria & prohibendam navigationem per illa exteris nationibus: Tertiò facit text. *in L. venditor. 13. ff. commun. præd.* ibi: *Quamvis mari (quod natura omnibus patet) servitus imponi privata lege non potest.* Quo loci Consultus negat privata lege servitutem in mari: Ergo per argumentum à contrario deducitur, quod lege publica servitus in mari potest imponi. Et ita docet ibi *gloss. verb. privata*, Bart. & communiter DD. Quarto facit text. *in L. injuriarum §. siquis me prohibeat vers. conductori ff. de injur.* Ubi quamvis nemo prohiberi possit ab usu, & piscatione maris; tamen, qui hoc habuerit ex publica conductione potest prohibere; etsi perturbetur, habet interdictum.

Tandem facit, quod mare dicitur de territorio il- 47
lius civitatis, cui appropinquat *cap. ubi periculum §. porrò*, ubi communiter scribentes *de elect. in 6.* Cabed. *2. p. decis. 46. n. 1.* Suarez *alleg. 17. n. 1.* Cæpol. *de servit. rust. cap. 26. n. 14. 26. & 27.* Cald. Pereyr. *cons. 23. n. 3.* Phæb. *1. p. arest. 29.* August. Barbos. *in d. cap. ubi periculum n. 8.* Bened. Ægid. *in d. L. ex hoc jure cap. 3. n. 34.* Bovad. *in sua Polit. lib. 2. cap. 16. n. 4. & cap. 19. n. 2.* Mench. *illustr. cap. 41. n. 33.* Seraphin. de Freitas *de just. Imper. Asiat. cap. 10. n. 35.* Qui omnes tradunt Principem habere jurisdictionem in mari ad punienda delicta ibi commissa, quia mare dicitur esse de territorio Principis, cujus provinciis adhæret. Et quamvis Bart. *de insul. §. nullius n. 1.* Id intelligat intra centum milliaria; verius est ad remotas etiam maris partes extendi juxta doctrinam Angel. *in L. insula ff. de judic.* Freitas *c. 10. num. 33.*

Quæ quidem resolutio fulcitur etiam rationibus. Et primò: Quia etiam post dominia distincta jus gentium reservavit usum rerum communium in utilitatem omnium; ita ut dominium nullius esset, ut sic genus humanum melius conservaretur. Quæ ratio à principiis juris naturalis deducta est. Atqui eadem naturalis ratio, in qua jus gentium fundatur, juxta text. *in §. jus autem gentium Instit. de jure natur.* expostulat, ut crescente hominum malitia post provincias distinctas, possit Princeps tale jus adquirere in mare, & littora sua, ut ea aliis prohibeat, ne ab illis invadatur,
spolietur, & insidietur. Proptereaque rectè convinci- 48
tur supremo Principi hoc jus competere ex naturali ratione, & jure gentium. Faciunt quæ Soto *de just. & jure lib. 1. q. 4. art. 3.* Salas *de legib. disp. 5. sect. 7. n. 32.* Soarez *eod. tract. lib. 2. cap. 13. n. 5. & 6.* Covarr. *in reg. peccatum. 2. p. §. n. 2.* Joan. Bodin. *de Rep. lib. 1. cap. 10.* Gregor. Lopez *in L. 2. tit. 23. partit. 2. gloss. 3.* Qui omnes docent etiam jus naturale in aliquo casu mutationem admittere propter particulares causas occurrentes, veluti quando obli-

gat

gat in detrimentum, & perniciem Reipublicæ Jus autem naturale seu gentium, vel est obligativum, vel permissivum, sed permissivum circa res humanas ex moribus gentium, & sæculorum veterum, recen-
49 tiorumque placitis eligitur. Et sic quod apud plurimas gentes custoditur, id de jure gentium observari dicitur: ut optimè tradit Joan. Selden *de mari clauf. cap.7.pag.57. & 58.*

Planè tam recentioris sæculi, quàm veteris exempla demonstrant, Principes maris dominium posse
50 adquirere cum prohibitione aliarum nationum, ut ex sæculi fabulosi testimoniis probat eleganter Selden *de mari clauf.4. cap.* 8. Qui refert Messenium Authorem vetustum in historia de rebus eorum, qui Dii putati sunt, conscripta, & ab Ennio conversa. Qui tradit Maris, & insularum dominium ad Neptunum pertinuisse & inquit Lactant. *de falsa relig.lib.5.cap.* 11. In sorte Neptuni cecidisse maris regnum, & dominium. Ejus verba ita se habent: *De Neptuni sorte manifestum est, cujus Regnum tale fuisse dicimus, quale Cati Neii Pompeii fuit infinitum illum Imperium, cui totius ora maritimæ potestatem Senatus decreverat ut prædones persequeretur, ac mare omne pacaret. Sic Neptuna maritima omnia cum suis insulis obvenerunt. Quomodo id probari potest? Nimirum veteres historiæ docent. Antiquus autem Euhemerus, qui fuit ex civitate Messa, ac res gestas Jovis, & cæterorum qui Dii putantur, collegit, historiamque contexuit ex titulis, & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur.* Et Ennius ita scribit: *Jupiter Neptuno imperium dat maris, ut insulis omnibus, & quæ loca essent secus mare omnibus regnaret.* Et apud Homerum Neptunus ait: *Ego verò ex eis, quæ sorte tribuebantur, accepi ceruleum, ut in eo semper habitarem.* Quæ omnia interpretantur, ut de tribus Monachi filiis rem totam de tribus Diis narratam fidenter capiat, quorum Japheto in distributione terrum insulæ, & maris dominium fuerint assignatæ.

51 Romani etiam Pompeio maris imperium commendarunt ad vindicandum mare à piratis quod est intra columnas Herculis: ut ait Plutarch. *in Pompeio.* Et prosequitur Selden. *d.c.8.pag.66.* Qui *cap.* 9. dominium maris fuisse apud Græcos comprobat, & *c.* 10. dominium maris Syriaci, Ægyptiaci, Pamphyiii, Egydii, & Ægæi apud Principes fuisse ostendit: & *cap.* 11.12. & 13. de mari Laconico, & Attico & de Spinetis, Thyrrenis, Carthaginensibus agit.

52 Prætereà Romani in aliquibus maribus dominio fuerunt potiti. Prout devictis Carthaginensibus jure belli mare suum acquisierunt; inito fœdere cum Antiocho Syriæ Rege in eo ita cautum est: ut tradit Livius *decad.4.lib.8. Tradito*, inquit: *Antiochus naves longas, armamentaque earum, neve plures, quam decem naves actuarias (nulla quarum plusquam triginta remis agatur) habeto, neve moncrem ex belli causa, quod ipsa illaturus erit. Neve navigatio citra Calycadnum, neve Sarpedanem promontoria; extra quam si qua navis pecuniam stipendium, aut legatos, aut obsides portabit, nullam habeta triginta remis actam navem.* Ex qua authoritate probatur Imperatorem certam legem mari dare posse tanquam dominum. Et videnda sunt, quæ plena manu congerit Selden. *de mari clauf. cap.14.pag.99. & seqq.*

53 Secunda ratio fit: quod Summus Princeps potest condere legem qua prohibeat commercium cum certis nationibus, & super aliquibus rebus; in qua prohibitione commercii involvitur etiam navigationis, & littorum usus. Et quidem hæc lex valida est juxta *text. in L.3. C. de commerc. & mercat. L.1. & 2. ff. quæ res export. non deb.* Molin. *de just. & jure disp.* 105. Matienc. *in L.gloss.1.n.4.tit.12. lib.4. Recopil.* Et facit *Ordin.lib. tit.*106.107.108.109.112.& 114. Cabed. 2. *p. decis.*47. Qui mos etiam fuit apud antiquos ut refert Mariana *de reb. Hispan. lib.1. cap.26.* At commercia sunt de jure gentium. Ergo ita ut Princeps potest prohibere commercia aliquibus ex causa *d. L. commercia C. de commerc. & mercat.* Freitas *de just. Imper. Asiat. cap. 8. n.* 12. ut ita & usum maris. Et facit illud Virgil. *Æneid.* 1. Ubi Didu ita ait:

Me talia cogant moliri, & late fedes custode tueri.

Tertio facit: quod mare, & littora sunt Cæsaris, alteriusve Principis quoad protectionem, & jurisdic- 54
tionem: ut tradunt *gloss. ut in L. quadam ff. de rer. divis.* Et ibi notabiliter Bald. *& in cap.1. §.1. tit. de nov. form. fidelit. in usib. feudor.* Suarez *allegat.* 17. *n.*1.2. & 9. Cabed. 2.*p. decis.46.n.4.* Freitas *cap.*10. *n.*36 Cacheran. *decis. Pedemont.*155.*n.*2. & 3. Ideoque Princeps rectè potest gabellas, & tributa imponere, & exigere à vehentibus merces per mare, saltem intra centesimum milliare Bald. *in rubr. ff. de rer. divis. col.2. vers. sed nunquid:* ubi dicit totum mundum hoc jure uti. Idem Bald. *in L. cum proponas col. fin. C. de not. favor.* ubi notat, quod pedagia ita solvuntur in mari sicut in terra. Sequitur Afflict. *in cap. unica quæ sint Regalia verb. vectigalia n.* 101. Cacheran. *d. decis.*155.*n.*4. Suarez *d. alleg.*17. *n.*13. *vers. esto enim.* Si igitur mare & littora sunt Cæsaris, rectè poterit navigationem aliis prohibere.

Quartò probatur, quia jus piscationis, & venationis omnibus commune est de jure gentium: ut dice- 55
mus infra *cap. 9. n.*1. Et tamen potest à Principe ex justis causis prohiberi, ut probavimus eodem *cap.9.n.* 404. Et insuper potest Princeps acquirere jus prohibendi piscationem in aliquibus piscibus, qui Regales dicuntur, ut sunt Balenæ, & alii, de quibus Cabed. 2. *p. decis.48. n.*2. Ubi refert verba foralis oppidi de Setubal, & Regni Algarbiorum qui pisces capti ab alio vel inventi in littore non fiunt occupantis, sed pertinent ad principem: ut docet Cabed. *supra.* Et idem servari apud Anglos tradit Joan. Selden. *de mari clauf. lib.1. cap.* 24. *n.* 23. Chassaneus *in Catal. glor. mundi 5. p. consid.* 24. *privileg.*18. Et denique facit quod non obstante prohibitione alicujus maris, adhuc remanent exteris alia maria, quibus uti possunt. Et rursus inter subditos loca communia, seu maria remanent libera, ut illis uti valeant; dummodo præjudicium non inferant aliis, neque publico.

Qua opinione retenta non obstant, quæ in contra- 56
rium adducit Incognitus, qui libellum conscripsit, cui titulus mare liberum in quo totis viribus ostendere conatur Lusitanos jus non habere dominii prohibendi navigationem ad Indos; neque titulo inventionis, aut occupationis aut titulo præscriptionis, vel consuetudinis, neque etiam titulo donationis Pontificiæ. Contra quem optimum edidit libellum Doctissimus noster Seraphin. de Freitas, cum titulus, *de Justo Imperio Lusitanorum Asiatico.* Ubi ad saturitatem invenies omnia, cum quibus eliduntur fundamenta Incogniti, quem nobis cognitum tribuit Joann. Selden. *de mari clauf. lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 3. *pag.* 215. Qui authorem libelli Maris liberi fuisse Hugonem Grotium testatur. Et contra eum etiam librum contexuit de mari clauso; ubi in secunda ejus parte eleganter docet mare Australe ad Britannos pertinere cum prohibitione ad alias nationes. Et sic pro resolutione argumentorum Hugonis Grotii, & defensione juris, quod nostri Reges Lusitani habent in mari Indico, cum jure prohibendi cæteras nationes ab illius usu, sequentia prænotanda sunt.

Et primo: Oceanum ante Lusitanorum navigatio- 57
nem navigabile non fuisse, neque gentes Indorum cognitas à nostris Europeis; licèt enim Geographi, Poëtæ, & Historici Orbem in quinque Zonas dividerent, Media Torrida antiquis inaccessibilis habita transitum ab Arctico, in Antarcticum denegabat: ut

ex

ex Virgilio, Ovidio, Pedio, Ptolomeo Plinio, Tullio, Solino, Macrobio, & aliis docet Seraphin. de Freitas *cap.* 4. *n.* 5. & 6. Quare Serenissimus Infans Henricus Regis Joannis primi Portugalliæ filius, & Regis Alphonsi Quinti Patruus generoso animo concedit ad Orientales plagas navigationem dirigere, credens se maximum in hoc Deo præstare obsequium; si ejus opera, & industria mare ipsum usque ad Indos navigabile fieret. Et ita classes mittere instituit ad peragendam prædictam navigationem, Claudius Morisot. *de orbe maritimo lib.* 2. *cap.* 21. *pag.* 488. Et tandem Vasquius da Gama cum classe tradita sibi à Rege Emmanuele primus navigationem peregit, & Orbem alterum penetravit: ut agnoscunt Habraham Ortelius *in theatr. Orbis in tabula Africa*, cujus verba sunt: *Hujus pars Meridionalis veteribus incognita permansit usque ad annum.* 1427. *quo Vasquius da Gama primus promontorium Bonæ spei prætergressus Africa circam navigata ad Calicutium pervenit.* Et Theodorus Zuinger. *in theatr. vita humana lib.* 2. *vol.* 19. *tit. de nautis*: *Navigatio*, inquit: *Lusitanorum sanè mira est per maria penitus ignota sub aliis syderibus, alio cœlo, aliisque instrumentis peragenda: cum tanto itinere nullas terras, nisi ignotas lingua, religione, moribus diversas prorsus barbara, & peregrinis infensissimas attingere potuerunt, tanta difficultate minimè impediti.* Item tradunt Aubertus Mireus Bruxelens. *in Politic. Eccles. lib.* 3. *cap.* 3. *ad fin.* ibi: *Africa tota circum navegata Vascus Gama Lusitanus ex Europeis primus anno* 1497. *in Indiam Palecutum usque penetravit.* Idem docuit Thom. Bossius *de signis Ecclesiæ*, Hartmanus Nuremburgensis, Petrus Bertius, & plures alii cum quibus Freitas *d. cap.* 4. *n.* 7. Horisor. *cap.* 21. *pag.* 448. *circa finem.* & *pag.* 489. Quam navigationem prædixisse Isaiam *c.* 19. ostendit P. Rebell. *de obligation. just.* 2. *p. lib.* 18. *q.* 23. *sect.* 3. Lucena *in vita Xaver. lib.* 5. *cap.* 21. Thom. Bossius *de sign. Eccl. lib.* 20. *cap.* 3. *sign.* 84. & *cap.* 6. *pag.* 50. *cum seqq.* Seraph. de Freitas *d. cap.* 4. *n.* 8. Qui *n.* 9. 10. & 11. præclara alia testimonia adducit D. Thomæ Apostoli, & Xaverii.

58 Ab illo tempore Lusitanos in possessione maris Indici fuisse cum jure prohibendi alias nationes nemo unquam dubitavit, ita Morisot. *d. c.* 21. *pag.* 492. Unde fatendum est Lusitanos præscripsisse illud navigationis jus cum prohibitione ad alias nationes. Et quidem de jure verum est etiam ea, quæ jure gentium communia sunt omnibus, præscriptibilia esse. Quod in ipso maris usu, & publici fluminis tam ad navigandum, quam ad piscandum cum jure prohibendi alios ab illo usu exemplificant communiter Doctores: ut Bart. *in L. sane ff. de injur. per text.* ibi Bald. *in rubr. de rer. divis. n.* 2. Angel. & Jason cum quibus Cæpol. *de servit. rustic. c.* 26. *à num.* 6. Balbus *de præscript.* 4. *p.* 5. *princ. q.* 6. *à n.* 5. & cum Platea, & Aretin. Bened. Ægid. *in L. ex hoc jure c.* 3. *n.* 23. *ff. de just.* & *jure*, Freitas *c.* 14. *n.* 61. Strach. *de navigat. à n.* 6. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 17. & 18. Marth. *de jurisdict. lib.* 1. *cap.* 33. *n.* 25. & 26. Francisc. de Ingen. *in epistol. de Venetor jur.* qui omnes docent, Venetos esse dominos maris Adriatici cum prohibitione ad alias nationes ex longissima possessione, & consuetudine. Et ait Angel. de Ubald. *consild.* 90. sequentia verba: *Negari non potest, quod per tempora longissima Veneti, & eorum signoria fuerunt, & sunt in quasi possessione dicti gulfi. Unde ratione possessionis longissimæ, in qua fuerunt, & sunt circumscripta forma pactorum possunt Veneti Januensibus,*
59 *& aliis quibuscumque interdicere potestatem navigandi, navigare volentibus per eorum gulfum.* Joann. Selden. *de mar. claus.* 1. *lib.* 1. *cap.* 16. *pag.* 127. ubi per totum caput rectè tuetur Venetos mare Adriaticum

præscriptione adquisisse, Idem tradit Morisot. *l.* 2. *c.* 19. *pag.* 767. & 468.

Proindeque etiam Lusitani maris Indici dominium 60
adquisierunt præscriptione, & consuetudine cum prohibitione ad alias nationes; quo jure usi sunt scientibus, & non cotradicentibus totius Europæ Principibus, & Nationibus: quibus id manifestum est, exceptis Batavis, qui post completam præscriptionem, injustissime quidem, & mala fide in Indicas Regiones navigare ausi sunt, postquam dominio Regis Catholici desliverunt, qui tunc Portugalliæ Regnum moderabatur, ad quorum favorem Hug. Grot. ejusdem nationis librum de mare libero conscripsit Verum tamen dominium maris Indici à Lusitanis præscriptum fuisse tradunt in specie Bened. Ægid. *in L. ex hoc jure p.* 1. *cap.* 3. *n.* 24. Seraph. de Freit. *de just. Imper. Lusitanor. Asiat. c.* 13 *per tot.* ubi objectionibus Grotii bene satisfacit, & *c.* 14. optimè Joann. Selden. *de mar. claus. lib.* 1. *cap.* 17. Qui tradit *pag.* 138. quod inter Sebastianum Portugalliæ Regem, & Elizabetham Angliæ Reginam disceptatio habita est: Utrum dominium hujusmodi navigationis Lusitani adquisiissent; Ad quorum favorem fuit resolutum: ut constat ex Schedis ejusdem temporis, quæ sunt in Bibliotheca Cotoniana. Quod autem mare sit capax domini, & illud Princeps possit adquirere, docent expressè Gregor. Lopez. *in L.* 11. *tit.* 28. *partit.* 3. *verb. pesqueras gloss.* 4. ibi: *Potest* 61
etiam Princeps per privilegium alicui concedere piscationem in certa parte maris, & alios prohibere, ut in L. sane, & ibi Angel. & ibi Joan. Garcia *de expens. c.* 32. *n.* 34. ibi: *Ex quibus illud, constat evidenter quia mare est ejus, cujus est terra, cui adjacet*, Covarr. *in reg. peccatum p.* 2. 5. 8. Joann. de Hevia *in labyrinth. de commerc. c.* 1. *n.* 22. Joan. Selden. *de mari claus. lib.* 1. *c.* 17. *pag.* 139. Morisot. *de orbe maritimo lib.* 2. *c.* 19. *pag.* 470.

Et quamvis ad præscriptionem maris cum jure 62
prohibendi necessarium sit tempus immemoriale, quod tradit Angelus loquens de Venetis *in L. fin. n.* 1. *ff. de usucap.* quem sequuntur Imola, Jason & alii, cum quibus Bened. Ægid. *in d. L. ex hoc jure* 1. *p. c.* 3. *n.* 13. Freitas *d. c.* 13. *n.* 14. Et regulare sit præscriptionem immemorialem non patrocinari, si constat de titulo, & de initio Mascard. *conclus.* 1378. *n.* 72. Gabr. Pereir. *decis.* 52. *n.* 9. Cald. *lib.* 1. *recept. q.* 23. *n.* 10. Mantic. *de tacit.* & *ambig. lib.* 22. *tit.* 8. *nam.* 37. Giurb. *observ.* 71. *n.* 2. Cyriac. *controv.* 3. *num.* 8. qui plures antiquiores referunt. Et quidem ex historiis, & Chronicis constat de initio possessionis Lusitanorum. Tamen ea resolutio procedit non ut initium possessionis ab hominibus ignoretur, sed ut initium illius in hominum memoria non sit; hoc enim importat proprietas verborum, quibus Doctores utuntur ad explicandam immemorialem præscriptionem: nempe ut sit præscriptio cujus initii memoria non extet. Quod intelligendum est de memoria hominum viventium quamvis initium aliunde constet ex antiquis scripturis, vel chronicis. Cum igitur terminus longissimæ vitæ hominis sit meta centum annorum *L. fin. C. de sacros. Eccles.* Prout ita eam intelligunt Anton. Gabr. *de præsumpt.* 63
conclus. 16. *n.* 2. Gratian. *c.* 78. *nu.* 4. Menoch. *lib.* 2. *præsumpt.* 83. *num. fin.* & *l.* 6. *præsumpt.* 58. Valasc. *consult.* 99. *num.* 9. Covarr. *l.* 2. *var. c.* 7. *nu.* 6. *vers. tertio*, Sanchez. *de matrim. disp.* 46. *nu.* 1. Gamma *dec.* 41. *n.* 3. *vers. ego vero*, Phæb. 1. *p. dec.* 42. *n.* 6. Larrea *alleg.* 94. *n.* 5. Cancer. *lib.* 3. *var. c.* 1. *n.* 221. & *seqq.* Nullo modo dici potest ad impediendam præscriptionem immemorialem, sufficere, quod de initio constet ex antiquis scripturis, vel chronicis: cum vere viventium memoriam excedat tempus, quo primum Lusitani ad Indicas Regiones pervene-

runt; & jus maris cum prohibitione ad alios quæsierunt: ut optimè considerat Bened. Ægid. *d. cap.* 3. *num.* 25. 26. 27. Freitas *de just. Imper. Lusitan. cap.* 13. *num.* 41. 42. & 43. Ubi ex aliis fundat centum annorum præscriptionem sufficere ad inducendam immemorialem. Quæ jam completa erat, quando Batavi nostrum navigationis Indicæ jus infestarunt; cum enim contra suum Regem, & legitimum Principem Philippum Catholicum rebellassent, ut satis est notum, probat Freitas *c.* 15. *n.* 5. occasione rebellionis in Indiam navigarunt: quod tamen ausi non fuerant facere regnantibus Emmanuelle Joanne Tertio, Sebastiano, & Henrico; sed postquam Philippus Portugalliæ Regni possessionem absque titulo legitimo usurpavit. Cum igitur jam tunc immemorialis præscriptio esset completa, verum est dicere Reges Lusitanos tutos esse tam in foro poli, quam conscientiæ ad conservanda jura præscripta ex his,
64 quæ Tirac. *de præscript.* 1. §. *gloss.* 2. Covarr. *in reg. possessor.* 3. *p.* §. 2. Sarmient. *lib.* 1. *select. c.* 10. Ant. Gom. *in L.* 4. *Tauri n.* 125. dicit veriorem Fachin. *lib.* 1. *controv. c.* 64.

65 Contra hanc legitimam, & immemorialem præscriptionem insurgit Grotius de mari libei. *c.* 7. Cujus fundamentum præcipuum consistit in authoritate Ferdinandi Vasquii Menchacæ *controv. illustr. lib.* 2. *c.* 85. *n.* 30. inquiens: *Ex his apparet, quàm suspecta sit sententia existimantium Genuenses aut etiam Venetos posse non injuria prohibere alios navigare per gulphum, aut pelagus sui maris, quasi æquora præscripserint, id quod non solùm est contra leges Cæsareas; sed etiam est contra ipsum jus naturæ, aut gentium primævum quod mutari non posse diximus. Quod contra illud jus constat: sic quia non solùm maria, aut æquora eo jure communia erant; sed reliqua omnes res immobiles. Et licet ab eo jure postea recessum fuerit ex parte, puta quoad dominium, & proprietatem terrarum, quarum dominium jure naturæ, distinctum & divisum, sicque ab illa communione segregatum fuit: tamen diversum fuit, & est in dominio maris, quod ab origine mundi ad hodiernum usque diem est; fuitque semper in communi, ut nulla ex parte immutatum, ut est notum. Et quamvis ex Lusitanis magnam indem sæpè audiverim in hac esse opinione, ut eorum Rex ita præscripserit navigationem Occidentalis, ejusdemque vastissimi maris, ita ut reliquis gentibus æquora illa transfretare non liceat, & ex nostrismet Hispanis vulgus in eadem opinione fere esse videatur, ut per vastissimum, immensumque pontum ad Indorum regiones, quas potentissimi Regis nostri Hispaniarum subegerunt, reliquis mortalium navigare, præterquam Hispanis jus minimè sit) quasi ab eis id jus præscriptum fuerit.) Tamen istorum omnium non minus insana sunt opiniones, quàm eorum, quòd ad Genuenses, & Venetos in eodem ferè somnio esse adsolent. Quas sententias ineptiare vel ex eo illucidius apparet, quod istarum nationum singulæ contra se ipsas nequeunt præscribere; hoc est non Respublica Venetiarum contra semetipsam, non Respublica Genuensium contra semetipsam, non Regnum Hispanorum contra semetipsum, non Regnum Lusitanorum contra semetipsum. Esse enim debet differentia inter agentem, & patientem. Contra alias verò nationes longè minus præscribere possunt: quia jus præscriptionum est merè civile. Ergo tale jus cessat cum res agitur inter Principes, vel populos superiorem non recognoscentis in temporalibus, jura enim Civilia cujuscumque regionis, quoad exteros populos nationes, vel etiam homines singulos, non magis sunt in consideratione, quàm si revera non esset tale jus, aut unquam fuisset, & ad jus commune primævum, vel secundarium est recurrendum, eoque utendum: quo jure talem maris præscriptionem, & usurpationem admissam non fuisse unquam constat.*

Hanc Menchacæ opinionem Grotius latissimè exornat *d. c.* 7. sed ut radice succisa arbor corruit ita summota authoritate. Vasquii enervantur fundamenta Grotii. Et quidem Menchaca ostentandi ingenii gratia multa in scholas invexit, quæ cum cæmento careant, per se ipsa corruunt: ut bene dixit Freitas *d. cap.* 13. *num.* 1. & ut ait Joan. Selden. *de mari claus. lib.* 1. *c.* 26. *pag.* 212. Menchaca nititur rationibus, aut manifesto falsis, aut ad rem non pertinentibus. *Nam quid hoc est*, inqoit Seldenus: *Mare ab origine mundi* (ut ait Menchaca) *ad hodiernum usque diem esse, fuisseque semper in communi nulla ex parte immutatum, ut est notum. Cum certe notissimum sit eis, qui gentium, sæculorumque mores receptos, juraque introspexerint, id quod maximè est contrarium. Id est maria aliquot, tum in Principum, tum in privatorum dominium, patrimoniumque ejure exploratissimo transiisse: ut suprà probavimus.* Inquit etiam præscriptionem cessare inter invicem exteros, quia jure gentium non fuit cognita, sed civili tantùm: & ita non dari præscriptionem; autumat inter duos Principes supremos, qui juri civili non subsunt. Sed hoc absurdum esse rectè dicit Joann. Selden. *d. cap.* 26. *pag.* 213. ibi: *Quo quid absurdius dici, nec cogitari quidem potest. Omnia namque ferè juris gentium intervenientis capita ex præscriptione, seu inveterata consuetudine longissimo utentium consensu stabilita pendent. Namque quo ad Principes, Regna non solùm armis, sed & præscriptione, juris sui sunt facta, & sustinentur, quando à principio non justo titulo Regna quæsierunt: atque ita contra jus gentium præscriptio procedit.* 66

Deinde capti in bello de jure gentium servi efficiebantur, ut diximus 2. *p. c.* 26. *num.* 39 & tamen postea Christianæ fraternitatis, causa jus illud exolescere cœpit, & præscriptione inter gentes obtinuit captos in bello inter Christianos servos non effici: ut etiam probavimus *d. cap.* 26. *num.* 41. & 42. ita ut capti justè retineantur pro pretio redemptionis; siquidem talea in locum servitutis successit ut etiam dictum fuit *d. cap.* 26. *n.* 43. Adeo ut dixerit Boër. *dec.* 178. *n.* 4. quod si talea non excedit decem millia aureorum capiti solvenda fit si verò excedit: ut evenit quando quis cepi unum Ducem, aut Comitem, vel alium Principem, aut Baronem, tunc est Principis. Quod ita servari in Regno Franciæ, Angliæ & Hispaniæ tradit idem Boerius. Et temporis præscriptione ita inductum inter Principes transiit in jus. Et ea propter præscriptionis titulum prorsus inter Principes negare, est ipsa jura gentium intervenientia tollere Ideoque sustineri nequit assertio Menchacæ, & Grotii. 67

Cæterùm Grotius *de mari libero d. c.* 7. ait *Adjungendum est eorum, qui dissentiunt authoritatem non posse huic quæstioni accomodari. Illi enim de Mediterraneo loquuntur, Nos de Occeano. Ille de sinu. Nos de immenso mari, quæ in ratione occupationis plurimum differunt.* Grotius in ea parte de præscriptione loquitur, & vidatur loqui de præscriptione totius Occeani, & totius maris. Cujus respectu probabilis erit ejus sententia; quia mare integraliter sumptum propter ejus immensitatem, & vastitatem neque occupari, neque præscribi potest. Morisot. *d. lib.* 2. *pag.* 470. *& sequent.* ibi *Mille alia sunt ad hanc rem exempla, ex quibus concluditur dominium quidem maris terminatum, sicut & imperium in mari, cujus omnes oræ, Insulaque ad unum pertinent. Imperium vero magni maris, unius aut duorum populorum, puta Lusitanorum & Castellanorum esse non posse, cum infinitus sit Occea-* 68

Occeanus, & cunctis pareus ideo nec in universum piratis purgari, tantum navigantibus præstari, & navigiis occupari posse, & ideo cum de Castellanorum, Lusitanorumque imperio maris ago, cum de caeterorum egiatque acturus sum sciendum est hoc diversarum nationum imperium maritimum continere littora, portusque, & vicina litoribus maria, sive vestibula cum insulis, quæ omnia supremi domini sunt quod cum imperio confunditur nullum enim supremum dominium, sine imperio, non autem me de Imperio Occeani loqui, quod in dominium venire non potest. Nos verò loquimur de navigatione maris Occeani ad Indias Orientales occupata, & præscripta à Lusitanis quam aliis interdicere possunt ex dictis tam titulo præscriptionis, quàm occupationis, ut inferius dicemus, & jam supra probavimus, & quoad argumenta Menchacæ, & Grotii omninò videndus est Seraphinus de Freitas *c.* 14. ubi fundamentis in contrarium perbelle satisfacit; non enim licet illius labores transferibere.

69 Unum tamen sciendum est ipsum Grotium, qui *in tract. de bell. & pac. lib.* 2. *cap.* 2. §. 2. & 3. dixit mare non posse in alicujus dominium abire postea §. 13. ita scribit: *Sic & terræ, & flumina, & si qua pars maris in proprietatem alicujus populi venit, patere debet his, qui transitu opus habent.* Et sic mare proprium effici posse agnoscit. Deinde *cap. p.* §. 7. de proprietate fluminum verba facit, & *in* §. 8. scribit: Ad hoc exemplum; inquit, videtur & mare occupari potuisse ab eo, qui terras ad latus utrumque possideat, etiamsi aut supra pateat, ut sinus, aut supra, & infra ut fretum: dummodo non ita magna sit pars maris, ut non cum terris comparata portio earum videri possit. Et quod uni populo, aut Regi licet, idem licere videtur & duobus, aut tribus, si pariter mare inter situm occupare voluerint. Nam sic flumina, quæ duos populos interluunt ab utroque occupata sunt, ac deinde divisa. Atque ita mari proprium fieri posse, & occupari agnovit; & *in* §§. *seqq.* plura affert de proprietate & acquisitione maris.

70 Immò non est prætereundum Ordines Hollandiæ fœderatos, in quorum gratiam ipse Grotius libellum de mari libero conscripsit, non illibenter audiisse de maris communione sequentiam à Legato Jacobi Regis Britanniæ damnatam in Oratione publicè habita in Hollandia, non tam adversus Grotium, quàm alios ne similem tuerentur graviter monitos ex ejus infortunio; fuit enim Grotius carceri mancipatus rebus Barneveltianis immissus: ut ipse totius testis est in Apologetico eorum, qui Hollandiæ præfuerunt ante mutationem anni 1618. *pag.* 387. *editione Hildeberg. cap.* 19. *pag.* 257. cujus verba transcripsit Joan. Selden. *de mari claus. c.* 26. *pag.* 217. Et sic si habent: *Pro navigatione Indicana, pro servanda apud nos pannorum politura laboravi, quantum alius quisquam. Pro libero vero piscatu in Occeano tantum, ut Carletonus Regis Britanniarum Legatus, cum ab inimicis meis incitatus esset, ut contra me jam captum aliquid publicè diceret, nihil quod diceret, aliud invenerit, quàm me principium fecisse sermonum de ea libertate, ut qua & jure gentium, & omnem memoriam exeedente usu uteretur: cum tamen à me in eo argumento nihil dictum, scriptumve fuerit diversum ab eis qui anno* 1610. *fœderatorium procerum Legati in Britannia defenderant, atque ante majores nostri; etiam ante sæcula aliquot. Et tamen aiebat is Legatus mei infortunii exemplo terreri alios debere, ne eam sententiam tuerentur.* Ex quibus manifestum fit Grotii opinionem de mari libero damnatam fuisse; & delicti sui pœnas luisse in carcere. Atque ideo de libro illo etiam apud suos damnato curandum non est. Et tenendum Reges Lusitaniæ legitimum habere titulum prohibendi exteris nationibus navigationem ad Indias Orientales, ad alias conquisitiones, seu Conquistas ab illis occupatas.

Quod nedum ex præscriptione procedit; sed 71
etiam ex titulo occupationis, ut optimè fundat Seraphin. de Freitas *d. cap.* 10. præcipuè *à n.* 11. *cum seqq.* Qui *cap.* 11. contrariis Grotii fundamentis satisfacit. Et insuper titulo donationis Pontificiæ. Namque sciendum est Summos Pontifices Martinum Quintum, Nicolaum Quintum, Calixtum Tertium, Xistum Quartum, & denique Alexandrum Sextum, Solis Lusitanis jus conquisitionis navigationis, & commercii Indorum favore Fidei de plenitudine suæ potestatis donavisse à promontorio dicto Cabo Bojadorus quod ad Orientalem plagam Indiæ pertinet inclusive cum omnibus Regnis, dominiis, terris portubus, & insulis: & cum omnibus contractationum, & piscationum locis, ita ut reliquis Principibus, eorumque subditis sub gravibus censuris præceperint, ne se in præfatam conquisitionem, aut commercium intromitterent, & ut nulla dissentionis relinqueretur occasio inter Lusitanos, & Castellanos, Alexander Sextus duas in Orbe conquisitiones distinxit ducta linea a Septentrione per Insulas Fortunatas, vulgo *Canaris* Ad Austrum, ita ut quæ ad Occideotem jacent ad Castellanorum conquisitionem pertinerent, quæ vero ad Orientem sunt conquisitioni Lusitanorum adscriberentur. Ut constat ex Bullis Summorum Pontificum, quarum tenores ad calcem hujus capitis adjungendi sunt, servantur enim in Archivo Regni, quod dicimus *Torre de Tombo.* Quarum Bullarum unum exemplum adducit P. Rebell. *de obligation. inst. lib.* 18. *q.* 23. *sect.* 3. Et de illis meminerunt Cabed. qui eas vidisse testatur. 2. *p. decis.* 47. *num.* Ulhoa *in corollar. fol.* 141. Noster Joanoes de Barros Lusitanus Livius æternæ memoriæ commendandus *decad.* 1. *lib.* 3. *cap.* 11. Refert Marc. *de jurisd.* 1. *p. cap.* 24. *num.* 32. Bened. Ægid. *in d. L. ex hoc jure* 1. *p. cap.* 3. *num.* Bellarm. *lib.* 5. *de Rom. Pontif. cap.* 2. *ad fin.* 15. Bannes. 2. 2. *q.* 10 *art.* 10. *dub.* 3. *ad* 3. Salas *de legib. disp.* 7. *sect.* 1 *num.* 21. *vers. ad illud de divisione*, Molin. *de just. & jure tract.* 2. *disp.* 105. Gregor. Lopez *in L.* 2. *tit.* 3. *partit.* 2. *gloss.* 3. *per totam* præcipuè *col.* 19. *conclus.* 1. & alii cum quibus Freitas *de just. Imper. Lusitan. Asiat. cap.* 7. *num.* 4. Eodemque tempore idem Summus Pontifex Alexander Regibus Castellæ donationem fecit navigationis ad Indias Occidentales cum eadem aliarum nationum prohibitione, ut refert ut ipse Cabed *d. decis.* 47. *num.* 5. Ægid. *d. num.* 13. Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cath. c.* 46. *n.* 224. ubi plures laudat.

Sed adversus hujusmodi Pontificiam donationem 72
invehitur Grotius *de mari liber. cap.* 3. & ostendere conatur summum Pontificem non potuisse Regibus Lusitanis prædictam facere concessionem, eo potissimum fundamento, quod illud jus pertinet ad negotia sæcularia, super quibus Pontifex disponere nequit ex defectu potestatis. Et quidem neque Nos negare possimus Summum Pontificem non habere supremam potestatem sæcularem gubernativam: ut se intromittere valeat circa negotia sæcularia, & de illis disponere quando solùm agitur de fine Politico & naturali. Tum quia talem potestatem non habet ex se neque ex concessione Domini Nostri Jesu Christi. Ex eo quod jurisdictio Ecclesiastica, & sæcularis omnino sunt distinctæ *c. cum adversum*, *c. duo sunt* 96. *dist.* Navar. *in cap. novit. notab.* 3. *de judic.* Mart. *de jurisd.* 1. *cap.*17. Suarez *de legib. l.* 3. *cap.* 6. *n.* 3. & *seqq.* Freitas *de just. Imper. Lusitan. cap.* 6. *n.* 38. idem Suarez *lib.* 3. *contra Anglia errores cap.* 5. *à n.* 8. Menchac. *illustr. c.* 20. *n.* 2.

73 Verissimum tamen est Summum Pontificem ex vi suæ potestatis Ecclesiasticæ, posse se intromittere circa negotia sæcularia inter Fideles, quotiescumque agitur de fine supernaturali, & bono spirituali: ut evincitur ex potestate concessa Divo Petro Joann. *cap. ult.* ibi: *Pasce oves meas*, juxta promissionem quam Dominus ei fecerat ibi: *Et tibi dabo claves Regni Cælorum*, ut habetur Matth. *cap.* 16. Prout de facto contigit in translatione Imperii, de qua *in c. per venerabilem de elect. element. pastoralis ad fin. de re judic. Clement.* 1. *de jurejur*, & in depositione Regis Portugalliæ de qua *in cap. grandi de suppl. neglig. Prælat. in* 6. & in depositione Regis Franciæ, de qua *in c. alius.* 15. *q.* 6. Et notant communiter *DD.* per *text. in cap. ita dicitur.* 19. *dist.* & *in cap. novo*, 21. *d.* Victor. *de potest. Eccles. relect.* 1. *q fin.* Soto *de just. & jure lib.* 4. *q.* 4. *art.* 1 Navarr. *in d. cap. novit. notab. n.* 41. *de judic.* Bellarm. *de Roman. Pont. lib.* 5. *cap.* 6. & 7. Molin. *de just. & jure disp.* 29. Suarez. *de legib. d. l.* 3. *c.* 6. & *de defensione Fidei lib.* 1. *c.* 22.

74 Major versatur difficultas circa quæstionem, An Summus Pontifex eandem habeat potestatem se intromittendi circa negotia sæcularia, etiam ad finem supernaturalem respectu infidelium; Quam quæstionem affirmativè resolvunt Joann. Andr. *in cap. quod super de voto*, ubi Butrius *num.* 9. plures laudat, Mart. *de jurisd.* 1. *p. c.* 24. Qui moventur ex eo quod Petro concessa fuit potestas, & jurisdictio universalis per illa verba *Pasce oves meas.* Et sic generaliter ad omnes, qui dicuntur oves Christi, prout etiam dicuntur infideles juxta illud Joann. *cap.* 10. ibi: *Alias oves habeo: quæ non sunt ex hoc ovili.* Insuper quia Christus Dominus supremam habuit Potestatem ad dirigendas omnium viventium actiones ad finem supernaturalem, tanquam verus, & supremus Dominus, juxta illud Matth. *ult.* ibi: *Data est mihi omnis potestas in Cælo & in terra*: Qua ratione potuit condere leges obligantes, prout de Baptismo, & Pœnitentia. Quæ potestas etiam concessa fuisse dicitur Petro & successoribus. Proindeque bene potest Pontifex prædictam potestatem exercere circa infideles.

75 Nihilominus tamen contraria sententia verior est & communior quoniam infideles sunt extra gremium Ecclesiæ, & de his, qui foris sunt nihil ad Nos. ut refertur ex D. Paulo *in cap. gaudemus de divort.* Soto *in* 4. *dist.* 5. *qu. art.* 10. Salas *de legib. disp.* 7. *sect.* 5. Bellarm. *de Roman. Pont. lib.* 5. *cap.* 2. A Costa *de procur. Indor. salute c.* 2. Banhes. 2. 2. *quæst.* 10. *dub.* 3. *ad* 3. Neque obstant in contrarium adducta. Non primum quia quantumcumque jurisdictio concessa Petro & successoribus respiciat etiam infideles, tamen diverso modo, siquidem quoad Fideles, est omnimoda; quo verò ad infideles non ita, ut infra demonstrabitur, Ad secundum respondetur, quod quamvis Dominus Noster Jesus Christus, illam habuisset potestatem: non tamen eam concessit Petro sed eam tantum, quæ necessaria fuisset ad conservandum finem supernaturalem; tam inter Fideles, quàm infideles, reservata potestate excellentiæ, ut tradit Navarr. *in d. cap. novit. notab.* 3.

76 Atqui dubitari non potest Pontificem habere sufficientem, & plenam potestatem denuntiandi Evangelii omnibus infidelibus, & mittendi Prædicatores Evangelicos ad denuntiandam Fidem juxta illud Matth. *cap. ult.* ibi *Euntes docete omnes gentes*, & Marc. *c. ult.* ibi. *Ite in universum mundum, & prædicate Evangelium omni creaturæ.* Cum enim sit Romanus Pontifex Urbis & Orbis Episcopus universalis *gloss. fin. in cap. felicis de pæn. in* 6. Corduba *lib.* 4. *q.* 4. *ad* 11. Bellarm. *de Roman. Pont. lib.* 2. *cap.* 31. §. 15. Caietan. *de primat. Roman. Eccles. cap.* 13. *ad* 5. tanquam pastor universalis non solùm debet Ecclesiam servare; sed etiam amplificare & prorogare: Salmeron. *tom.* 12. *tract.* 38. *pag.* 311. *col.* 2. Et sic mittere Prædicatores Evangelicos in regiones infidelium, ut illos invitent intrare in locum Evangelii convivii, & in Ecclesiam: Freitas *cap.* 7. *n.* 2. & *cap.* 8. *n.* 41. Unde ad finem hujus prædicationis rectè potest Pontifex facere omnia ad eam expeditionem necessaria juxta reg. *text. in L.* 2. *ff. de jurisd. omn. judic. L. ad rem mobilem, L. ad legatum, L. si procurator, ff. de procurator. L.* 1. §. 1 *ff. si usufruct. pet. L.* 3. §. *qui habet, ff. de servit. rustic. cap. præterea de offic. deleg.* Everard. *in topicis loco ab antecedenti. & à consequenti.* Alias namque jurisdictio, & potestas elusoria maneret.

Et ideo quamvis Pontifex non habeat potestatem ad coërcendos infideles, ut fidem profiteantur, quam numquam susceperunt, siquidem voluntarium, non coactum militem eligit Christus *cap.* qui sincera *cap.* de Judæis, 45. *distinct.* Tamen prædicta potestate 77
mittendi Prædicatores ad denuntiandum Evangelium uti potest, quæ nil aliud est, quam quædam excitatio, qua Deus voluit movere liberum arbitrium infidelium ad suscipiendam fidem. Et licet non valeat disponere de Regnis infidelium, neque ea donare ex defectu potestatis bene tamen potuit ex vi supremæ potestatis aliquibus Regibus Catholicis committere exportationem Prædicatorum, & jubere quod si infideles noluissent recipere Evangelicos Prædicatores, illis bellum inferrent: ut diximus 2. *p. cap.* 26. *num.* 34. circa illam quæstionem, An bellum contra infideles geri possit, ex eo solùm, quod fidem Orthodoxam non suscipiunt? Et est recepta doctrina Innocentii *in cap. quod super his n.* 8. & 9. *de voto*, Cabed. 2. *p. decis.* 47. *num.* 1. Bened. Ægid. 1. *p. cap.* 3. *num.* 15. & 16. ubi ex locis sacræ Paginæ Pontificis potestatem probat: & quod infideles nolunt recipere prædicatores, rectè potest infideles tanquam injustos Regnorum detentores Regnis privare, & principibus Christianis concedere; ut ea debellare, & bello occupare valeant. Et videndus est Freitas *de just. Imper. Lusitan. cap.* 9. maximè *num.* 6. Ubi *num.* 12. tradit quod licet Lusitani habeant ex Pontificis concessione jus debellandi Indos, si Prædicationi officiant: tamen in Asia adhuc bello non sunt abusi in infideles: immo tradit *numer.* 10. bella iniisse contra Turcas, & Mauros Christiani nominis acerrimos hostes, quæ semper, & omni jure sunt justa.

Plane Summi Pontifices Lusitanis munus injun- 78
xerunt exportandi ad Indos Prædicatores Evangelicos & in consequentiam illis concesserunt jus eos debellandi & cogendi ad audiendam prædicationem Evangelii. Et cum hoc munus magnis indigeret sumptibus, & expensis classibus, & militibus, juste potuit Summus Pontifex applicare, & concedere ipsis Lusitanis commercium, & navigationem illarum provinciarum privativè ad alias nationes in præmium laboris, & sanguinis sparsi, & ut alii rixarum occasionem non præberent. Eo vel maximè ne plures Europæ Nationes hæreticis erroribus enodatæ possent apud Indos suos seminare errores: ut optimè tradunt Rebell. *d. lib.* 18. *q.* 23. *sect.* 4. Freitas *in d. tract. cap.* 7. *à num.* 5. Bellarm. *de Roman. Pontif. lib.* 5. *cap.* 2. Cabed. *d. decis.* 47. Bened. Ægid. *d. cap.* 3. *à n.* 16. *cum seqq.* Gregor. Lopez *in L.* 2. *gloss.* 3. *tit.* 23. *partit.* 2. Molin. *de just. disp.* 26. Joann. Selden. *de mari lib.* 1. *cap.* 17. Non obstantibus fundamentis Grotii, quibus optimè satisfacit Seraphin. de Freitas *c.* 6. & 7. *cap.* 11. Ubi & per totum tractatum jus navigandi ad Indos privativè Lusitanorum esse ostendit, tam jure belli, quam

primæ

79 primæ occupationis ut fundat *cap.* 10. & P. Rebell. *d. sect.* 4. Qua ratione Rex Lusitanus in procemio Ordinationis. Dominum se nominat Guineæ & conquisitionis, seu Conquistæ, & commercii Æthiopiæ, Arabiæ, Persidis & Indiæ ibi *Senhor de Guine, & da Conquista, & navegaçam, & commercio de Ethiopia, Arabia, Persia, & da India.* Quem titulum sibi primus arrogavit Rex Emmanuel. Et quidem verbum, Conquista, id denotat, quod de bello acquisitum est & idem titulus in omnibus rescriptis, & diplomatibus omnibus occurrit. Unde Reges Lusitaniæ commerciorum, negotiationis, & navigationis ad Indos Dominos & Heros, & esse & agnosci scribit Jacobus Valdesius *de dignit. Reg. Hispan. cap.* 12. sequitur Joann. Selden. *d. cap.* 17. Freitas *d. cap.* 14 *num.* 39. Rebell. *d. q.* 23. *in princ.* Bened. Ægid. *in d. L. ex hoc jure*, 1. *p. c.* 3. *n.* 22. *in fin.* Hic autem titulus omnibus Principibus, populisque liberis totius Orbis Christiani notus est, & fuit, & per omnes Historiographos omnium provinciarum suis scriptis traditus. Ita ut nullus Princeps ignorantiam hujus declarationis habere possit. Ac per consequens omnibus scientibus, & non reclamantibus præjudicat: ut optimè fundat Freitas *d. cap.* 14.

80 *n.* 33. Nec non ipsæ leges Lusitaniæ sub pœna capitis, & amissionis bonorum vetant, ne quis sive naturalis sive exterus naviget in terras & maria indica absque Regis licentia: ut probatur ex *Ordin. lib.* 5. *tit.* 107. ibi *Defendemos que pessoa algna deqnalquer estado, & codicao que seia, assim natural destes Reynos, omo estrangeira, nao va, nem envie fora de nossos navios em navios outros alguns às partes, terras, & mares da India on à Cidade de S. Jorge da Mina, ou às partes de Guine, ou outras quaesquer terras, mares, & lugares de nossa Conquista a tratar, resgalar, nem fazer guerra sem nossa licença, & anthoridade, sob pena de fazendeo, morer dor isto morte natural, & por esse mesmo feito perder para nos todos seus bens.* Adjicitur etiam potestas classium Præfectorum, quibus navigandi libertas a Principe fuit indulta deducendi in judicium omnes, quod adversus prædictam legem quid commiserint. Et sic clarè apparet dominium maris Indici, & navigationis Lusitanorum esse: ut tradunt Ægid. *d. cap.* 3. *n.* 22. Selden. *d. cap.* 17. *pag.* 136. 137. & 138. Ubi docent prædictam legem tam ad exteros, quàm ad Regis subditos extendi.

Hoc jus agnoscunt omnes Principes Christiani:
81 immo & ipsi Batavi, & Christianissimus Franciæ Rex, qui in fœderibus pacis initis cum Rege nostro deduxerunt, ut eorum, navigia ad Brasiliæ portus possint accedere cum licentia Regis nostri: data fidejussione de revertendo ad portus hujus Regni. Quod idem concessum fuit Serenissimo Regi Angliæ. Et quidem non ita foret, si jus, & dominium Regis nostri non agnoscerent.

Tandem ex concessione, & donatione Summi Pontificis nulla aliis Christianis Principibus injuria resultat: quia cùm ad summum Pontificem solùm spectet jus, & potestas dirigendi, & mittendi Prædicatores ad infideles juxta illud Pauli *ad Roman.* 10. *Quomodo prædicabunt nisi mittantur:* Bene confirmat Freitas *d. cap.* 8. *n.* 41. Ægid. *d. cap.* 3. *n.* 16.

82 Vere utendo jure suo nemini injuriam facit, licet alium lædat *L. nullus.* 66. *ff. de reg. jur. L. quod autem §. sciendum, ff. quæ in fraud. cred. L. inter eos §. eum inter ff. de fidejussor. L. fin. ff. de in integr. rest. L. Proculus ff. de damn. infect.* Gaspar. Thesaur. *lib.* 2. *forens. q.* 6. *n.* 15. Larrea *alleg.* 22. *n.* 76. & 77. Valenz. *consl.* 2. *n.* 12. Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2.

83 *lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 30. Ultra quod dum Rex Emmanuel exposuit summo Pontifici labores & ærumnas, quibus Lusitani conquisitionem Indorum repererunt, Summus Pontifex alios Christianos Principes invitavit, & vocavit in societatem præfatarum conquisitionum, qui contenti suorum Regnorum amplitudine societatem oblatam convenire cum Regibus Lusitaniæ noluerunt, ut refert Rebell. *d. q.* 23. *sect.* 2. *n.* 7. *vers. porro:* Osorius *de reb. Emman. lib.* 41. Andrade *in Chron. Reg. Joann. Tertii lib.* 2. *cap.* 10. & 14. Et ipsi Reges Franciæ, & Angliæ jus nostrum fassi sunt, dum leges condiderunt, quibus Indiæ navigationem prohibuerunt quasi quod nostris privativè competeret ut notant Andrad. *d. cap.* 14. Resende *in Chron. Joann. Secundi cap.* 33. Sandoval. *in Chron. Carol. Quinti tom.* 2. *lib.* 32. §. 37.

Si igitur aliquod jus exteri prætendere poterant, jam nullo illud adquirere valebunt: cum præoccupare potuissent illud jus, & requisiti neque occuparunt, neque prosequi voluerunt. Unde si aliquod jus habebant, illud amisisse dicendum est juxta Doctrinam *gloss. verb. ad obtinendum ad med. in L.* 2. *ff. nequid in loc. publ.* ubi Bart. *n.* 13. & Jason. *n.* 15. Ripa *in L. quominus ff. de flumin.* Taceant itaque, & læto ferant animo. quod Lusitani gloria, & opibus fruantur qui assiduis laboribus, necibus & naufragiis defessi totum quærendæ navigationis, & debellandi infideles Christiani nominis hostes substituerunt. Namque secundùm naturam est eum sequi commoda, quem sequuntur incommoda *L. secundùm naturam ff. de reg. juris* Valasc. *consl.* 179. *n.* 20. Larrea *alleg.* 113. *num.* 11. Gamma *decis.* 262. 84
num. 2. Arias de Mesa *lib.* 2. *var. c.* 44. *n.* 4. quod maximè procedit, ubi lucrum, & onus ex eodem fonte perveniunt ut in præsentiarum Surd. *consl.* 160. *num.* 85. Stephan. Gratian. *discept. forens. ca.* 919. *num.* 35. & 36. Solorz. *d. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 48. Præterea Summus Pontifex justissima quidem ratione Lusitanos elegit ad illud munus conversionis Indorum, & exportationis prædicatorum propter eorum fidelitatem erga Reges, & piissimam religionem 85
erga Deum: ut eleganter prosequitur Bossius *de sign. Eccles. lib.* 1. *tom.* 1. & *lib.* 22. *tom.* 3. *cap.* 2. Fuit enim Semper Lusitanorum Regum præcipua cura infidelium conversio, ut notat Freitas *in d. Tract. cap.* 18. *num.* 4. & *seqq.* Tum etiam quia illi primi mirabilem illam navigationem invenerunt & tandem propter Lusitanorum incredibilem fortitudinem, quæ omnibus sæculis nota, in præsenti notissima est. Ita ut in perferendis laboribus, mari, terraque omnes superare certum sit, ut per Bossium *tom.* 3. *lib.* 8. *cap.* 1. *vers. secundùm sit illud:* & propter excellentiam, quam habent in arte navali, de qua Guichardin. *in histor. Ital. lib.* 6. Zuinzer. *in theatr. vitæ humana vol.* 19. *lib.* 2. Thom. Bossius *d. lib.* 8. *cap.* 1. Freitas *d. cap.* 18. *per totum*, & *n.* 8. & 9. *cum seqq.*

Ex quibus omnibus bene convincitur Lusitanos 86
tam ex jure occupationis, quàm præscriptionis, & donationis pontificiæ dominium habere in mari Oceano, quod respicit Indiarum conquisitionem, Brasileam, & Guineam cum prohibitione ad alias nationes? & potuisse infideles debellare, & quoscumque, qui prædicatores vel admittere noluerunt, vel eos offenderunt, aut proprios subditos; quia Catholicam fidem amplexi fuerunt, & propulsandæ injuriæ causa jure belli infideles Regnis & terris suis privare: ut per Ægid. *dec.* 3. *n.* 16. & *seqq.*

Et Denique confirmatur donatio Pontificia Lusitanis facta. Ex eo quod Pontifex Alexander Tertius Serenissimæ Venetiarum Reipublicæ, & ejus nomine Sebastiano Zanæ Duci undecimo maris Adriatici possessionem concessit cum jure alios prohibendi: ut scripserunt M. Anton. Sabelic. *histor. decad.* 1. *lib.* 7. Gabr. Simeon. *de orig. Venetor. lib.* 2. Joann. Nicol.

Dolin. *in compend. histor. p. 3.* & alii quos refert, & sequitur Camil. Borrell. *de præst. Reg. Cath. cap. 46. num.* 233. Anton. Petegrin. *de jure fisc. lib. 8. num.* 18. Cujus insigne deberi aiunt Alexandro Tertio, id est usum annuli, quem festo Ascensionis Domini quotannis ritu solenni Dux navi Bucentauro dicta vectus, comitante amplissimo Senatu ad perpetuandum sibi maris dominium [ut ait Paulus Merula *Cosmograph. 2. p. lib. 4. cap. 36.*] in medias undas projicit, verbisque conceptis eo manusculo, mare in magnum sibi convenire loco justæ sponsæ declarat *desponsamus te* inquit, *mare in signum veri, & perpetui dominii.* Stephan. Forcatul. *de Gallor. imper. & Philosoph. lib. 3.* Joann. Selden. *de mari claus. lib. 1. cap. 16. pagin. 132. & 133.* Unde Venetiarum Respublica passim Domina, & Regina maris Adriatici indigitatur. Et Sannazarius *de hac. Urbe Epigramm. lib. 1.* ita affatur.

Viderat Hadriacis Venetam Neptunus in undis
Stare Urbem, & toto ponere jura mari.

Et adeo Venetorum proprium est hoc mare, ut eorum injussu aliis minime fas sit eo uti, & frui. Quod omnes agnoscunt præsertim ex dicta Alexandri Tertii concessione. Atque ita idem quod mare Indicum, & Lusitanos dicendum est, ut scilicet Domini maris Indici, & navigationis habeantur.

Item etiam Pontifex Summus suum habet mare, quod & mare Ecclesiæ dicitur in Bulla Cœnæ Domi-
87 ni quotannis promulgari solita in excommunicationem delinquentium ibi: Item excommunicamus, anathematizamus omnes piratas, Cursarios, ac latrunculos maritimos discurrentes mare nostrum; præcipuè à monte Argentario usque ad Tarracinam. De qua Laërtius Cherubin. *in Bullar. tom. 3. pagin.* 251. Ugolin. *de censur. Pontific. reservat. p. 2. cap. 3. §. 1.* Quod verbum mare nostrum extendit Graphius *lib. 4. decis. c. 18. nu.* 53. ad universum mare Christianorum. Attamen verius est excommunicationem de qua in Bulla, comprehendere tantùm mare Pontificis ut explicant Toletus *in Summ. lib. 1. capite* 20. Souarez *de censur. disp. 21. sect. 2. n.* 18. Anton. de Sousa *de censur. Bull. Cœn. cap. 4. disp. 25. & seqq.* Ex quibus benè probatur maris dominium ad Principem Supremum posse pertinere.

Quod autem Romanus Pontifex mare Oceanum concedere potuisset Regibus Lusitanis, etiam ex eo probatur: Quia ut notat Camill. Borrell. *de præst.*
88 *Reg. Cath. c. 46. n. 230. & seqq.* Dominus dominium maris concessit Noë, dum dixit, Ingredere tu, & domus tua in arcam: quam ingressam Dominus de foris clausit ut habetur *Genes. cap. 6. & 7.* Et sic Noë possessionem maris adeptus fuit Cum autem arca, sive navis sit Ecclesiæ figura, & Noë etiam sit figura Christi; Quia sicut per unum Noë servatus est Orbis, sic per Christum omnes servantur. Christus autem est ipse maris Dominus, cum pedibus naturalem maris possessionem premeret, admirantes iis qui videbant, dixerunt *Matth. cap. 8. Quis est hic cui venti, & mare obediunt.* Et si cum Christus Sanctis Pontificibus hoc jus transmiserit, quando Petro omnem suam potestatem contulit, jus mare concedendi ad summum Pontificem pertinet. Prout optimè fundat Borrell. ubi supra.

Jamjam ex dictis patet Reges nostros Portugaliæ veros Dominos esse navigationis, & commercii Indiæ, & aliarum suarum conquisitionum cum prohibitione ad alias nationes. Et sic etiam patet jus illud
89 maris Oceani de Regalibus Regis nostri esse ut voluerunt Ferrariens. Montan. *de feud. lib. 3. cap. 7. vers. tametsi.* Ubi maris administrationem & ipsius maris dominium ad Regalia refert; nec inter mare, & flumen publicum discrimen constituit Mysinger. *decad. 11. resp. 1. nu.* 162. Ubi proprietatem maris, Regalium speciem esse dicit. Et pro hac sententia allegat. text. *in L. litt. ff ne quid. in loc. pub.* Aymus Parmens. *de jure alluvion. lib. 1. cap. 15. nu. 11. & 12.* Joann. Selden. *de mari claus. lib. 1. cap. 26. pagin.* 221.

Non obstat verius esse mare integraliter sumptum de jure communi non esse de Regalibus, Quia in 90
cap. 1. quæ sint Regalia, & in Ordin. lib. 2. tit. 26. nulla de mari fit mentio inter jura Regalia quæ ibi enumerantur Neque Andreas de Isernia, Afflictis, Alvoratus Borcholtem Baldus, Laudensis, Cujacius, Rosentaldus, & alii Doctores *in d. c.* 1. tradunt maris, & littoris proprietatem esse Principis, vel Populi Romani neque inter Regalia esse connumeranda. Immo Isernia *ubi supra n.* 1. ait littora non aliter ad Regalia pertinere, quam quoad Regis defensionem, & protectionem ut scilicet, prohibeat ibi fieri quidquam, quo littorum usus impediatur. Et Afflictis *in d. cap. 1. verb. armandiæ nu.* 2. idem tuetur: *& nu.* 3. dicit littora non esse Principis, neque ipsum habere potestatem concedendi licentiam ædificandi in littore. Unde Bald. *in L. quædam ff. de rer. divis.* tradit Quod proprietas maris est nullius; usus quod jurisdictionem est, Cæsaris idem dicit *gloss. in §. 1. Instit. de rer. divis.* Suarez *alleg. 7. nu.* 9. Qui ex aliis refert aërem, & mare esse solius Dei. Et tradit Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. tit. 1. nu.* 17. quod maria sunt Principis respectu jurisdictionis, & protectionis; proprietas autem est in bonis nullius, sequitur Cabed. *2. p. decis. 46. n.* 4. Franc. Vivius *decis.* 344 *nu.* 1. Atque in Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 3. nu. 98. vers. sed verius est* defendit mare non esse de Regalibus.

Respondetur namque Sixtinum loqui generaliter, & simpliciter. Et sic intelligendus est de mari, quatenus integraliter accipitur; non verò de ea parte maris quam Princeps acquisivit cum jure prohibendi accessum & usum maris exteris nationibus vel jure belli vel præscriptione, aut privilegio: ut in præsentiarum acquisierunt Lusitani Reges circa navigationem Oceani ad indiam, & alias ipsorum Conquisitiones, seu Conquistas. Quo sensus dominium maris cum illo jure prohibendi de Regalibus esse dubitandum non est. Neque obstat mare non connumerari inter Regalia de jure communi. Quia fatemur mare integraliter sumptum pro ejusdem immensitate, & latitudine non esse de Regalibus, verùm pertinere ad Regalia partem maris, vel jus in mare à Rege quæsitum cum prohibitione ad alios respectu alicujus provinciæ. Cum enim Regalia sint ea, quorum proprietas Regis dicitur, Ripol. *de Regal. lib. 1. cap.* 3. & illud mare, vel jus in mari à Rege quæsitum sit proprium illius, rectè sequitur, quod inter Regalia habetur, Deinde non obstat mare non contineri. *in d. capite unico quæ sint Regalia, & in Ordinatione de titulo* 26. Quia respondetur non omnia Regalia contineri taxativè in Regalibus ibi enumeratis: cùm alia plura sint, quæ de Regalibus dicuntur: ut notat Montan. *de Regalibus verborum mulctarum, pœnarumque compendia numero* 2. & *verborum quæ sint Regalia numero* 1. & *in §. fin. numero* 1. Sixtin. *eodem tractatu in proœmio, numero* 17. Et quidem de jure communi non potest inferri ad nostrum, jus siquidem Regaliaunius regni non regulantur à legibus Juris communis, vel alterius Regni ut ait Montan. *in d. tract. de Regal. offic. numero 76. in fin.* Et apud nos Leges imperiales non servantur in Regno, nisi in defectum legis, vel consuetudinis Regni ex *Ordin. lib. 3. tit. 64. in princ.* Ubi ita disponitur: *E quando o caso, de que se trata naon for determinado por ley estylo, ou costume de nossos Reynos, mandamos que seja julgado, sendo materia*

que

que traga peccado pellos sagrados Canones: & sendo materia quenam traga peccado, seja julgado pelas leys Imperiales, posto que os sagrados, canones determinem o contrario. A u qais leis Imperiales mandamos guardar pellabas razeam em que estam fundadas. Leges autem Regiæ apud nos sunt jus commune, Palat. Rub. *in præfatione rul r. de donatione inter vir. n.* 8. Gama *decis.* 3. *n.* 6. *& decis.* 130. Valasc. *consult.* 103. *n.* 8. Cabed. 1. *decis.* 211. *d. nu.* 1. Cancer. *lib.* 2. *variar. capite* 1. *n.*3. Hieron. Leo *dec.* 12. *n.*15. Cum igitur tam ex consuetudine, & præscriptione, quam ex Pontificia donatione, occupationeque mare Indicum, & jus prohibendi alios proprium sit Lusitanorum Regum verum est dicere inter Regalia computandum.

SEQUUNTUR BULLÆ SUMMORUM PONTIFICUM Nicolai Quinti, Calixti Tertii, Sixti Quarti, Alexandri Sexti, & Julii Secundi: Ex quibus probantur concessiones factæ Regibus Lusitanis conquisitionum Insularum Guineas, & Indiæ, cum prohibitione ne alii Principes possint ad prædictas partes navigare.

Bulla Nicolai V.

NIcolaus Episcopus, Servus Servorum Dei Ad perpetuam rei memoriam Romanus Pontifex Regni cælestis clavigeri successor, & Vicarius Jesu Christi cuncta mundi climata, omniumque Nationum in illis degentium qualitates paterna consideratione discutiens, ac salutem quærens, & appetens singulorum, illa propensa deliberatione salubriter ordinat, & disponit, quæ grata divinæ Majestati fore conspicit, & per quæ oves sibi divinitus creditas ad unicum ovile dominicum reducat & acquirat eis fælicitatis æternæ præmium, ac veniam impetret animabus, quæ eo certius auctore domino provenire credimus, si condignis favoribus, & specialibus gratiis eos Catholicos prosequamur Reges, & Principes, quos veluti Christianæ Fidei athletas, intrepidos pugiles, non modo Saracenorum, cæterorumque infidelium Christiani nominis inimicorum feritatem reprimere, sed etiam ipsos, eorumque Regna, ac loca etiam in longissimis, nobisque incognitis partibus consistentia, pro defensione, & augmento Fidei hujusmodi debellare, suoque temporali dominio subdere nullis parcendo laboribus & expensis facti evidentia cognoscamus. Ut Reges & Principes ipsi, sublatis quibusvis dispendiis ad tam saluberrimum, tamque laudabile prosequendum opus peramplius animentur. Ad nostrum siquidem nuper non sine ingenti gaudio, & nostræ mentis lætitia pervenit auditum, quod dilectus filius Nobilis vir Henricus infans Portugalliæ, Charissimi in Christo Filii nostri Alphonsi Portugalliæ, & Algarbis Regnorum Regis Illustris Patruus, inhærens vestigiis claræ memoriæ Joannis dictorum Regnorum Regis ejus genitoris, ac zelo salutis animarum, & Fidei ardore plurimùm succensus tanquam Catholicus & verus omnium Creatoris Christi Miles, ipsiusque Fidei accerrimus, ac fortissimus defensor, & intrepidus pugil, ejusdem creatoris gloriosissimum nomen per universum terrarum orbem etiam in remotissimis, & incognitis locis ad gratiam extolli, & revocari, non illius mirificæ quâ redempti sumus Crucis, inimicos perfidos Sarracenos videlicet, ac quoscumque alios infideles ad ipsius Fidei gremium reduci, ab ejus ineunte ætate totis aspirans viribus, post Ceptensem Civitatem in Africa consistentem, per dictum Joannem Regem ejus subactam Dominio, & post multa per ipsum Infantem, nomine tamen dicti Regis contra hostes, & infideles prædictos, & quandoque etiam in propria persona, non absque maximis laboribus, & expensis, ac rerum & personarum periculis & jactura, plurimorumque naturalium suorum cæde gesta bella ex tot tantisque laboribus, periculis & damnis non fractus, nec territus; sed ad hujusmodi laudabilis, & pii propositi sui prosecutionem in dies magis, atque magis exardescens, in Occeano mari quasdam solitarias Insulas Fidelibus populavit, ac fundari, & construi inibi fecit Ecclesias, & alia loca pia, in quibus divina celebrantur officia, ex dicti quoque Infantis laudabili opera, & industria quam plures diversarum in dicto mari existentium Insularum Incolæ, seu habitatores ad veri Dei cognitionem venientes Sacrum Baptisma susceperunt ad ipsius Dei laudem, & gloriam, ac plurimorum animarum salutem Orthodoxæ quoque Fidei propagationem, divini cultus augmentum. Præterea cum olim ad ipsius Infantis pervenisset notitiam, quod numquam vel saltem à memoria hominum non consuevisset per hujusmodi Occeanum Mare versus Meridionales & Orientales plagas navigari, Illudque nobis Occiduis adeo fore incognitum; ut nullam de partium illarum gentibus certam notitiam haberemus credens se maximum in hoc Deo præstare obsequium, si ejus opera, & industria Mare ipsum usque ad Indos, qui Christi nomen colere dicuntur, navigabile fieret, sicque cum eis participare, & illos in Christianorum auxilium adversum Sarracenos. & alios hujusmodi Fidei hostes commovere posset ac nonnullos gentiles, seu paganos nefandissimi Mahometis secta minimè infectos populos inibi medio existentes continuò debellare eisque incognitum Sacratissimum Christi nomen prædicare, ac facere prædicari Regia tamen semper auctoritate munitus, à viginti quinque annis, citra exercitum, ex dictorum Regnorum gentibus maximis cum laboribus periculis, & expensis in velocissimis navibus caravelibus nuncupatis, ad perquirendum Mare, & Provincias maritimas versus Meridionales partes & Polum Antarticum annis singulis ferè mittere non cessavit. Sicque factum est, ut cum naves hujusmodi quàm plures portus Insulas & maria perlustrassent, & occupassent, & Guineam Provinciam tandem pervenirent, occupantisque nonnullis Insulis portubus ac maribus eidem provinciæ adjacentibus, ulterius navigantes ad ostium cujusdam magni fluminis Nili communiter reputati pervenirent, & contra illarum partium populos nomine ipsorum Alphonsi Regis, & Infantis per aliquos annos guerra habita extitit, & in illa quam plures inibi vicinæ insulæ debellatæ, ac pacifice possessæ fuerunt. Prout adhuc cum adjacenti mari possidentur, exinde quoque multi Guinei, & alii nigri vi capti, quidam etiam non prohibitarum rerum permutatione, seu alio legitimo contractu emptionis addicta sunt Regna transmissi Quorum inibi in copioso numero ad Catholicam fidem conversi extiterunt speraturque divina favente clementia, quod si hujusmodi cum eis continuetur progressus;

vel populi ipsi ad Fidem converterentur, vel saltem multorum ex eis animæ Christi lucrifierent; cum autem sicut accipimus, licet Rex & Infans præfati qui cum tot, tantisque periculis, laboribus & expensis, nec non perditione tot naturalium Regnorum hujusmodi, quorum nubi quam plures perierunt ipsorum naturalium dumtaxat freti auxilio Provincias illas perlustrari fecerunt, ac Portus, Insulas, & maria hujusmodi acquisiverunt, & possederunt, ut præfertur, ut illorum veri Domini, timentes, ne aliqui cupiditate ducti ad partes illas navigarent, & operis hujusmodi perfectionem, fructum, & laudem sibi usurpare vel saltem impedire cupientes. Propterea seu lucri commodo aut malitiâ, ferrum arma, ligamina, aliasque res, & bona ad infideles deferri prohibita portarent, vel transmitterent, aut ipsos Infideles navigandi modum edocerent propter quæ eis hostes fortiores, ac duriores fierent, & hujusmodi prosecutio vel impediretur, vel forsan penitus cessaret non absque Dei magna offensa, & ingenti totius Christianitatis opprobrio. Ad obviandum præmissis, ac pro suorum juris possessionis conservatione sub certis tunc expressis gravissimis pœnis prohibuerint, & generaliter statuerint quod nullus, nisi cum suis nautis, ac navibus, & certi tributi solutione, obtentaque prius desuper expressa ab eodem Rege, vel Infante licentia ad dictas Provincias, navigare aut in earum partibus contractare, seu in mari piscari præsumeret. Tamen successu temporis evenire posset, quod aliorum Regnorum, seu Nationum personæ invidia malitia, aut cupiditate ducti contra prohibitionem prædictam absque licentia, & tributi solutione hujusmodi ad dictas Provincias accedere, & sic acquisitis Provinciis, portubus, Insulis, ac mari navigare, & piscari præsumerent: & exinde inter Alphonsum Regem, ac Infantem qui nullatenus se in iis sic deludi paterentur, & præsumentes prædictos quàm plura odia, rancores, dissentiones, guerræ, & scandala in maximam Dei offensam, & animarum periculum verisimiliter subsequi possent, & subsequerentur. Nos præmissa omnia, & singula debita meditatione pensantes, & attendentes, quod cum olim præfato Alphonso Regi quoscumque Sarracenos, & Paganos, aliosque Christi inimicos ubicumque constitutos, ac Regna, Ducatus, Principatus, Dominia, possessiones, & mobilia, ac immobilia bona quæcumque per eos detenta, ac possessa, invadendi conquirendi, expugnandi, debellandi, & subjugandi, illorumque personas in perpetuam servitutem redigendi, ac Regna, Ducatus, Comitatus, Principatus, Dominia, possessiones, & bona sibi, & successoribus suis applicandi, appropriandi, ac in suos, successorumque suorum usus, & utilitatem convertendi, aliis nostris litteris plenam, & liberam inter cætera concesserimus facultatem, dictæ facultatis obtentu idem Alphonsus Rex, seu ejus auctoritate prædictus Infans justè, & legitimè Insulas, Terras, portus, & Maria hujusmodi acquisivit, ac possedit & possidet, illaque ad eundem Alphonsum Regem, & ipsius successores de jure spectant, & pertinent; nec quisvis alius etiam Christi fidelis absque ipsorum Alphonsi Regis, & successorum suorum licentia speciali, de illis se hactenus intromittere licitè potuit, nec potest, quoquo modo ut ipsi Alphonsus Rex ejusque successores & Infans eo ferventius huic piissimo, ac præclaro, & omni ævo memoratu dignissimo operi, in quo cum in illo animarum salus, Fidei augmentum, & illius hostium depressio procurentur, Dei, ipsiusque Fidei, ac Reipublicæ universalis Ecclesiæ rem agi conspicimus, insistare valeant, & insistant. Quo sublatis quibusvis dispendiis amplioribus se per nos, & sedem Apostolicam favoribus, ac gratiis munitos fore conspexerint; de præmissis omnibus, & singulis plenissimè informati: motu proprio, non ad ipsorum Alphonsi Regis, & Infantis, vel alterius pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, maturaque prius desuper deliberatione præhabita, auctoritate Apostolicæ potestatis plenitudine, litteras facultatis præfatas quarum tenores de verbo ad verbum præsentibus haberi volumus pro insertis; cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, ad Ceptensem, ac præ dicta; ac quæcumque alia etiam ante datam dictarum facultatis litterarum acquisita, & ad ea, quæ in posterum nomine dictorum Alphonsi Regis, suorumque successorum, & Infantis in ipsis, ac illis circumvicinis, & ulterioribus, ac remotioribus partibus de Infidelium, seu Paganorum manibus acquiri poterunt Provincias, Insulas, portus, & maria quæcumque extendi, & illa sub eisdem facultatis litteris comprehendi, ipsarumque facultatis, & præsentium litterarum vigore jam acquisita, & quæ in futurum acquiri contigerit, postquam acquisita fuerint, ad præfatos Regem & successores suos, ac Infantem, ipsamque conquistam, quam a capitibus de Bojador, & de Nam usque per totam Guineam, & ultra versus illam Meridionalem plagam extendi harum serie declaramus, etiam ad ipsos Alphonsum Regem, & successores suos, ac Infantem, & non ad aliquos alios spectasse & pertinuisse ac in perpetuum spectare, & pertinere de jure, nec non Alphonsum Regem, & successores suos, ac Infantem prædictos in illis, & circa ea quæcumque prohibitiones, statuta, & mandata etiam pœnalia, & cum cujusvis tributi impositione facere, ac de ipsis ut de rebus propriis, & aliis ipsorum Dominiis disponere potuisse, ac nunc, & in futurum posse libere, ac pro potioris juris, & cautelæ suffragio jam acquisita, & quæ in posterum acquiri contigerit Provincias, Insulas, Portus, Loca, & Maria quæcumque, quotcumque, & qualiacumque fuerint, ipsamque Conquistam à Capitibus de Bojador, & Nam prædictis Alphonso Regi, & successoribus suis Regibus dictorum Regnorum, ac Infanti præfatis perpetuo donamus, concedimus, & appropriamus per præsentes. Præterea cum id ad perficiendum opus hujusmodi multipliciter sit opportunum, quod Alphonsus Rex, & successores, ac Infans prædicti, nec non personæ, quibus hoc duxerint, seu aliquis eorum duxerit committendum, illius dicto Joanni Regi per felicis recordationis Martinum Quintum, & alterius indultorum, etiam inclitæ memoriæ Eduardo eorumdem Regnorum Regi ejusdem Alphonsi Regis genitori, per piæ memoriæ Eugenium. Quarum Romanum Pontificem prædecessores nostros concessorum versus dictas partes cum quibusvis Sarracenis, & Infidelibus de quibuscumque rebus & bonis: ac victualibus, emptionesque, venditiones, prout congruerit facere, necnon quoscumque contractus inire, transigere, pacisci, mercari, ac negotia, & merces quascumque ad ipsorum Sarracenorum, & infidelium loca, dummodo ferramenta ligamina funes naves, seu armaturarum genera non sint, deferre, & ea dictis Sarracenis, & Infidelibus vendere omnia quoque alia, & singula in præmissis, & circa ea opportuna necessaria facere, gerere, vel exercere, ipsique Alphonsus Rex, successores, & Infans, in jam acquisitis, & per eum acquirendis Provinciis, insulis, ac locis, quascumque Ecclesias, Monasteria, & alia pia loca fundare; ac fundari & construi, necnon quascumque voluntarias personas Ecclesiasticas, & seculares, quorumvis etiam Mendicantium Ordinum Regulares, de superiorum tamen suorum licentia ad illa transmittere: ipsæque personæ inibi etiam quoad vixerint commorari, ac quorumcumque in dictis partibus existentium, vel accedentium confessiones audire illisque auditis in omnibus præterquam Sedi prædictæ reservatis casibus debitam absolutionem impendere, ac pœnitentiam salutarem injungere, necnon Ecclesiastica Sacramenta ministrare valeant libere ac licite decernimus, ipsisque Alphonso, & successoribus

bus suis Regibus Portugalliæ, qui erunt in posterum, & Infanti præfato concedimus, & indulgemus, ac universos & singulos Christi fideles Ecclesiasticos sæculares, & Ordinum quorumcumque Regulares ubilibet per Orbem constitutos, cujuscumque status, gradus, ordinis, conditionis, vel præeminentiæ fuerint, etiamsi Archiepiscopali, Episcopali, Imperiali, Regali, Reginali, Ducali, seu alia quacumque majori Ecclesiastica, vel mundana dignitate præfulgeant, obsecramus in Domino, & per aspersionem sanguinis Domini nostri Jesu Christi, cujus, ut præmittitur, res agitur, exhortamur, eisque in remissionem suorum peccaminum injungimus, Nec non hoc perpetuo prohibitionis edicto districtius inhibemus, ne ad acquisita, seu possessa nomine Alphonsi Regis, aut in Conquista hujusmodi consistentia Provincias, Insulas, Portus, Maria, & loca quæcumque, seu alias ipsis Sarracenis Infidelibus, vel Paganis arma ferrum ligamina, aliaque à jure Sarracenis deferri prohibita quoquo modo, vel etiam absque speciali ipsius Alphonsi Regis, & successorum suorum, & Infantis licentia merces, & alia à jure permissa deferre, aut per maria hujusmodi navigare, seu deferri, vel navigari facere, aut in illis piscari, seu de Provinciis, insulis, Portubus, Maribus & locis, seu aliquibus eorum, aut de Conquista hujusmodi se intromittere, vel aliquid per quos Alphonsus Rex & successores sui, & Infans prædicti quominus acquisita, & possessa pacificè possideant, ac Conquistam hujusmodi prosequantur, & faciant per se, vel alium, seu alios directè vel indirectè opere, vel consilio facere, aut impedire quoquo modo præsumant. Qui verò contrarium fecerint ultra pœnas contra deferentes arma, & alia prohibita Sarracenis quibuscumque à jure promulgatas, quas illos incurrere volumus ipso facto: Si personæ fuerint singulares excommunicationis sententiam incurrant: Si communitas, vel universitas Civitatis, Castri, Villæ, seu loci, ipsa Civitas, Castrum, Villa seu locus interdicto subjaceant eo ipso: Nec contra facientes ipsi, vel aliqui eorum ab excommunicationis sententia absolvantur, nec interdicti hujusmodi relaxationem Apostolica vel alia quavis auctoritate obtinere possint, nisi ipsis Alphonso, & successoribus suis, ac Infanti prius pro præmissis congruè satisfecerint, aut desuper amicabiliter concordaverint cum eisdem Mandantes per Apostolica scripta Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopo Ulixbonensi, & Sylvensi, ac Ceptensi Episcopis quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios quoties pro parte Alphonsi Regis, & illius successorum, ac Infantis prædictorum, vel alicujus eorum desuper fuerint requisiti, vel aliquis ipsorum fuerit requisitus illos quos excommunicationis & interdicti sententias hujusmodi incurrisse constiterit, tandiu Dominicis, aliisque festivis diebus in Ecclesiis, dum inibi major populi multitudo convenerit ad divina, excommunicatos fuisse, & esse auctoritate Apostolica declarent, & denuntient: Nec non ab aliis nuntiari & ab omnibus arctius evitari faciant, donec pro præmissis satisfecerint, seu concordaverint, ut præfertur, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum ne præsentes litteræ, à Nobis de Nostra certa scientia, & matura desuper deliberatione præhabita emanarunt, ut præfertur, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio à quoquam in posterum valeant impugnari, volumus, & auctoritate, scientia ac potestate prædictis harum serie decernimus pariter & declaramus, quod dictæ litteræ, & in eis contenta de subreptionis, obreptionis vel nullitatis, & extraordinariæ, vel alterius cujuscumque potestatis aut quovis alio defectu impugnari, illarumque effectus retardari, vel impediri nullatenus possint, sed in perpetuum valeant, ac plenam obtineant roboris firmitatem. Irritum quoque sit, & inane si secus super ipsa à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et insuper quia difficile foret præsentes nostras litteras ad quæcumque loca deferre volumus, & dicta auctoritate harum serie decernimus quod earum transumpto manu publica, & sigillo Episcopali, vel alicujus superioris Ecclesiasticæ curiæ munito plena fides adhibeatur, & perinde stetur, ac si dictæ originales litteræ forent exhibitæ, vel ostensæ, & excommunicationis, aliæque sententiæ in illis contentæ infra duos menses computandos à die, qua ipsæ præsentes litteræ, seu cartæ, vel membranæ, earum tenorem in se continentes Valvis Ecclesiæ Ulixbonensis affixæ fuerint, perinde omnes, & singulos contra facientes supra dictos ligent, ac si ipsæ præsentes litteræ eis personaliter, & legitime intimatæ, ac præsentatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, constitutionis donationis, concessionis, approbationis, decreti, obsecrationis, exhortationis injunctionis, inhibitionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare, præsumpserit, indignationem Omnipotentis, Dei Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo Quarto Sexto Idus Januarii Pontificatus nostri Anno Octavo.

P. de Noxeto

Bulla Calixti III.

IN nomine Domini. Amen. Nuverint universi præsens publicum instrumentum inspecturi, quod anno à Nativitate Domini millesimo quatuorcentesimo quinquagesimo sexto, decima Sexta mensis Augusti coram egregio Legum Doctore Lugo Valasci de Serpa, Illustrissimi Domini Alphonsi Portugalliæ, & Algarbii, Regis, Ceptæque Domini, & in ejus Sacro Palatio supplicationum expeditore, in præsentia mei Nutarii, & testium infra scriptorum in domo habitationis ejusdem Doctoris Petri comparuit Alvarus legum licentiatus, & ejusdem Serenissimi Regis generalis, & legitimus Procurator, & ejus nomine præsentavit dicto Doctori quasdam literas Apostolicas Calixti Papæ III. quasdam alias Nicolai Papæ V. in se continentes non vitiosas, non rasas, non cancellatas; sed omni suspectione carentes, & sigillo plumbeo sigillatas, quarum tenor de verbo ad verbum sequitur. Et est talis.

Calixtus Episcopus Servus Servorum Dei Ad perpetuam rei memoriam. Inter cætera, quæ nobis divina disponente clementia incumbunt peragenda, ad id nimirum sollicitì corde reddimur, ut singulis locis, & præsertim quæ Sarracenis sunt finitima, divinus cultus ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, & Fidei Christianæ exaltationem vigeat, & continuum suscipiat incrementum. Et quæ Regibus, & Principibus per prædecessores nostros Romanos Pontifices benemeritos concessa sunt, ex causis legitimis emanarunt, ut omnibus sublatis dubitationibus robur perpetuæ firmitatis obtineant: Apostolico munimine solidemus. Dudum si quidem felicis recordationis Nicolaus Papa V. Prædecessor noster, litteras concessit tenoris subsequentis.

Nicolaus

Nicolaus Episcopus, Servus Servorum Dei Ad perpetuam rei memoriam Romanus Pontifex Regni cælestis Claviger successor, & Vicarius Jesu Christi cuncta mundi climata, omniumque Nationum in illis degentium qualitates paterna consideratione discutiens, ac salutem quærens, & appetens singulorum, illa propensa deliberatione salubriter ordinat, & disponit, quæ grata divinæ Majestati fore conspicit, & per quæ oves sibi divinitus creditas ad unicum ovile dominicum reducat & acquirat eis fælicitatis æternæ præmium, ac veniam impetret animabus, quæ eo certius auctore domino provenire credimus, si condignis favoribus, & specialibus gratiis eos Catholicos prosequamur Reges, & Principes, quos veluti Christianæ Fidei athletas, intrepidos pugiles, non modo Saracenorum, cæterorumque infidelium Christiani nominis inimicorum feritatem reprimere, sed etiam ipsos, eorumque Regna, ac loca etiam in longissimis, nobisque incognitis partibus consistentia, pro defensione, & augmento Fidei hujusmodi debellare, suoque temporali dominio subdere nullis parcendo laboribus & expensis facti evidentia cognoscamus. Ut Reges & Principes ipsi, sublatis quibusvis dispendiis ad tam saluberrimum, tamque laudabile prosequendum opus peramplius animentur. Ad nostrum siquidem nuper non sine ingenti gaudio, & nostræ mentis lætitia pervenit auditum, quod dilectus filius Nobilis vir Henricus infans Portugalliæ, Charissimi in Christo Filii nostri Alphonsi Portugalliæ, & Algarbis Regnorum Regis Illustris Patruus, inhærens vestigiis claræ memoriæ Joannis dictorum Regnorum Regis ejus genitoris, ac zelo salutis animarum, & Fidei ardore plurimùm succensus tanquam Catholicus & verus omnium Creatoris Christi Miles, ipsiusque Fidei accerrimus, ac fortissimus defensor, & intrepidus pugil, ejusdem creatoris gloriosissimum nomen, per universum terrarum orbem etiam in remotissimis, & incognitis locis ad gratiam extolli, & revocari, nec non illius ac vivificæ quâ redempti sumus Crucis, inimicos perfidos videlicet Saracenos, ac quoscumque alios infideles ad ipsius Fidei gremium reduci, ab ejus ineunte ætate totis aspirans viribus, post Ceptensem Civitatem in Africa consistentem, per dictum Joannem Regem ejus subactam Dominio, & post multa per ipsum Infantem, nomine tamen dicti Regis contra hostes, & infideles prædictos, & quandoque etiam in propria persona, non absque maximis laboribus, & expensis, ac rerum & personarum periculis & jactura, plurimorumque naturalium suorum cæde gesta bella ex tot tantisque laboribus, periculis & damnis non fractus, nec territus; sed ad hujusmodi laudabilis, & pii propositi sui prosecutionem in dies magis, atque magis exardescens, in Occeano mari quasdam solitarias Insulas Fidelibus populavit, ac fundari, & construi inibi fecit Ecclesias, & alia loca pia, in quibus divina celebrantur officia, ex dicti quoque Infantis laudabili opera, & industria quam plures diversarum in dicto mari existentium Insularum Incolæ, seu habitatores ad veri Dei cognitionem venientes Sacrum Baptisma susceperunt ad ipsius Dei laudem, & gloriam, ac plurimorum animarum salutem Orthodoxæ quoque Fidei propagationem, & divini cultus augmentum. Præterea cum olim ad ipsius Infantis pervenisset notitiam, quod nunquam vel saltem à memoria hominum non consuevisset per hujusmodi Occeanum Mare versus Meridionales & Orientales plagas navigari, illudque nobis Occiduis adeo foret incognitom, ut nullam de partium illarum gentibus certam notitiam haberemus credens se maximum in hoc Deo præstare obsequium, si ejus opera, & industria Mare ipsum usque ad Indos, qui Christi noman colere dicuntur, navigabile fieret, sicque cum eis participare, & illos in Christianorum auxilium adversum Saracenos & alios hujusmodi Fidei hostes commovere posset ac nonnullos gentiles, seu paganos nefandissimi Mahometis secta minimè infectos populos inibi medio existentes continuò debellare eisque incognitum Sacratissimum Christi nomen prædicare, ac facere prædicari Regia tamen semper auctoritate munitus, à viginti quinque annis, citra exercitum, ex dictorum Regnorum gentibus maximis cum laboribus periculis, & expensis in velocissimis navibus caravelibus nuncupatis, ad perquirendum Mare, & Provincias maritimas versus Meridionales partes & Polum Antarticum annis singulis ferè mittere non cessavit. Sicque factum est, ut cum naves hujusmodi quàm plures portus Insulas & maria perlustrassent, & occupassent, & Guineam Provinciam tandem pervenirent, occupantisque nonnullis Insulis portubus ac maribus eidem provinciæ adjacentibus, ulterius navigantes ad ostium cujusdam magni fluminis Nili communiter reputati pervenirent, & contra illarum partium populos nomine ipsorum Alphonsi Regis, & Infantis per aliquos annos guerra habita extitit, & in illa quam plures inibi vicinæ insulæ debellatæ, ac pacifice possessæ fuerunt. Prout adhuc cum adjacenti mari possidentur, exinde quoque multi Guinei, & alii nigri vi capti, quidam etiam non prohibitarum rerum permutatione, seu alio legitimo contractu emptionis ad dicta sunt Regna transmissi Quorum inibi in copioso numero ad Catholicam fidem converti extiterunt speraturque divina favente clementia, quod si hujusmodi cum eis continuetur progressus, vel populi ipsi ad Fidem convertentur, vel saltem multorum ex eis animæ Christi lucrifierent; cum autem sicut accipimus, licet Rex & Infans præfati qui cum tot, tantisque periculis, laboribus & expensis, nac non perditione tot naturalium Regnorum hujusmodi, quorum inibi quam plures perierunt ipsorum naturalium dumtaxat freti auxilio Provincias illas perlustrari fecerunt, ac Portus, Insulas, & maria hujusmodi acquisiverunt, & possederunt, ut præfertur, ut illorum veri Domini, timentes, ne aliqui cupiditate ducti ad partes illas navigarent, & operis hujusmodi perfectionem, fructum, & laudem sibi usurpare vel saltem impedire cupientes. Propterea seu lucri commodo aut malitiâ, ferrum, arma, ligamina, aliasque res, & bona ad infideles deferri prohibita portarent, vel transmitterent, aut ipsos Infideles navigandi modum edocerent propter quæ eis hostes fortiores, ac duriores fierent, & hujusmodi prosecutio vel impediretur, vel forsan penitus cessaret non absque Dei magna offensa, & ingenti totius Christianitatis opprobrio. Ad obviandum præmissis, ac pro suorum juris possessionis conservatione sub certis tunc expressis gravissimis pœnis prohibuerint, & generaliter statuerint quod nullus, nisi cum suis nautis, ac navibus, & certi tributi solutione, obtentaque prius desuper expressa ab eodem Rege, vel Infante licentia ad dictas Provincias, navigare aut in earum partibus contractare, seu in mari piscari præsumeret. Tamen successu temporis evenire posset, quod aliorum Regnorum, seu Nationum personæ invidia, malitia, aut cupiditate ducti contra prohibitionem prædictam absque licentia, & tributi solutione hujusmodi ad dictas Provincias accedere, & sic acquisitis Provinciis, portubus, Insulis, ac mari navigare, & piscari præsumerent: & exinde inter Alphonsum Regem, ac Infantem qui nullatenus se in iis sic deludi paterentur, & præsumentes prædictos quàm plura odia, rancores, dissentiones, guerræ, & scandala in maximam Dei offensam, & animarum periculum verisimiliter subsequi possent, & subsequerentur. Nos præmissa omnia, & singula debita meditatione pensantes, & attendentes, quod cum

olim

olim præfato Alphonso Regi quoscumque Sarracenos, & Paganos, & alios Christi inimicos ubicumque constitutos, ac Regna, Ducatus, Principatus, Dominia, possessiones, & mobilia, ac immobilia bona quæcumque per eos detenta, ac possessa, invadendi conquirendi, expugnandi, debellandi, & subjugandi, illorumque personas in perpetuam servitutem redigendi, ac Regna, Ducatus, Comitatus, Principatus, Dominia, possessiones, & bona sibi, & successoribus suis applicandi, appropriandi, ac in suos, successorumque suorum usus, & utilitatem convertendi, aliis nostris litteris plenam, & liberam inter cætera concesserimus facultatem, dictæ facultatis obtentu idem Alphonsus Rex, seu ejus auctoritate prædictus Infans justè, & legitimè Insulas, Terras, portus, & Maria hujusmodi acquisivit, ac possedit & possidet, illaque ad eundem Alphonsum Regem, & ipsius successores de jure spectant, & pertinent; nec quisvis alius etiam Christi fidelis absque ipsorum Alphonsi Regis, & successorum suorum licentia speciali, de illis se hactenus intromittere licitè potuit, nec potest, quoquo modo ut ipse Alphonsus Rex ejusque successores & Infans eo ferventius huic piissimo, ac præclaro, & omni ævo memoratu dignissimo operi, in quo cum in illo animarum salus, Fidei augmentum, & illius hostium depressio procurentur, Dei ipsiusque Fidei, ac Reipublicæ universalis Ecclesiæ rem agi conspicimus, insistere valeant, & insistant. Quo sublatis quibusvis dispendiis amplioribus se per nos, & sedem Apostolicam favoribus, ac gratiis munitos fore conspexerint; de præmissis omnibus, & singulis plenissimè informati: motu proprio, non ad ipsorum Alphonsi Regis, & Infantis, vel alterius pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, maturaque prius desuper deliberatione præhabita, auctoritate Apostolica, & ex certa scientia de Apostolicæ potestatis plenitudine litteras facultatis præfatas, quarum tenores de verbo ad verbum præsentibus haberi volumus pro insertis, cum omnibus, & singulis in illis contentis clausulis, ad Ceptam, & quæcumque alia etiam ante datam dictarum facultatis litterarum acquisita, & ad ea, quæ in posterum nomine dictorum Alphonsi Regis suorumque successorum, & Infantis in ipsis & illis etiam vicinis, ulterioribus, ac remotioribus partibus, de infidelium, seu paganorum manibus acquiri poterunt, Provincias, Insulas, Portus & maria quæcumque extendi, & illa sub eisdem facultatis litteris comprehendi, ipsarumque facultatis, & præsentium litterarum vigore jam acquisita, & quæ in futurum acquiri contigerit, & postquam acquisita fuerint ad præsentes Regem, successores suos, ac Infantem, ipsamque Conquistam, quam a Capitibus de Bojadur, & de Nam, usque per totam Guinaam, & ultra versus illam Meridionalem plagam extendi; harum serie declaramus, etiam ad ipsus Alphonsum Regem, & successores suos ac Infantem, & non ad aliquos alios spectasse, & pertinuisse, ac in perpetuum spectare, & pertinere de jure; Nec non Alphonsum Regem, & successores suos, ac Infantem prædictos in illis, & circa ea quæcumque prohibitiones, statuta, & mandata etiam pœnalia, & cum cujusvis tributi impositione facere ac de ipsis, ut de rebus propriis, & aliis ipsorum Dominiis disponere, & ordinare potuisse, ac nunc, & in futurum posse liberè, ac licitè tenore præsentium decernimus, & declaramus. Ac pro potioris juris, & cautelæ suffragio jam acquisita, & quæ in posterum acquiri contigerit, Provincias, Insulas, Portus, loca, & Maria quæcumque & qualiacumque fuerint, ipsamque Conquistam à Capitibus de Bojador & de Nam prædictis Alphonso Regi, & successoribus suis Regibus dictorum Regnorum, ac Infanti præfatis perpetuo donamus, concedimus, & appropriamus per præsentes. Præterea cum id ad perficiendum opus hujusmodi multipliciter sit opportunum, quod Alphonsus Rex, & successores, ac Infans prædicti, nec non aliæ personæ quibus hoc duxerint, seu aliquis eorum duxerit committenda illa dicto Joanni Regi per felicis recordationis Martinum Quintum, & alterum indultorum etiam inclytæ memoriæ Eduardo eorumdem Regnorum Regi ejusdem Alphonsi Regis genitoris per piæ memoriæ Eugenium Quartum Romanos Pontifices prædecessores nostros concessorum, versus prædictas partes cum quibusvis Sarracenis & infidelibus, de quibuscumque rebus & bonis, & victualibus emptiones, & venditiones, prout congruerit, facere, Nec non quoscumque contractus inire, transigere, pacisci, mercari, ac negotiari, & merces quascumque ad ipsorum Sarracenorum, & infidelium loca, dummodo, ferramenta, ligamina funes, naves, seu armaturarum genera non sint, deferre, & ea dictis Sarracenis, & Infidelibus vendere: Omnia quoque alia, & singula in præmissis, & circa ea opportuna vel necessaria facere, gerere, vel exercere: ipsique Alphonsus Rex successores, & Infans in jam acquisitis, & per eum acquirendis Provinciis, Insulis, & locis quascumque Ecclesias, monasteria, & alia pia loca fundare, ac fundari, & construi: necnon quascumque voluntarias personas Ecclesiasticas, seculares, & quorumvis etiam Mendicantium Ordinum Regulares: de superiorum tamen suorum licentia ad illa transmittere: ipsæque personæ inibi etiam quoad vixerint, ac quorumcumque in dictis partibus existentium, vel accedentium confessiones audire, illisque auditis in omnibus præterquam Sedi prædictæ reservatis casibus, debitam absolutionem impendere, ac pœnitentiam salutarem injungere: Nec non Ecclesiastica Sacramenta ministrare valeant, liberè, & licitè determinamus. Ipsisque Alphonso, & Successoribus suis Regibus Portugalliæ, qui erunt in posterum, & Infanti præfato concedimus, & indulgemus, ac universos & singulos Christi fideles, Ecclesiasticos sæculares, & Ordinum quorumcumque Regulares, ubilibet per Orbem constitutos, cujuscumque status, gradus, ordinis, & conditionis, vel præeminentiæ fuerint, etiamsi Archiepiscopali, Episcopali, Imperiali, Regali, Ducali, seu alia quacumque majori Ecclesiastica, vel mundana dignitate præfulgeant, obsecramus in Domino, & per aspersionem sanguinis Domini nostri Jesu Christi, cujus ut præmittitur, res agitur exhortamurque, eis in remissionem suorum peccaminum injongimus. Nec non perpetuo prohibitionis edicto districtius inhibemus, ne ad acquisita, seu possessa nomine Alphonsi Regis aut in Conquista hujusmodi consistentia, Provincias, Insulas, Portus, Maria & loca quæcumque seu alias ipsis Sarracenis infidelibus, vel Paganis arma ferrum ligamina, aliaque de jure Sarracenis deferri prohibita quoquo modo, vel etiam absque speciali ipsius Alphonsi Regis, & successorum suorum, & Infantis licentia merces, & alia à jure permissa deferri, vel navigari facere, aut in illis piscari, seu de Provinciis, insulis Portubus, Maribus & locis, seu aliquibus eorum, aut de Conquista hujusmodi se intromittere, vel aliquid per quod Alphonsus Rex, & successores sui, ac Infans prædicti quominus acquisita & possessa pacificè possideant, & Conquistam hujusmodi prosequantur, & faciant per se vel alium, seu alios directè, opere vel consilio facere, & impedire quoquo modo præsumant. Qui verò contrarium fecerit, ultra pœnas contra deferentes arma, & alia prohibita Sarracenis quibuscumque à jure promulgatas, quas illos incurrere volumus ipso facto si personæ fuerint singulares excommunicationis sententiam incurrant: Si communitas, vel universitas Civitatis, Castri, Villæ, seu loci, ipsa civitas, Castrum, Villa, seu locus interdicto subjaceat eo ipso: Nec contra facientes ipsi, vel aliqui eorum ab excommunicationis sententia absolvantur, nec interdicti hujusmodi

modi relaxationem Apostolica, vel alia quavis auctoritate obtinere possint, nisi ipsis Alphonso, & successoribus suis, ac Infanti prius pro præmissis congruè satisfecerint, aut desuper amicabiliter concordaverint cum eisdem: mandantes per Apostolica scripta Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopo Ulixbonensi, & Sylvensi, ac Ceptensi Episcopis, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios quoties pro parte Alphonsi Regis, & illius successorum, ac Infantis prædictorum, vel alicujus eorum desuper fuerint requisiti, vel aliquis eorum fuerit requisitus illos, quos excommunicationis, & interdicti sententias hujusmodi incurrisse constiterit, tamdiu Dominicis, aliisque festivis diebus in Ecclesiis dum major inibi populi multitudo convenerit ad divina, excommunicatos, & interdictos, aliisque pœnis prædictis innodatos fuisse, & esse auctoritate Apostolica declarent, & denuntient: Nec non ab aliis nuntiari, & ab omnibus arctius evitari faciant, donec pro præmissis satisfecerint, seu concordaverint, ut præfertur, contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus Constitutionibus Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum ne præsentes litteræ quæ à Nobis, Nostra certa scientia, & matura desuper deliberatione præhabita emanarunt, ut præfertur, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio à quoquam in posterum valeant impugnari. Volumus & auctoritate scientia, ac potestate prædictis harum serie decernimus pariter, & declaramus, quod dictæ litteræ, & in eis contenta de subreptionis, obreptionis, vel nullitatis etiam & ordinariè, vel alterius cujuscumque potestatis, aut quovis alio defectu impugnari, illarumque effectus retardari, vel impediri nullatenus possint. Sed in perpetuum valeant ac plenam obtineant roboris firmitatem. Irritum quoque sit, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, val ignoranter contigerit attentari. Et insuper quia difficile foret præsentes nostras litteras ad quæcumque loca deferre volumus, & dicta auctoritate harum serie decernimus, quod earum transumpto manu publica, & sigillo Episcopali, vel alicujus superioris Ecclesiasticæ curiæ munito plena fides adhibeatur, & perinde stetur, ac si dictæ originales litteræ forent exhibitæ, vel ostensæ, excommunicationis, aliæque seutentiæ in illis contentæ infra duos menses computandos à die, qua ipsæ præsentea litteræ, seu cartæ, vel membranæ earum tenorem in se continentes Valvis Ecclesiæ Ulissiborensis affixæ fuerint. Perinde omnes, & singulos contra facientes, supra dictos ligent, ac si ipsæ præsentes litteræ eis personaliter legitimè intimatæ, & præsentatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis constitutionis donationis, concessionis, approbationis, decreti, obsecrationis, exhortationis, munitionis, inhibitionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo, quadringentesimo quinquagesimo quarto Sexto Idus Januarii Pontificatus nostri anno octavo. Cum autem, sicut pro parte Alphonsi Regis, & Henrici Infantis prædictorum ipsi supra modum affectent, quod spiritualitas in eisdem solitariis Insulis, Terris, portubus, & locis, & Mari Occeano versus Meridionalem plagam in Guinea consistentibus, quas idem Infans de manibus Sarracenorum manu armata extraxit, & Christianæ Religioni, ut præfertur, conquisivit, præfatæ Militiæ Jesu Christi, cujus reddituum suffragio idem Infans hujusmodi Conquistam fecisse perhibetur, per sedem Apostolicam perpetuò concedatur: Et declaratio, coustitutio, donatio, concessio, appropriatio decretum, obsecratio, exhortatio, munitio, inhibitio, mandatum & voluntas. Nec non litteræ Nicolai Prædecessoris hujusmodi, ac omnia; & singula in eis contenta confirmentur. Quare pro parte Regis & Infantis prædictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut declarationi constitutioni, concessioni, appropriationi, decreto, obsecrationi, exhortationi injunctioni, inhibitioni, mandato, vel voluntati, ac litteris hujusmodi, & in eis contentis pro illorum subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis addicere. Nec non spiritualitates, ac omnimodam jurisdictionem ordinariam, tam in prædictis acquisitis; quam aliis Insulis, Terris, & locis per eosdem Regem & infantem, seu eorum successores in partibus dictorum Sarracenorum in futurum acquirendis, præfatæ Militiæ, & Ordini hujusmodi perpetuo concedere; aliasque in præmissis opportunè providere de benegnitate Apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes Religionem dictæ Militiæ in eisdem Insulis, & in Terris, & locis, fructus afferre posse in Domino salutares, hujusmodi supplicationibus inclinati, declarationem, constitutionem, donationem, appropriationem, decretum, obsecrationem, exhortationem, munitionem, injunctionem, inhibitionem: mandatum voluntatem, litteras, & contenta hujusmodi, & inde sequuta, quæcunque rata, & grata habentes, illa omnia & singula auctoritate Apostolica tenore præsentium ex certa scientia confirmamus, & approbamus, ac robori perpetuæ firmitatis subsistere decernimus supplentes omnes defectus si qui forsitan intervenerint in eisdem, & nihilominus auctoritate, & scientia prædictis perpetuò decernimus, statuimus: & ordinamus, quod spiritualitas, & omnimoda jurisdictio ordinaria, dominium, & potestas in spiritualibus, duntaxat Insulis, Villis, Portubus, Terris, & locis à Capitibus de Bojador, & de Nam usque per totam Guineam, & ultra illam Meridionalem plagam usque ad Indos acquisitis, & acquirendis, quorum situm, numerum, qualitatem, vocabula, designationes confines, & loca præsentibus pro expressis haberi volumus ad Militiam, & Ordinem, hujusmodi perpetuis futuris temporibus spectent atque pertineant illaque eis ex nunc tenore, auctoritate, & scientia prædictis concedimus, & elargimur. Ita quod Prior Major pro tempore existens Ordinis dictæ militiæ & omnia, & singula Beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura sæcularia, & Ordinum quorumcunque Regularia in Insulis, & Terris, & locis prædictis fundata, & instituta, seu fundanda, & instituenda, cujuscumque qualitatis, & valoris existant, seu fuerint, quoties illa in futurum vacare contigerit, conferre, & de illis providere. Nec non excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliasque Ecclesiasticas sententias, censuras & pœnas, quoties opus fuerit, ac rerum & negotiorum pro tempore ingruentium qualitas id exegerit, proferre omniaque alia, & singula, quæ locorum Ordinariis in locis, in quibus spiritualitatem habere censentur de jure, vel consuetudine facere, disponere, & exequi possint, & consueverunt pariformiter absque ulla differentia facere, disponere, ordinare, & exequi possit & debeat super quibus omnibus, & singulis ei plenam, & liberam tenore præsentium concedimus, discernentes Insulas, Terras, & loca acquisita & acquirenda hujusmodi, nullius Diœcesis existere: ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus; & ordinationibus Apostolicis, nec non statutis, consuetudinibus, privilegiis, usibus, & naturis dictæ Militiæ, juramento, confirmatione Apostolica,

stolica,

stolica, vel quavis alia firmitate roboratis, cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum confirmationis approbationis, constitutionis, suppletionis, decreti, statuti, ordinationis, voluntatis, concessionis, elargitionis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quadringentesimo quinquagesimosexto. Idus Martii. Pontificatus nostri anno primo. Quibus quidem litteris sic præsentatis præfatus Procurator nomine dicti Serenissimi Regis dicto Doctori exposuit, quod pro servitio ejusdem Regis oportebat ipsum habere unum vel plura transsumpta dictarum litterarum. Idcirco petebat per me notarium publicum infra scriptum cum auctoritate prædicti Doctoris sibi in publica forma concedi. Præfatus verò Doctor auctoritate sui publici officii sibi fieri mandavit. Acta fuerunt hæc in civitate Ulixbonensi in prædicta domo habitationis ejusdem Doctoris Anno, die &c. de quibus supra Præsentibus idem. Venerabilibus viris Alphonso Joannis, Didaco Alphonsi, Philippo Alphonsi, & Alvaro Martini, Scriptoribus in Curia præfati Serenissimi Regis, Testibus ad hoc vocatis specialiter, & rogatis.

Bulla Sixti IV.

SIxtus Episcopus, Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam Æterni Regis Clementia per quam Reges regnant, in suprema Sedis Apostolicæ specula collocati, Regum Catholicorum omnium sub quorum felici gubernaculo Christi fideles in justitia, & pace foventur, statum, & prosperitatem, ac quietem & tranquillitatem sinceris desideriis appetimus, & inter illos pacis dulcedinem vigere ferventer exposcamus ac iis, quæ per prædecessores nostros Romanos Pontifices, & alios propterea providè facta fuisse comperimus, ut firma perpetuò, & illibata permaneant, & ab omni contentionis scrupulo procul existant, Apostolicæ confirmationis robur favorabiliter adhibemus. Dudum siquidem ad audientiam fælicis recordationis Nicolai Papæ V. prædecessoris nostri deducto, quod quondam Henricus Infans Portugalliæ, charissimi in Christo Filii nostri Alphonsi Portugalliæ & Algarbii Regnorum Regis illustris patruus, inhærens vestigiis claræ memoriæ Joannis dictorum Regnorum Regis ejus genitoris, ac zelo salutis animarum, & Fidei ardore plurimum succensus, tanquam Catholicus, & verus omnium Creatoris Christi miles, ipsiusque Fidei acerrimus, ac fortissimus defensor, & intrepidus pugil, ejusdem Creatoris gloriosissimum nomen per universum terrarum Orbem, etiam in remotissimis, ac incognitis locis divulgari, extolli, ac venerari: Nec non illius, ac vivificæ, qua redempti sumus, Crucis, inimicos perfidos Sarracenos, ac quoscumque alios infideles ad ipsius Fidei gremium reduci ab ejus ineunte ætate totis viribus aspirans, post Ceptensem Civitatem in Africa consistentem per dictum Joannem Regem ejus subactam dominio, & post multa ipsum Infantem, nomine dicti Regis contra hostes, & infideles prædictos, quandoque etiam in propria, persona non etiam absque maximis laboribus, & expensis, ac rerum & personarum periculis, & jactura, plurimumque naturalium suorum cæde gesta bella, eis, tot, tantisque laboribus periculis, & damnis non fractus, nec territus, sed hujusmodi laudabilis, & pii propositi sui prosecutionem in dies magis, atque magis exardescens, in Oceano Mari quasdam solitarias insulas Fidelibus populaverat, ac fundari, & construi inibi fecerat Ecclesias, & alia loca pia, in quibus divina celebrabantur officia, ex dicti quoque Infantis laudabili opera, & industria quam plures diversarum in dicto Mari existentium Insularum incolæ, seu habitatores ad veri Dei cognitionem venientes Sacrum baptisma susceperant ad ipsius Dei laudem, & gloriam, ac plurimorum animarum salutem, Orthodoxæ quoque Fidei propagationem, divini cultus augmentum. Præterea cum olim ad ipsius Infantis pervenisset notitiam, quod nunquam, vel saltem à memoria hominum non consuevisset per hujusmodi Occeanum Mare versus Meridionalem, & Orientalem plagas navigari, illudque nobis Occiduis adeo foret incognitum, ut nullam de partium illarum gentibus certam notitiam haberet, credens se maximum in hoc Deo præstare obsequium, si ejus opera, & industria mare ipsum usque ad Indos, qui Christi nomen colere dicuntur, navigabile fieret, sicque cum eis participare, & illos in Christianorum auxilium adversùs Sarracenos, & alios hujusmodi Fidei hostes commovere posset, ac nonnullos gentiles, seu paganos nefandissimi Mahometi secta minimè infectos populos inibi medio existentes continuò debellare, eisque incognitum Christi Sacratissimi nomen prædicare, ac facere prædicari, Regia semper auctoritate munitus à viginti quinque annis ex tunc exercitum dictorum ex Regnorum gentibus, maximis cum laboribus, periculis, & expensis in velocissimis navibus caravelis nuncupatis ad perquirendum Mare, & Provincias maritimas, versus Meridionales partes, & Polum Antarticum annis singulis fore, mittere non cessaverat: Sicque factum fuit: ut eum naves hujusmodi quam plures Portus, Insulas, & Maria perlustrassent, & occupassent, & ad Guineam Provinciam tandem pervenissent, occupatisque nonnullis insulis, Portubus, ac mari eidem Provinciæ adjacentibus, ulterius navigantes ad ostium cujusdam magni fluminis Nili communiter reputari pervenissent & contra illarum partium populos nomine ipsorum Alphonsi Regis, & Infantis per aliquos annos guerra habita extiterat, & in illa quamplures inibi vicinæ insulæ debellatæ, & pacificè possessæ fuissent, prout adhuc tunc cum adjacenti possidebantur: Exinde quoque multi Guinæi, & alii nigri vi capti, quidam etiam non prohibitarum rerum permutatione, seu alio legitimo contracta emptionis addicta erant Regna transmissi, quorum inibi in copioso numero ad Catholicam Fidem conversi extiterant, sperabaturque divina favente clementia, quod si hujusmodi cum eis continuaretur progressus, vel populi ipsi ad Fidem converterentur, vel saltem multorum in eis animæ Christo lucrifierent, & per eundem prædecessorem accepto, quod licèt Rex, & Infans præfati, qui cum tot, & tantis periculis, laboribus, & expensis, necnon perditione tot naturalium Regnorum hujusmodi, quorum inibi quamplures perierant, ipsorum naturalium dumtaxat freti auxilio, Provincias illas perlustrari fecerant, ac Portus, insulas, & Maria hujusmodi acquisiverant, & possederant, ut præfertur, ut illorum veri Domini, timentes ne tunc aliqui cupiditate ducti ad partes illas navigassent, & operis hujusmodi perfectionem fructum, & laudem sibi usurpare, vel saltem impedire cupientes, propterea lucri commodo, aut malitia, ferrum, arma, ligamina aliasque res, & bona ad infideles deferri prohibita portassent, vel transmisissent aut ipsos infideles navigandi modum edocerent, propter quæ eis hostes fortiores, ac duriores fierent, & hujusmodi prosecutio vel impediretur, vel penitus forsan cessaret, non absque Dei magna offensa, & ingenti totius Christianitatis opprobrio: ad obviandum præmissis, ac pro suorum juris, & possessionis conservatione sub certis

tunc expressis, gravissimisque pœnis prohibuerant, & generaliter statuerant, quod nullus nisi cum suis nautis, & navibus, & certi tributi solutione, obtentaque priùs desuper expressa ab eodem Rege, vel Infante licentia ad dictas Provincias navigare aut in earum Portubus contractare, seu in mari piscari præsumeret. Tamen successu temporis evenire potuisset quod aliorum Regnorum, seu Nationum personæ invidia malitia & tributi solutione hujusmodi ad Provincias accedere, & in sic acquisitis Provinciis, Portubus, Insulis, ac Mari navigare contractare, & piscari præsumerent. Et exinde inter Alphonsum Regem, & Infantem, quæ nullatenus se in iis sic deluti paterentur, & præsumentes prædictos quam plura odia, rancores, dissentiones, guerræ, & scandala in maximam Dei offensam, & animarum periculum verosimiliter subsequi potuissent, & subsequerentur. Idem prædecessor præmissa omnia & singula debita meditatione pensans, & attendens, quod cum olim præfato Alphonso Regi quoscumque Sarracenos, & Paganos, aliosque Christi inimicos ubicumque constitutos, ac Regna, Ducatus, Principatus, Dominia, possessiones, & mobilia, ac immobilia bona quæcumque detenta, ac concessa invadendi, conquirendi, expugnandi debellandi, & subjugandi, illorumque personas in perpetuam servitutem redigendi, ac Regna, Ducatus, Comitatus, Principatus, Dominia, possessiones, bona sibi, & successoribus suis applicandi, appropriandi, ac in suos, successorumque usus & utilitatem convertendi aliisque suis litteris plenam, & liberam inter cætera concesserit facultatem: dictæ facultatis obtentu idem Alphonsus Rex, seu ejus auctoritate prædictus Infans justè, & legitimè Insulas, Terras, Portus & Maria hujusmodi acquisiverat, & possederat, & possidebat, illaque ad eundem Alphonsum Regem, & ipsius successores de jure spectabant, & pertinebant, nec quivis alius etiam Christi fidelis absque ipsorum Alphonsi Regis, & successorum suorum licentia speciali de illis se eatenus intromittere licitè poterat, quoquomodo, ut ipse Alphonsus Rex, ejusque successores, & Infans eo ferventius huic tam pussimo, præclaro & omni ævo memoratu dignissimo operi, in quo cum in illo animarum salus Fidei augmentum, & illius hostium depressio procurarentur, Dei, ipsiusque Fidei, ac Reipublicæ universalis Ecclesiæ rem agi conspiciens, insistere valerent, & insisterent: Quo sublatis quibusvis dispendiis amplioribus se per eundem prædecessorem, & sedem Apostolicam favoribus, & gratiis munitos fore conspicerent, de præmissis omnibus & singulis plenissimè informatus motu proprio, maturaque prius desuper deliberatione prælhabita, auctoritate Apostolica, & ex certa scientia de Apostolicæ potestatis plenitudine litteras facultatis præfatas, quarum tenores de verbo ad verbum haberi voluit pro insertis, cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis ad Ceptensem, & prædicta, ac quæcumque alia ante datam dictarum facultatis litterarum acquisita, & ad ea quæ in posterum nomine dictorum Alphonsi Regis suorumque successorum, & Infantis in ipsis, ac illis circumvicinis, & ulterioribus, ac remotioribus partibus, de infidelium, seu paganorum manibus acquiri poterant, Provincias, Insulas, Portus, & Maria quæcumque extendi & illa sub eisdem facultatis litteris comprehendi, ipsarumque facultatis, & dictarum litterarum vigore jam acquisita, & quæ in futurum acquiri contingeret, postquam acquisita forent, ad præfatos Regem & successores, ac Infantem, ipsamque Conquistam, quam à Capitibus de Bojador, & de Nam, usque per totam Guineam, & ultra versus illam Meridionalem plagam extendi declaravimus, etiam ad ipsos Alphonsum Regem & successores suos, & Infantem, & non ad aliquos alios spectasse, & pertinuisse, ac in perpetuum spectare, & pertinere debere: Necnon Alphonsum Regem, & successores, ac Infantem prædictos in illis, & circa ea quæcumque prohibitiones, statuta & mandata etiam pœnalia, & cum cujusvis tributi impositione facere, ac de ipsis ut de rebus propriis, & aliis ipsorum dominiis disponere, & ordinare, & potuisse, ac tunc, & in futurum posse liberè, & licitè decrevit & declaravit, ac pro potioris juris, & cautelæ suffragio jam acquisita, & quæ in posterum acquiri contingeret, Provincias, Insulas, Portus, loca, & Maria quæcumque, quotcumque, & qualiacumque forent, ipsamque Conquistam à Capitibus de Bojador, & de Nam, prædictis Alphonso Regi, & successoribus suis Regibus dictorum Regnorum, ac Infanti præfatis perpetuò donavit, concessit, & appropriavit: Præterea cum ad perficiendum opus hujusmodi multipliciter esset opportunum, quod Alphonsus Rex, & successores, ac Infans prædicti necnon personæ; quibus hoc ducerent, seu aliquis eorum duceret committendum illius dicto Joanni Regi, per fœlicis recordationis Martinum Quintum, & alterius indultorum, etiam inclitæ memoriæ Eduardo eorumdem Regnorum Regi, ejusdem Alphonsi Regis genitoris per piæ memoriæ Eugenium Quartum, Romanos Pontifices prædecessores nostros concessorum versus dictas partes cum quibusvis Sarracenis, & infidelibus de quibuscumque rebus & bonis, ac victualibus emptiones & venditiones prout congrueret facere, nec non quoscumque contractus inire, transigere pacisci, mercari, & negotiari, & merces quascumque ad ipsorum Sarracenorum, & infidelium loca, dummodo ferramenta ligamina, funes, naves, seu armaturarum genera non possent deferre, & ea dictis Sarracenis, & Infidelibus vendere, omnia quoque alia, & singula in præmissis, & circa ea oportuna, vel necessaria facere, gerere, vel exercere, ipsique Alphonsus Rex, successores, & infans in jam acquisitis, & per eum acquirendis Provinciis, Insulis, & locis quascumque Ecclesias, Monasteria, & alia pia loca fundare, ac fundari, & construi, nec non quascumque voluntarias personas Ecclesiasticas seculares, & quorumvis etiam Mendicantium Ordinum Regulares, de superiorum tamen suorum licentia, ad illa transmittere, ipsæque personæ inibi etiam quoad viverent, commorari, ac quorumcumque in dictis partibus existentium vel accedentium confessiones audire, illisque auditis in omnibus præterquam Sedis prædictæ reservatis casibus debitam absolutionem impendere, ac pœnitentiam salutarem injungere, nec non Ecclesiastica Sacramenta ministrare valerent liberè, & licitè decrevit, ipsisque Alphonso, & successoribus suis Regibus Portugalliæ, qui essent in posterum, & Infanti præfato concessit, & indulsit, ac universos, & singulos Christi fideles Ecclesiasticos sæculares, & Ordinum quorumcumque Regulares ubilibet per orbem constitutos, cujuscumque status, gradus, ordinis conditionis, vel præeminentiæ forent, etiamsi Archiepiscopali, Episcopali, Imperiali, Regali, Reginali, Ducali, seu aliqua quacumque majori Ecclesiastica, vel mundana dignitate præfulgerent, obsecravit in domino, & per aspersionem sanguinis Domini nostri Jesu Christi, cujus, ut præmittitur, res agebatur, exhortatus fuit, eisque in remissionem suorum peccaminum injunxit, necnon perpetuò prohibitionis edicto districtius inhibuit, ne ad acquisita, seu Possessa nomine Alphonsi Regis, aut in Conquista hujusmodi consistentia Provincias, Insulas, Portus, Maria, & loca quæcumque seu alias ipsis Sarracenis infidelibus, vel paganis arma, ferrum, ligamina, aliaque de jure Sarracenis deferri prohibita quoquo modo, vel etiam absque speciali ipsius Alphonsi Regis, & successorum suorum & Infantis licentia merces, & alia à jure permissa deferre, aut in illis piscari, seu de Provinciis, Insulis, Portubus, Maribus, & locis, seu aliquibus eorum, aut de Conquista hujusmodi se intromittere, vel aliquid, per quod Alphonsus

Rex,

Rex, & successores sui, & Infans, prædicti, quominus acquisita, & possessa pacificè possiderent, & in Conquistam hujusmodi prosequerentur, & facerent per se, vel alium, seu alios directè, vel indirectè opere, vel consilio facere, aut impedire quomodo præsumerent: Qui verò contrarium faceret, ultra pœnas contra deferentes arma, & alia prohibita Sarracenis quibuscumque à jure promulgatas, quas illos incurrere voluit ipso facto: si personæ forent singulares, excommunicationis sententiam incurrerent, si communitas, vel universitas Civitatis, Castri, Villæ, seu loci, ipsa Civitas, Castrum, Villa, seu locus Ecclesiastico interdicto subjaceret eo ipso: Nec contra facientes ipsi vel aliqui eorum ab excommunicationis sententia absolverentur, nec interdicti hujusmodi relaxationem Apostolica, vel alia quavis auctoritate obtinere possent nisi ipsis Alphonso, & successoribus suis, ac Infanti prius pro præmissis congrue satisfecissent, aut desuper amicabiliter concordassent cum eisdem præfatus prædecessor Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Ulixbonensi, & Sylvensi, ac Ceptensis Episcopis suis litteris dedit in mandatis, quatenus ipsis, vel duo, aut unus eorum per se vel alium, seu alios quoties pro parte Alphonsi Regis, & illius successorum, ac Infantis prædictorum, vel alicujus eorum desuper forent requisiti, vel aliquis ipsorum foret requisitus illos, quos excommunicationis interdicti sententias hujusmodi incurrisse constaret, tandiu Dominicis aliisque festivis diebus in Ecclesiis, dum major inibi populo multitudo convenerit ad divina, excommunicatos, & interdictos, aliis pœnis prædictis innodatos fuisse, & esse auctoritate Apostolica declararent, & denuntiarent, necnon ab aliis nuntiari, & ab omnibus arctius evitari facerent, donec pro præmissis satisfecissent, seu concordassent, ut præfertur Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterùm ne dictæ litteræ, quæ de certa scientia, & matura desuper deliberatione prælibata ab eodem prædecessore emanarunt, ut præfertur, de subreptionis, aut nullitatis vitio à quoquam in posterum valerent impugnari, voluit, & auctoritate scientia, ac potestate prædictis decrevit pariter, & declaravit, quod dictæ litteræ, & in eis contenta de subreptionis, vel nullitatis, etiam ex ordinariæ, vel alterius cujuscumque potestatis, aut quovis alio defectu impugnari, illarumque effectus retardari, vel impediri nullatenus possent, sed in perpetuum valerent, & plenam obtinerent roboris firmitatem, irritum quoque esse, & inanè, si secus super iis à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingeret attentari. Et deinde pro parte Alphonsi Regis, & Henrici Infantis prædictorum piæ memoriæ Calixto Papæ Tertio etiam prædecessori nostro expositum, quod ipsi supra modum affectabant, quod spiritualitas in eisdem solitariis insulis, Terris Portubus, & locis in mari Occeano versus meridionalem plagam in Guinea consistentibus, quas idem Infans de manibus Sarracenorum manu armata extraxerat, & Christianæ Religioni, ut præfertur, conquisiverat Militiæ Jesu Christi, cujus redituum suffragio idem Infans hujusmodi Conquistam fecisse perhibeatur, Per sedem Apostolicam perpetuò concederetur, ac declaratio, constitutio, donatio, concessio, appropriatio, decretum, obsecratio, exhortatio mandatum, & voluntas, nec non litteræ Nicolai prædecessoris præfati, ac omnia & singula in eis contenta confirmarentur, idem Calixtus prædecessor attendens Religionem dictæ Militiæ in eisdem Insulis, Terris, & locis fructus afferre posse in Domino salutares, hujusmodi supplicationibus inclinatus declarationem, constitutionem, donationem, appropriationem, decretum, obsecrationem, exhortationem injunctionem, inhibitionem, mandatum, voluntatem, litteras, & contenta hujusmodi, & inde secuta quæcumque rata, & grata habens illa omnia, & singula auctoritate Apostolica, & ex simili scientia confirmavit, & approbavit, ac robore perpetuæ firmitatis subsistere decrevit, supplens omnes, & singulos defectus, si qui forsan intervenissent in eisdem. Et nihilominus auctoritate, & scientia prædictis perpetuò decrevit, statuit & ordinavit, quod spiritualitas, & omnimoda jurisdictio ordinaria, dominium, & potestas in spiritualibus dumtaxat in Insulis, Villis, Portubus, Terris, & locis à Capitibus de Bojador, & de Nam, usque per totam Guineam, & ultra illam Meridionalem plagam usque ad Indos acquisitis, & acquirendis quorum situs, numerum, qualitates, vocabula, designationes, confines, & loca suis litteris pro expressis haberi voluit, ad Militiam, & Ordinem hujusmodi perpetuis futuris temporibus spectarent, atque pertinerent, illaque eis ex tunc concessit, & largitus fuit. Ita quod Prior major pro tempore existens Ordinis dictæ Militiæ omnia, & singula Beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura seculari & Ordinum quorumcumque Regularia in Insulis, Terris, & locis prædictis fundata, & instituta, seu fundanda, & instituenda, cujuscumque qualitatis, & valoris existerent, seu forent, quoties illa in futurum vacare contingeret, conferre. & de illis providere, necnon excommunicationis, suspensionis, privationis, & interdicti, aliasque Ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas, quoties opus foret, ac rerum, & negotiorum pro tempore ingruentium qualitas id exigeret proferre, omniaque, alia, & singula, in quibus locorum Ordinarii spiritualitatem habere censerentur de jure, vel consuetudine facere disponere, & exequi potuerant, & consueverant, pariformiter absque ulla differentia facere, disponere, ordinare, & exequi posset, & deberet. Super quibus omnibus, & singulis ei plenam, & liberam concessit facultatem decernens insulas, Terras, & loca acquisita & acquirenda hujusmodi nullius Diœcesis existere, ac irritum, & inane, si secus super iis à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingeret attentari. Postmodum verò cum inter prælatum Alphonsum Regem, & Charissimum in Christo Filium nostrum Ferdinandum Castellæ, & Legionis Regem Illustrem, eorumque subditos humani generis hostis causatæ versutia guerræ, aliquandiu viguissent, tandem divina operante clementia ad pacem, & concordiam devenerunt, & pro pace inter ipsos firmanda, & stabilienda nonnulla Capitula inter se fecerunt: Inter quæ unum Capitulum fore dignoscitur hujusmodi tenoris Item: Voluerunt præfati Rex, & Regina Castellæ, Aragoniæ & Siciliæ, & illis placuit, ut ista pax, sit firma, & stabilis, ac semper duratura, promiserunt ex nunc, & in futurum quod nec per se, nec per alium secretè, seu publicè, nec per suos hæredes, & successores turbabunt, molestabunt, nec inquietabunt de facto, vel de jure in judicio, vel extra judicium dictos Dominos Regem, & Principem Portugalliæ, nec Reges qui in futurum in dicto Regno Portugalliæ regnabunt, nec sua Regna, super possessione & quasi possessione, in qua sunt, in omnibus commerciis, Terris & permutationibus sivè resignatis Guineæ cum suis mineriis, seu aurifodinis, & quibuscumque aliis Insulis littoribus, seu Costis Maris, Terris detectis, seu detegendis, inventis, & inveniendis, Insulis de la Matera, de Portu Sancto, & Insula Deserta, & omnibus insulis dictis de los Açores id est accipitrum, & insulis, Florum, & etiam insulis de Cabo Verde, id est Promuntorio Viridi, & Insulis, quas nunc invenit, & quibuscumque Insulis, quæ deinceps invenientur, aut acquirentur ab Insulis de Canaria ultra, & in conspectu Guineæ: Itaque quidquid est inventum, vel invenietur, & acquiretur, ultra in dictis terminis, id quod est

inventum, & detectum remaneat dictis Regi, & Principi de Portugallia, & suis Regnis; exceptis dumtaxat Insulis de Canaria, Lanzarote, la Palma, Forte Ventura, la Gomera, Hosierro, A Graciosa, la Gran Canaria, Tanarise, & omnibus aliis insulis de Canaria acquisitis, aut acquirendis, quæ remanerent Regnis Castellæ, & ita non turbabunt, nec molestabunt, nec inquietabunt quascumque personas, quæ dicta mercimonia, & contractus Guineæ, nec dictas Terras, & littora, aut Costas inventas, & inveniendas nomine aut potentia, & manu dictorum Dominorum Regis, & Principis Portugalliæ, vel suorum successorum tractabunt, negotiabuntur, vel acquirent quocumque titulo, modo, vel maniere, quod sit, aut esse possit: Immò per illum præsentem promittunt, & assecurant bona fide, sine dolo malo, dictis Dominicis Regi, & Principi Portugalliæ, & successoribus suis, quod non mittent per se, nec per alios, nec consentient, immò defendent, quod sine licentia dictorum Dominorum Regis, & Principis Portugalliæ non vadant ad negotiandum dicta commercia, & tractus, nec insulis, Terris Guineæ inventis, vel inveniendis gentes suas naturales, vel subditos in quocumque loco, in quocumque tempore & in quocumque casu inopinato, vel opinato, nec quascumque alias gentes exteras, quæ morarentur in suis Regnis, & Dominiis, vel in suis Portubus armarent, vel caperent victualia, & necessaria ad navigandum, nec dabunt illis aliquam occasionem, favorem, locum, auxilium, nec assensum directè, vel indirectè, nec permittant armari, nec onerari ad eundem illuc aliquo modo. Et si aliqui ex naturalibus, vel subditis Regnorum Castellæ, vel extranei, quicumque sint, irent ad tractandum, impediendum, damnificandum, deprædandum, acquirendum in dicta Guinea, & in dictis locis mercimoniorum, & permutationum, & mineriorum, seu aurifodinarum, & Terris, & Insulis, quæ sunt inventæ, & in futurum inveniendæ, sine licentia, & expresso consensu dictorum Dominorum Regis, & Principis Portugalliæ vel suorum successorum, quod tales sint puniendi, eo modo, loco, & forma, quo ordinatum est per dictum Capitulum illius novæ refurmationis, tractatus pacis, quæ servabuntur, & debent servari in rebus maritimis contra eos, qui descendunt in littora, & Portus sive ad deprædandum, damnificandum, vel ad male agendum, vel in mari medio dictas res faciant. Præterea Rex, & Regina Castellæ, & Legionis promiserunt, & concesserunt modo supra dicto pro se, & suis successoribus, ut se non intromittant ad acquirendum, & intendendum aliquo modo in Conquista Regni de Fez, sicuti se non intromiserunt Reges antecessores sui præteriti Castellæ, immò libenter dicti Domini Rex, & Princeps Portugalliæ, & sua Regna, & sui successores poterunt prosequi dictam Conquistam, ut eam defendant, quomodo illis placuerit: & promiserunt, & consenserunt in omnibus dicti Domini Rex, & Regina Castellæ, nec per se, nec per alios, nec in judicio, nec extra judicium, nec de facto, nec de jure non movebunt super præmissis, nec in parte, nec super re, quæ ad illud pertineat, litem, dubium, quæstionem, nec aliquam contentionem, immò totum præservabunt, complebunt integrè, & facient observari, & compleri sine aliquo defectu. Et ne in posterum possit allegari ignorantia de vetatione, & pœnis dictarum rerum contractarum, dicti Domini miserunt illico Justitiis, & Officialibus Portuum dictorum suorum Regnorum, ut totum, quod dictum est, fervent, compleant, & fideliter exequantur, & mittant ad præconisandum: & publicandum in sua Curia, & in dictis Portubus Maris eorum supra dictorum Regnorum & Dominiorum, ut id perveniat ad eorum notitiam. Nos igitur, quibus cura universalis Dominici gregis cœlitus est commissa, quique ut tenentur inter Principes, & Populos Christianos pacis, & quietis suavitatem vigere, & perpetuo durare desideramus, cupientes, ut litteræ Nicolai, & Calixti prædecessorum hujusmodi, ac per incertum Capitulum, nec non omnia, & singula in eis contenta ad divini nominis laudem, ac Principum, & Populorum singulorum Regnorum prædictorum perpetuam pacem firma perpetuò, & illibata permaneant, motu proprio, non ad alicujus nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate ac pruvidentia & ex certa scientia, nec non de Apostolicæ potestatis plenitudine litteras Nicolai, & Calixti prædecessorum hujusmodi, ac Capitulum, prædicta rata, & grata habentes illa nec non omnia & singula, in eisdem contenta auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac præsentis scripti patrocinio communimus, decernentes illa omnia, & singula plenum firmitatis robur obtinere, ac perpetuò observari debere. Et nihilominus Venerabilibus Fratribus Elborensi, & Sylvensi, ac Portugallensi Episcopis per Apostolica scripta motu, & scientia similibus mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios singulas litteras, ac Capitulum prædicta, ubi, & quando opus fuerit, solemniter publicantes, ac eisdem Regi, & Principi Portugalliæ, eorumque successoribus in omnibus & singulis præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes non permittant eosdem Regem, & Principem & successores contra præmissa vel eorum aliquod per quoscumque cujuscumque dignitatis, status, gradus, vel conditionis fuerint, molestari, seu etiam impediri, molestatores, & impedientes, nec non contradictores quoslibet, & rebelles auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticam, & alia juris remedia appellatione postposita compescendo. Non obstantibus omnibus suprà dictis, aut si aliquibus communiter, vel divisum ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, communitionis, constitutionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare, præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo Primo. Undecimo Kalendas Julii. Pontificatus nostri Anno Decimo.

L. Grifus.

Bulla Alexandri VI.

ALexander Episcopus Servus servorum Dei. Charissimo in Christo Emmanueli Portugalliæ, & Algarbiorum Regi illustri salutem, & Apostolicam benedictionem Ineffabilis, & Summi Patris providentia super Reges & Regna, testante Propheta, licet immeriti, constituti officii nostri debitum exequi tunc nos arbitramur, cum ad ea nostros diffundimus vigilanter cogitatus, per quæ Orthodoxæ Fidei propagatio nostræ curæ cælitus commissa, ac Christianæ Religionis augmentum, & animarum salus procurari, ac barbaricæ natio-

nationes deprimi, & ad fedem ipſam ſucceſſu temporis converti poſſint. Sanè pro parte tua nobis nuper per Venerabilem fratrem noſtrum Georgium Epiſcopum Albanenſem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem Ulixbonenſem nuncupatum expoſitum fuit, quod tu qui more tuorum progenitorum intendis, infidelium expugnationi vacare deſideras, ſi forſan contingeret aliquas civitates, Caſtra, Terras, & loca, ſeu Dominia infidelium ditioni tuæ ſubjici, ſeu tributum ſolvere, & te in eorum Dominum cognoſcere velle, licite civitates, caſtra, loca Terras, & Dominia hujuſmodi recipere, & retinere poſſe. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut tibi in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur pium, & laudabile tuum deſiderium hujuſmodi plurimum in Domino commendantes, ac ſperantes, quod pro tua Regia magnanimitate ad honorem Dei, & Chriſtiani nominis propagationem, Infidelium eorumdem expugnationi, & ad Fidem Catholicam converſioni pro viribus intendere curabis, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati te, ac hæredes, & ſucceſſores tuos, quos veſtigia tua imitaturos, & Sedi Apoſtolicæ devotiſſimos futuros non dubitamus, auctoritate Omnipotentis Dei Nobis in Beato Petro conceſſa, de Civitatibus, Caſtris, locis, Terris, & Dominiis prædictis, quæ tibi, ditionique tuæ, ut præfertur, ſubjici, quæ te in Dominum cognoſcere, ſeu tributum ſolvere velle contigerit, ſine alicujus Chriſtiani Principis, cui jus in illis ſit quæſitum, præjudicio auctoritate Apoſtolica tenore præſentium inveſtimus, illaque tibi, hæredibuſque & ſucceſſoribus tuis præfatis auctoritate vicariatûs ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti, qua fungimur in terris, per te, hæredeſque, & ſucceſſores præfatos in perpetuum tenenda, regenda, & gubernanda, nec ad illis liberè dominandum, prout alia Regna, Terras, & Dominia tua tenes, regis, & gubernas, donamus, concedimus, & aſſignamus, ac illa conquirendi plenam, & liberam facultatem elargimur, diſtrictius inhibentes quibuſcumque Regibus, principibus, & Dominis temporalibus quibus jus quæſitum non foret, ut præfertur, ne ſe contra ſic ſe tibi ſubjicere volentes quovis modo opponere, nec tibi propterea bellum movere, ſeu alias moleſtare præſumant Majeſtatem verò tuam, Chariſſime Fili, nec non Hæredes, & ſucceſſores præfatos per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Jeſu Chriſti & per ſacri lavacri ſuſceptionem requirimus, & plurimum hortamur in Domino, utſi aliqua ex Terris locis & Dominiis hujuſmodi Domino concedeute acquiſiveritis, omni ſtudio, & diligentia, prout Catholicos Reges & Principes decet efficere ſtudeatis, quod inibi nomen ipſius Salvatoris Noſtri colatur, & fides Catholica exaltetur, & amplietur, ut exinde præter æternæ retributionis, præmium, noſtram, & dictæ Sedis benedictionem, & gratiam uberius conſequi merearis. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ inveſtitionis, donationis, conceſſionis, elargitionis, inhibitionis, requiſitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo, Kalendas Junii. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

L. *Podacatharus.*

Bulla Julii II.

JUlius Epiſcopus Servus ſervorum Dei. Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo, Bracharenſi, & Epiſcopo Viſenſi ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Ea, quæ pro bono pacis, & quietis inter perſonas quaſlibet, præſertim Catholicos Reges per concordiam terminata ſunt, ne in recidivæ, contentionis ſcrupulum relabatur, ſed firma perpetuò, & inconcuſſa permaneant libenter cum à Nobis petitur, Apoſtolico munimine roboramus, exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte Chariſſimi in Chriſto Filii noſtri Emmanuelis Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Illuſtris petitio continebat, quod olim poſtquam per Sedem Apoſtolicam claræ memoriæ Joanni Regi Portugalliæ, & Algarbiorum, quod ipſe Joannes & Rex Portugalliæ, & Algarbiorum pro tempore exiſtens per Mare Oceanum navigare, aut inſulas, & portus, & loca firma infra dictum mare exiſtentia perquirere & inventa ſibi retinere liceret, ac omnibus aliis ſub excommunicationis, & aliis pœnis tunc expreſſis, Ne Mare hujuſmodi contra voluntatem præfati Regis navigare, aut Inſulas, & loca ibidem reperta occupare præſumerent, inhibitum fuerat. Cùm inter præfatum Joannem Regem ex una, & Chariſſimum in Chriſto Filium noſtrum Ferdinandum Aragonum, tunc Caſtellæ, & Legionis Regem Illuſtrem, ſuper certis Inſulis Laſamiliis nuncupatis, per præfatum Regem inventis, & occupatis ea aliis partibus lis, controverſia, & quæſtionis materia exortæ fuiſſent, partes ipſæ litibus controverſiis & quæſtionibus hujuſmodi obviare, ac pacem, & concordiam inter ſe pro ſubditorum ſuorum commoditate nutrire, & vigere deſiderantes, ad certas horas concordiam, conventionem, & compoſitionem devenerunt, per quam inter cætera voluerunt, quod Portugalliæ, & Algarbiorum à certis, Caſtellæ verò, & Legionis Regibus pro tempora exiſtentibus à certis aliis uſque ad certa alia loca tunc expreſſa per dictum Mare navigare, & inſulas novas perquirere, & capere, ac ſibi retinere liceret, prout in quodam inſtrumento publico deſuper confecto dicitur pleniùs contineri. Quare pro parte præfati Emmanuelis Regis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut concordiæ, conventioni, & compoſitioni prædictis pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ confirmationis adjicere, ac alias in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui inter perſonas quaſcumque, præſertim Regali dignitate fulgentes, pacem & concordiam vigere intenſis deſideriis affectamus, de præmiſſis certam notitiam non habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrùm, ſi eſt, ita, concordiam, conventionem, & compoſitionem prædictas, ac prout illas concernunt, omnia, & ſingula in dicto inſtrumento contenta, & inde ſecuta quæcumque de utriuſque Regis conſenſu approbare, & confirmare illamque perpetuæ firmitatis robur obtinere decernentes auctoritate noſtra curetis, ſupplentes omnes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervenerunt in eiſdem. Et nihilominus ſi confirmationem, & approbationem prædictas per vos vigore præſentium fieri contigerit, ut præfertur, faciatis dictam concordiam inviolabiliter obſervari, ac eoſdem Reges concordia, & illius confirmatione, & approbatione prædictis pacificè gaudere, non permittentes eos inter ſe, aut per quoſcumque alios deſuper indebitè moleſtari, Contradictores auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque. Aut ſi eiſdem Regibus, vel quibuſvis aliter communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſit per litteras Apo-

stolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexto Nono Kalendas Februarii Pontificatus nostri Anno Tertio.

L. Bergomensis.

Pater igitur concessionibus Summorum Pontificum regiones Indicas mareque ad illas navigabile concessum fuisse Regibus Lusitaniæ ob eximios labores, & ærumnas, quas passi sunt in perquirenda navigatione incredibili, omnibus Europeis penitus ignora: ut testantur omnes Historici, concessionemque factam cum prohibitione ad alias Nationes, ne ad Indos cæterasque conquisitas navigare aut pervenire auderent, & insuper Summos Pontifices commisisse Regibus Portugalliæ exportationem Prædicatorum ad infideles ut Catholicam, & ortodoxam fidem gentibus in ultimis orbis partibus denuntiarent, ad quod summi præsules, sufficientem, & plenam habebant potestatem, ut diximus supra *n.* 76. 77. & 78. quare nulli dubium esse potest Lusitanos jus maris Indici, errarumque in India existentium acquisivisse, verosque dominos esse. & posse alios prohibere, ne ad dictas regiones navigent, aut navigare præsumant. Quod quidem etiam naturalis ratio suadet, ut emolumenta quæ inde proveniunt, eorum sint quorum expensis, laboribus. & periculis prædictis navigationes & terræ quæsitæ fuerunt, ut in terminis docet Bartol. *in rubr. de fluminibus* quem refert, & sequitur Anton. Peres *ad lib.* 11. *Cod. tit.* 12. *n.*10. & regulare est eum qui sentit onus commodum sentire debere. *L. secundum naturam, ff. de reg. juris* Valasc. *cons.* 179. *n* 20. Larrea *alleg.* 113. *n.* 11. Arias de Mesa *lib.* 1. *variar. cap.* 44. *n.* 4. Immò non est ferendus, qui lucrum anhelat, & onera subire recusat, Valasc. *ubi suprà n.* 20. Gam. *decis.* 226. *n.*2. Larrea *d. n.*11. Solorsan. *de jure Ind. tom.* 2. *lib.*2. *cap.* 10. *n.*48.

Ultra quod hodie Reges & Principes supremi passim jus gentium subegerunt, ita ut maris dominium vindicarent, ut Lusitaniæ, & Castellæ Reges dominium maris Occeani, & Angliæ Reges Britannici sinus, Daniæ Baltici, Veneti, Adriatici æquoris dominium retinent, ac diuturna possessione ex communi, proprium effecerunt, ut tradunt Alberic. Gentil. *de acq. maris*, Joann. Seldenus *de mari claus. lib.* 1. *cap.* 24. sic omnes tenuere secuti Bart. *in L. ultim. ff. de usucapionibus* docet Ant. Peres *d. tit.* 12. *n.* 8.

Pro conservatione, & defensione hujus dominii, Lusitani Reges novas classes subsidiarias quotannis mittere in Asiam solent, leges dare prohibentis ne sive naturales, sive exteri in Indiam navigare queant sub pœna corporis, & amissionis bonorum, & quod magis est tempore Pro-regis Domini Francisci de Almeida lex lata fuit in India, ut quicumque sine litteris, quas custodiæ vocant, à præfecto aliquo Lusitano vel Classis vel arcis provenientibus, navigaret, loco hostis haberetur, libertatemque simul, & merces, navesque amitteret ut optimè tradit Morisot. *de orbe marit. lib.* 1. *cap.* 21. *pag.* 492. *post medium vers. L. ex apud*, quod non ita fieret si Lusitani terrarum, & jurisdictionis non essent domini, quia leges ferendi potestas, est jurisdictionis actus, ut diximus *tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 10. *n.* 3. 4.

Prædictis, quæ verissima sunt, non obstantibus Batavi in Indiam navigare cœperunt & illis in Regionibus, magno cum apparatu bellum in nostris ditionibus gesserunt, post quam à fide Catholica, & à potestate Summi Pontificis recesserunt, & à proprio desciverunt Principe Philippo secundo Castellæ Rege, qui post cladem Africanam Regnum Lusitaniæ, injustissimè quidem occupavit, occupatumque ad posteros transmisit, in cujus temporibus Batavi in Oriente aliquas civitates, & portus à Lusitanis eripuerunt, illudque bellum indixerunt in Odium Philippi, & descendentium non in odium Lusitanorum, namque dum Lusitani Reges Portugalliæ Regnum possederunt, neutiquam Batavi ausi sunt navigationem ad Indos, neque peragere, neque tentare. Hoc autem cum Regnum restitutum fuisset Joan. Quarto, & descendentibus, excluso Philippo Quarto, qui sine titulo illud occupabat, justè expectamus ut cæteræ partes, quæ ad prædecessores pertinuerunt in Asia, redeant ad nostrum invictissimum Principem, maximè cum Batavi post fœdera pacis initæ inter Regem Alphonsum Sextum, & illos, Cochini Regnum, & Cranganor infideliter nostris ejectis occupassent, tempore quo inter Regem Portugalliæ, & Regem Catholicum bellum grassabatur, antea enim quod Rex Philippus Portugalliæ Regnum occuparet, tota India sub imperio Lusitanorum erat, ut tradit Morisotus *d. cap.* 21. *pag.* 499. *in fine* ibi: *Sic cuncta Lusitanis parebant, nec erat qui victoribus resisteret:* cum Sebastianus, qui Joanni II. successerat; temeritate propria in Africa cecidit, vel cecidisse vulgatum est.

CAPUT IX.

De piscatione, Venatione, jure Aucupii. Ubi etiam de pascuis aliqua traduntur.

Ad Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 14. & lib. 5. tit. 88. & tit. 91.

SUMMARIUM.

1 *Venatio unde dicta sit, & quotuplex. Quis fuit illius primus inventor: Et quæ species illius licita sit.*
2 *De Spectaculis Romanorum.*
3 *In Spectaculis nocentes, & scelerati homines bestiis adjiciebantur.*
Item vendebantur servi, ut cum bestiis depugnarent.
Liber homo, qui operas locabat, ut cum bestiis depugnaret, efficiebatur infamis Ibid.
Damnati ad bestias efficiebantur servi pœnæ. Ibid.
4 *Liberi homines, qui gratis in arenam descendebant, gratia ostendendæ virtutis, & fortitudinis, non efficiebantur infames; immò præmiis honorabantur.*
5 *Venatio saltuosa quæ sit, & quando licita laicis.*
Venatio spatiosa quæ? & est omnibus permissa.
6 *Venatio clamosa, & laboriosa, quæ fit ad apros, ursos, & leones laicis permissa, non Clericis; nisi in casu necessitatis.*
7 *Venatio oppressiva tantum licita est in bello justo arenaria abiit in desuetudinem.*
8 *Venatio est permissa, & communis de jure naturali, & gentium.*
9 *Feræ, & volucres in nullius bonis sunt, & de jure gentium fiunt occupantis.*
10 *Homini naturaliter concessus est dominatus in bellnas.*
11 *Venari in fundo alieno cuilibet licitum est; & à domino fundi prohiberi nequit, postquam ingressus est fundum.*
Dominus fundi potest prohibere illius ingressum. Ibid.
12 *Proponitur quæstio, an si venator non obstante* probi-

prohibitione domini fundi ingressus est, & avem, vel feram capit, teneatur eam domino restituere prohibenti? In qua duæ sunt opiniones contrariæ, altera affirmativa, quæ servatur in Castello, altera negativa, quæ est communis.

13 *Feræ bestiæ licèt solo sustineantur, non tamen sunt pars fundi: neque dominus agri habet dominium, aut possessionem ferarum.*

14 *Dominus fundi, qui ingressum prohibuit, potest agere adversus venatorem actione injuriarum, si verò similiter feram dominus esset capturus.*

15 *Feræ ut acquirantur, necessaria est naturalis occupatio. Et subjungitur quæstio, An qui vulneravit feram eam acquirat?*

16 *Resolvitur quæstio: & interpretatur text.* in L. naturalem §. illud quæsitum ff. de acquir. rer. domin. *& text.* in §. illud Instit. de rer. divis.

17 *Fera si incidit in laqueum, cujus efficiatur ubi interpretatur text.* in L. laqueum 55. ff. de acquir. rer. dominio.

18 *Venator efficitur dominus feræ, quam cepit, non tamen alterius pecoris, quod gestabat, velut ovis, agni aut alterius rei, quam domino restituere tenetur, aliàs furtum facit.*

19 *Opponitur contra resolutionem, quod feræ sunt communes, & in nullius dominio existunt. de text.* in L. 3. §. item feras de acquir. rer. domin. *& de text.* in L. venationem 26. de usur. L. item 10. §. aucupiorum L. usum fructuarium 69. ff. de usufr.

20 *Distinguitur inter animalia mansueta de sui natura, & feras. Et de illis, quæ industria fiunt mansueta: atque de his, quæ in vivariis seu stagnis detinentur. Et quando dicuntur esse in dominio.*

21 *Pisces nunquam fieri possunt mansueti.*

22 *Feræ, aves, & pisces dum sunt in vivario, seu receptaculo, sunt in dominio illius, cujus est vivarium, aut receptaculum: & qui ea subripuerit, furtum facit.*

23 *Feræ dum custodiuntur in vivario, seu receptaculo pertinent ad fructus fundi.*

24 *Feræ reclusæ in vivario, vel receptaculo, si evadunt custodiam, & locum domini, recuperant suam pristinam naturam, & fiunt occupantis. Et quando dicuntur exire à potestate domini.*

25 *Columbæ, apes, & alia animalia, quæ solent redire, sunt in dominio, quod dominus amittit, quoties illa redeundi consuetudinem amiserunt.*

Dum redeundi consuetudinem retinent tenetur dominus damnum ab eis datum resarcire. Ibid.

26 *Interpretatur text.* in L. naturalem §. examen ff. acq. rer. domin. *& text.* in §. apium Instit. de rer. divis. *& n.* 27.

28 *Capiens apes alieni alvei, vel columbas alieni columbarii, vel earum, dum sunt in consuetudine redeundi, furtum committit.*

29 *Accipitres, falcones, & similes aves non amittuntur: licèt aberrent, & fugiant oculos dominorum.*

30 *Columbæ quando eum ballistis capi possint? Et de eo, qui attrahit columbas ad suum columbarium, si in suo certa semina spargat? Remissivè.*

31 *Proponitur quæstio: An venatio, aucupium, & piscatio possint à Principe prohiberi? Et an sint de Regalibus? Probatur affirmativa ex consuetudine.*

32 *Sed pars negativa verior est de jure communi.*

33 *Piscatio, venatio, & aucupium de consuetudine omnium ferè Regnorum prohiberi possunt à Principe supremo.*

34 *Jus prohibendi venationem contra subditos potuit princeps acquirere consuetudine, & præscriptione immemoriali.*

35 *Præscriptio immemorialis vim legis habet, & constituit: atque pro veritate habetur.*

36 *Præscriptio triginta annorum sufficit, ut vitium præsumptæ malæ fidei extinguatur.*

37 *Qui per longum tempus piscatus est in fluminis diverticulo, potest alium prohibere: & datur ei interdictum, ut possidetis, & manutentio.*

38 *Princeps non potest prohibere venationem subditis in privatis prædiis: secus si ex justa causa, veluti ad certum tempus generationis, vel altissimæ nivis: aut nequis cum certis instrumentis venetur.*

39 *Interest Reipublicæ, ne animalium copia diminuatur vel depereat.*

40 *Princeps potest prohibere venationem rusticis & colonis, mercatoribus, & artificibus ob publicam utilitatem: maximè si venatio fit aprorum.*

41 *Princeps valet prohibere venationem in aliquibus terris vel locis, ex causa propriæ recreationis ut venationem habeat paratam.*

Venatio est propria, & peculiaris Regum, Principum, & Nobilium. Ibid.

42 *De laudibus venationis, & illius voluptate.*

43 *Principes pro salute subditorum continuas subire molestias coguntur.*

44 *Reges Lusitaniæ non omninò subditis interdixerunt venationem, sed tantùm in certis locis, quos vocamus* Coitadas.

45 *Datur differentia inter lucrum non capere, & sentire.*

46 *Qui promisit aliquem servare indemnem non tenetur, nisi pro vero damno emergenti.*

47 *Spes incerta non dicitur esse in bonis, & est res fallacissima.*

48 *Princeps potest præjudicare in jure quærendo.*

49 *Venatio de jure naturali, vel gentium non est præcepta, sed tantum permissa.*

50 *Principes possunt in privatum dominium transferre ea quæ communia, & in nullius bonis erant.*

51 *Princeps potest in totum, vel in certis locis venationem prohibere: non tamen id efficere possunt inferiores à Principe, qui superiorem recognoscunt.*

52 *Facere defensas, seu* Coitadas, *soli Regi competit, non inferioribus: qui suis subditis venationem non possunt interdicere.*

53 *Princeps potest inferioribus concedere jus faciendi defensas.*

Et quando in donatione concessum intelligatur.

54 *Jus venandi differt à jurisdictione.*

Concessa jurisdictione ea tantum Regalia intelligantur concessa, quæ convenire possunt recognoscenti superiorem. Ibid.

In donatione generali non comprehenduntur, quæ debentur Principi in signum supremæ potestatis. Ib.

55 *Donatarii Regiæ Coronæ non possunt habere amplius, quàm quod in donatione, & titulo expressè continetur.*

Donatione concessa Baroni non comprehenditur jus alios prohibendi.

56 *Princeps non debet esse adeò studiosus venandi, ut convertat consuetudinem in perniciem Reipublicæ.*

57 *Princeps parcè & cum moderamine venandi voluntate uti debet: ne publica negotia aut non curet omninò, aut minùs quàm decet, legimini Reipublicæ incumbat.*

58 *Venatio efficere solet homines feros, crudeles, immisericordes, destructores artium, & studiorum.*

59 *Princeps venator pluribus exponitur periculis, & referuntur exempla.*
60 *Pœna contra venantes in locis à Rege prohibitis debent esse leves, non corporales: & assignatur ratio.*
61 *Pœna propter reiterationem delicti augenda est.*
62 *Venatio Clericis est interdicta. Et de ratione.* Ib. & 63.
64 *Limita ut recreationis, necessitatis aut sanitatis causa permittatur Clericis venatio, qua non sit periculosa: ut venatio aprorum, dummodo sæpiùs non exerceatur.*
65 *Secundo limita in Clerico in minoribus qui non habet Beneficium.*
66 *Clericus, qui illicitè venatur, non tenetur ad restitutionem ferarum, quas cepit.*
Declara, ut neque ex causa recreationis Clericus venari, aut piscari non possit in mensibus prohibitis ab Ordinatione lib. 5. tit. 88. Ib.
67 *Clerici tenentur servare leges sæculares justas, si non sint contrariæ constitutionibus Canonicis.*
Si Clericus in inquisitionibus generalibus contra venatores in mensibus prohibitis reperiatur culpofus, debent acta remitti ad Judicem Ecclesiasticum. Ibid.
Si Clericus reperiatur in dictis mensibus venando cum canibus, & avibus, vel instrumentis, potest à Judice sæculari spoliari. Ibid.
68 *Clericus inventus cum armis, potest illis spoliari à Judice sæculari.*
69 *Venatio monachis non est licita, etiam recreationis causa.*
70 *Piscatio Clericis est permissa; dummodo non fiat in solemnitatibus majoribus, & animo negotiandi.*
71 *Illi, quibus venatio non est licita, possunt capere animalia nociva: ut sunt leones, ursi, & lupi.*
72 *Interest Reipublicæ, quod prædicta animalia nociva extirpentur, atque extinguantur.*
73 *Jus piscandi non pertinet ad Regalia, sed tantum redditus piscationum. Et interpretatur text.* in cap. unic. quæ sint Regalia & Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 14.
74 *Donatarii Coronæ & Magnates non possunt facere prohibitiones, seu forestas in montibus, & nemoribus publicis circa pascua.*
75 *Pascua publica in communi pertinent ad universitatem, vel oppidum in cujus sunt territorio.*
76 *Domini vassallorum non possunt disponere de bonis publicis.*
77 *Ex dominio jurisdictionis non infertur ad proprietatem pascuorum.*
78 *Domini terrarum non possunt pascua publica reducere ad culturam, neque ibi seminare, aut vites plantare, neque pascuorum usum deteriorem reddere.*
Ubi certus numerus pecorum taxatur ad pascendum, quotus numerus concedendus sit dominis terrarum?
79 *In regno prohibetur præfectis artium, & Commendatariis, quod non possint habere pecora, & animalia in locis ubi præsunt. Quod idem procedit donatariis cum jurisdictione, & dominis terrarum.*
Pastua etiam in fundis privatorum post fructus collectos sunt communia inter cives. Ibid.
Civitates, & oppida quæsierunt jus ad vendenda, & locanda pascua. Ibid.
81 *Civitates, & oppida habent fundatam intentionem, circa pascua in ipsorum territorio, non tam in pascuis publicis; quàm in pascuis privatorum agrorum.*
82 *Quæritur, An dominus agri possit prohibere ne aliena animalia herbam naturaliter natam depascant? Ubi firmatur opinio affirmativa.*
83 *Fundatur contraria opinio. Et affertur distinctio Authoris. Et interpretatur.* Ordin. lib. 5. tit. 9 t.
84 *Senatoribus concessum est, ut nemo possit venari in suis prædiis.*
85 *Donatarii Regiæ Coronæ possunt præscribere jus prohibendi venationem per tempus immemoriale nemine contradicente.*

IN capite præcedenti de rebus communibus actum est & cum venandi jus, & aucupii atque piscationis omnibus etiam sit commune, de illo in præsentiarum agere constituimus. Et quidem unde venatio dicta sit, tradit. D. Franc. de Amay. ex Bulenger. & Rader. *in L. venatoribus C. de excus. n. L.* 10. Ubi duplicem esse venationem ait: unam vulgarem, aliam verò arenariam Menoch. *autem de arbitr. casu.* 413. *n.* 3. triplicem esse venationem dicit. Et Franc. Marc. 1. *p. decis.* 529. *à n.* 1. venationis quinque refert species: scilicet oppressivam, arenosam, clamosam, saltuosam, & spatiosam. Oppressiva est, quæ homines perdit: cum vir nequam homines rapit, & occidit, de qua *in cap. his ita dist.* 6. Cujus fuit primus inventor Nemrot.: Genes *cap.* 10. ibi: *Cœpit Nemrot esse robustus venator coram Domino:* hoc est hominum oppressor, ut exponunt interpretes. Et Joan. de Turrecrem. *in cap. qui venatoribus.* 6. *dist. n.* 2. Menoch. *de casu* 413. *n.* 4. Franc. Marc. *d. sect.* 529. *n.* 5. Et hæc venationis species permissa est in bello justo, non aliàs: ut per eosdem Arenosa, seu arenaria dicitur venatio, quando homo debellaret cum aliqua fera bestia dentosa, de qua Franc. Marc. *ubi supra n.* 2. Andr. Gail. *observat.* 68. *n.* 10. Menoch. *de casu.* 413. *num.* 5. Quam amphytheatralem dicit Amay. *in d. L. venatoribus n.* 1. & 2. Fuit enim mos antiquis Romanis, ut in spectaculis populorum ludi loco exhibetentur feræ bestiæ, cum quibus homines aliqui decertarent: & ab arena dicti sunt arenarii *L. ob carmen.* §. *si ea ff. de testib. L. ha demum ff. de oper. libert.* Et quia in Amphytheatro exhibebantur, vel arena, nomen ipsum amphytheatro fuit communicatum: ut ait Just. Lipsius *de amphyt. cap.* 2. Amaya *ubi suprà n.* 3. Erat hoc spectaculum Romanis gratissimum: qua de causa Principes solebant hæc edere spectacula, ut populum sibi gratum haberent, & conciliarent *L.* 1. *L. nemo C. de spect.* ibi: *Nedum plausibus popularibus:* Auth. *de Consul.* ibi, *Multa delectatione implebit populum.* Symmach. *l.* 1. *Epistol.* 77. & *l.* 6. *epist.* 40. ibi: *Favorem plebis allicere.* Plura eleganter cumulat Amaya *in d. L. venatoribus n.* 41. Et ideo ex variis Orbis partibus ad hoc spectaculum feræ conquirebantur: ut bene enarrat Amaya *supra n.* 22. & 23. 1 2

In his spectaculis objiciebantur bestiis nocentes, & scelerati homines, qui propter delicta ad bestias damnabantur, Tertull. *de spectac. cap.* 19. Item, & servi vendebantur, ut cum bestiis depugnarent, ut constat *ex L. domini.* 42. *ff. de contrah. empt. L. circumcidere.* 11. §. 1. *ad L. Cornel. de sic.* Et insuper in defectum damnatorum conducebantur homines liberi, qui cum bestiis depugnarent: & in id operas suas locabant; & hi efficiebantur infames *L.* 1. §. *removet. vers. & qui operas, ff. de postul. L.* 2. *ait Prætor. ff. de his, qui not. infam. L* 3. §. *Lege Julia ff. de testib. L.* 1. §. *qui operas ff. ad S. C. Tertullian. L. in arenam C. de inoffic. testam. L. unic. Cod. de infamib. lib...* Amaya *ubi suprà n.* 9. Qui *n.* 40. tradit damnatos ad ludum venatorium, ut ferro cum bestiis pugnarent sive liberi, sive servi antea fuissent, efficiebantur servi pœnæ. Liberi verò homines, qui gratis in arenam descendebant virtutis, & fortitudinis ostentandæ gratia, qui operas suas non locabant, infa- 3 4

iosames non efficiebaotur *d.L.* 1. §. *& qui operas vers. denique ff. de post.* Immò præmiis, & muneribos honoratos fuisse docet Amaya *supra n.*11.*&* 12. Et quidem atrocissimum & barbarum, crudelitate, & omni feritate plenum fuit hoc spectaculum. Atque ideo Christianis olim spectare prohibitom ex Amesc. *de potest. in se ipsum lib.* 2. 11. *n.* 2. Amaya *in d.L. venatoribus n.*3. Et tamen hæc venationis species, quando fiebat causa virtutis exercendæ, erat permissa *L.* 1.§. *item Senatus ff. de postulat.* Franc.Marc. *dec.*259. *num.* 2.

5 Venatio saltuosa est, quæ fit in sylvis, saltibus, & nemoribus. Et hæc licita est laicis extra tempus Quadragesimæ, *cap. si nulla.* 23. *q.* 8. *ad capienda aves, vel feras*, Cassan. *in Catal. glor. mund. p.*11. *consider.*50. *vers. ex quo primo*, Menoch.*d.casu.*413. *n.*10. Franc. Marc. *ubi supra n.*3. Prout etiam venatio spatiosa, seu recreativa ad excitandum calorem naturæ permissa est, ut notatur *in cap.* 1. *de Cleric. venator.* Franc. Marc. *decis.* 529. *n.*4. adeo ut prædicta venatio, tam sylvosa, quam recreativa omnibus conveniat & maximè Principibus, & Nobilibus, cum Deorum sit inventum: ut dixit Xenophon. *de venat.* Menoch. *d. casu* 413. *n.*12. Tiraq. *de nobil. cap.* 27. *n.*138. *& seqq.* Petr. Gregor. *Syntagm. l.*39. *cap.* 10. *n.* 8, 9. *&* 10.

6 Denique venatio clamosa, & laboriosa, quæ fit ad apros, ursos, leones & similes bestias feras, *cap.* 1. §. *nemo retia de pacl. tenend. L.* 1. *C. de venat. ferar. lib.* 11. Licita, & permissa est laicis, non verò Clericis; nisi in casu necessitatis, quando feræ devastarent fructus bonorum Ecclesiæ, vel Religionis, quia tunc talis venatio Ecclesiasticis esset licita: ut per Franc. Marc. *decis.* 519. *n.* 1.

7 Manet igitur, quod venatio oppressiva in bello tantum justo licita est, arenaria vero in desuetudinem abiit, ut per Amaya *in d. L. venatoribus n.* 76. Et tandem Imperator Honorius spectacula sustulit, atque prohibuit, motus cujusdam Monachi Telemachi morte: teste Theodor. *L.* 5. *histor. Eccles. c.*26. Et cum Baron. Lipso, & Petr. Fabr. ootat Amaya *ubi proxime*, *n.* 7.

8 Plane cæteræ venationis species regulariter permittuntur, immò venatio est de jure naturali, & gentium omnibus communis, & permissa de jure etiam Divino. Namque Deus universo hominum generi ferarum dominium ab initio subjecit, & rerum omnium usum omnibus communem esse voluit: ut Genes. *cap.* 1. *n.* 26. ibi: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, ut præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis universis terræ.* Et *n.* 28. ibi: *Dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & universis animantibus, quæ moventur super terram.* Unde apud omnes nationes jure gentium receptum fuit, cuilibet liberum esse venari, & piscari. Quod Platonis lege sancitum tradit Plato *lib.* 7. *de legib.* ibi: *Sacros hos venatores nbicunque venari velint, nemo prohibeat.* Sunt enim feræ, & volucres in nullius bonis, sed omnibus com-

9 munes. Atque ideo de jure gentiom occupantis fiunt §. *feræ Instit. de rer. divis. L.*2. §. *fin. L.*3.*L.in Laqueum L. Pomponius.* 3. *quorundam L. quod in littore ff. acquir. rer. domin. L.* 1. §. *dominium ff. de acquir. possess. lib.*17. *tit.*28. *partit.* 3. Et in terminis scribunt Cujac. *lib.* 4. *observ. cap.* 2. Conan. *lib.* 3. *comment. cap.* 2. Donel. *lib.* 1. *comment.cap.* 8. Alciat. *lib.* 11.*parerg. cap.* 2. *& in L. traditionibus C. de pact.* Fachin. *lib.* 1. *controv.cap.*1. Covarr. *in reg. peccatum.* 2.*p.*§ 8. Soto *de just. & jure lib.*4. *q.*6. *art.* 4. *pag. mihi* 362. Farin. *de furt.q.*174.*n.*92. Molin. *de just. disp.*43. *& seqq.* Lessius *de just. & jure lib.* 2. *c.*5. *dubit.*7. Azor. 3. *p. lib.* 1.*n.cap.*16.*q.*1. Rebell. *de oblig. just.* 1. *lib.*1.*q.*14. *à n.*7. Grammat. *decis.*67. *n.*9. *vers. quoad venationem*; Pinel. *in rubr. C. de rescind. vend.* 1.*p.n.*15. Tiraq. *de Nobil. cap.* 37.*n.* 150.*vers. igitur*, ut id caput finiam. Et eandem opinionem sequitur Guillielm. Bened. *in cap. Raynucius verb. & uxorem nomine Adalasiam in* 5. *decis. n.* 336. *vers. an autem possint Barones* Ludovic. Rodulphin. *de suprem. Princ potest. cap.* 6. *conclus.* 16. *n.*123.*&* 124. Vincent de Franch.*dec.*158. Mastrill. *de Magistr. lib.*4. *cap.* 18. *n.*13. Tondut. *resol. civil. cap.*105. *n.*1. Melch. de Valentia *Illustr. lib.* 1. *tract.* 2. *c.* 4. *n.* 28. Franch. Marsil. *dec.*526.*n* 14.

Quod etiam ex eo suadetur, quod juxta Aristot. 10 *lib.* 1. *Polit. cap.* 8. Homini naturaliter concessus est dominatus in belluas ibi: *Planta sunt animalium gratia, cætera animalia hominum causa, mansueta quidem propter utilitatem & cibum, feræ autem propter cibum, & alia adjumenta, ut & vestes & cætera instrumenta ex his fiant.*

Etenim venatio ita omnibus est communis, & per- 11 missa, ut etiam possit quis venari in fundo alieno, L. 3. *ff. de acquir. rer. domin.* absque eo, quod venator a domino fundi possit prohiberi, ne venetur, postquam ingressus est fundum: potest tamen bene prohibere, ne venator fundum ipsius ingrediatur ad venandum. Probat *tex. in L. Divus ff. de servit. rustic. L. injuriarum* §. *fin. de injur.* Donel. *lib.*4. *comment. cap.*8. Medin. *de restit. q.*12. Azor. 3. *p. lib.* 5. *cap.*16. Matta *de jurisdict.*4. *p. casu* 58.*n.*24. Franc. Marc. *d. dec.* 529. *n.* 14. Quod autem dominus fundi venationem prohibere nequeat, probatur *in* §. *plane Instit de rer. divis. L.*1. *&* 2. §. *planè, L.*3.*& L. naturalem*, *ff. de acquir.rer. domin.L* 1.*de servit. rustic.* At verò ingressum fundi bene prohibere valet venatori, quamvis alias nemo possit prohiberi ingredi fundum alienum, quando insequitur rem propriam, nisi ei reddatur *L.*1. *ff. de gland. legend. L. thesaurus.* 10. *ff. ad exhib. L. qui pendentem.* 26. *ff. de action. empt. L.* 2. *C. de servit. fugitiv.*

An aotem venator, qoi non obstante domioi pro- 12 hibitione fundum ingreditur, & feram, vel avem capit, teneatur eam restituere domino legitimè prohibenti; Dubitari solet. In qua quæstione Accurs. *in* §. *feræ Instit. de rer. divis. verb. ingrediatur*, tribuit Domino prohibenti feram ita captam. Et hæc sententia apud Castellanos probatur *ex L.*17. *tit.*28. *partit.*3. ubi Gregor. Lopez. Cujus legis dispositionem extollit Amaya *in L. unica L. de venat. ferar. lib.* 10. *n.* 56. Idem verò Accurs. *in L. Divus, ff. de servit. rustic. & in L.*3. *verbo ingrediatur de acquir. rer. domin.* palinodiam cantans scribit venatorem ingredientem fundum alienum invito domino suam facere feram, vel avem captam, & eam non teneri restituere. Et hanc ultimam Accursii opinionem sequuntur Divus, & omnes secundùm Bart. ibi, & esse communem testantur Florian, Angel. & Caciunc. *in d.* §. *feræ.* Cæpol. *de servit. rustic. cap.* 21. *n.*3. Covaar. *in d.* §.8.*n.*1. Ubi fundamenta hujus partis adducit. Pichard. *in d.* §.*feræ n.*6. Donel. *lib.*2. *comment. cap.*8. & ibi Usuald. *litt. F.* Gutierr. *lib.*2..*canonic. cap.*28. *n.*31. Qui loquitur, quando, ager non est circumseptus, neque ita vallatus, ut feræ exire nequeant Franc. Marc. *d.decis.*529.*n.*15. Cujus sententiæ ea est potissima ratio, quia feræ, & 13 bestiæ, licet loco sustineantur, noo tamen sunt pars fundi, ut dixit Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 35. *&* 36. Neque dominus agri prohibens ingressum venatori habet dominium ferarum ibi existentium, neque possessionem, Covarr. *in d. reg. peccatum.* 2. §.8.*n.*5. *&* 9. *vers. quinto ab eadem*, sequitur Amaya *in d. L. venatoribus n.* 52. *&* 53. Quo loco respondet *ad L.* 17. *tit.* 48. *partit.* 3. post Covarr. *in* §. 8. *num.* 5. Gutierr. *d. c.* 28. *num.* 32. *lib.* 2. *Canonic.*

Nihi-

14 Nihilominus tamen dominns fundi, qui ingressum prohibuit venatori actione injuriarum agere poterit adversus eum *in d. L. injuriarum §. fin. ff. de injur.* Si alias verisimiliter dominus fuudi feram esset capturus, ut scribunt Angel. & Paul. *in d. L. Divus ff. de servit. rustic.* Bart. *in* L. 1. §. *omnis de acquir. rer. domin.* Molin. *de just. & jure disp.* 51. Covarr. *d.* §. 8. *num.* 5. Donel. *d. c.* 8. *num.* 1. *ad fin.* Navarr. *in Manual. cap.* 17. *n.* 129. Gutier. *d. lib.* 2. *Canonic.* 28. *n.* 19.

Sed est advertendum ad ferarum acquisitionem
15 esse necessariam actualem occupationem ex *text. in L.* 1. *&* 3. *ff. de acquir. rer. domin.* §. *feræ. Instit. de rer. divis.* Unde infertur: ac illam quæstionem, An, qui vulneravit feram eam acquirat; in qua quæstione Trebatius, & alii Jurisconsult. ipsius classis putaverunt feram acquiri vulneranti, ubi primum ita vulnerata, est, ut statim capi possit cum tamen eam insequatur; immò si fera ab alio capiatur, dum vulnerans eam persequitur, furtum ab eo commitatur juxta *text. in L. naturalem* §. *illud quæsitum ff. de acquir. rer. domin.*

16 Alii verò rejecta Trebetii sententia éxistimaverunt, quod fera vulnerata non censetur acquisita vulneranti, nisi ab eo capta esset. Et hæc sententia approbatur *in d.* §. *illud quæsitum, & ab Imperatore in* §. *illud Instit. de rer. divis.* Quam sequuntur Cæpol. *de servit. rustic. cap.* 21. *n.* 5. Donel. *d. lib.* 4. *cap.* 8. Conan. *lib.* 3. *comment. c.* 3. Lessius *lib.* 2. *cap.* 5. *dubit.* 10. Azor. 3. *p. lib.* 4. *cap.* 13. *& lib.* 5. *cap.* 16. Covarr. *in d. reg. peccatum* 2. *p.* §. 8. *n.* 13. Gregor. Lopez. *in* L. 23. *tit.* 27. *partit.* 3. Sebast. Medices *de venat.* 2. *p. q.* 18. Gutierr. *lib.* 2. *Canonic. cap.* 28. *n.* 49. De consuetudine verò ubique probatur Trebatii sententia. Et quidem non immerito, si vulnerans feram lethaliter vulneratam insequatur. Quod notavit Accurs. *in d.* L. *naturalem* §. *illud quæsitum*, ubi Bart. *n.* 2. Azo *in summa de rer. divis. col.* 2. Alber. *in* L. *in laqueum ff. de acquir. rer. domin.* & alii DD. supra citati.

17 Infertur secundo ad illam quæstionem, An is, qui posuit laqueum, in quem fera incidit, illius dominus efficiatur; In qua quæstione difficile quidem est Proculi responsum *in d.* L. *in laqueum.* 55. *de acquir. rer. domin.* Namqne Jurisconsultus ita obscurè se expedit ut pro una, & altera parte à Doctoribus soleat adduci. Et hic textus ita varie à glossatoribus fuit intellectus, ut ibi notat Acurs. *verb. summam.* Quare dicendum est feram fieri capientis, sive manu, sive alio capiatur instrumento. Sed cum multi possint accidere casus, in quibus fera incidens in laqueum, idem Proculus excitat quæstiones, de quibus in eo textu: quasi diceret, quod qoando fera à communiter accidentibus perventura est ad ponentem laqueum, statim ejus fiat: veluti si ita incidat, ut recedere non possit; & laqueus sit positus in loco proprio circumspecto vel in loco alieno de consensu domini; ita ut neque fera aufugere valeat, neque alius eam facilè capere. At verò si detur casus, in quo fera proprio impulsu à laqueo evadere queat, & laqueus sit positus in loco publico, vel alieno sine consensu domini, non acquiritur ponenti laqueum, cum facile possit ab alio occupari, etsi fiet ejus, qui ccpit. Ita Donel. *lib.* 4. *commen. cap.* 11. Conan. *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 2. Cujac. *lib.* 4. *observ. cap.* 12. Et videndi sunt Cæpol. *d. cap.* 21. *n.* 4. Covar. *in d.* §. 8. *n.* 13. Gutierr. *d. l.* 2. *Canonic. c.* 28. *n.* 50. *&* 51.

18 Sciendum tamen est, quod quamvis venator efficiatur dominus feræ, quam capit non tamen acquirit dominium alterius pecoris, scilicet ovis, vel agni, aut alterius rei, quam gestabat fera capta; immò illam restituere debet pristino domino, alias furtum committit L. *Pomponius* 44 *ff. de acquir. rer. domin.* Et apud Nos probat *Ord. l.* 5. *tit.* 62. *n.* 5.

Diximus feras esse communes, & in bonis nullius: 19
atque ideo capientium fieri. Sed obstare videtur Primo *text. in L.* 3. §. *item feras, ff. de acquir. rer. Domin.* Ubi feræ dicuntur esse in dominio, & possessione privata: Ergo non sunt nullius, neque ad occupantem pertinent. Secundò obstat quod venatio dicitur esse in bonis, & pertinere ad usufructuarium. *L. venationem* 26. *de usufr. L. item* 10. *aucupiorum*, L. *usufructuarium.* 69. *ff. de usufr.* Confirmatur, qua venatio potest prohiberi à domino fundi *d. L. injuriarum* §. *fin. de injur.* Deinde feræ aliquando veniunt in judicio familiæ erciscundæ. *L. Pomponius* §. *idem Pomponius, &* §. *fin. ff. famil. ercisc.* Facit. *text. in L. quæsitum.* 12. §. *si in agro junct.* L. *de grege.* 9. *cum seqq. ff. de fund. instr. instrum. que leg.*

Pro quorum jurium explicatione observandum est 20
animalia, & volucres esse in duplici differentia. Aut enim natura sua sunt mansueta, prout oves & boves, ac similia: aut sunt fera de sui natura. Prima sunt in dominio, & possessione, & qnamvis aufugiant, semper domini sunt *L.* 1. §. *ult. ff. de acquir. rer. domin.* Notatur *in L. si pavonem, ff. de furt.* Covarr. *in d. reg. peccatum.* 2. *p.* §. 8. *n.* 15. Cæterùm si de aliis feris agatur, adhuc subdistinguendum est: aut enim sunt de his, quæ non solent de facili effici mansuetæ, vel de illis, quæ hominum industria mansuetæ fiunt. Planè feræ, quæ mansuetæ sunt effectæ hominum industria, censentur esse in dominio, dum non exeunt ab eo fugiendo, vel alio modo, juxta *in L. naturalem.* 5. *ff. de acquir. rer. domin.* Aliæ autem, quæ suam naturam, & feritatem retinent, in nullius bonis esse censentur, sed tanquam communes occupantis fiunt *d.* §. *feræ Instit. de rer. divis.* Attamen si detineantur in vivario, vel stagno, etiam retenta ferina natura, dicuntur esse in dominio, & possidentur *L.* 3. §. *item feras ff. de acquir. possess.* Proindeque illæ tantum feræ, quæ liberè vagantur per sylvas aëra, maria & flumina, communes sunt, & occupantis fiunt: non aliæ quæ vel mansuetæ sunt effectæ, vel in vivariis, vel stagnis detinetur.

Observabis tamen, quod circa pisces non procedit 21
prædicta distinctio: egent namque alio elemento, & nunquam mansueti fieri possunt. Quidquid Phædon in libello apud Plutarchum multa congerat de anguilis Arethusæ & murena Crassi, ut refert Baldum. *in d.* §. *feræ n.* 3. *&* 11.

Ex qua distinctione infertur feras, aves, & pisces,
dum sunt in vivario, seu receptaculo alicujus, non 22
posse dici communes: & sic non fieri occupantis *d.* L. 3. §. *item feras de acquir. possess.* Et is, qui eas surripuerit, furtum committit *d. L.* 3. §. *item feras L. usufructuarium* §. *si in vivariis ff de usufr. L. Pomponius* §. *idem Pomponius, ff. famil. ercisc. L. si pavonem* 37. *ff. de furt.* Notant Doctores *in L. si apes.* 26. *eod.* Nata *cons.* 375. *n.* 9. Andr. Gail. *lib.* 2. *observ.* 68. *n. fin.* Immò quamvis dictæ feræ pars fundi non dicatur *L. funes.* 6. *cum seq. ff. de action. empt.* cum sit absurdum asserere volucres, & feras esse partem, vel fructus pendentes hujus, aut illius fundi, Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 28. *n.* 35. Tamen dum feræ custodiuntur in vivario, vel receptaculo, pertinent ad fructus fundi *d. L. item.* 10. §. *aucupiorum L. usufructuarium ff. de usufr. L. quæsitum* §. *in agro*
ff. de fund. instr. Coras. *lib.* 5. *miscellan. cap.* 8. *n.* 12. 23
Hening. Arnisæus *de jurib. Majest. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 4. *circa fin. pag.* 371.

Si verò feræ ita reclusæ evadunt custodiam do-
mini, & locum, in quo recluduntur, suam pristi- 24
nam recuperant libertatem, & possunt iterum à quocumque occupari, & capi. Dicuntur autem exire à potestate domini, quoties ejus oculos evaserint, vel quam-

quamvis in ejus sint conspectu tamen difficilis, & quasi impossibilis earum redditur recuperatio *L.* 3. *L. Pomponius*.44.*verf.licet ff.de acquir.rer.domin.*§.*fera verf. naturalem Instit. de rer. divif.* Et scribunt Molin. *de just.& jur.disp* 48.Donel.*lib*.4.*comment.cap*.8. Covarr.*in d.reg.peccatum* 2. *p*. §. 8. *n*. 14. Quamvis enim aliæ res, quæ evadunt domini potestatem solùm amittantur quoad possessionem non quoad dominium *in* L.3. §. *Nerva* L.*Pomponius* 53.*ff. de acquir. possess.* Conan. *lib*.3. *comment*. *c*.3.*n*.10. Anton. Gomez *in L*. 45. *Tauri n*. 102. Attamen cum prædictæ feræ recuperent suam pristinam libertatem, etiam quoad dominium amittuntur Mascard.*de probat.conclus.* 157. *n*. 2.

25 Aliquæ verò sunt feræ, vel aves naturæ ferinæ, quæ licèt sint extra vivarium, leporarium, & locum circumseptum, adhuc in potestate domini sunt. Prout columbæ, apes, & alia animalia, quæ mansueta facta solent redire; quorum dominium, amittit dominus, quoties illa redeundi consuetudinem amiserunt juxta *text. in L.*5. §. *apium, & §. cervos ff. de acquir. rer. domin. L. Pomponius ff. famil. ercisc. L.* 22. *tit*. 28. *partit*,3. ubi Greg. Lopez. Medin. *de restit*. *q*.12. Dum verò hæc animalia consuetudinem redeundi retinent: si damnum dederunt, tenetur dominus illud resarcire utili actione *L. Aquilia*, aut ex edicto si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, *cap.fin.*§.*quod si animalia, ubi gloss. verb. animalia, L.fin.C. ad L. Aquil. Aquamvis ff. eod. ubi gloss. verb. actiones.* Andr. Gail. *lib*.2. *observ*.69. *n. fin.*

26 Sed obstat textus difficilis *in L. naturalem* §. *examen ff. de acquir. rer. domin.* §. *apium Instit. de rer. divif.* ubi habetur quod quis apium dominium amittit quoties ejus conspectum excesserunt. Constat autem apes esse de illis feris, quæ redire solent L.3. §. *quidam rectè ff. de acquir.possess.* Pro concordia ait Accurs. *in d.* §. *examen verb. examen*, illum textum procedere, quando universitas apium conspectum domini excessit; non verò in singulis apibus volantibus. Et in hoc casu intelligit loqui *textum in d.L.*3. §. *quidam rectè.*

27 Verùm hic intellectus sustineri non potest: quia si universitas apium solet redire, idem jus constitui debet ac in singulis apibus volantibus. Unde melius responderi potest *textum in d. L. naturalem* §. *examen*, procedere eo casu, quo examen novum evasit ad quærendam novam sedere habent enim apes suas colonias, & cum in eis non detur mos, & consuetudo redeundi, meritò procedit regula supra posita de feris, quæ non habent consuetudinem redeundi. Ita Balduin. *in d.*§. *apium n*.3. & ibi Hotoman. *Instit.de rer. divif.*

28 Ex quibus infertur, quod capiens apes alieni alvei, columbas alieni columbarii, vel cervum aliudve animal mansuetum, dum sunt in consuetudine redeundi, & in dominio furtùm committit *L. Pomponius* §.1.*ff. famil. ercisc.* Et in bis terminis intelligendus est *text. in d.*L. 3.§. *aves, & §. quidam recte de acquir. possess.* Soto *de just. & jure lib*.3. *q*.6. *art*.4. Medin. *de restit. q*.12. Molin. *de just. disp*.48. Navar. *in manual. cap*. 17. *n*. 128. Azor. *d.c*.16. *propè fin.* Covar. *d. in reg. peccatum* 2. *p*.§.8.*n*.14. Donel. *d. lib*. 4. *c*. 8. Et eo casu capiens dicta animalia tenetur ad restitutionem juxta supra dictos.

29 Sed est observandum quod accipitres, falcones & similes aves, quæ in usu aucupii habentur non amittuntur, licet aberrent, & effugiant oculos dominorum *Ordin.lib*.5.*tit*.62.§.3.Azor.*d.cap*.16. *verf. tertio accipitres.* Et hujus rei ea videtur ratio, quia cæteræ aves proprio cursu, & impulsu exeunt à potestate dominorum, aut à vivario, ubi erant reclusæ. At verò aves, quibus utimur ad aucupium, plerumque exeunt potestate, & facto domini mittentis eas contra alias aves: Atque ideo cùm non exissent proprio facto & naturali impulsu, pristinam non recuperant libertatem.

De illo autem, qui columbas deducit de alterius 30
columbario, & ad proprium attrahit; puta si in suo ad id certa semina spargat: quando videlicet peccet, & restituere teneatur, videndi sunt Medin. *d. q*. 52. Navarr. *d.cap*.17.*n*.128. Et quæ in proposito tradunt Covarr. *d.*§. 8. *n* 54. *verf. tertio ex hoc*, Gutierr.*lib*. 2. *Canonic. cap*. 28. *n*.53. *& seqq.* Cæpol. *de servit. rustic. cap*. 21. *verf. quarto, & in cap. de columbar.* Soto *de just. & jure lib*. 4. *q*. 6. *art*. 4. *verf. sed alia sunt media.* Ubi quando columbæ capi non possunt ballistis, scopetis, vel aliis instrumentis intra certum spatium.

Quibus ita positis accedendo ad nostrum institutum: Quæro, An venatio, aucupium, & piscatio possit à Principe prohiberi. Et An hoc jus venandi, 31
aucupandi & piscandi sit de Regalibus? Et idem inter Regalia jura connumerari scribunt Decius *conf*. 193.*n*.3. Vulteius *lib*.1.*feudor*. *cap*.5. *n*.7. *verf. an etiam jus*, Sebast. Medic. *de venat*. 1. *cap*. 2. *n*. 66. *& cap*.7. *n*.58. Quibus videtur adhærere Rosentald. *de feud.cap*.5.*concl*.94. *n*.6. ex Germaniæ consuetudine Menoch. *conf*.302.*n*.31.*verf. vigesimo secundo.* Sixtin. *de Regal.lib*.2. *cap*. 58. *n*.35. *&* 44. Mastrill. *de Magistr.lib*.5. *cap*.10.*n*.183. Castill. *de tert. cap*. 41. *n*.118. Cancer. *lib*. 2. *var. cap*. 2. *n*.75. Gaspar. Thesaur. *lib*. 2. *forens*. *q*.22. *n*.5. *& seqq.*

Sed contrarium de jure communi verius est ex his, 32
quæ Tiraq. *de nobil. cap*.37. *n*.150. Vvesembec. *in parotil. ad tit.ff. de acquir. rer. domin.n*.7. Vulteius *d.cap*.5.*n*.7.*verf. an autem jus venandi* Decius *conf*. 197.*n*.3. *verf. ex bis satis liquet*, Rosentald. *d. conclus*.94.*n*.7. Et fatetur Sixtin. *d.cap*.18. *n*.31. *&* 34. cum pluribus Rodulph. *de suprem. Princ. potest. cap*. 6. *concl*. 16. *n*. 123. *& seqq.* Et bene comprobatur ex eo, quod jus venandi, & piscandi de jure Divino, & naturali cuilibet liberum est: ut diximus supra *num*. 8.

Cæterùm consuetudine ferè omnium gentium in- 33
troductum esse posse Principem supremum subditis venationem etiam in agris propriis interdicere: nec non aucupium, & piscationem: ut de aucupio scribunt Cujac.*lib*.4.*observ.cap*.2. *ad fin.* Quintill. Mandoz. *de inhibition. q*. 62. *num*. 3. *&* 6. *verf. & quia hoc jure* Vvesembeq. *in d. partit. ad tit.ff. de acquir. rer. domin. n*.7. Et de venatione Mandoc. & Cujac. supra Rosentald. *d. conclus*.94. *n*.6. Andr. Gail. *lib*. 2. *observ*. 66. Sixtin. *d. cap*. 18. *n*. 45. Fachin. *controv.lib*.1.*cap*.1. *verf. sunt autem.* Et ita communiter Doctores tenere dicit Covarr. *in d. reg. peccatum*. 2. *p*. §.8.*n*.2. Medin. *de restit. q*. 52. Melch. de Valent. *illustr. lib*.1. *tract*.2. *cap* 4.*n*.29. Amaya *in d. L. venatoribus n*. 42. *C. de excus. muner. lib*. 10. Gutierr. *lib*.2. *cap*. 28. *n*.1. Emmam. Barbos. *in remission. ad Ordin. lib*.5. *tit*. 88. *n*. 2. Marta *de jurisd*. 4. *p. casu* 57. *num*. 51.

Et quidem hoc jus prohibendi venationem contra 34
subditos Principes quærere poterunt, non solùm consuetudine, sed etiam præscriptione immemoriali: probarunt Sebast. Medices *de venat*. 1. *p*. *q*. 5. Georg, Moro *de jur. venand*. 1. *p*. *cap*. 23. *& cap*.3.*n*. 35. *& seqq. & n*. 58. Vulteius, *in* 4. § *fera n*.10.*Instit. de rer. divif.* Rosentald. *d. cap*.5. *conclus*.24. *n*. 2. *&* 6. *& ibi gloss. litt. D.* Diximus præscriptione immemoriali quia ad hoc immemoriale tempus requiritur. Et verè servitutes discontinuè, sive negativæ, sive affirmativæ non præscribuntur, nisi per tantum temporis spatium, quod memoriam hominum excadat juxta doctrinam gloss. *verb. certam*

in

in L. servitutes. 14. ff. de servit. & in L. 1. §. fin. verb.
quamdiu. ff. de aqua pluvia. arc. Guid. Pap. decis.
573. Franc. Balb. de praescript. 2. p. 3. princ. q. Cæ-
pol.. d. servit. urban. cap. 10. n. 5. Rosentald. d. cap.
5. concl. 27. n. 7. gloss. fin. litt. G. Gail. lib. 2. observ.
60. n. 7. Anton. Gom. lib. 2. var. cap. 15. n. 28. Mas-
card. de probat. conclus. 1225. n. 41. & seqq. Cald.
Pereir. lib. 1. forens. q. 5. n. 33. Castill. de usufr. cap.
68. n. 6. & 7. Covarr. lib. 1. var. cap. 17. n. 11. Me-
noch. cons. 437. n. 26. Giurb. observ. 62. n. 4. Tondut.
resolut. civil. cap. 48. n. 46. Vincent. de Franch. de-
cis. 183. n. 13. Et hæc est verior, & communior opi-
nio ex Gratian. discept. forens. cap. 681. n. 36. Tondut.
d. cap. 48. n. 48. Quidquid noviores contendant lon-
gum tempus sufficere tam in præscribenda servitute
continua, quàm discontinua, Cujac. in L. 4. §. ul. ff. de
usucapion. Namque contra eos stat communis opinio.

Cum autem præscriptio immemorialis vim Legis
habeat. L. 1. & fin. ff. de aqua pluvia arc. dicaturque
35 alterum jus naturale Molin. de primog. lib. 2. cap. 6.
n. 13. Mendez à Castr. in prax. 1. p. cap. 2. lib. 1. n.
10. & vicem constituti obtineat, tituli que, & privi-
legii L. hoc jure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid &
æstiv. d. L. 1. §. fin. ff. de aqua pluv. arc. Anton. Go-
mez in L. 40. Tauri n. 20. Valasc. de jure emphyt. q.
8. n. 36. Covarr. lib. 1. var. cap. 10. n. 14. Gabr. Pe-
reir. decis. 52. n. 6. Reynos. observ. 65. n. 1. Cancer.
lib. 3. cap. 3. n. 25. Franch. decis. 166. n. 1. ubi adden-
tes Cresp. de Valdaur. obser. 14. n. 2. Ideoque pro
veritate habeatur, ut docuit Bald. in L. 1. notab. 3.
C de servit. & aqua. Verùm est dicere, quod præ-
sumitur Principes legitimum titulum habuisse ad quæ-
rendum jus prohibendi venationem, qui resultare
potuit ex consensu subditorum: ut per Fachin. d. c.
1. vers. tertia est causa. Unde cum sola triginta an-
norum præscriptio sufficiat, ut malæ fidei præsump-
tæ vitium extinguatur juxta doctrinam Bart. in L.
ult. C. Unde vi, quam communem dicit Bald. in L.
Celsus. 3. p. col. 6. ff. de usucapion. Covarr. in cap.
possessor. 2. p. §. 8. n. 4. de reg. juris in 6. A fortiori
36 dicendum est, tempore immemoriali purgatam fuisse
malam fidem præsumptam in Principe resultantem ex
eo quod vassalli metu compulsi non ausi sunt resiste-
re: Maximè cùm ad evertendam immemorialem
præscriptionem requiratur mala fides, vera non præ-
sumpta; quæ poterat abesse in principio tam ex di-
cto consensu, quàm ex alia legitima, & justa causa.
Ac proinde illud jus prohibendi Principibus compe-
tit secundùm Bart. in rubr. ff. de re. divis. col. 1. Bald.
de præscript. 4. n. 5. princ. quæst. 6. Covarr. d. §. 8. n.
10. Gutier. d. c. 28. n. 45. Et justificari potest ex il-
lis causis, quas congerit Fachin. d. c. 1. vers. sunt au-
tem, & seqq. Quibus addenda sunt quæ Vvesembeq.
ad tit. de acquir. rer. domin. litt. A. & seqq. n. 7. Soto
de just. & jure lib. 4. q. 6. art. 4.

Et confirmatur, quia si privatus in aliquo fluminis
diverticulo solus piscatus est per longum tempus, po-
37 test alium prohibere, & jus piscandi præscribere. L.
si quisquam ff. de divers. & tempor. præscrip. Platea
in princ. instit. de rer. divis. n. 77. Larrea decis. 44.
n. 30. 31. Ubi quod potest agere interdicto uti possi-
detis, & etiam manutentionis remedio. Ludov. Post.
de manutent. observa. 10. n. 51. Et ideo quod priva-
to conceditur, Principi denegari non debet, ne dete-
rioris sit conditionis, quàm privatus argum. text. in
L. item veniunt. §. in privatorum ff. de petit. hæred.
& in L. 1. & 2. C. de privil. fisc.

Quod quidem apud Me nullam habet dubitatio-
38 nem, si agatur de jure prohibendi venationem in lo-
cis publicis, præsertim ex justa causa L. 3. ff. de flu-
min. L. servitutes. 14. §. publico de servit. cum simi-
lib. At verò in privatis prædiis jus prohibendi vena-
tionem Principi non competit, quia jus subditis quæ-
situm tollere nequit sine justa causa: ut sæpius dic-
tum est, & in terminis docet Vvesembeq. d. n. 7. vers.
at si in privatis. Si verò justa causa interveniat, re-
ctè poterit Princeps etiam in privatis prædiis vena-
tionem prohibere. Veluti quando prohibetur vena-
tio ad certum tempus, puta ne tempore generationis
animalia capiantur: vel nequis in altissima nive le-
pores venetur; vel ne perdices, aut fazianos qui gre-
gatim incedunt, capit cum certis instrumentis. Quod
factum intelligitur ob publicam utilitatem ex ratio-
nabili causa, ne sequatur esculentorum animalium
totalis ferè consumptio, & destructio ut tenet, Natta
cons. 604. n. 4. Riminaldus Junior. cons. 35. n. 15. vol.
1. Anton. de Padill. in L. per agrum. n. 8. C. de ser-
vit. & aqua. Ubi loquitur quando Princeps prohibe-
ret venationem in mense Martii, Aprilis, & Maij qui-
bus animalia sylvestria sunt prægnantia, de quibus
omnibus extat apud Nos Ordin. lib. 5. tit. 88. optimè
exornat Rodulph. de suprem. Princ. potest. cap. 6. con-
clus. 16. n. 331. Cabed. 2. p. decis. 89. n. 5. Interest 39
namque Reipublicæ, ne animalium copia minuatur,
vel depereat, Molin. de just. & Jure disp. 43. in fin.
& disp. 45. eleganter Gutierr. lib. 2. Canonic. cap. 28.
n. 5. ubi allegat Leges Castellæ idem prohibentes,
Azeved. in L. 1. tit. 8. lib. 7. Recopil. Amaya in L.
unic. n. 47. C. de venat. ferar. l. 10.

Deinde erit justa causa prohibendi venationem 40
rusticis & colonis, ne ab agricultura revocentur, &
venationem convertant in causam lucri; & negli-
gentiores fiant ad agriculturam. Quod idem proce-
dit respectu mercatorum artificum & mercenariorum,
ne officia, & ministeria deserant, quibus civitates, &
populi magnopere juvantur, & conservantur. In illa
namque prohibitione publica vertitur utilitas L. 2. ff.
de feriis. Aut agricultores C. quæ res pign. scribunt
Fachin. d. lib. 1. cap. 1. vers. sexta est causa Guillielm.
Bened. in cap. Raynucius verb. & uxorem n. 899. in
fin. & seqq. Sebast. Medic. de venat. 1. p. q. 5. Georg.
Moro de jure venat. cap. n. 28. p. 1. Vvesembeq. ad
tit. de acquir. rer. Domin. n. 7. Rodulph. de conclus.
16. n. 127. Et saltem non esse permittendam rusticis
aprorum venationem dixit Gutierr. lib. 2. Canonic.
cap. 28. n. 7. Quia hæc venatio quasi præliorum si-
mulacrum reservanda est ingenuis.

Erit etiam justissima causa prohibendi venationem 41
in aliquibus terris, vel locis, si Princeps illam prohi-
beat ex causa propriæ recreationis, ut venationem
habeat paratam, & illam exerceat. Quam prohiben-
di justam esse causam tradunt Tiraq. de Nobil. cap.
37. n. 139. Sebastian. Medices. 3. 1. p. q. 5. Soto de
just. & jure lib. 4. q. 6. art. 4. Fachin. d. cap. 1. vers.
quinta est causa, Rodulph. d. conclus. 16. n. 131. in fin.
Cabed. 1. p. decis. 89. n. 5. Est namque venatio pro-
pria, & peculiaris Regum, Principum, Heroum, at-
que nobilium: ut eleganter scribit. Tiraq de Nobil.
cap. 37. n. 130. Et eam optimi Principes utilem op-
timam atque saluberrimam exercent: siquidem cor-
pus ex ea robustius, & animus fortior efficitur immo
& bellica omnia exercentur de cujus laudibus plura
cumulat. Tiraq. d. cap. 37. n. 132. & seqq.

Planè venatio habet in se quandam voluptatem,
quæ ejus cultores periculorum, atque laborum im-
memores facit; item rerum suarum: ut dixit Cicero
2. Tuscul. ibi: ibi apud quos venandi laus viget qui 42
hanc petiscunt, nullum fugiunt laborem: immo ex la-
bore voluptatem capiunt. Idem Cicer. libro 2. de na-
tur. Deor. Quid, inquit, multitudinem, suavitatemque
piscium dicam? Quid avium! Ex quibus tanta per-
cipitur voluptas, ut interdum pronaa nostra Epicurea
esse videatur. Et ait Appius Claudius apud Liv. lib.
6. Venandi studium, ac voluptas homines per nives
& pruinas in montes, sylvasque cum quadam jucun-
ditate rapit. Unde Bernardus in oratione ad Militea
Tem-

Templi; *Abhorrent*, inquit, *à venatione, nec ludrica illa avium rapina, ut assolet, delectantur.* Quare text. *in cap.* 1. *de Cleric. venator.* simpliciter vocat venationem, voluptatem ibi: *Si quis in hac voluptate gloss. in cap. Esau* 86. *dist. verb. piscatores.* Quinimio hæc voluptas tanti habita fuit, ut venatoribus ob hanc professionem nunquam immunitas fuerit concessa Imperatores *in L. venatoribus, C. de excusat. muner. lib.* 10. censentes eorum labores illa sola voluptate compensari: ut notat Angel. *in L. Divus ff. de servit. urban.*

43 Qua propter Principibos concessum est venationem subditis prohibere in aliquibus terris, vel locis, ut pro suæ dignitatis fastigio recreandi animi gratia venationem habeant paratam; siquidem pro subditorum salute per dies, ac noctes continuas subire molestias coguntur: namque ut ait Seneca ad Polybium. *cap.* 26. *Omnium domos Cæsaris vigilia defendit, omnium otium illius labor, omnium vacationem illius occupatio: ex quo se Cæsar Orbi terrarum dedicavit, sibi eripuit, & syderum modo, quæ irrequisita semper cursus suos explicant, nunquam illi licet nec subsistere, nec quidquam suum facere.* Et ut ait Agripa ad Augustum dissuasurus imperii continuationem, ut qui tantum Imperium gerat, necesse est multis curis, ac timoribus conficiatur voluptates minimè percipiat, molestissima quæque identidem, & videat, & audiat, & sentiat. Quæ ni fallor, causa Græcos, barbarosque nonnullos movit ut oblata quoque Regna respuerent, Dyonis. Halicarnas. *lib.* 62. Et ea ratione Regnum dicitur gloriosa servitus: ut diximus *lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. Ac inquit Tacit. *lib.* 1. *Annal.* Tiberium eam suæ cunctationem rationem prætexuisset dicens: *Solam Divi Augusti mentem tantæ molis capacem fuisse: se in partem curarum ab illo vocatum experiundo didicisse quàm arduum, quàm subjectum fortunæ, regendi cuncta onus.* Nec aliter nisi coactus, & quærens miseram, & onerosam injungit sibi servitutem recepit imperium: ut dixit Sueton. in Tyber. *cap.* 24. Et quidem benè principibus convenit dictum Agamemnonis apud Euripidem in Iphig.

Nos nempe majestate, & imperio, modò
Populo sumus priores, servi cætera.

Atque ita in compensationem tanti laboris æquitas summa expostulat Principi venandi prohibitionem concedi, ut sicut periculis, ac molestiis solum expositus est, ita recreandi animum facultatem præ cæteris habeat, Soto *d. q.* 6. *art.* 4. Planè Reges Nos-
44 tri piissimi, & Invictissimi non omninò venationem prohibuerunt, ut sibi paratam haberent, quando recreandi animi gratia illi incumbere voluissent. Proindeque in Regno omnibus venandi facultas competit exceptis locis in quibus prohibitio facta fuit, quæ apud nos dicuntur, *Coitadas.*

Et quamvis non omnes terræ, in quibus viget prohibitio, publicæ sint & plures in privatorum dominio existant, bene potuerunt Reges Nostri in illis etiam propriis dominiis venationem interdicere: quamvis enim venatio de jure gentium communis sit, tamen in nullius bonis esse dicitur. Et ideò prohibita venatione damnum subditis non infertur, sed tantùm impeditur lucrum; hoc autem non capere, & damnum sentire, plurimum inter se differunt L. *fin. ff. de codicill. L. quia in princ. ff. quæ in fraud. credir.* Cumque feræ in nullius bonis sint, ex prohibitione illas capiendi, damnum, non infertur. Est quippe damnum rei familiaris, & propriæ diminutio, seu læsio secundùm Paul. *in L.* 3. *in fin. ff. de damn. infect.* Burg. de Pac. *in proœm. Leg. Tauri*
45 *num.* 148. Salgad. *de protect.* 4. *p. cap.* 9. *num.* 194 Cyriaci, *controv.* 62. *num.* 12. & 14. Socin. Jun. *consl.* 78. *nu.* 1. & *seqq. vol.* 2. Adeo, ut qui promisit aliquem servare indemnem, non teneatur nisi pro vero damno emergendi, Benintend. *decis.* 81. *sub num.* 14. Caroc. *de excuss. p.* 2. *q.* 14. *num.* 31. Cy- 46
riac. *controv.* 62. *n.* 15. Quod idem procedit in eo qui promisit reficere damnum; quia non tenet ad lucrum adhuc, in esse non deductum, & perfectè acquisitum; Bald. *consl.* 182. *vol.* 1. Alex. *consl.* 114. *nu.* 1. & 2. *vol.* 3. Sequitur Cyriac. *d. controv.* 62. *n.* 13. Atque ita cum privati non habeant dominium ferarum, quæ in nullius bonis sunt, dici nequit Principem interdicendo venationem, in earum agris illis damnum intulisse. Itaque spes capiendi feras non dicitur esse in bonis, cum multa accidere soleant, ut feras non capiamus *L. Naturalem §. illud in fin. ff. de acquir. rer. domin.* Immo spes incerta non dicitur esse in bonis *L. fin.* ubi DD. *C. de pact. L. unica §. fin. autem aliquid sub conditione C. de Caduc. tollend.* Cres. 47
de Valdaura *observ.* 24. *num.* 24. Etenim spes incerta fallicissima res est, & somnium vigilanti, atque desiderium appellatur: ut cum Tiraq, Hermos. & aliis Alphons. de Olea *de cess. jurium tit.* 3. *q.* 10. *num.* 12. Et esto, quod spes capiendi feras in bonis esset, tuta consistit in eventu, & in jure quærendo, cui princeps præjudicare potest, Bart. *in L. Gallus §. & quid si tantum n.* 14. *ff. de liber. & posth.* Giurb. *de success. feudor.* §. 1. & *gloss.* 8. *n.* 60. post alios 48
Noguer. *alleg.* 32. *n.* 174. & 175. Arias de Mesa *lib.* 2. *var. cap.* 50. *n.* 15. Peregr. *consl.* 8. *n.* 7. *lib.* 4. Tiraq. *de primog. q.* 22 *n.* 1. & 2. Petra *de potest. Princ. cap.* 30. *à n.* 25. Surdus. *consl.* 308. *n.* 39. & *consl.* 407. *n.* 40. Maria *de success. leg. p.* 3. *n.* 19. Et sic tollitur fundamentum contrariæ partis de præjudicio privatorum dominorum.

Præterea ex dicta prohibitione jus naturale aut 49
gentium non lædi verius est, quia bene sentit Covarr. *in d. peccatum* §. 8. *num.* 1. *vers. his accedit.* venatio de jure naturali, vel gentium non est præcepta, sed tantùm permissa: siquidem animalia, volucres, & feræ non sunt communes affirmativè communis dominii causa sed negativè nam nullius sunt, & nemini jure naturali applicata. Unde venatio tantum est permissa, & licita omnibus intra terminos ipsius juris cum possint adesse justæ causæ, propter quas prohibitio venationis rationi congruat vel in totum, vel respectu aliquarum personarum, vel certorum locorum. Sequitur Andr. Fachin. *d. cap.* 1. *vers. qui eodem. in loco*, Amaya *in d. L. venatoribus n.* 43. & *seqq.* Quod comprobat *num.* 44. exemplo servitutis introductæ ex ea ratione, quia satius visum fuit servari, quam necari homines §. *servi Instit. de jure person.* Et addit *n.* 45. post Covarr. non esse validam argumentationem: hoc est jure natura- 50
li permissum, ergo per Legem humanam mutari non potest. Nam quamvis jure naturæ omnia essent communia, tamen eodem modo, ut occupatione, quod antea erat commune efficitur proprium & privatum, ipsius occupantis. Ita ipsa Respublica, vel Princeps possunt ea, quæ communia & in nullius bonis antea erant in privatum dominium transferre *L. ex hoc jure ff. de just. & jure:* Covarr. *d.* §. 8. *n.* 1. Bovad. *in sua Polit.* 2. *cap.* 16. *num.* 138. Molin. *de just. & jure disput.* 45. Et præstat Amaya rationem ubi supra *num.* 46. nempe, quod Principes contrario quodam jure gentium publico superioritatis omnis jura, & loca publica ad se transtulerunt L. 3. *ff. ne quid in loco public.* Unde nil mirum, quod de iis, quæ communia sunt, & in nullius bonis possint disponere.

Quibus adderem: quod licet jure naturæ omnia essent communia, nemo dicit distinctionem dominiorum repugnare juri naturali Littus maris commune est *L. quædam ff. de rer. divis.* sit tamen proprium privati qui illud occupat *L. quod in littore, de acquir. rer. dom.* Usus fluminis publici publicus est §.

flumina Instit. de rer. divis. L. 1. §. 5. *ff. de flumin.* Et
tamen à privato potest præscribi *d. L. si quisquam ff.*
de divers. & tempore. præscriptione. Bellam. *cons.* 7.
per totum. Et quamvis prædicta ita se habeant: non
iden juri naturali derogatur. Etenim aliud est per-
mitti, aliud imperari. Cumque feræ de jure natu-
ræ sint communes negativè non affimative; permis-
sio venationis est de jure naturali permisivo, non
præceptivo. Ac proinde Principes prohibendo ve-
nationem, jus naturale præceptivum non immutant,
permissivum verò contraria consuetudine, & novo
gentium jure ex justa rationabili causa moderari
posse dubium non est. Ex quibus solvuntur argumen-
ta quæ pro contraria adduci solent.
51 Itaque concludo Principem ex justis causis publi-
cæ utilitatis rectè posse ad tempus venationem in
totum prohibere; vel in perpetuum in certis locis.
Prout fecisse Reges nostros constat. Verum prædic-
ta solum procedunt in Principibus, qui superiorem
non recognoscunt non tamen in Dominis terrarum,
vassallorum Ducibus, Marchionibus, & comitibus
superiorem recognoscentibus. Etenim hi venatio-
nem, & piscationem prohibere nequeunt in terris
eorum dominio subjectis. Quod apud Nos dicitur
fazer coutada Docet. Menoch. *cons.* 298. *n.* 19. Gu-
tierr. *lib.* 2. *Canonic. cap.* 28. *n.* 2. Vincent. de Fran-
ch. *decis.* 158. Domin. Soto *de just. & jure lib.* 4. *q.* 6.
art. 4. *vers. hoc autem*, Medin. *de restit. q.* 12. *vers.*
sed quid in dominis temporalibus, Tiraq. *de Nobil. cap.*
37. *n.* 150. Cabed. 1. *p. dec.* 95. *n.* 1. & 2. *p. dec.* 89. *n.* 4.
Cald. Pereir. *de empt. & vend. cap.* 21. *n.* 11. Surd. *cons.*
390. *n.* 2. Grammat. *decis.* 67. *n.* 9. Rosentald. *de feud.*
cap. 5. *conclus.* 24. *num.* 1. Jason. *cons.* 119. *num.*
4. Marta *de jurisdict. p. casu* 56. *incipit cum Cleri-*
ci. Ubi quod si dominus prohibuerit subditis ne ve-
nentur, seu aucupentur, dicitur eis facere violen-
tiam, Guid. Pap. *decis.* 514. Tondut. *resolut civil.*
cap 105. *n.* 1. Et probat expressè *Ordin. lib.* 5. *tit.* 91.
52 *in princ.* Nam ut ait Soto ubi supra longè diversa
ratio datur in Principe, quam in Magnatibus. Nam-
que facere defensas, seu Coutadas, soli Regi com-
petit, Joseph. de Sessl. *decis.* 74. *n.* 5. & *n.* 20. ibi *Et*
sic Domini inferiores populorum non possunt facere fo-
restas, seu defessias in terminis illorum. Latrea *alleg.*
110. *n.* 14. & 15. Neque Barones suis subditis venatio-
nem possunt prohibere; quia contra regulas juris non
valent statuere, Roland. *cons.* 22. *n.* 6. *vol.* 2. Socin. *cons.*
227. *n.* 5. *vers. quam principaliter. vol.* 2. Marta *d. casu*
56. *n.* 8. & 9.
53 Poterit tamen Princeps jus faciendi defensas, seu
Coutadas per donationem, vel privilegium aliis com-
municare *Ordin. d. lib.* 5. *tit.* 91. §. 2. ibi *E as outras*
Coutadas, & defezas, que algumas pessoas por nossas
cartas dos Reys passados, & por Nos confirmadas,
lhes seram guardadas. Dubitari autem potest quan-
do hæc potestas prohibendi venationem, & piscatio-
nem concessa intelligatur? Qua in re dicendum est,
in quacumque concessione & donatione generali hoc
prohibendi, & faciendi defensas non comprehendi
nisi specialiter de illo mentio facta sit: ut tenent
Schrader. *d. feud.* 3. *p. cap.* 4. *n.* 47. & alii, cum qui-
bus Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *capite* 18. *n.* 49. etiamsi
donatio fiat cum mero, & mixto imperio Mynsinger.
respons. 1. *n.* 96. *decad.* 11. Rosentald. *de feud. cap.*
54 1. *conclus.* 94. *n.* 8. Sixtin. *d. cap.* 18. *n.* 51. Tum
quia jus venandi à jurisdictione differt, & diversam
speciem constituit Mynsinger. *de respons.* 16. *num.*
35. *in fin.* & *num.* 37. *decad.* 2. Sixtin. *d. num.* 51.
Tum etiam quia quamvis amplissima sit concessio ju-
risdictionis & territorii, illa tantum Regalia concessa
intelliguntur, quæ convenire possunt recognoscenti
superiorem, per ea quæ tradunt Bald. *in rubr. de*
rer. divis. num. 11. Barbos. *in L. comperit. n.* 170. *C.*
de præscript. trig. vel quadrag. annor. Gaspar. Va-
lasc. *in L. imperium n.* 228. *ff. de jurisd. omn. ju-*
dic. ubi Riminald. Junior. *à num.* 250. Cabed. 2. *p.*
decis. 40. *num.* 6. Qui optimè docet in donatione
generali non comprehendi quæ debentur Principi
in signum supremæ potestatis, Valasc. *de jure em-*
phyt. quæst. 8. *n.* 3. *in fin.* Covarr. *pract. c.* 4. *in princ.*
Barbos. ubi supra *n.* 25. & 26. Et quidem in concessio-
ne generali non veniunt Regalia *per translationem*
de offic. deleg. Sychard. *in L. quoties. n.* 9. *C. famil. ercis.*
Octavian. Cacheran. *dec. Pedemon.* 29. *n.* 5. *vers. immo*
concessit. Mynsinger. *respons.* 39. *n.* 6. & 7. *dec.* 4. Af-
flict. 122. *decis. n.* 3. Vvesembec. *cons.* 45. *n.* 37. &
seqq. cons. 92. *n.* 15. Quam opinionem receptissimam
dicit, & ab omnibus approbatam Molinæus *in consue-*
tud. Paris. tit. 1. §. 1. *gloss.* 5. *n.* 55. Sixtin. *d. cap.* 18. *n.* 50.
Et in hoc Regno indubitatum est; quia Donatarii
amplius habere non possunt, quam quod in donatio-
ne, & titulo expressè continetur. *Ordin. lib.* 2. *tit.* 45.
§. 1. ibi *Expressamente lhe for outorgado:* Cabed. 2. *p.*
decis. 11. *n.* 5. & *decis.* 14. *n.* 4. Valasc. *d. q* 8. *nu.*
28. Ultra quod, quamvis venatio, & piscatio con- 55
cedantur Baroni, non tamen concessa intelliguntur
cum jure alios prohibendi; ut declarat Natta *cons.*
435. *n.* 6. & *seqq.* Marta *d.* 4. *p. casu* 56. *n.* 4. ubi ex
Bossio, Jacobin. Jason, Ripa, & Cæpol. idem pro-
cedere ait quoad jus prohibendi respectu furni, &
molendini.
Notari tamen opportet: quod privilegium Prin-
cipis circa jus prohibendi venationem sibi reservatum
gratia recreandi animum, non debet in perniciem 56
Reipublicæ converti. Quod ita fiet si Princeps fue-
rit admodum studiosus venandi: ut fuisse legitur
Adrianus Imperator apud Spartinum in vita Adria-
ni. Et de Mitridate Pontico dicit Patricius Senior. *de*
Regn. & Rex. instit. lib. 3. *tit.* 6. Quod per annos sep-
tem neque urbis, neque ruris tecto usus, inter syl-
vas quasi errabundus vagatus fuit. Et ut sors ei præ-
bebat occasionem, diversis regionis montibus per-
noctarit, ignaris omnibus ubi locorum esset, ut tra-
ditur in Annalibus Anglicis de Vvillelmo Ruso.
Quod publicam salutem voluptati venationis postpo-
fuerit. Sunt namque plures adeò voluptatis venandi
sectatores, ac si summum rerum suarum in ea collo-
cassent: dicente Thoma Moro.

Et tum etiam defessa thoro cum membra repo-
nunt.
Mens tamen ad sylvas, & sua lustra redit.

Quare Princeps parcè, & cum moderatione hac 57
venandi voluptate uti debet, ne alias voluptatibus
indulgendo publica aut non curet omnino, aut mi-
nus, quàm decet, regimine Reipublicæ incumbat:
periclitatur namque Respublica, conculcantur que-
relæ viduarum & orphanorum, negligitur Justitia
corrumpuntur Magistratus dum Princeps officii sui
immemor à medio foro se subtrahit, & per solitaria
nemora confodit bestias. Qua de causa Tiraq. *de*
Nobil. cap. 37. *nu.* 139. Damnat in Principe immo-
dicum venandi studium. Ex Plutarch. *in apotem.*
Imperat. refert. Quod cum Antiochus studio perse-
quendi feram venatione ab amicis & servis aberras-
set, in casam quorumdam inopum intravit ignotus,
ac inter cenandum sermonem de Rege injecisset, 59
audivit hospitem dicentem. Regem quidem alias bo-
num esse, sed amicis flagitiosis utentem plurima ne-
gligere ad Rempublicam necessaria præ nimio ve-
nandi studio. Quem cum Rex audiisset tacuit tunc.
Sed posteaquam cum die satellites ad illam casam
venissent, cognitus allata purpura, & diademate, ut
dixit: *Ex quo die vos sumpsi heri primum vera de me*
ipso verba audivi. Conducit fabula Actæonis qui à
propriis canibus dilaceratus fingitur à Poëtis, ex eo
quod

quod venationi admodum deditus, cum illius divitias conſumpſerit. Præterea venatio efficere ſolet homines feros crudeles, immiſericordes, deſtructores artium, & ſtudiorum, ex quibus neceſſarium eſt Rempublicam conſiſtere. Nam ut ait Agrippa *de vanitate ſcient. cap.* 77. Adjecta humanitate ipſi feræ efficiuntur, morumque prodigioſa perverſitate tanquam Actæon mutantur in belluas. In tantum quoque plurimi illorum prorumpure inſaniam, ut hoſtes naturæ fierent: ut de Dardanio narrant fabulæ. Et inde Virgil. *Æneid. lib.*

Horrida præcipuè, cui gens aſſuetaque multo
Venatu nemorum.

Et Juſtin, *lib.* 41. tradit Hagidem Curetum inter cervorum greges quaſi unus de eorum numero ambulans in tantum ab eis differebat, quod lineamenta hominis geſtabat. Qua ratione Divus Auguſtinus *Pſalmo.* 147. ita ait: *Vident homines venatorem, & delectantur, videbunt ſalvatorem & contriſtabuntur.* Et Hieronym. *tom.* 8. *in Pſal.* 90. *in verſ. Sperabo in Domino inquit*: Penitus non invenimus in Scripturis Sanctis Sanctum aliquem venatorem, piſcatores invenimus Sanctos *c. Eſau* 86. *diſt. c. quorumdam.* 34. *diſt.*

Deinde Princeps venator pluribus exponitur peri
59 culis: ut dicitur de Adriano, qui inter venandum fregit humerum. Baſilius Imperator à cervo in cornua ſublatus ad terram, mortuus rediſſet, ſi diſciſſo balteo à quodam apparitorum liberatus non fuiſſet, ut tradit Zonar. *in Baſilio* Maria Maximiliam uxor delapſa de equo vitam ipſam venationi impendit. Et denique Carolus Quintus ex cauſa cujuſdam periculi diu decubuit. Ac proinde Princeps recreationis cauſa debet uti venatione moderatè non de conſuetudine, ne animis ad gubernandam Rempublicam inter ſylvas, & ſolitudines fiat ineptior, & ab officio regendi diſtrahatur.

60 Item advertendum eſt: quod licèt Princeps in certis locis venationem prohibere poſſit, & facere deſenſas: tamen contra venantes adverſus prohibitionem pænæ debent eſſe leves, non corporales; neque Princeps debet ſævire in eos, qui illicitè venati fuere: Soto *de juſt. & jure lib.* 4. *quæſt.* 6. *art.* 4. *circa fin.* Ubi dicit crudele eſſe plecti pœna corporali ingredientes loca vetita venationis gratia, ſed ſatis eſſe, ſi ablatis plagis, & inſtrumentis, duplum, vel triplum ſolvant. Sequitur Andr. Gail. *lib.* 2. *obſervat.* 68. *n.* 10. Cum enim jus prohibendi venationem à Principe non ſatis firmis nitatur fundamentis, & verè venator furtum non committat: ideò quidquid delinquant, ferarum captores, non aliter delinquunt, niſi quod Magiſtratus mandatis non obediunt, vel quod alienos agros ingrediuntur. Et hoc crimen non eſt tanta ſeveritate vindicandum, ut corporali pœnæ locus detur, Boſſius *in pract. tit. de reis acquir. nu.* 1. Et ea propter notantur Galleatius Sfortia, qui colocum coegit leporem, quem ceperat, crudum cum pelle devorare; ex quo mortuus eſt: ut narratur in hiſtoria Mediolani *volum.* 6. Curicus Secundus, Richardus Primus Anglorum Reges qui oculis, & genitalibus mulctare ſolebant eos, qui feras Regias capiebant. Unde Alphonſ. à Caſtr. *de Leg. pen. lib.* 1. *capite* 16. appellat tyrannos eos, qui morte puniri jubent quemquam ob interfectum cervum pluris beſtiam, quam hominem æſtimantes.
61 Si verò multiplicata fuerint delicta, pœna etiam debet augeri per *text. L. capitalium* §. *ſolent ff. de pæn.* Farinac. *q.* 23. *n.* 2. *& conſ.* 30. *n.* 67. Anton. Gomez. *lib.* 3. *var. cap.* 4. *n.* 60. *ad fin.* Et ſi ſæpiua contra Principis edictum venantur, ita ut Principem contemnere videantur, ſi incorrigibiles facti ſunt capitali pœna plecti poſſunt, Bart. Bald. & alij per

illum text. *L.* 1. *C. de ſuper exact. lib.* 10 Maſcard. *de prob. ri. concluſ.* 838. *n.* 2. Et in propoſito ita notanter tradit Fachin. *lib.* 1. *controv. c.* 1. *verſ. quinta, & poſtrema concluſio.* Et videtur ſentire Navarr. *in manual. c.* 27. §. 11. *n.* 221.

Ex dictis ſupra, venatio Clericis interdicta eſt ſub pœnis de quibus *in c.* 1. *de Cleric. venat.* ubi Abbas innocente, & alii Au eadem prohibitio habetur in Concilio Agathenſi *cap.* 55. Et Pariſienſi *cap.* 5. Lateranenſi ſub Alexandro Tertio *c.* 4. *cap. quorundam* 34. *diſt. c. an putatis* 86. *diſt. Clement.* 1. §. *porro, &* §. *ſi quis autem de ſtat. Monach.* Covarr. *in reg peccatum* 2. *p.* §. *n.* 2. Bovad. *in ſua Polit. l.* 2. *c.* 18. *n.* 62
119. Gutierr. *l.* 2. *canonic. c.* 28. *n.* 16. Menoch. *de arbitr. caſu* 413. *n.* 15. & 16. Molin. *de juſt. diſp* 44. Marta *de juriſd.* 4. *p. de caſu* 56. Tiraq. *de Nobil. c.* 37. *n.* 138. Salzed. ad Bernard. Dias *in prax. cap.* 67. Sayro, & alii relati ab Amaya *in d. L. venatoribus n.* 65. plures alios refert Auguſt. Barb. *collect. ad text. in cap.* 1. *de Cleric. venat. n.* 1. & 2. Thom. Valaſc. *alleg.* 31. *n.* 8. & 9. Qui adducit plures conſtitutiones Synodales Epiſcopatuum, Archiepiſcopatuumque hujus Regni Camil. Borrell. *de præſt. Reg. Cath. c.* 24. *num.* 9. Cujus prohibitionis plures rationes tradit Amaya *in d. L. venatoribus num.* 68. *& ſeqq.* Alias adducit Raynald. Corſ. *indignation. juris l.* 3. *cap.* 14. Et in eo conſiſtunt, quod venationis exercitium tanquam militaris audaciæ, & diſciplinæ ſpecimen potius laicis, quam Clericis convenit: Cùm in venatione inſidiæ, ſtratagemata; crudelitas, & audacia inveniantur. Quæ facile habitum creant ut eadem exerceantur in homines quæ in feras. Abeſt etiam miſericordia, adeſt temeritas, qua Clerici contraherent ferinos mores, & ſanguinolentos, ſi illis venatio non foret interdicta.

Deinde ſi Clericis venatio permitteretor, utique 63
etiam facultas data cenſeretur habendi, & alendi canes, accipitres, & ſimilia, cum quibus Eccleſiæ bona conſumarent, quæ illis ad propriam & pauperum ſuſtentationem indulgentur. Et inſuper, ut ait Petr. Gregor. *de Repub. l.* 3. *cap.* 7. *n.* 7. & 8. grave eſt videre eum qui Dei ſervitio deſtinatus eſt, clamantem perſequendo feras; quorum cauſa ab injuncto mundre diſtrahitur conterendo tempus orationi neceſſarium. Et denique quia ad venationem non ſolum canes, ſed & arma ſunt neceſſaria; quibus Clerici ſe ipſos, & proximos offendere poſſunt. Siquidem ſclopi, & ſagittæ ictus emiſſi offendere alium quam feram poſſunt. Prout accidit Nicolao Calſono, qui in venatione occiſus fuit à conſocio ictu ſagittæ credens aprum inter vepres deliteſcentem. Quod idem evenit Julio Cæſari Cæſario Nucerino Doctori, elegantique Pœtæ, qui cum ſociis operam daret venationi. ab uno occiſus fuit ſtans juxta arborem ictu ſclopi, quem ad arborem direxit, credens ibi avem nocturnam cum doctoris caput tantum videret; ut tradit Camill. Borrell. *d. cap.* 24. *n.* 10. & 11. Et in patria mea abhinc duos annos quidam venator ſclopi ictu, interſacit quemdam, qui erat in ſylva perdicem cantu ſimulans, credens venator, quod verè perdix eſſet. Et quidem ſi hoc Clerico eveniret, irregularis efficeretur. Quare ad vitanda venationis pericula rectè ſtatutum fuit ne Clerici venatione uti poſſent.

Quod tamen non ita abſolutè dicendum eſt: nam excepta venatione arenoſa, quæ hodie omnibus eſt interdicta: ut diximus ſupra, docet Menoch. *d. caſu* 413. *n.* 9. Alia quæ fit in ſylvis, & ſaltibus occidendo feras, & aves non omnino Clericis interdicitur: immo ex cauſa recreationis, neceſſitatis, aut ſanitatis Clericis non prohibetur: dum tamen non ſit periculoſa, ut venatio aprorum: Nec clamoſa, ut *in cap. an putatis* 86. *diſt.* Et etiam ſi non ſæpius exerceatur: prout in terminis docent Bernard.

Dias *d.cap.*67. *n.*5. & 6. ubi Salzed. Doctores *in cap. dudum* 2. ubi Panormit. *de elect.* Felin. *in cap. auditis colum. penult. de præscriptione* Tiraq. *de Nobil. cap.*37. *n.*138. Gutierr. *d. cap.* 28. *n.*16. Sylvest. *in summa verbo venatio circa medium*, Sebastian. Medices *de venat.* 1. *p. q.* 7. *n.*17. Cened. qui plures laudat. *ad Decret. collect.*56. *n.* 8. & 9. D. Archiepiscop. Roderic. à Cunha *comment. ad capit.* 2 *dist.* 34. Sayro *in clau. Reg. lib.* 11. *cap.* 9. *n.* 7. Rebell. *de obligatione justitiæ p.* 1. *libro* 1. *quæst.* 14. *n.* 9. & post plures August. Barbos. *in d. cap.* 1. *de Cler. venat. n.* 2. Quibus addo Marta *de jurisdictione* 4. *p. casu* 46. *n.*17. Menoch. *d. casu.* 413. *n.* 13. Amaya *in d.* L. *venatoribus n.*71. Thom. Valasc. *alleg.* 31. *num.* 8. Ubi ait Clericum præsumi venari causa recreationis; non in contemptum legis, Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 3. *num.*116. & *cons.*221. *n.*51. August. Barbos. *in d. cap.* 1. *n.* 3. Marta *d. casu* 56. *vol* 57. *n.*10. Alphar. *de officio fiscal. gloss.* 20. *n.* 94.

An autem prædicta prohibitio habeat locum in
64 clerico in minoribus? Disputat Thom. Valasc. *de alleg.* 31. Ubi rejecta opinione Socin. Hostiens. & Joann. Andr. amplectitur contrariam sententiam Butrii. Qui *in d. cap.* 1. *de Cler. venat.* tenet prohibitionem, de qua in illo textu, non habere locum in Clerico in minoribus, qui caret Beneficio, Navarr. *de spol. Cler.* §. 7. *n.* 5. *vers. quæ omnia & cons.* 3. *num.*2. *lib.* 3. *de success. ab intest.* & *in man. cap.* 25. *n.* 210.

65 Et observa Clericum illicitè venantem non teneri ad restitutionem ferarum, quas capit, quia capientium fiunt juxta regul. *text. in L.* 4. §. *sed quod in fin. ff. de condict. ob turp. caus.* Covarr. *in d. reg. peccatum.* 2. *p.* §. 8. *num.* Gutier. *d. cap.* 28. *n.*47. Cened. *de collect.* 56. *n.* 10. Azeved. *in L.* 1. *n.* 4. *tit.* 8. *lib.* 7. *Recopil.* Amaya *in d.* L. *venatoribus num.* 71. Menoch. *de casu* 413. *num.* 19. Porro in mensibus, & temporibus, in quibus propter publicam uti-
66 litatem venatio, & piscatio prohibetur juxta *Ordin. lib.* 5. *tit.* 88. & cum instrumentis ibi prohibitis non possunt Clerici, etiam causa recreationis venari, vel piscari. Lex namque justa, & generaliter prolata comprehendit, & obligat etiam Ecclesiasticas personas, Salzed. ad Bernardum Dias *d. capite* 67. *gloss.* 1. Azeved. *in L.* 2. *n.*2. *tit.* 8. *lib.* 7. *Recopil.* Thom. Valasc. *d. alleg.*31. *n.* 13. ut diximus *lib.* 1. *p.* 2. *cap.*10. *n.*75. & 76. Quidquid in contrarium
67 velit Marta *d. casu.* 57. Quoniam Lex generalis à Rege lata, si non sit contraria constitutionibus Canonicis, censetur ab Ecclesia approbata *cap.* 1. *de nov. oper. nun.* ubi Abbas *n.* 3. Sanfelic. *decis.* 187. *n.* 10. Qua ratione *Ordin. lib.* 5. *tit.* 88. §. 16. statuit, quòd si in inquisitionibus, quæ quotannis fieri jubentur contra venatores, & piscatores, aliqua persona Ecclesiastica culpis fuerit onerata, remittantur acta ad judicem Ecclesiasticum, ad quem pertinet Clericorum punitio. Ex his, quæ Salzed. *in cap.* 67. *gloss.* 1. *vers. non tamen.* Thom. Valasc. *d. alleg.* 31. *n.* 13. Ubi subjecit, quod si Clericus reperiatur exercendo prohibitam venationem à Judice, vel officiali laico, possunt ab eo auferri aves canes,
68 & instrumenta, tamquam nociva Reipublicæ, Salzed. *d. gloss.* 1. *vers. illud autem novè* quem sequitur Azeved. *in d. L. n.* 2. & 3. Franch. Tondut. *de prævent.* 2. *p. cap.* 29. *n.* 50. Eodem modo si Clerici reperiantur cum armis, quæ illis sunt interdicta, possunt à sæculari Judice armis spoliari *Ordin. lib.* 5. *tit.* 80. §. 11. De cujus Legis justitia videndi sunt Gabr. Pereir. *de Man. Reg.* 2. *p. cap.* 43. *à n.* 1. Carlev. *de judic. lib.* 1. *tit.* 1. *q.* 3. *num.* 158. *disp.* 2. Arias de Mesa *lib.* 3. *var. capite* 35. *num.* 14. & *seqq.* Farinac. *in pract. crimin. quæst. n.* 21. Et nota; quod Judex sæcularis lucrifacit arma & instrumenta prohibita sic Clericis ablata, Petr. Caball. *resol crimin. casu.* 9. *n.*16. Tondut. *d. c.*29. *n.* 48.

Monachis verò venatio licita non est, etiam recreationis causa; quamvis in venatione proprios habeant redditus: ut tenent Perez *in* L. 1. *tit.* 22. *l.* 69
2. *Ordinam.* Quem refert, & sequitur Salzed. ad Bernard. Dias *capite* 70. *litt. C.* August. Barbos. *in d. capite* 1. *de Cleric. venat. num.* 4. & *in cap.* 2. *n.* 2. *eod. tit.* Idem neque Clericis, neque Monachis licet habere canes, accipitres, & falcones causa venationis *d. c.* 2. *de Cler. venat.* ubi Aug. Barbos. *n.* 2. & 3. Valer. Reginald. *in prax. for. pœnitent. lib.* 18. *n.* 407.

Piscatio autem Clericis est permissa, cum circa eam non militent rationes, quæ dantur in prohibitione venationis. Atque ita hanc resolutionem pro- 70
bant Salzed. ad Bernard. Dias *d. cap.* 70. *vers. piscatio litt. A.* Menoch. *d. casu* 413. *num. fin.* Azeved. *in L.* 1. *n.* 3. *vers. nisi & piscatio tit.* 8. *lib.* 7. *Recopil.* post alios August. Barbos. *in d. c.* 1. *de Cler. venat. n.* 5. Alphar. *de offic. fiscal. gloss.* 20. *n.* 94. dummodo piscatio non fiat in solemnitatibus, & animo negotiandi, ut ibi per eundem.

Ulterius sciendum est his, qui venandi jus non habent, licitum esse capere animalia nociva; prout 71
sunt leones, ursi, & lupi ad purgandam provinciam *L.* 1. *C. de venat. ferar. lib.* 10. *cap.* 1. §. *nemo retia*, ubi Alvarot. & alii *de pac. tenend.* Cassan. *in Catal. glor. Mund. p.* 10. *consid.* 50. Vincent. de Franch. *decis.* 158. *n.* 2. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *c.* 18. *num.* 77. Cum enim hæc animalia ad rapinam quasi nata censeantur; interest Reipublicæ quod extirpentur, & extinguantur. Ideoque Anglorum Re- 72
ges præmio proposito illa ex Anglia submoverunt. Et Galli pro singulis lupi capitibus viginti solidos ex fisco solvi jusserunt & apud nos pro singulis lupis magnis, capienti dantur in præmium tria millia Regalium: & pro singulis catullis quingenti nummi Regales: qui solvi jubentur pro dimidia ex redditibus fiscalibus: & pro alia dimidia ex redditibus illius Universitatis, in cujus territorio capiuntur: ut disponit. *Ordin, lib.* 1. *tit.* 65. §. 21. Ubi Emman. Barbos. in aliis Regnis similes esse Leges testatur.

Observa etiam: quod piscandi jus non pertinet ad Regalia, sed tantum redditus piscationum *cap. unic. quæ sint Regalia.* Et probat nostra Lex Regia 73
lib. 2. *tit.* 16. §. 14. ibi: *As rendas das pescarias loque os Reys por uso de longo tempo costumaran haver, & levar: assim das que se fazem no mar, como nos rios.* Jacobin. de Sanct. Georg. *in invest. feudor.* §. & *cum piscationibus.* Quod vectigal institutum fuisse à Myriade. Ægyptiorum Rege tradit Camil. Borrell. *de præst. Reg. Cath. capite n.* 5. Et prædictum vectigal de Regalibus esse docet ibi *n.* 3. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 32. Suarez *alleg.* 17. *n.* 11. & 12. Cassan. *in Catal. glor. Mund. p.* 5. *consid.* 24. *privileg.* 18. Horat. Montan. *de Regal. verb. piscationum num.* 1. Alphar. *de offic. fiscal. gloss.* 20. *n.* 98. & 99. Pro quo solet allegari. *text. in L. inter publica* §. *fin. ff. de verb. signif.* ibi *Vectigal, portus, vel venalium rerum, item salinarium, & metallorum, & piscariarum*, Cabed. 2. *p. dec.* 54. ubi *n.* 2. ait Regem nostrum in Regno ex longa consuetudine habere decimam in piscibus, quam veterem vocant Et *n.* 3. quod habet aliam decimam, quæ dicitur nova, quæ à piscatoribus solvitur, ut excusentur à servitio belli in triremibus, navibus, & aliis navigiis; & ut tuta sint maria à piratis. Et circa prohibitionem piscationis observa quæ de venatione dicta sunt.

Pro coronide notabis quod D. Magnates, atque 74
Domini vassallorum ita ut non possunt facere prohibitiones

bitiones venationis, & piſcationis; ita etiam facere
nequeunt prohibitiones, ſeu foreſtas iu montibus &
nemoribus publicis circa paſcua ad locandam, aut
ad vendendam herbam abſque hominum induſtria
natam ut probat *Ordin. lib. 5. tit. 91. in princ. & §. 1.*
Et apud Caſtellanos *L. 11. titul. 7. lib. 7. Recopil.* Bovad. *in ſua Polit. lib. 2. cap. 16. n. 153. & lib.
3. cap. 8. num.* 82. Gutierr. *pract. lib. 4. q. 66. n. 6.*
Cevall. *commun. contra commun. q. 749. num. 35.
& ſeqq.* Avendaño *de exeq. mand. 1. p. cap. 4. num. 24.
& cap. 12. num.* 44. late, & optimé Larrea *alleg.
110. à nu. 2. cum ſeqq.* Covarr. *pract. cap* 37. Quibus addo Sanſelicio *dec. 76. num.* 2. Tum ex eo,
75 quod Regis ſolum eſt facere prædictas prohibitiones,
ſeu defenſas, quas appullamus *Coutadas* Larrea *d.
alleg.* 110. *num.* 2. Cabed. *deciſ.* 89. tum etiam quia
paſcua publica pertinent in communi ad Univerſitatem Civitatis, vel oppidi in cujus ſunt territorio; &
ad ſingulorum utilitatem, ut ſui greges paſcantur.
L. *in tantum §. Univerſitatis ff. de rer. diviſ.* L. *æde
ſacra §. intra maceriem ff. de contrab. empt. L. omnes
a 2. C. de oper. publ. L. duum. virum. C. de Decurion.
L. omne territorium C. de cenſib.* Stephan. Bertrand.
*conſ. 1. lib. 3. col. 3. & 4. & conſ. 37. lib. 1. conſ. 75.
n. 15. lib. 2.* Valaſc. *de jure empbit. q. 8. n. 42.* Avendaño *d. cap. 4. n. 20.* Cald. Pereir. *de empt. & vend.
cap. 21. n. 9.* Larrea *dec. 30. n. 11. & allegat. 11. nu.*
18. Covarr. *tract. cap. 37. n. 1.* Azeved. *in L. 3. tit.
7. lib. 7. Recopil.* Sanſelicio *deciſ. 75. n. 5.* Quod paſcendi jus univerſitatibus competebat ante donationes
Dominorum. Nocent Valaſc. *d. n.* 42. & Cald. *d. n.*
9. Et ideo ita ut Domini Vaſſallorum nil poſſunt diſponere de donis publicis: ut voluerunt Bovad. *d.
lib. 2. cap. 16. n 153. & lib. 3. cap. 8. n.* 82. Gutierr.
76 *d. q 60. n. 6.* Cævall. *q. 749. n. 35. & ſeqq.* Larrea *d.
allegat.* 110. *n.* 4. Qui reprobat Caſtill. *de uſufruct.
cap. 54. num. 56. & 57.* contrarium tenentem cum
Avendañ. & Mexia: ita neque de paſcuis, quæ mutari non poſſunt à Dominis Vaſſallorum Honded.
conſ. 34. num. 631. & 32. Larrea *de alleg.* 110.
num. 11.

Quæ omnia præcipué habent locum in Dominis
77 & Donatariis terrarum, qui dumtaxat habent juriſdictionem civilem, vel criminalem, aut utramque:
quia ex dominio juriſdictionis non infertur ad proprietatem paſcuorum ut ſcribunt Socin. & Hotman.
Deius *in L. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* Covarr. *in reg. peccatum 1. q. §. 1. num.* 8. Quos laudat & ſequitur Valaſc. *d. q. 8. n.* 42. Cald. Pereir. *d. capite 22. num.*
9. Idem Covarr. *pract. cap. 37. nu.* 1. Immo paſcua
ad bonum publicum ſpectant: Larrea *d. alleg.* 110. *n.*
34. & ideo Dominus territorij non poteſt paſcua ad
78 culturam reducere; neque aliquid ibi ſeminare, vel
vites plantare, aut paſcuorum uſum deteriorem reddere, Oterus *de paſc. cap. 16. n.* 2. Larrea ubi proximé *n.* 23. 24. Attamen Covarr. *d. cap. 37. n.* 1.
Domino juriſdictionis tribuit, ut tanquam unus ex
civibus paſcuis uti poſſit juxta Bertrandi ſententiam
conſ. 1. lib. 3. Quem ſequitur Gregor. Lopez *in L.
9. tit. 28. partit. 3. ad fin.* Et cum Hieron. de Monte. & Avendaño Cald. Pereir. *d. cap. 21. n.* 9. Valaſc. *d. num. 42. in fin.* Qui *num.* 3. inquit de jure
communi nil amplius tribuendum eſſe Domino juriſdictionis, quam cuicumque incolæ in illis locis, ubi
certus numerus pecudum, vel animalium taxatur
ad paſcendum in locis publicis: Quamvis in regno
Caſtellæ de conſuetudine concedatur Domino juriſdictionis, quantum duobus incolis. Quæ conſuetudo ibi toleranda eſt: quia Dominis terrarum propter
eorum ſublimen dignitatem, excellentiam, & ſuperioritatem, aliquid amplius, deferendum eſt, Burgos
in L. 3. Tauri n. 430. Valaſc. *d. n.* 45. Cald. Pereir.
d. capite. 21. n. 10.

Verum in hoc Regno juſtè ſtatutum eſt, ne arcium Præfecti, Ordinumque Militarium Commen- 79
datores in locis, ubi arcibus præſunt vel commendas
obtinent, pecora, & animalia habere nequeunt. Et
contra eos ex hac cauſa Judicibus injungitur obligatio inquirendi *Ordin. lib. 1. tit. 65. §. 66.* ibi: *Item.
perguntaron pellos Alcaydes Môres ou ſeus lugar tenentes, & Commendadores das Ordens, ſe trazem
gado nos lugares, ou ſeus termos, onde temas Alcadarias môrer, ou commendas.* Quod à fortiori procedit in Dominis terrarum, & juriſdictionis ex interpretatione, & uſu ut notant Valaſc. *d. n. 10. in fin.*
Qui aiunt prædictos habentes prædia ſuarum commendarum, vel præſidatuum, poſſe pecora, & armenta ad paſcendum in propriis prædiis habere; præmiſſa tamen taxatione Præſidis provinciæ.

Et eſt notandum: quod in hoc Regno ex conſue- 80
tudine immemoriali, & Principis permiſſione, paſcua omnium terrarum etiam in fundis privatorum
poſt fructus collectos ſunt communia inter cives illius oppidi, in cujus territorio ſunt prædia. Prout
apud Caſtellanos in eiſdem terminis ſervari in ſua
provincia Bætica teſtatur Larrea *alleg.* 109. *num.* 1.
Quod quidem jus Civitatis, & oppidi ad locanda,
& vendenda paſcua ſibi quæſierunt ad utilitatem
Univerſitatum, ut ex eorum pretio Decuriones expenſis, neceſſitatibus valeant conſulere, herbagii
jus inter redditus Univerſitatum conſideratur;
vendi, & locari poſſit. Et bene illud communitates potuerunt præſcriptione acquirere: ut optimè
ſcribunt Vincent. de Franc. *deciſ.* 197. Tondut.
reſol. civil. cap. 25. num. 19. & in prædicto jure
non poteſt Dominus juriſdictionis ſe intromittere, neque locationem, ſeu venditionem prohibere. Vincent. de Franch. *d. deciſ.* 197. Sequitur
De Pont. *de poteſt. Pro Reg. tit. 4. §. 8. num. 45. &
num.* 47. Habet namque quælibet univerſitas in- 81
tenſionem fundatam circa paſcua exiſtentia intra
ejus territorium *d. L. omne territorium C. de cenſib.*
Covarr. *pract. cap. 37. col.* 2. Valaſc. *d. quæſt. 8.
num.* 42. Cald. Pereir. *d. capite 21. num.* 9. Larrea
deciſ. 30. num. 11. & alleg. 69. n. 1. & 2 Non tam
in paſcuis, in quo omnes conveniunt Cabed. *1. p.
deciſ. 151. num.* 5. ſed etiam circa paſcua privatorum agrorum: ut tenet Ant. Gabr. *lib. 2. commun.
tit. de præſcriptione concluſ.* 9. Larrea *deciſ. 30. numero* 11. præſertim, ſtante prædicta conſuetudine &
præſcriptione. Cogita tamen proptetea, quæ Cabed.
d. dec. 151.

Dubium etiam eſt, An dominus agri poſſit pro- 82
hibere, ne aliena animalia herbam naturalem natam
depaſcant; Et Covarr. *pract. capite 37. num.* 2.
hanc diſputant quæſtionem: & *in verſ. quidquid ſit
jure communi*, docet in Caſtella neminem poſſe prohibere herbam in ſuo agro natam, poſt quam fructus
ſunt collecti; neque facere pratum in ejus agro abſque ſpeciali Principis privilegio, vel præſcriptione,
juxta Legemillius Regni: Quod idem in noſtro dicendum ex *Ordinat. lib. 5. tit.* 91. tradunt Valaſc. *d. q.
8. n. 43. verſ. & ex prædictis conſequitur*, Cald. Pereir.
d. capite 21. n. 10. Sed contrarium etiam de jure
Regio verius eſſe dicit Cabed. *p. 2. deciſ. 89. nu. 2.
& 3.* aſſerens quod Ordinatione non loquitur in re
privata, quoad proprietatem, uſum: in illa enim
nulla ratio eſt cur, dominus non poſſit talem prohibitionem facere; & de re diſponere ad libitum voluntatis. Quam opinionem dicit tenuiſſe inſigneum
Petr. Barboſ. *in L. quominus ff. de flumin.* Et ſi licet meum interponere judicium, has contrarias ſententias diſtinctionis fœdere componere arbitror: ut
ſcilicet prima procedat eo caſu: quo dominus fun- 83
di velit pratum, ſeu deffenſam facere, prohibendo
generalitet venationem, vel paſcua ſub aliqua pœna;

na: hoc enim permissum non est absque Regis licentia juxta *Ordinat. d. lib. 5. tit. 91.* Secunda verò locum sibi vendicet casu, quo dominus velit ingressum propij fundi causa venationis vel pascuorum impedire. In quibus terminis loquitur *text. in L. Divus ff. de servit. justic.* quia ut dixit *gloss. in L. 3. verb. prohiberi, ff. de acquir. rer. domin.* Licet principaliter quis prohiberi non valeat, ne occupet, quod nullius est; tamen per consequentiam hoc fieri non potest. Siquidem cum quis prohibetur ingredi, prohibetur & capere. Sequitur Nigromont. *de venatione capite 2. num. 25. & 55.* quem refert Tondut. *resol. civil. cap. 105. num. 6. in fin.* Et cum in his terminis prohibitio non sit generalis, & respiciat casum privatum ejus, qui ingredi vult, vel ad venandum vel ad pascendum. Ordinationis dispositio *d. tit. 91.* hunc casum non comprehendit.
83 Quod maximè locum obtinebit, si fundus sit circumseptus, aut vallatus: & in eo dominus habeat proprietatem, & usum; injustum enim foret si Domino rei propriæ defensio, & commoditas prohiberetur. Item procedit Ordinatio in locis publicis, & montibus, quos dicimus *Baldios*, & nemo prohibere valet: quia voluit Rex noster prospicere pauperibus ne potentiorum violentia privarentur jure venandi, & pascandi cum suis gregibus.

Sed adhuc obstare videtur *Ordinat. libro 2. titu-*
84 *lo. 59.* §. 7. ubi Senatoribus indulgetur; quod in suis prædiis nemo venari possit sub pænis ibi impositis. Quod etiam in piscatione procedit ut judicatum dicit Cabed. *1. p. decis. 213. num. 8.* & in pascuis, ut per eundem *num. 9. non obstante Ordinat. d. tit. 91.* Planè si prædicta Ordinatio non comprehenderet agros privatos, & Dominus in eis venationem posset impedire, necessarium non erat Senatoribus illud privilegium. Atqui privilegium dicitur privatio Legis: ergo *Ordinat. d. tit. 91.* non tantum comprehendit loca publica & montes, quos dicimus *Baldios*; sed etiam fundos privatos. Propter quæ sententiam Valasci magis probo.

85 Ut autem hoc caput finiam: dicendum est, quamvis donatarii Regiæ Coronæ, & scilicet Dux Marchio, aut similes venationem subditis, vel pascua prohibere nequeant: ut supra diximus. Tamen per tempus immemoriale prohibitionem fecerunt nemine contradicente, vel reclamente: puta per generale edictum, seu proclama; ut consuluit. Jacob. de Aresio *in L. 3. §. Nerva de acquir. possess.* Decius *cons. 197. vol. 2. vers. rursus constat*, Surd. *cons. 390. n. 21.* Et quidem prohibitiones fortitæ sunt effectum, vetum est quasi possessionem Prohibendi acquisisse, immo & ipsum jus prohibendi juxta formam edicti, vel proclamatis: Franc. Marc. *decis. 530. n. 24. pag. 1.* Nigromont. *de venat. capite 2. n. 56. & seqq.* Cancer. *libro 2. capite 2. num. 84. & 85.* Tondut. *d. capite 105. num. 7.* Faciunt, quæ Gutierr. *lib. 3. Canonic, capite 28. num. 4.* Ita ut pro hoc prohibendi jure illis competant interdicta & manutentio, Ludovic. Post. *de manutentione observ. 10. n. 53.* Sed cave, quia cum in his terminis agatur de præscriptione jurisdictionis, observanda erant quæ circa illius præscriptionem dicenda sunt infra, ubi illam materiam examinamus.

CAPUT IX.

De Palatiis

Ad Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 11.

SUMMARIUM.

1 *Palatia deputata in civitatibus, & oppidis ad justitiam ministrandam sunt de Regalibus.*
2 *Palatia, & domus habitationis Principis etiam sunt de Regalibus & n. 3.*
Principes non solent habitare in quolibet loco humili, sed in urbibus, & locis insignibus: ubi palatia habere consuescunt. Ib.
3 *Palatia inclyta Regis excipiuntur ab omnibus privatorum usu.*
4 *Palatia unde dicantur. Et qui primus palatia adificavit.*
Solent fieri in loco eminentiori civitatis ad formam castelli. Ib.
5 *Palatia Regum Portugallia quibus in locis sint constructa.*
6 *Palatia Principum non debent privatorum parietibus cohærere.*
In illis habitare possunt solum ii, quibus hoc Princeps permiserit: & is, cui concessa fuerit habitatio non potest palatium deserere Ibid.
7 *Palatia Principum gaudent immunitate, ut ex eis delinquentes non extrahantur, sine licentia speciali Principis.*
8 *Offendens aliquem in palatio Principis punitur capitaliter, & confiscatione bonorum.*
9 *Palatia in quibus jus redditur, etiam appellantur Pratoria.*
Debent esse contigua carceribus ob celerem expeditionem causarum criminalium. Ibid.
10 *Palatia seu Prætoria, non possunt alteri usui destinari, neque præscribi.*
11 *Hæc palatia seu Pratoria pluribus gaudent privilegiis: & nemo in ea ingredi potest cum armis. Ubi de Senatu nostro, quem nemo ingreditur, cujusque qualitatis sit arma si portaverit.*
12 *Donata civitate, vel oppido in quo est palatium, seu Prætorium cum jurisdictione, etiam palatium donatum censetur,*

ORdinatio Regia *lib. 2. tit. 26. §. 11.* ita ait *Outrosi os Paços de Concelho deputados em qualquer Cidade, ou Villa para se fazer justiça:* & hæc palatia de Regalibus esse declarat secuta Bald. sententiam *in cap. unic. quæ sint Regalia* quia exponit verba illius textus ibi: *Palatia in Civitatibus consuetis de Palatiis deputatis ad justitiam populis exhibendam. Sed hoc non tollit, quin Palatia, & domus Principis etiam de Regalibus non sint:* utramque enim expositionem amplectuntur Præp. sit. Afflict. & Franc. Otoman. *in d. capite unic.* Sequitur Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cath. capite 21. num. 1.* Et enim 2
Principes non solent in omni loco humilli habitare, sed in urbibus, ac locis insignibus, ubi palatia habere consuescunt ad habitandum. Notat. Borrell. *d. num. 1.* Et regulariter in Legibus Palatium pro seda Imperatoria habetur *L. unic. Cod. de Palat. & domib. dominic. lib. 11.* Ubi ædes, & inclyta Palatia ab omni privatorum usu communi habitatione excipiuntur L. *quicumque C. de oper. publ.* Sixtin. *de* 3
Regal. lib. 1. num. 2. Et hæc Palatia ad Principia habitationem destinata de Regalibus esse docent Isernia *in d. caput. unic.* & ibi afflictis, & communiter scribentes Cassan. *in Catal. glor. Mund. pagina 12. consid. 67.* Bossius *in tit. de Regal. num. 38* Sixtin. *d. capite 17. num. 4.* Rosentald. *de feud. cap. 5. conclus. 88. num. 1.* Menoch. *cons. 302. num. 30.* Vulteius *de feud. cap. 5. vers. 17. Palatia* Cloppin. *de doman. Franc. tit. 9. num. 6. & tit. 20. numero 1. vers. huc. pertinet.* Fontan. *de regal. verb. Palatia* in

in Civitatibus n. 1. & 4. Dicta autem funt Palatia à Palante gigante, qui primum Palatium ob fui magnitudinem feciffe dicitur, Boffius *in tit. de Reg. n.* 38. vel à Palade Arcadum Principe in cujus honorem Arcades oppidum conftituentes etiam ipfius Regiam palatium vocaverunt fecundum Papiam quem refert Lucas de Pæna *in d. L.* 1. *C. de Palat. lib.* 11. Horat. Montan. *in d. verb. Palatia in Civitatibus n.* 4. Et quia induftria Regnantium Palatia ædificari cæperunt ad formam Caftelli, feu fortalitii pro defenfione fine perfonæ, & domefticorum ab externo infultu, & ut fubditos in officio, & obedientia retinerent juxta D. Thom. *lib.* 2. *de regim. princ. cap.* 11. folebant fieri in eminentiori loco Civitatis ut bene tradit Montan. *ubi fupra n.* 5. comprobans exemplo David, qui in monte Syon arcem conftruxit pro fuo munimine: & exemplo noftrorum Lufitanorum, qui in pactionibus initis cum Regibus Indiæ pofcebant locum convenientem ad ædificandam domum fortem pro defenfione perfonarum, & mercium. Et cum inibi Caftella conftruxiffent roborata bombardis, cæterifque armorum generibus, Indicum Imperium quæfierunt, & confervarunt. Sic Reges
5 noftri primam fedem in hac Alma Urbe habuerunt in Palatio Caftelli Sancti Georgi; quod Alcaçova nuncupabatur. Et poftea alia conftruxerunt Palatia: nempe unum quod vocatur, *do Lymoeyro*, & aliud quod appellatur *da Ribeyra*, in quo nunc habitare confuefcunt. Deinde in Conimbricenfi Civitate aliud magnificum Palatium habent alterum in oppido Scalabis; & alterum in Civitate Eborenfi, & recreationis gratia tria habent Palatia, fcilicet in oppido de Sintra in oppido de Almeyrim, & in oppido de Salvaterra de Magos, Palatium oppidi fcalabis conceffit Rex Joannes IV. Religiofis Societatis Jefu cum obligatione eum hofpitandi dum aliud Regi conftruerent, & cum eadem Regis hofpitii obligatione in Cathalonia fuiffe conceffum Palatium de Villafranca del Panedes majoribus D. Cæfaris Bubau refert Ripol. *de Regal. cap.* 38. *n.* 73.

Palatia verò Principum non debent parietibus
6 privatorum cohærere Afflict. *in d. cap. unic. verb. & palatia n.* 4. *d. L. quicumque C. de oper. publ.* Camil. Borrell. *d. cap.* 23. *n.* 3. Sixtin. *d. cap.* 17. *n.* 3. Laudenf. *de princ. notab.* 269. Avidez *in cap.* 23. *Prætorum n.* 5. & 6. Ripoll. *d. c.* 45. *n.* 72. Maftrill. *de Magiftr. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 35. Ne Principum fecreta fcrutentur, & ne ex cohærentia; vel vicinitate domorum poffit Regi aliqua perditio fieri, Camil. Borrell. *d. cap.* 23. *n.* 4. & 5. & in illis tantum habitare poffunt hi quibus hoc Princeps peculiariter permifit *D. L. quicumque*, & *L. ult. C. de offic. rector. provinc.* Ubi habetur: quod is cui datum eft ut inhabitet Palatium, non poteft illud deferere; & privatorum domos fuo arbitrio eligere. Ex ea ratione quia Palatia habitantes coguntur eorum reparationi providere. Sixtin. *d. cap.* 17. *n.* 5. & 6, Camill. Borrell. *d. c.* 23. *n.* 5.

Item Principum Palatia immunitate gaudent, ut
7 ex eis delinquentes non extrahantur, nifi de fpeciali Principis licentia, vel nifi proditionis crimine fuerint inodati Montalv. *in L.* 7. *fori tit.* 5. *lib.* 1. *gloff. penult. in fin.* Camill. Borrell. *d. capite* 23. *num.* 21. quia ubi eft Princeps, ibi & fecuritas, & nulla formidolofo: ut dixit Bald. *in L.* 1. *C. de his qui permet. Judic. non appel.* quem refert, & fequitur Caffan. *in Catal. glor. Mund.* 5. *p. confid.* 24. *n.* 125. Et ea propter offendentes aliquem in Palatio Principis ca-
8 pitaliter puniuntur, ut dixit Caffian. *d. n.* 125. Et probat *Ordinat. libro* 5. *tit.* 39. *in princ.* Ubi etiam imponitur pæna confifcationis bonorum & relegationis in Africam ei qui licet non offenderit, enfem evaginaverit, vel arma extraxerit. Et ait Maftrill. *d. lib.* 3. *capite* 9. *n.* 61. quod cum in Palatio Papæ unus alteri alapam intulerit mandatum fuit à Pontifice offendentem furca fufpendi: Et in Regno Neapolitano cuidam Nobili incifam fuiffe manum finiftram. Et fimilem cafum refert Caffan. *d. n.* 125.

Deinde Palatia, de quibus agit *Ordinat. d. tit.* 9
26. §. 11. appellantur etiam Prætoria ad *text. in L.* 2. *C. de Decurion. lib.* 10. *L.* 3. *L. quicunque C. de oper. publ.* L. 3. *C. de Metall. lib.* 12. *L. omnes* §. 1. *C. de Epifcop. & Cler.* Sixtin. *d. cap.* 17. *num.* 8. Pancir. *in notit. Imper. cap.* 98. *col.* 3. *verf. Oratorium.* Maftrill. *d. cap.* 9. *n.* 29. & 30. Horat. Montan. *de verb. Palatia in civitatibus num.* 1. Et in Evangelio dicitur Dominum Jefum fuiffe ductum in Prætorium: qui erat locus in quo jus reddebatur quamvis antiquitus nullus erat certus, fed cælo aperto omnia jura adminiftrabantur: ut notat Maftrill. *decif. cap.* 9. *num.* 2. 3. & 17. Et apud Hebræos in portis civitatis publica judicia exercebantur, ut ex Hieronymo, & Sancto Gregorio Papa notat idem Maftrill. *fupra num.* 24. Ex variis Sacræ Scripturæ locis. Qui *num.* 12. ait Romanos Senatum in facris ædibus habuiffe. Hodie verò nobiliffima fuerunt conftructa ædificia, & Palatia, ut jus ibi redderetur, Petr. Gregor. *de Republ. l.* 2. *c.* 6. *num.* 2. 3. & 8. Bovad. *lib.* 3. *Polit. c.* 7. *num.* 4. Maftrill. *d. cap.* 9. *num.* 18. Et hæc funt Palatia, de quibus agit Ordinario quæ ad Regalia pertinere dubium non eft ex *d. Ordinatione*, & *ex text. in d. c. unic. quæ fint regalia.* Quæ debent effe contigua carceribus ob celerem expeditionem caufarum criminalium, Petr. Gregor. *d. lib.* 2. *cap.* 7. *in princ.*
Vitruvius *lib.* 2. *cap.* 2. Ibi *Ærarium, carcer. Cu-* 10
ria foro funt conjungenda Maftrill. *d. cap.* 9. *num.* 6. & 54. Et non poffunt alteri ufui deftinari *L. Prætoria C. de oper. publ.* Camill. Borrell. *d. cap.* 23. *num.* 7. Et in fuper non poffunt præfcribi aliquo tempore *L. præfcriptio C. de operib. publ.* L. *fin. C. de facrof. Eccles. L. fin. C. de fund. & falt. rei min. lib.* 11. Camill. Borrell. *d. capite* 23. *num.* 6. Andr. de Ifern. *in d. cap. unic. verb. Palatia*, Ubi afflict. *n.* 2. Maftrill. *d. c.* 9. *n.* 56.

Hæc Palatia multis gaudent privilegiis de qui- 11
bus Caffan. *de confider.* 24. *n.* 125. Et quidem fpeciale eft, ut in Palatiis Tribunalium quis ingredi non valeat cum armis, Angel. *in L. armatos ff. de vi publ.* Vincent. de Anna *in conftit. fi quis aliquem num.* 31. & 39. Bovad. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 51. Maftril. *d. cap.* 9. *n.* 48. Qui refert *n.* 49. Idem provifum fuiffe in Palatiis Principum *cap.* 1. §. *nemo de pac. tenend.* Farin. *in pract. de var. & diverf. crimin. q.* 108. *n.* 48. Horat. Montan. *in d. verb. Palatia in civitatibus n.* 3. Sed hoc privilegium circa Palatia habitationis Principis adiit in defuetudinem Jur. Clar. *in* §. *fin. q.* 82. *ftatut.* 6. Farin. *d. n.* 84. Maftrill. *d. n.* 49. Non tamen circa Tribunalia Senatus in defuetudine itum fuit: immo nemo ingreditur noftrum Senatum cujufcumque qualitatis fit, fi arma portaverit. Et ita fervari planum eft.

Proinde dubitari folet, An donata Civitate, op- 12
pido, & caftro, in quo eft Palatium; feu Prætorium, ubi jus redditur conceffum etiam cenfeatur cum jurifdictione. Et quamvis, prima facie videatur negativè refpondendum fiquidem in conceffione Regalium requiritur fpecifica expreffio; tamen verius eft in conceffione jurifdictionis venire Palatium, feu Prætorium; tanquam acceflorium jurifdictionis conceffæ, Peregr. *de jure fifc. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 26. Montan. *in d. verb. Palatia n.* 2.

CAPUT XI.

De Sale, & Salinis.

Ad Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 15.

SUMMARIUM.

1 *De utilitate salis, & ejus excellentiis.*
2 *De variis salinarum speciebus.*
3 *Salis diversa sunt genera, quæ recensentur.*
4 *De sale marino.*
5 *Salinæ existentes in loco publico pertinent ad Regalia.*
6 *Salinæ existentes in fundo privato sunt in dominio privatorum.*
7 *In salinis privatis princeps nullum jus habet, nisi certum vectigal, quod ex eis Regi penditur.*
8 *Reges nostri vectigal imposuerunt in sale decem supra septem nummorum in quolibet medio. Et in Regno illi tantum redditus pertinent ad regem non salinæ.*
9 *In aliis Principes sibi usurparunt omnes salinas etiam in locis privatis existentes: & in illis tam sal, quam salinæ ad Regalia pertinent. Atque ita servatur in Gallia, & in Castella.*
10 *In Castella vassalli non possunt habere salinas nisi ex Regum concessione.*
11 *In illis Regnis Principes locare solent salinas cum privilegio, ut soli conductores salem vendere possint.*
12 *Jus Regale salinarum consistit in coactione privatorum ad vendendum salem Regi pro certo pretio, & ut nullus veneat salem ad minutum nisi Rex, vel ejus arrendator.*
Coactionem, & prohibitionem prædictam solus Rex facere potest. Ibid.
13 *Princeps in emendo salem omnibus præfertur.*
14 *Intellige, ut prædicta procedant in aliis Regnis non in Lusitania.*
15 *Consuetudo in vectigalibus salis omninò servanda est.*
16 *Sal non potest transportari, vel deferri ad hostes.*
Rex noster jus quæsivit ad transportandum salem in nostras navigationes, vulgo Conquistas, & ut ibi nullus præter publicanum salem vendere possit. Ibid.
17 *De salinis publicis, quæ in totum pertinent ad Regem, non solvitur vectigal, quia fiscus immunis est ab omnium vectigalium præstationibus.*

1 NIl sale, & sole utilius esse corporibus inquit Plin. *lib.31. histor. natur. cap.9.* Et plures laudes congesserunt Plato, *in simposio*, & Plutarch. *in simposi problem, decad.* 4. Lucius Marin. Sicul. *de reb. Hispan. lib.1. cap.* 10. Et cum Joan. Mesue, Galeno, Averroe, Aristot. & aliis Camill. Borrel. *de præst. Reg. Cath. cap.* 25. n. 5. Et satis ejus excellentiam probavit Christus Dominus Matth. *cap.*5. ubi loquens de suis discipulis, & post eos de Prælatis Ecclesiasticis dixit: *Vos estis sal terræ: quod si sal evanuerit in quo salietur?* Quasi nulla majori excellentia possent condecorari, quam salis appellatione: ita ut mundo dati censerentur, ut à corruptione peccatorum homines præservarent, Gratian. *discept. forens. cap.* 179. *n.* 43. Larrea *alleg.* 77. *n.* 1. Apud quos, & ab eis laudatos plura de salis excellentia invenies; inter quæ tradunt scribentes salem esse æternitatis simbolum, & amicitiæ, Alexand. ab Alex. *lib.* 5. *dier. genial. cap.* 1. Gratian. *dec.* 179. *n.* 50. 51. & 52. Et quidem sal non solum utilis, sed etiam necessarius est Larrea *ubi supra n.*3. Qui ait adeo in æstimatione, & necessitate esse apud omnes, ut plures pro moneta sale uterentur. Cælius Rhodigin. *lib.* 25. *antiq. lect. cap.*19. Fr. Hieronym. de S. Roman. *in Repub. Æthiopia c.*13. qui de Thracibus, & Æthiopis loquuntur.

Fabricatur autem sal in salinis, quæ in duplici 2
sunt modo, quædam enim consistunt in venis terræ prout metalla; aliæ verò sunt quæ industrialiter fiunt data hominum opera: ut ex Plin. *lib.* 31. *histor. cap.* 7. dixit Ripol. *de Regal. cap.*16. *n.*58. Et insuper sunt loca, in quibus ex aqua fit sal: ut Clodiæ esse probat Cæpol. *in L. inter publica* 17. §. 1. *ff. de verb. signif. num.* 6. Alfaro *de offic. gloss.* 20. § 4. *num.* 83. Qui ait vidisse tertium genus salinarum in Indiis Occidentalibus, quæ sunt prata longissima, atque latissima, & omnino salsa. Et inter alios salis conficiendi modos alius est fossilis, alius marinus. Primus è montium, terræque visceribus instar magnorum lapidum eruitur tanta soliditate, ut edolari, atque ex effingi simulachra possint: & ejus nitor, & perspicuitas mira, cristalloque similis. Quem salem gemmam appellant: ex quo vasa sculptilia fieri observat Aristot. *de cens. & censar. c.* 4. *n.* 5. Et plura habuisse vasa ex sale confecta tradit Camill. Borrell. *d. cap.* 25. *n.* 6. De quo Plin. ita scribit: *In citeriori Hispania in conventu Carthaginensi, ex Egelestæ quoque ceditur glebis pene translucentibus cui jam pridem à Medicis palmâ inter omnia salis genera perbibetur.* Et denique salis genera sunt diversa; 3
scilicet fontanus è fonte calido salem ferente: prout in Comitatu Burgundiæ similem fontem esse tradit Claudius Bartholomæus Morisot. *in Orbe maritimo lib.* 1. *cap.* 43. *pag.* 668. Putealis qui conficitur ex aqua salsa educta ex puteis, & in areas diffusa: & adveniente cœlo rore condensatur: ut fit in Volaterranis Etruriæ puteis: & in Terraconensi provincia non longe à pyrenæis montibus puteales esse salinas, quas vocant nabalicas profert idem Morisot. *d. pagina* 668. Qui ait alium esse salem lacustrem, qui è lacubus egeritur, & concrescit, dum lacus aqua in salem mutatur excitante ardore solis. Et talem esse salem Tarentinum in Apulia; Agrigentinum in Sicilia, & in Regno Valentiæ inter Carthaginem novam & agrum Orcelitanum est sal, qui è lacu de la mata conficitur. Et in hoc Regno in territorio oppidi Scalabis juxta vicum de Rio Mayor est quidam puteus ex quo educta aqua atque in stagna, seu salinas emissa, rore cœli & calore solis condensatur, & efficitur sal eximiæ bonitatis.

Marinus autem sal conficitur in marinis, cum ma- 4
re fervens æstu spumas agit, & excrescentibus fluctibus in proximos, & adjacentes littori locos effunditur, in quibus stagnantes aquæ salem gignunt: ut in nostro Regno in tanta abundantia & bonitate sal efficitur, ut nullibi neque tanta copia, neque bonitas salis reperiatur.

Salinæ autem existentes in loco publico ad Re-
galia pertinere in totum certum est. *L.* 1. *in princ.* 5
ff. quod cujusque univers. nom. d. L. inter publica §. 1. *cap. super quibusdam* §. *præterea*, ubi Abbas *n.*8. *de verb. signific. L. forma* §. *salina ff. de censib. L. liber homo* §. 1. *ff. de hæred. instit. L. sed etsi ff. de public. & vectig. c.* 1. *tit. qui sint Regalia in usib. feudor.* ubi Afflict. *num.* 2. & *decis.* 321. *num.* 4. Suarez *alleg.* 17. *num.* 11. Cujac. *lib.* 1. *observ. cap.* 31. Sixtin. *de Regal. cap.* 19. *n.*12. *lib.* 2. Franc. Marc. 2. *p. decis.* 39. *num.*2. Calixto Ramirez *de Leg. Reg.* §. 26. *n.* 28. Azor. 3. *p. instit. moral. l.* 11. *cap.* 4. Camill. Borrell. *d. c.*15. *n.*7. Petr. Barbos. *in L. divortio* §. *si vir n.*28. *ff. de solut. matrim.* Horat. Montan.

de

de regal. verb. piscationum redditus, & salinarum n. 2. *p.* 253. Cabed. 2. *p. dec.* 53. *n.* 3.

6 Illæ verò salinæ, quæ, in privatorum solo existunt vel fuerunt constructæ ad dominium privatorum pertinere probatur *in d. L. forma §. salina.* Ubi Jurisconsultus ita ait, salinæ si quæ sunt in prædiis, & ipsæ in censum deferendæ sunt, tanquam privatæ videlicet, & ad eum pertinentes, cujus sunt prædia *L. maris puto §.* 1. *ff. de reb. eor.* Ubi junctis duabus Legibus præcedentibus sancitum est, salinas à pupillis uti privatis rectè possideri non minus quàm fodinas: ideóque non posse alienari, nisi debita interveniente solemnitate L. *generali §. uxori*, *& §. idem quæsivit. ff. de usufr.* L. *sed & ij in princ. ff. de publ. & vectig.* Alex. *in d.* L. *divortio §. si vir num.* 4. Sixtin. *d. cap.* 19. *num.* 1. Cabed. *decis.* 53. *n.* 3.
7 Qui ait, quod in his salinis privatis nullum Princeps habet jus Rosent. *de feud. cap.* 5. *conclus.* 89. *n.* 2. Borrell. *d. cap.* 25. *num.* 9. Sixtin. *d. cap.* 19. *num.* 1. Cæpol. *in d.* L. *inter publica §.* 1. *num.* 8. Petr. Barbos. *in d. §. si vir. num.* 28. Horat. Montan. *ubi supra num.* 2. Verùm tamen est quod etiam ex salinis privatis solvitur certum vectigal fisco *d.* L. *inter publica §.* 1. ubi Cæpol. *n.* 4. *capite* 1. *quæ sint Regalia*, *Ordinat. lib.* 2. *tit.* 26. §. 15. ibi: *As rendas que entigamente costumaraon levar das marinhas em que se fazo sal no mar, ou em qualquer outra parte.* Sixtin. *in d. capite.* 19. *n.* 2. & 3. Afflict. *dec.* 321. *n.* 4. Rosent. *d. conclus.* 89. *n.* 3. Barbos. *in d. §. si vir. n.* 29. Et hi redditus ad Regalia pertinent, ut tenent supra citati. Quibus addo Morisot. *de Orbe maritimo lib.* 2. *cap.* 19. *pag.* 467. Et hoc vectigal, cum sal velut elementum quintum sine quo vivere non possumus, commune fuisset postea Principes imposuerunt. Et primus Lysimachus Rex Thracum, Ancus Martius apud Romanos propè Hostiam illud invenit: & ex eo Salinator fuit nuncupatus. Et apud Gallos illud invenit Philippus Pulcher testibus Camill. Borrell. *dec. capite* 25. *num.* 22. Morisot. *d. lib.* 2. *capite* 19. *pagina* 467. Sed cum Lysimachus salinarum vectigal instituisset in Troade, cum antea omnibus sal permitteretur: natura refugiente excreverunt salinæ de quo admiratus, Lysimachus tributum remisit continuoque sal rursum prodiit, Athæneus Dipnos. *lib.* 3. *cap.* 1. Chopin. *de domau. Franc. lib.* 1. *tit.* 15. *num.* 15. Sixtin. *d. capite* 19. *num.* 5. Morisot. *d. lib.* 2. *capite* 43. *pag.* 670.

8 Similiter Reges nostri vectigal in sale imposuerunt ut probat *Ordinat. ad §.* 15. Quod est decem supra septem nummi pro quolibet medio ex parte venditoris, ut statutum reperitur in forali oppidi de Setubal, cujus verba transcripsit Cabed. *de decis.* 53. *n.* 7. Et habetur in regimine Regii patrimonii *capite* 237. Petr. Barbos. *in d. §. si vir. n.* 29. Et de hoc vectigali loquitur *Ordinat. in d. §.* 15. Secundum Cabed. *d. n.* 7. Et sic in Regno salinæ non pertinent ad Regalia sed tantum prædicti redditus.

9 Hæc tamen quamvis de jure communi, & Regio ita se habeant. Nihilominus in aliis regnis Principes sibi usurparunt salinas omnes sive sint in locis privatis, sive in publicis: & tam salem, quam salinas ad regalia pertinere dixit *gloss. verb. causis in Anthor. de sanctiss. Episc. §.* 1. *collat.* 9. Paul. de Castr. *cons.* 61. *in fin. lib.* 1 Socin. Junior. *cons.* 80. *à n.* 40. *lib.* 3. Bernard. Gomez *in tract. de sale l.* 2. *p.* 73. Quod ita servari in Gallia asserit Cujac. *l.* 3. *observ. c.* 31. *in princ.* Afflict. *ad constit. Neapolit. l.* 1. *rubr.* 86. *n.* 7. Montan. *de Regal. verb. piscationum redditus & salinarum n.* 2. Ubi comprobat ex *lib.* 1. *Machab. cap.* 10. dum Rex Demetrius remisit genti Machabæorum pretia salis & *in cap.* 11. *areas salinarum*. Et insuper ex Afflict. qui refert Papam Honorium in capitulis initis cum Carolo secundo super reformatione Regni reduxisse salinas ad jus commune, ut sal esset patronorum salinarum. Ergo ante capitulum Honorii non servatur jus commune; & salinæ privatorum Regis erant. Et in Regno Castellæ omnes salinas de Regalibus esse probant L. 11. *tit.* 28. *partit.* 3. & L. 2. *tit.* 13. *lib.* 6. *Ordinam.* L. 2. *tit.* 13. *lib.* 6. *Recopil.* & L. 18. *tit.* 8. *lib.* 9. *Recopil.* Barbos. *in d. §. si vir. n.* 28. Solorz. *de Jure Indiar.* 2. *tom. lib.* 5. *cap. unic. n.* 19. & 34. ubi plures laudat Larrea *alleg.* 77. *n.* 7. Alfaro. *de offic. fisc. gloss.* 20. §. 4. *n.* 83. & 84. Ripol. *de Regal. cap.* 16. *n.* 60. & 61. Montan. *d. n.* 2.

Ex quibus infert Larrea *d. alleg.* 77. *num.* 8. non 10 posse vassallos possidere salinas nisi Regum concessione, & privilegio, vel consuetudine immemoriali, quæ vim illius habeat *d. c. p. super quibusdam §. præterea.* Pro cujus corroboratione facit quod quamvis prædicta jura loquantur de redditu, seu vectigali salis, in effectu important salinas esse Principis, quarum redditus: & proventus solius Principis sunt. Et ob id jus Regale dicuntur secundùm Beroium. *cons.* 51. *n.* 26. *lib.* 2. Socin. Junior. *cons.* 80. *n.* 35. *lib.* 3. Pal. Castr. *cons.* 63. *in fin. lib.* 1. Petr. Barbos. *in d. §. si vir. n.* 30. *vers. juxta hæc igitur.*

Deinde induxerunt Principes locare salinas con- 11 ductoribus cum privilegio, ut hi soli vendere possent salem L. 1. *in princ. ff. quod cujuscumq. univers. nom.* L. *lib. homo §* 1. *ff. de hæred. inst.* L. *sed & hi in princ. de publ. vectig.* Beroius *d. n.* 26. Camill. Borrel. *d. c.* 25. *n.* 13. Barbos. *in d. §. si vir. n.* 29. Immò dicit jus Regale salinarum consistit in coactione pri- 12 vatorum dominorum salinarum ad vendendum salem Regi pro certo pretio, & ut nullus vendat salem, etiam ad minutum; nisi Rex, vel arrendator ejus, Horat. Montan. *d. verbo piscationem redditus, & salinarum. n.* 2. *pag.* 294. Alfaro *de offic. fiscal. gloss.* 20. §. 4. *n.* 84. Qui allegat. *text. in* L. *si quis* 11. *C. de vectigal. & commiss.* Petr. Barbos. *in d §. si vir. n.* 29. *vers. sed non recedendo.* Ubi quod idem servatur in terris Ecclesiæ: & vendentes salem absque licentia conductorum incidunt in pœnas *d.* L. *si quis*, Cæpol. *in d.* L. *inter publica §.* 1. *n.* 8. Decius *cons.* 293. *incipit. Et pro tenui n.* 2. Quam prohibitionem circa venditionem salis Principem facere posse tradit Cujac. *lib.* 3. *observ.* 31. Alciat. *in d.* L. *inter publica ad fin.* Gregor. Lopez *in* L. 11. *verb. de las salinas tit.* 28. §. 3. 13 Barbos. *d. n.* 29. & 30. Ubi tradit, quod quamvis salinæ pertineant ad privatos ex permissione, vel donatione Principis in emendo salem ipse Princeps omnibus præferri debet juxta *text. in* L. 1. *C. de metall. lib.* 11. & ibi Lucas de Pœna ad medium, & Platea quos sequuntur Gregor. Lopez. *in* L. 55 *tit.* 5. *part.* 5. *gloss.* 1. Matienço, & alii, quos refert Barbos. *in d. §. si vir. n.* 20. Hermos. *in d* L. 55. *gloss.* 1. *n.* 11. Qui *n.* 12. ex eodem Gregor. Lopez dicit iniquum esse prohibere, ne alius, nisi unus salem vendat, vel aliquod genus mercium, nisi pretium sit justum; quia tunc cessaret iniquitas Azeved. *in* L. 1. *tit.* 18. *lib.* 5. *Recopil. n.* 1.

Quæ omnia procedere arbitror in illis Regnis, 14 & provinciis, in quibus salinæ etiam privatorum pertinent ad Regem; non verò in his Regnis, ubi tantum redditus antiqui salinarum, ad jura Regalia pertinent; salinæ sunt privatorum: quia soluto salis vectigali domini salinarum liberè salem vendere possunt: neque prohiberi valent immò neque cogi ad vendendum salem Regi, ut ipse alius distribuat. Quod tam de jure communi, quàm consuetudine introductum cernimus. Consuetudo autem in vectigalibus salis omninò servanda est, prout in indi- 15 viduo docent Laudens *in d. cap. unic. tit. quæ sint Regalia n.* 2. Florian. de S. Petro *in L. æquissimum §. inde quæsitum ff. de usufruct.* Et probat in specie *text.* in

in d. cap. super quibusdam §. *præterea de verbor. signific.* Socin. Junior. *cons.* 80. *n.* 40. *lib.* 3. Chopin. *de doman. Franc. lib.*1. *tit.*16. *n.*12. Bodin. *de Rep. lib.* 6. *cap.*10. Petr. Greg. *syntagm. lib.* 3. *cap.*10. *in princ.* Camill. Borrell. *d. c.* 25. *n.* 11. & 12. Sixtin. *d. lib.* 2. *cap.*10. *n.*18. Unde dixit Barbos. *in d.* §. *si vir. n.* 30. & 31. quod adversus illud jus salinarum possunt subditi præscribere adversus Regem si liberè soliti sunt vendere, & emere salem, quando Princeps volens uti prærogativa, ut solus venderet, populus reclamavit, ipseque Princeps acquievit, Ruin. *cons.* 105. *num.* 5. *lib.* 5. Azeved. *in* L.1. *tit.*14. *lib.* 5. *Ordinam. à n.* 73.

16 Pro coronide nota: quod sal non potest transportari, & deferri ad hostes *L. cotem ferro in princ. ff. de publ. & vectig.* Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cath. c.* 9. *n.* 52. Fit insuper, quod Rex noster jus quæsivit ad transportandum salem ad nostras navigationes, vulgo *Conquistas*, ut in civitatibus illarum solus ejus arrendator, seu publicanus salem vendere possit. Et denique observa, quod de salinis publicis, quæ in totum ad Regem pertinent, non consequitur Princeps aliquod vectigal, quoniam fiscus ab omnium vectigalium præstationibus immunis est. *L. locatio* §. *fiscus, de publ. & vectig.* Sixtin. *d. c.* 19. *num.* 14.

CAPUT XII.

De venis, seu Fodinis metallorum.

Ad Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 16. & tit. 34.

SUMMARIUM.

1 *Salinarum, & fodinarum idem jus est.*

2 *Fodina inventa in solo publico ad Regalia pertinent.*

3 *Fodina seu vena metallorum inventa in solo privato pertinent ad dominum fundi, & n. 5.*

4 *Metalla sunt fructus terra.*

5 *Fructus pertinent ad dominum fundi.*

6 *Decima metallorum pertinet ad fiscum, & est de Regalibus.*

Intelligitur text. in L. inter publica in fin. ff. de verb. signific. Ibid.

7 *Vectigal metallorum non semper est decima, sed aliquando major, aut minor. Et in hoc Regno est quinta pars libera ab omnibus expensis.*

Interpretatur text. In L. cuncti C. de metallar. lib. 11. & *text.* in c. unic. tit. quæ sint Regalia, & num. 9.

9 *Interpretatur text.* in L. venditor §. 1. ff. commun. præd.

10 *Reges in omnibus fere Orbis partibus venas metallorum ubicumque inventas ad se pertinere, & esse de Regalibus statuerunt. Et ita in Castella, & in hoc Regno statutum atque Aragonia, Catalonia & Regno Neapoli.*

11 *Fodina sive auri, sive argenti, & aliorum metallorum, item Lapides pretiosi pertinent ad Regalia.*

12 *Defenduntur leges hujus Regni & Castella.*

13 *Reges tenentur metallorum venas procurare, effodere ad augendum ærarium ut à tributis populos sublevare possint.*

14 *Metallorum investigatores sunt Reipublica utilissimi, & laudantur; quamvis cateris pauperiores, & sordidiores multoties existant.*

Metallariis varia privilegia fuerunt concessa. Ib.

15 *Venas metallorum quarere publica utilitatis causa cuilibet permissum est, in fundo alieno & invito Domino.*

Intellige si dominus fundi perquirere neglexit, quia si perquirere voluerit cateris praferendus est. Ibid.

16 *Si quis prius cœperit venas perquirere, præferetur domino fundi.*

Et quando dicatur incepisse. Ibid.

17 *Dominus fundi venas perquirere potest sine licentia Principis, dummodo solvat fisco quintam partem.*

Si licentia Principis in alieno fundo metallorum venas perquirere non potest, si fundus jam erat ad culturam redactus; secus alias. Ibid.

18 *Inventor fodinarum in fundo alieno tenetur solvere unam decimam domino fundi, & alteram fisco.*

Si verò fodina reperiatur in loco, tenetur inventor duas decimas solvere fisco. In Regno autem quinta tantum pars solvenda est. Ibid.

19 *Occupata, seu apprehensa parte vena acquirit inventor totius vena dominium.*

20 *Ex auro invento in ripis fluminum nihil inventor Regi solvere debet, sed totum sibi acquirit de jure gentium.*

21 *Princeps concedere potest, & donare venas metallorum, dum tamen in donatione expressum sit aliàs non censentur donata, quamvis concedatur castrum cum juribus, & pertinentiis.*

22 *Quando specialis mentio requiritur non sufficit generalis.*

QUæ superiori capite diximus de salinis, etiam 1
ad fodinas, seu venas metallorum extendenda
sunt, cum salinarum, & fodinarum idem si jus L.1.
in princ. ff. quod cujusque univers. non L. magis puto
ff. de reb. eor. L. sunt, & hi ff. de publ. & vectig. At-
que ita fodinæ in solo publico, seu Cæsaris inventæ
inter Regalia connumerantur, & ad Principem spe-
ctant argum. *text. in L.* 3. *fin. ff. de jur. fisc.* Et sic in- 2
telligendus est *text. in cap unic. verb. argentaria in*
tit. quæ sint Regalia, ut per Laudens. *ibi n.*2. Rebuff.
in L. inter publica §. *fin. ff. de verb. signific.* Bossius *in*
*tit. de metall. & argenti fod. n.*12. Qui ait hanc rem
nullam habere difficultatem Jacobin. *de feud. vers.*
cum argenti fodinis, Fiorian. *in L. sed si inter duos*
§. *quæsitum ff. de usufr.* Afflict. *decis.* 321. *per totam*
ubi Ursilus *n.* 1. Peregrin. *de jure fisc. lib.*4. *tit.* 2. *n.*
12. Sixtin. *de Regal. li.*2. *cap.*16. *n.*32. Farinac. *tom.*
3. *q.*104. *in pect.*2. *n.*37. Rosent. *de feud. cap.*5. *con-*
*clus.*88. *n.*5. & ibi: *gloss. lit.G.* Petr. Barbos. *in L. di-*
vortio §. *si vir n.*18. *ff. de solut. matrim.* Ripol. *de Re-*
gal. cap. 16. *n.* 12. Horat. Montan. *eod. tract. verb.*
argentaria n. 16.

Si autem fodinæ, seu minæ metallorum repertæ 3
fuerint in fundo privati tunc pertinere ad dominum
fundi supponit *text. in d. L. divortio* §. *si vir, L.* 2.
& 3. *juncta d. L. magis puto ff. de reb. eorum L. aqui-*
ssimum 17. *proinde. L. item si fundi* 10. *vers. sed si*
metalla ff. de usufr. L. si ex lapidicinis, ff. de jure dot.
*L. quosdam C. de metallor. lib.*11. Et scribunt Roman.
Alex. & communiter DD. *in d. L. divortio* §. *si vir.* 4
Afflict. *in d. cap. unic. quæ sint Regalia n.*11. Ex ea
ratione, quia metalla sunt fructus terræ. *d. L. divortio*
§. *si vir, & si fundus L. dotis L. si ex lapidicinis, ff. de*
jure dot. L. venditor. §. *si constat. ff. commun. prædior.*
Socin. Jun. *cons.*10. *n.*4. *lib.* 3. optimè Garcia *de ex-*
*pens. cap.*22. *n.*44. Cabed. 2. *p. decis.*81. *n.* 2. Gre-
gor. Lopez *in L.*5. *tit.*15. *partit.*2. *gloss. fin.* Lazarte
*de gabell. cap.*19. *n.*39. Morquecho *de divis. bonor.*
*lib.*2. *cap.* 11. *n.* 23. & *seqq.* Solorz. *de jure Indiar.*
tom. 2. *lib* 5. *cap. unic. n.* 27. Callixto Ramirez *de* 5
leg. Reg. §. 26. *n.* 29. *litt.*R. Gutierr. *practic. lib.*4.
*q.*36.

c.36.n.59. Unde cum fructus ad dominum pertineant
L. fructus L. in fundo. ff. de rei vindicant. Tiraq.
de retract. convent. §. 2. gloss. 1. n.34. Cald. Pereir.
de empt. vend. cap.7. n. 28. Suarez in L. post rem
judicatam limit. 2. n. 3. ff. de rejudic. Petra de fidei
comm. q.12. n.330. Gratian. discept. forens. cap.615.
n 31. Peregrin. de fideicomm. art.49. n.20. Valenz.
cons. 116. n. 31. & cons. 196. n. 14. & 15. Cyriac.
controv. 40. n. 8. Nil mirum quod mineræ, & fodi-
næ metallorum, quæ in fructu sunt, sequantur do-
minium: prout in specie ultra supra relatos docent
Afflict. decis. 321. ubi Ursilus n. 1. Sixtin. Regal. lib.
2. cap.16. n.34. Ripol. eod. tract. cap.21. Petr. Bar-
bos. in d. §. si vir. n. 18. Farinac. d. q. 104. inspect.
2. n. 36. Peregrin. de jure fisc. lib. 4. tit.2. num. 11.
Quæ fuit opinio gloss. in L. inter publica ff. de ver-
bor. signif. Quam esse communiter approbatam tra-
dit Afflict. decis. 321. n. 15. Qui ait: quod non ipsa
metalla omnia, sed solum decima metallorum perti-
net ad fiscum; & dicitur esse de Regalibus per text.
in L. constit. 3. C. de metallar. lib. 11. Cassanæ us in
6 consuetnd. Burgund. rubr. 1. §. 1. verb. espaves num.
14. Rosent. d. cap.5. conclus. 89. n.1. & 3. Ripol. d.
cap. 16. n.14. Joan. Garcia d. c. 22. n. 47. Ramirez.
de leg. Reg. §. 16. n.29. lit. S. Anton. Gomez. in L.
45. Tauri n. 51. Hening. Arnisæus de jurib. Majest.
lib.3. cap.5. n.6. vers. ideoque alit. Qui dicit, quod
illa portio quæ ex metallis effossis fisco Principis in-
fertur juxta L. 1. & 2. C. de metallar. lib. 11. dicitur
Ulpiano vectigal metallorum in d. L. inter publica
in fin. Namque si vectigal, de quo ibi, intelligere-
tur de eo, quod solvitur pro emptione, & venditio-
ne metallorum, ut interpretatur Brachæus ad d. L.
inter publica n. 40. dabitur absurdum; nempe quod
Imperator posuerit eandem rem diversis nominibus:
cum etiam metalla numero rerum venalium compre-
hendantur. Itaque hoc, quod Ulpianus vocat vecti-
gal metallorum, appellatur ab Imperatoribus Canon.
7 in L. C. de metallar. lib. 11. Et quidem hoc vecti-
gal metallorum non semper est decima; quia aliquan-
do major, aut minor fisco persolvitur, & variatur
pro ratione locorum, ut notat Cujac. ad L. 1. C. de
metallar. lib. 11. Et probat text. in L. per singulos ubi
gloss. Bart. & Joann. de Platea C. eod. Cassan. in con-
suetud. Burgund. rubr. 1. des justices verb. espaves
n. 14. Rosent. d. c. 5. concl. 89. lit. C. Et sic videmus,
quod in hoc Regno ex metallis jam effossis, & puri-
ficatis pertinet ad fiscum quinta pars libera ab omni-
bus expensis Ordinat. lib. 2. tit. 34. §. 4. Petrus Bar-
bos. in d. L. divertio §. si vir. num. 20. Quod idem
servatur in fodinis Indiarum Occidentalium: ut no-
tat Solorz. d. lib. 5. cap. unic. num. 26. Alfaro de
offic. fiscal. gloss. 20. §. 6. cum 106. quamvis in fodi-
nis Hispaniæ tertia pars inventori pertineat duabus
fisco assignatis per L. 34. & 9. tit. 13. lib. 6. Recopil.
8 Cæterum contra prædictam resolutionem, quæ
habet fodinas metallorum inventas in fundo privati
pertinere ad dominum fundi, obstat text. in d. cun-
cti. cum ibi notatis C. de matallar. lib. 11. Ubi Doc-
tores docent, quod potest quis, saltem authoritate
publica fodinas quærere in alieno fundo, & sibi
acquirere. Planè si fodinæ essent in dominio illius,
qui fundi dominus est, ab eo auferri non possunt
per reg. text. in L. d. quod nostrum ff. de reg. jur.
deliber. cum similib. Deinde obstat: quod metallo-
rum fodinæ tanquam jus regale pertinent ad Princi-
pem cap. unic. ibi argentaria, tit. quæ sint Regalia
L. inter publica 17. in fin. ff. de verb. signif. Ordin.
d. tit. 16. n. 16. Ergo fodinæ, & mineræ non perti-
nent ad Dominum fundi.
9 His tamen non obstantibus vera est supra posita
resolutio. Et ad text. in d. L. cuncti respondetur,
licitum quidem esse publica authoritate, & ex causa
utilitatis publicæ metallorum venas quærere secun-
dùm formam à Principe præscriptam etiam in alieno
fundo, dum tamen domino illius damnum resarcia-
tur. Neque in contrarium facit text. in L. venditor
§. 1. ff. commun. præd. Ubi habetur, neque etiam
authoritate publica licere in alieno fundo lapidicinam
quærere invito domino: Quia respondetur. Primò
lapidicinam, de qua ibi, non esse lapidis magni va-
loris, in quam posset considerari publica utilitas. Vel
melius dicendum est in eo textu non agi de lapidi-
cinis adhuc non inventis, in quibus respectu inven-
tionis posset considerari utilitas publica. Sed loqui
de lapidicinis jam inventis, in quibus fundi dominus
jus habebat. Et ideo præferendus erat illi, cui so-
lum erat concessum fodinas quærere: non tamen in-
ventas acquirere: ut manifestè apparet ex verbis
text. ibi: Si constat in tuo agro lapidicinas esse, in-
vito te, nec privato, nec publico nomine quisquam la-
pides cadere potest.
Ad secundam difficultatem de text. in d. cap. unic.
tit. quæ sint Regalia, respondetur, nostram resolutio-
nem procedere circa ipsa metalla, eorumque venas,
quæ domino privato fundi pertinent; textum verò in
d. cap. unico. procedere circa vectigal, per portio-
nem metallorum, quæ Principi debetur: ut supra
notavimus num. 6. Vel esse intelligendum de venis
metallorum repertis in loco publico quæ pertinent
ad Regem, & sunt de Regalibus, ut diximus num.
2. Ac proinde verissima remanet supra dicta reso-
lutio.
Sed quamvis prædicti juris traditio, & distinctio 10
ab omnibus communiter sit recepta. Tamen Reges
& Principes in omnibus ferè Orbis partibus eam non
non admiserunt. Immò peculiaribus legibus statue-
runt venas metallorum ubicumque inventas in locis
publicis, sive privatis ad se pertinere, & de Rega-
libus esse: ut scribunt Rebuff. in d. L. inter publica
col.8. pag.159. quem sequuntur Barbos. in d. §. si vir
n. 18. vers. cæterum prædictam. Carolus de Prassal.
lib. 1. Regal. Franc. cap. fin. Peregrin. de jure fisc.
lib.4. tit.2. n. 13. Camill. Borrell. de præst. Reg. Cath.
cap. 28. n. 18. plures laudat, & sequitur Solorz. in
d. c. unic. n. 19. Atque ita in Castella omnes metal-
lorum fodinas de Regalibus esse probatur in L. 5. tit.
16. partit. 2. L. 2. & 4. tit. 13. lib. 6. Ordinam. Gu-
tierr. lib.4. practic. q.36. n.62. & 63. Quod ipsum in
hoc Regno statutum est in Ordinat. lib. 2. tit. 26. §.
19. & tit. 34. in princ. ibi: Ainda que sejaon em ter-
ras de pessoas particulares ou em quo pessoas. Eccle-
siasticas, ou seculares, tenbaon jurisdicaon, como
sempre se usou nestes Reynos: & in §. 9. ubi Legisla-
tor inventoribus proprietatatem minerarum in per-
petuum concedit sibi, & hæredibus. Et melius pro-
batur in §. 10. ubi dominus fundi non acquirit venas,
etiamsi immemoriali præscriptione extrahendi me-
talla sit munitus Cabed. p. 2. decis. 55. Ita etiam in
Aragonia venas metallorum ad Regem pertinere tra-
dit Callixto Ramirez. d. §. 26. n. 30. & in Cathalo-
nia Ripol. d. cap. 16. num. 29. Et in Regno Neapo-
litano Borrell. d. cap. 28. n. 50. Et in Valentia, Gu-
tierr. d. q. 36. n. 63.
Non solum autem venæ auri, aut argenti perti-
nent ad Regem, non ad dominum fundi: ut volebat 11
Vvesembeq. cons. 60. n.30. quem sequitur Farinac.
d. q.104. n.36. vers. contrarium: qui communiter re-
probantur, sed etiam fodinæ omnes, æris, cupri, stan-
ni, aluminis, ferri, aliorumque metallorum: inter quæ
etiam enumerantur lapides pretiosi, ut scribunt gloss.
& Isern. in d. cap. unic. quæ sint Regalia verb. ar-
gentariæ n. 70. & ibi Afflict. n. 1. Alvarot. n. 6. Bos-
sius in tit. de metall. num. 1. Cæpol. de servit. rustic.
cap. 22.

cap.22.n.3. Rosent. *d.cap.5.conclus.88.lit.D.* Peregrin. *de jure fisc. lib.4. tit.2.n.13.* Mysinger. *respons.37.n.7.& seqq.* Horat. Montan. *de Regalib.verbo.Argentariæ sub n.3.* Alphar. *de offic.fiscal.gloss.20.n.108.* Solorzan. *d.lib. 5. cap. unic. n.4.*

12 Possunt autem Leges hujus Regni, & Castellæ, & aliorum Regnorum ea ratione fulciri, quod metallorum usus publicus est, & ad publicam utilitatem pertinet. Ita ut eorum effossio, & in lucem productio nullo modo impediri debeat *d. L. Venditor §. si constat. ff. commun. prædior.* Cæpol. *d.cap.22.n.4.* Gutierr. *d. q. 36. n. 63.* Ubi docet hujusmodi fodinas esse fructus, & partus terræ productos ab ipsa ad sui defensionem, & non esse quosvis fructus, sed optimos ipsius terræ; & præstantissimas divitias, quæ solam Regiam Majestatem decent, non privatum civem. Cumque in metallis versetur publica utilitas; tenentur Reges metallorum venas procura-
13 re, & effodere, ut ex latentibus terræ thesauris ibi inutiliter quiescentibus publicum adaugeant ærarium & a tributis populos valeant sublevare, dicente Cassiodoro *lib. 9. epist. 3.* ibi: *Officinis solemniter institutis montium viscera perquirantur, intretur beneficio artis in penetrale telluris, & velut in thesauris suis natura locuplex inquiratur.* Et ut ipse ait *eod.lib. epist. 1. Honesta sunt lucra, per quæ nemo læditur & bene acquiritur quod à nullis adhuc dominis abrogatur* Solorz. *d. c. 13. n. 12.*

14 Quare ratione publicæ utilitatis metallorum investigatores Reipublicæ esse utilissimos probat *text. in L.1. C. de metallar. lib.11.* ibi, *Labore proprio & sibi, & Reipublicæ commoda compararet*, Propterea que metallarios esse laudandos dixit Solorz. *d. lib.1. cap. 13. n. 57. & lib. 2. cap. unic. n. 20.* præsertim cum ipsi Principes quærant divitias, & cæteris pauperiores, & fordidiores existant tanquam illi, qui frequenter propriis consumptis, incertorum gratia, quæ consecuturos sperabant, non receperunt, quæ verò habebant adjecerunt, de quo Cassan. *in Catal. glor. Mund. p.11. considerat. 38.* & Joann. Guid. *in tract. de mineral. lib.4. tit.15. à n. 1.* post alios Solorz. *d. lib.1. cap.13. n.57 & lib.5. cap. unic. n. 10.* Quibus addo Amisæus *de jurib. Majest. d. cap.5. n. 1. vers. nam metallorum.* Qui dicit vidisse plures ex ditissimis pauperrimos factos, quos vena spe, aut naturali quadam cupiditate allecti totam suam substantiam in fodinas profuderant. Idcoque metallariis varia privilegia concessa sunt, ut per Cassian. *d. consid. 38.* Tuschi. *lit.M. conclus.16.& lit.L. concl.458.* Solorz. *d.lib.1.cap.16. à n.10. & lib.5.cap.unic.21.* Et prob. *Ordin.Reg.lib.2.tit.34.in princ.* ubi præmia minarum inventoribus sunt constituta.

15 Ex causa publicæ utilitatis cuilibet permissum est metallorum venas quærere etiam in fundo alieno invito domino ut tradit Cæpol. *de servit.rustic.cap.22. n.4.* Paul. *cons. 4. num. 1. ad fin. & cons. 23. nu. 1. lib. 2.* sequitur Petr. Barbos. *in d. §. si vir num. 22. & 23.* ubi contrariis respondet, & in specie probat. *Ordinat. d. lib. 2. tit. 34. in princ.* Horat. Montan. *de Regalib. verb. Argentariæ sub num. 3.* Quod est intelligendum si dominus fundi perquirere neglexerit, Paul. de Castr. *in d. L. divortio §. si vir*, Peregrin. *de jure fisc. lib.4.tit.2. 14.* Rosentald. *d.cap.5. conclus. 90. n. 4.* quia volens quærere venas cæteris præferendus est *L. cuncti ubi gloss. C. de metallar. lib.11. de similis gloss. in L. inter publica*, ubi Doctores communiter; & Afflict. *d. verb. Argentariæ num.7.* Castrens. *in L. venditor §. si constat. n. 5. ff. communia præd.* Boss. *in tit. de metallis n. 5 in fine.* Afflict. *decis.321.n.15.* Rosentald. *d. conclus. 90. n. 5.* Barbos. *in d.§.si vir n.23.* Horat.Montan. *d.verb. Argentariæ sub n. 3.* Verùm si quis in perquirendo
16 venam priùs laborare cœperit, id domino fundi præferri debet argum. *text. in L. pluribus ff. de pro curat. L. per agrum C. de servit.* Bald. *in L.1. num.34. ff. de rerum divis.* in terminis Paul. de Castr. *cons. 4. num. 2. ad fin. lib. 2.* Rosentald. *d. conclus. 90. n. 6. & 7.* & ibi *gloss. litt. G.* Barbos. *in d.§. si vir num. 24.* ille autem ad hoc præoccupasse videtur, quia prius incœpit quærere venas, & laborare, facereque ea, quæ pertinent ad inveniendam rem, de cujus prælatione agitur Bart. *in L. quominus n. 10. ff. de fluminib.* Cæpol. *d. cap. 22. num. 4. ad finem, & in d. L. inter publica §.1.n.10. & de verbor.signif.* Barbos. *suprà n. 24.* Rosent. *d. conclus. 90. num. 7.* Et nota, quod dominus fundi absque Principis licentia 17
venam metallorum quærere potest: ut scribunt Bossius *tit. de metall. n. 5.* Rosent. *d. conclus. 90. n. 4.* dummodò solvat fiscu decimam, seu quintam partem de jure Regio *d.L. cuncti ubi gloss. C. de metallar. lib. 11.* Afflict. *d. verb. argentariæ num. 7.* At verò si quis in fundo alieno fodinam quærere intendit, & fundus jam erat ad culturam redactus, non poterit quis venam inquirere, nisi prius obtenta licentia à provisore metallorum, qui eam concedere debet, & domino fundi est notificanda, ut damni æstimationem consequatur ex *Ordin.lib.3.tit.34.§.1.* Et in hunc modum intelligendus venit Barbos. *in d.§. si vir n.24.* quatenus prædictam licentiam desiderat; si enim fundus fuerit incultus, quærenti venam nulla licentia opus est juxta *Ord.d.tit.34.in princ.* Quæ sic concordanda venit cum §. primo.

Inventor autem fodinæ, seu mineræ, in fundo 18
alieno solvere tenetur unam decimam domino fundi & alteram fisco *d. L. cuncti C. de metallar. lib.1.* Et apud nos probatur *in regim. Reg. patrim. cap.237. vers. item d.reyno Real, & argentaria* Barbos. *in d.§. si vir n.20.& 23.* Rosent. *d.conclus.90.n.10.* Si autem fodina in loco publico fuerit, reperta duas decimas inventor solvit fisco *d.L. cuncti,* Isern. *in d.cap.unic. quæ sint Regalia num. 8. &* Afflict. *decis. 321. num. 4.* Barb. *in d §. si vir n.19.* Rosent. *d. concl. 90.n.11. Ordin. d.tit.34. §.4.* Quæ generaliter disponit, sive fodinæ reperiantur in publico, sive in privato loco; semper enim de jure Regio quinta pars metallorum fisco præstanda est absque ulla expensarum deductione, Solorz. *d. lib. 5. cap. unic. n. 26.*

Præterea quod sciendum est, quod parte venæ 19
occupata, seu apprehensa, totius venæ dominium acquirit inventor; etiamsi sub diversis, & alienis fundis existat argum. *text. in L.3.in princ. ff. de acquir. possess.* Cæpol. *de servit. rustic. cap. 22. n. 4.* Rosent. *d. conclus. 90. n.8.* Barbos. *in d.§. si vir n.24.* Mierez *de majorat.1.p.q.10,n.34.* Item est advertendum, 20
quod ex quo invento in ripis fluminum nihil Regi solvere tenetur inventor, sed totum sibi acquirit de jure gentium *§. item lapilli. Instit. de rer. divis.* Rebuff. *in d.L. inter publica col.8. ad fin.* Franc.Marc. *decis.21.p.2. & decis.685.p.2.* Petr. Barbos. *in d.§.si vir n. 20. in fin.*

Denique notabis, quod Princeps ita ut potest con- 21
cedere cætera jura Regalia minora ita & fodinas metallorum *Ordin. lib.2. tit. 28. in princ.* ibi: *Salvo se expressamente forem nomeados, & da os na dita doaçaon* & *tit.34.§.10.* ibi: *Salvo quando especial, & expressamente nas ditas doaçoens forem declaradas.* Non tamen censentur donatæ in quacunque donatione per verba quamtumvis generalia nisi exprimantur. *Ordin. d.tit.28. & d. §. 10.* latè, & optimè Horat. Montan. *d.verb. argentariæ n.5.6. & 7.* Ubi agit de donatione castri facta cum omnibus juribus Regalibus, vel cum juribus, & pertinentiis: quia adhuc fodinæ metallorum non continentur, cum Regalia sint specialia Regnantium annexa Coronæ ad decus Reipublicæ, Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 1. nu. 14.* Et sic non veniunt in generali concessione. Quando 22
enim

enim requiritur specialis mentio non sufficit generalis *L. fin. C. de indict. viduit. toll. Clementin. Constitutionem de elect. gloss. in cap. Inquisitionis de haeretic. in 6. & in Clementin. 1. verb. specialiter de judic.* Alex. *cons.* 123. *vol.* 4. Afflict. *decis.* 220. *n.* 16. Emman. Barbos. *ad Ordin. d. tit.* 28. *in princ. n.* 71. Quidquid in contrarium teneat Camill. Borrel. *de praest. Reg. Cath. cap.* 28. *n.* 44. quia contra eum stat communis Doctorum traditio, & Legis Regiae dispositio.

CAPUT XIII.

De Thesauris, lapillis, Gemmis, atque de rebus naufragio, vel aliter amissis.

SUMMARIUM.

1 *Thesaurus quid sit. Et quomodo accipiatur. Et an ultra pecuniam comprehendat quacumque mobilia, viriolas, & alia ornamenta mulierum, seu virorum.*

2 *Thesaurus propriè dicitur pecunia vetusta depositio, cujus non extat memoria: & n.* 3.

Thesaurus non dicitur pecunia abscondita sub terra, quàm si quis abstulerit, furtum committit. Ibid.

4 *Depositio recens pecunia non vetusta non est thesaurus: neque deponens dominium amittit.*

5 *Item non est thesaurus pecunia abscondita, cum qua inventum fuit instrumentum, ex quo constet de domino: & tunc non quaritur inventori, sed tradetur haeredibus domini, in quo etiam ignorantes transit dominium.*

Si non apparuerint haeredes deponentis, fiscus occupat pecuniam, tanquam bona vacantia. Ibid.

6 *Pecunia inventa semper praesumitur alicujus certi hominis, dum inventor non probaverit non extare memoriam hominum, de tempore, quo fuit abscondita.*

7 *Thesaurus dicitur donum Dei, vel fortuna.*

8 *Thesaurus inter bona vacantia connumeratur cum in nullius sit dominio.*

9 *Thesaurus non connumeratur in bona vacantia eodem modo: quo alia res vacantes, sed ut ibi explicatur.*

10 *Thesaurus inventus in proprio fundo, sive fortuitò, sive data opera, totus domino fundi acquiritur.*

11 *Thesaurus ab aliquo inventus in fundo alieno quaeritur pro dimidia inventori; & pro alia dimidia domino fundi.*

12 *Intellige; si fortuitò thesaurum quis invenerit in alieno: secus si data opera: quia tunc totus thesaurus pertinet ad dominum fundi: sive investigatio fiat domini voluntate, sive sine ea.*

13 *De ratione cur inventori, qui de consensu, & licentia domini data opera thesaurum invenit, denegetur dimidia pars thesauri.*

Et interpretatur text. in L. unic. C. de thesaur. Ib.

14 *Inventor thesauri in fundo alieno tenetur in foro conscientia restituere domino partem thesauri inventi, & si data opera, totum thesaurum domino restituere debet.*

15 *Thesauri dimidia pertinet ad inventorem, quamvis inveniat fortuitò in loco Caesaris, vel civitatis.*

16 *Si verò quis thesaurum invenerit data opera in loco publico, nihil quaeritur inventori: sed totus pertinet ad Principem, vel civitatem.*

17 *Inter bona publica, & bona civitatis, quae etiam dicuntur publica, datur differentia; de qua ibi,*

18 *Bona civitatis sunt jure privato, & dominio ipsius civitatis, & pertinent ad populum.*

19 *Maritus constante Matrimonio dominus est fundi dotalis, sed illum non potest alienare, neque de consensu uxoris.*

Dimidiam thesauri inventi à marito in fundo dotali tenetur reservare, & restituere uxori. Ibid.

20 *Si Matrimonium fuerit contractum juxta consuetudinem Regni, communicantur bona, & lucra inter virum, & uxorem.*

21 *Communicatio bonorum inter virum, & uxorem inducta fuit à Romulo lege lata.*

22 *Pacta dotalia omnino servanda sunt, si non fuerint contra leges, vel constitutiones.*

23 *Quaeritur: Utrum maritus dominus sit bonorum dotalium? Et constituitur differentia inter casum, quo bona fuerunt data in dotem inaestimata & eum in quo aestimata in dotem sunt data.*

Fundatur opinio, quod uxor habet dominium rerum dotalium, non maritus. Ibid.

24 *Fundatur opinio, quae habet maritum esse, dominum rei dotalis: quamvis illam alienare nequeat. Referuntur Doctores pro hac opinione, quae verior est.*

25 *Maritus non solum habet dominium civile rei dotalis, sed etiam naturale.*

26 *Actio furti non datur, nisi vero domino, non civili, aut quiritario.*

27 *Maritus quamvis dominus sit rerum dotalium: tamen non est perpetuus, sed temporalis: quia soluto Matrimonio tenetur dotem restituere.*

28 *Possessor bona fidei facit suos, fructus jam perceptos, & consumptos, non tamen extantes.*

29 *Reprobatur intellectus supra positus.*

30 *Ostenditur quomodo consideretur dominium uxoris constante Matrimonio.*

31 *Soluto Matrimonio ipso jure sine actu traditionis dominium rei dotalis transit in uxorem si bona inaestimata data fuerunt in dotem.*

32 *Maritus constante Matrimonio lucratur fructus dotis. Idem judicatur de augmento dotis ac de ipsa dote.*

33 *Restituta haereditate transeunt in fidei commissarium omnia jura, & actiones, & gravatus tantum retinet nomen haeredis, & actiones directas, licet inefficaces.*

34 *Thesaurus inventus in fundo dotali pertinet ad uxorem tamquam augmentum dotis.*

35 *Dominium in solidum apud duos esse nequit. Intellige ut n.* 36.

37 *Interpretatur* text. in L. in rebus C. de Jur. dot.

38 *Dominium rei dotalis aestimata ea aestimatione, quae facit emptionem, transit pleno jure in maritum, & res desinit esse dotalis, & potest alienari.*

39 *Soluto Matrimonio non tenetur maritus restituere bona dotalia, quae data fuerunt aestimata.*

Limita si tempore restitutionis maritus fuerit non solvendo, poterit uxori per rei vindicationem petere res alienatas. Ibid.

Thesaurus inventus à marito in fundo dotali dato in dotem aestimatio totum pertinet ad maritum. Ibid.

40 *Proponitur quaestio: Utrum emphyteuta, feudatarius aliusve, qui habet utile dominium, lucretur thesaurum ab eo inventum, vel tenetur praestare dimidiam, illius domino directo? Et deferuntur contraria opiniones, & Doctores qui stant pro affirmativa.*

41 *Emphyteuta aequiparatur usufructuario.*

42 *Fundus emphyteuticus, vel feudalis non dicitur proprius emphyteutae, vel fundatarii.*

43 *Amplectitur Author negativam sententiam.*

Emphyteuta quod utile dominium verà dominus est & habet rei vindicationem, immò dum possidet fundum emphyteuticum, non tenetur satisdare. Ibid.

44 *Dominium utile vincit directum. Actio utilis præfertur directæ.* Ib.

45 *Feudatarius dominus vocatur, & tam emphyteuta, quam feudatarius rei utilitatis percipit.*

Approbatur distinctio inter dominium directum & utile.

46 *Apellatio dominii ad utile restringi potest eum parum distet à directo.*

Thesaurus inventus in fundo emphyteutico, vel feudatario pertinet in totum ad emphyteutam si fuerit inventor, vel pro dimidia si alius invenerit. Ibid.

47 *Thesaurus inventus à Domino directo in fundo emphytheutico, vel feudatario, pertinet pro dimidia ad emphyteutam, vel feudatarium.*

48 *Reprobatur consideratio Alvari Valasci.*

49 *Respondetur ad fundamenta contraria opinionis.*

50 *Thesaurus inventus in fundo majoratus pertinet ad possessorem in totum, si fuerit inventor: & pro dimidia si alius invenerit.*

51 *Majoratus possessor dominus est rerum majoratus.*

52 *Thesaurus inventus in fundo, in quo alius habet usumfructum pertinet ad proprietarium, non ad usufructuarium, qui dominus non est.*

Si Usufructuarius thesaurum invenerit, dimidiam retinere potest. Ib.

53 *Reprobatur opinio Camilli, Borrelli, & alia Guillelmi Benedicti.*

54 *Proponitur quæstio: An thesaurus inventus in loco sacro, vel religioso, sit totus inventoris, aut non: Et interpretatur* text. in §. si thesauros Inst. de rer. divis. & in L. 3. §. si in locis ff. de jure fisc. *quorum varii intellectus referuntur.* Ib. & n. 55. 56. 57. & 58.

59 *Assignatur verus intellectus ad prædicta jura: num.* 62.

60 *Loca sacra, vel religiosa, quæ antiquitus dicebantur:*

Sepulchra extra urbem destinata erant: Et quid in primitiva Ecclesia. Ib.

61 *Romani locum sacrum habere solebant ad particularia sacrificia. Item, & loca religiosa in suam, & suorum sepulturam.*

Item erant loca publicè sacra ad communem adorationem: & sacrificia, & loca publica religiosa ad publicam sepulturam eorum, qui particularia non habebant. Ib.

63 *Loca sacra, & religiosa sunt hodie in dominio Ecclesiæ, vel Prælati.*

64 *Thesaurus inventus in fundo, vel alia proprietate, pertinente ad Ecclesiam ratione sustentationis ministrorum, pertinet ad Ecclesiam pro dimidia, non ad fiscum & n.* 66.

Bona Ecclesiæ sunt in dominio illius, & alienari non possunt nisi intervenientibus, & causa. Ib.

65 *Causa necessaria ad alienationem bonorum Ecclesiæ quæ, & quales requirantur? De quibus ibi.*

66 *Alienare solus dominus potest.*

67 *Thesaurus inventus in ipsa Ecclesia, vel loco religioso pertinere ad fiscum pro dimidia tenent plures.*

68 *Contraria opinio, quod scilicet pertineat ad Ecclesiam non ad fiscum verior est, & communior.*

69 *Diluuntur fundamenta contraria opinionis.*

Reprobatur opinio Petri Barbosæ, & D. Joannis de Castillo, & decisio Cabed 2.p. decis. 56. Ib.

70 *Constitutiones feudales non sint trahenda ad decisionem causarum non feudalium, neque observanda.*

Opinio communis in judicando sequenda est. Ib.

71 *Paria sunt judicare contra legem, vel contra communem opinionem.*

72 *Thesaurus inventus in fundo hypothecato, seu pignori dato casu, & non data opera ab ipso creditore dimidia est inventoris, & alia domini in vero data opera, totus domino quæritur.*

73 *Pignoris constitutio non transfert dominium, neque impedit alienationem.*

74 *Thesaurus inventus à colono, vel mercenario conducto ad colendum agrum casu, pertinet dimidia ad inventorem.*

Inventus à servo meo, in quo Titius habet usumfructum, si in meo invenerit: totus ad me pertinet: si in alieno dimidia. Ibid.

75 *Quæritur. An thesaurus inventus in fundo vendito pertineat ad emptorem, vel venditorem: Vel saltem venditor agere possit remedio* L. 2. Cod. de rescind. vend. *Et distinguuntur duo casus.*

76 *Thesaurus inventus in fundo vendito, post traditionem pertinet ad emptorem, qui ignorabat.*

In prædicto casu venditor agere non potest de læsione, Ibid.

77 *Quoad læsionem valor rei attendi debet de tempore contractus.*

78 *In casu, quo emptor sciens thesaurum esse in agro illum emit, etiam ad emptorem pertinet thesaurus inventus. Et hæc est verior opinio.*

79 *Thesauri dominium non quæritur ex inventione vel scientia: sed etiam necessaria est apprehensio.*

Si unus videt thesaurum, alter verò capit, capientis est, non videntis. Ibid.

80 *Verbum invenio ex propria significatione refertur ad actualem occupationem.*

Pœna à lege imposita contra eum, qui fuerit inventus cum armis, vel re prohibita, non exequitur: nisi contra eum, qui fuit inventus cum armis. Ibid.

81 *Si statutum imponit pœnam deferentibus arma, quamvis quis cum illis non sit inventus, pœnæ locum habet: sed adhuc de æquitate requiritur apprehensio.*

82 *Thesaurus inventus magicis, & malis artibus, ac superstitiosis, totus quæritur fisco, non inventori.*

83 *Magica ars est omni jure damnata.*

84 *Quæritur, An pars thesauri inventi magicis artibus in fundo alieno inscio domino pertineat totus ad fiscum, vel domino acquiratur pro dimidia: Et resolvitur verius esse totum ad fiscum pertinere. Et reprobatur Alciatus.*

85 *Quæritur, An invenient thesaurum magicis artibus illum possit retinere in foro conscientiæ. Fundatur negativa sententia.*

86 *Fundatur affirmativa sententia, quæ verior est.*

Omne, quod respicit, ut quis privetur aliqua re, pro pœna adjectum censetur: quamvis non sit declaratum. Ibid.

87 *Pœna ante sententiam non obligat, neque in foro poli, neque in foro conscientiæ.*

88 *Respondetur ad contraria partis fundamenta.*

89 *Dominus fundi, ad quem pertinet dimidia thesauri, eo ipso inventor illum apprehendit, efficitur dominus suæ partis, & potest intentare condictionem ex lege adversus inventorem.*

90 *De consuetudine pertinet ad Principem thesaurus ubicumque fuerit inventus. Et ita servatis in Gallia, & Castella, sed consuetudo à pluribus reprobatur.*

91 *In Lusitania servatur jus commune: & tantùm perti-*

pertinet, ad Principem thesaurus in casibus, in quibus de jure communi pertinet.

In illis casibus occultans thesaurum, qui ad fiscum pertinet, punitur in amissione thesauri cum altero tanto. Ibid.

92 *Lapilli, gemmæ, & ambarum inventa in littore non ad Regem pertinent; sed primo occupanti acquiruntur.*

93 *Intellige de lapillis, & similibus rebus inventis in littore, quæ non sunt auro inclusa, ex quo appareat in dominio alicujus fuisse, tunc enim non quæruntur inventori, qui illas recipere debet animo & restituendi, perquirendi dominum per præconia, ut ibi declaratur.*

94 *Inventor earum rerum non apparente domino præconia potest illas apud se retinere animo restituendi. Et hæc est verior opinio.*

95 *Respondetur ad contrariæ opinionis fundamenta.*

96 *Agitur de animalibus deperditis: & quo jure pertineant ad fiscum.*

97 *Naufragio amissa non fisco, neque inventori acquiruntur: sed reservantur ipsorum dominis.*

98 *Quæ projiciuntur in mare levandæ navis causa dominis reservantur. Intellige ut n. 106.*

99 *Afflicto non est addenda afflictio.*

100 *Naufragantium bona occupantes puniuntur tanquam latrones, & fures, & excommunicantur ipso facto.*

101 *Naufragantium bona non pertinent ad Regalia. Sed Reges Hispaniæ illa sibi usurparunt: Et idem servatur in Regno Neapolis, Sicilia, Angliæ, & aliis. At illa consuetudo damnatur.*

102 *Judex loci, in quo naufragium evenit, tenetur inquirere contra surripientes bona eorum, qui naufragium passi sunt.*

103 *Naufragii judicium est summarium, & expeditur absque libello.*

Naufragium probatur per testes sine citatione partis. Ibid.

Intellige, quando probatio naufragii fit in loco illius vel viciniori inter annum. Ibid.

104 *Secundo intellige, nisi pars sit in loco, ubi fit probatio, quia necessario citanda est.*

Si Judex fuerit negligens, tempus anni ad probationem naufragii extenditur ad biennium ut fieri possit sine partis citatione.

105 *Bona naufragantium infidelium, Turcarum, hæreticorum & similium, vel hostium, fiunt occupantis.*

106 *Res quæ levandæ navis causa projiciuntur in mare, reservantur domino, qui eas ejectas à navi pro derelictis habuit, & fiunt occupantis, si dominus declaravit illas habere pro derelictis.*

107 *Quid dicendum in dubio, quando non constant habitas fuisse pro derelictis.*

Interpretantur text. in L. qui levandæ ff. ad L. Rhod. de Jact. & text. in L. falsus 44. §. si jactum ff. de furt. *Ibid.*

Et quando res jactæ præsumantur habitæ pro derelictis, vel non? Ib.

108 *Res habitæ pro derelictis statim desinunt esse nostræ, & occupantis fiunt.*

109 *Opponitur de* text. in L. nec utilem 20. ff. ex quib. caus. major. & de text. in L. si quis vi §. differentia ff. de acquir. possess. & interpretantur *n.* 110. *&* 111.

110 *Dominium non potest esse in pendenti sine persona in qua consistat.*

111 *Opponitur de* text. in L. 2. ff. pro derel. & in L. qui hominem §. si debitorem ff. de solution. & text. in d. L. nec utilem L. item 14. L. ab hostibus 15. ff. ex quib. caus. major. qui explicantur: n. 112. & 113.

114 *Interpretantur* text. in L. si ego 24. ff. de negot. gest. & text. in L. si procurator 13. per servum §. fin. de acquir. rer. domin. L. vero procuratori ff. de solution. L. qui mihi donatum est 3. ff. de donat.

115 *Tradens rem vero procuratori animo volens eà transferre in procuratoris constituentem, translata censetur, quamvis procurator accipiat animo sibi acquirendi, vel alteri.*

Interpretantur text. in L. res ex mandato 59. ff. de acquir. rer. domin. L. 2. C. de his qui à non domino L. 1. §. per procuratorem ff. de acquir. possess. *Ibid.*

116 *Procurator ad emendam rem, si illam emit nomine proprio, & accepit à venditore sibi acquirit, non domino. Et ita judicatum.*

117 *Emptor, qui aliena pecunia pretium solvit, rei emptæ dominium sibi acquirit.*

118 *Solvens procuratori revocato, si revocationem ignoravit, liberatur: procuratorum vero domino actione furti tenetur.*

119 *Solutio facta alii, quam vero creditori, non liberat debitorem.*

Solvens instrumento examinato, & approbato à Principis officiali, liberatur, quamvis instrumentum sit falsum. Ib.

120 *Interpretantur* text. in L. cum quis §. 1. ff. de solution. & text. in L. vir uxori vers. sed si promissor. de donat. inter.

121 *Interpretatur* text. in L. qui hominem 34. §. si debitorem ff. de solution.

122 *Possessionem tradens, ut alteri acquiratur, eam omninò amittit, quamvis alteri non acquiratur.*

Possessio solo animo amittitur, quamvis solo animove solo corpore non acquiratur. Ibid.

Dominium differt à possessione. Ibid.

123 *Interpretatur* text. in L. si me in vacuam 34. ff. de acquir. possess. L. cùm fundum ff. de vi, & vi armata: *& discutitur quæstio: Utrum is, qui voluit transferre possessionem in aliquem, si ex aliqua causa translatio impediatur, remaneat possessio penes transferentem.*

124 *Possessio sub conditione tradi potest, sed non acquiritur accipienti, nisi conditio extiterit.*

THesaurum diffinit, seu describit Paul. *in L. nunquam §. thesaurus, de acquir. rer. domin.* ut sit 1
vetus quædam dispositio pecuniæ, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat. Quam diffinitionem, seu descriptionem thesauri amplectuntur Covar. *in reg. peccatum 3. p.* §. 1. *n.* 1. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap. fin. n.* 3. Gutierr. *pract. lib.* 4. *q.* 36. *n.* 1. Cassiod. *lib.* 9. *variar. epist.* 18. Ubi tradit thesaurum esse dispositivas pecunias, quas longa vetustate competentes domini amiserunt, Petr. Barbos. *in L. divortio* 8. §. *si fundum, ff. solut. matrim. n.* 26. Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cath. cap.* 27. *n.* 3. Accipitur etiam vocabulum thesaurus pro quacumque re in futurum seposita, ut in *L. item Labeo* 31. *ff. famil. ercisc. L. thesaurus* 15. *ff. ad exhibendum, L.* 4. §. *non fit ff. ad* L. *Jul. pecul. L. si uxori* 39. §. 1. *ff. de auro & arg. leg. L.* 3. §. *Neratius* L. *peregrè* 44. *ff. de acquir. possess.* Atque ita comprehendit non solùm pecuniam, sed etiam quæcumque pretiosa, *Lunie. C. de thesaur. lib.* 10. ibi: *Condita ab ignotis dominis tempore vetustiore mobilia, vel mobilia.* ut legitur: *in L.* 2. *de thesaur. in C. Theodos.* Alciat. *lib.* 7. *parerg. cap.* 1. Molin. *de just. & jure* 1. *tom. disput.* 53. *n.* 2. Ubi nomine thesauri intelligit non solùm pecuniam, sed etiam quæcumque mobilia. Sequitur Gutierr. *d. q.* 36. *n.* 1. *in fin.* Garcia *de expens. cap.* 11.

n. 55. Qui monilia inaores, viriolas, armillas, & alia tam mulierum, quam virorum ornamenta appellatione thesauri contineri dicit: de quibus in *L. si tibi* §. 1. *ff. de optione leg. L. argentum* §. *ornamenta*, *ff. de auro, & arg. leg. L. quid tamen C. de contrab. empt.* Et sic nomen thesaurus aliquando accipitur impropriè ut notat *gloss. in L. item Labeo, & in d. L. thesaurus*, glossa celèbris *in* §. *thesaurus Instit. de rer. divis. vers. quandoque impropriè.*

2 At verò propriè dicitur thesaurus pecuniæ vetusta depositio, cujus non extat memoria, ut diximus supra: Non enim omnis pecunia recondita thesaurus est; quia si quis causa custodiæ pecuniam sub terra condiderit, non erit thesaurus, neque illius dominus dominium amittet. Immò si alius thesaurum effoderit, & pecuniam abstulerit, furtum committet *d. L. nunquam* §. *thesaurus ff. de acquir. rer. domin.* notant Cujac. *in d. L. nunquam, & in L. peregrè* 44. *ff. de acquir. possess.* Donel. & alii Anton. Faber. *in ration. ad d. L. thesaurus ff. de exibend.* Petr. Barbos. *in d. L. divortio* §. *si fundum n.* 26. Gutierr. *d.* q. 36. *n.* 8. Amaya *in L. unic. C. de thesaur. lib.* 10. *n.*
3 5. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap. fin. n.* 7. & 14. Duo igitur copulativè requiruntur, ut thesaurus propriè dicatur. Primum quod non extet memoria temporis, quo thesaurus fuit reconditus. Secundùm, quod thesauri dominus ignoretur: ut scribunt Angel. *in L. à tutore post princ. ff. de rei vindic.* Bursat. *cons.* 209. *n.* 3. *lib.* 2. Barbos. *in d.* §. *si fundum n.* 25.

Unde si recens fuerit depositio pecuniæ, non vetusta thesaurus non erit, sed is, qui antea dominus fuit, thesauri dominus erit, & pecuniam vindicare
4 poterit, ut scribit Scævola *in L. à tutore ff. de rei vindic.* ibi: *A tutore pupilli domum mercatus ad ejus refectionem fabrum induxit is pecuniam invenit, quæritur ad quem pertineat: Respondit, si non thesauri fuerunt, sed pecunia forte perdita, vel per errorem ab eo, ad quem pertinebat, non ablata, nihilominus ejus eam esse, cujus fuerat.* Ex ea ratione, quia omnes Leges, quæ de thesauris scriptæ sunt, interpretari debent de pecunia antiqua, non de recenti, quæ nostris temporibus cosa est, Garcia *de expens. cap.* 22. *n.* 56. Petr. Barbos. *in d.* §. *si fundum n.* 25. *ad fin. & n.* 26. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap. ult. n.* 78. & 79. Forcatul. *dialog.* 56. *n.* 4. Gutierr. *d. lib.* 4. *q.* 36. *n.* 4. Ideoque etiamsi non extet memoria absconsionis thesauri, si cum eo & pecunia abscondita repertum fuerit instrumentum, ex quo constet de domino pecuniæ ejus, qui abscondit, non censebitur thesaurus, neque acquiretur inventori, sed tradetur hæredibus abscondentis, in quos etiam ignorantes transiit dominium per *text.* in *L. cum haredes* 23. §. *de*
5 *acquir. hær. cum simil.* Præcipuè quia quantumcunque thesaurus sit in loco alieno nunquam præscribitur à domino fundi, qui illum non possidet, dum ita absconditus est L. 3. §. *Neratius* L. *peregrè* 41. *ff. de acquir. possess.* Larrea *alleg.* 16. *n.* 14. Et sine possessione præscriptio non procedit *cap. sine possessione de Reg. juris in* 6. Mascard. *conclus.* 24. *n.* 23. & *conclus.* 946. n. 8. Honded. *cons.* 79. *n.* 47. *lib.* 1. Larrea *d. allegat.* 16. *n.* 1. Propter quæ prædictam resolutionem circa thesaurum tenent in specie Conan. *lib.* 3. *comment. cap.* 4. *n.* 3. Forcatul. *d. dialog.* 56. *n.* 5. Barbos. *in d.* §. *si fundum n.* 26. Gutier. *d. q.* 36. *n.* 5. Ubi docet, quod si non appareat hæredes depo-
6 nentis, occupabit fiscus pecuniam, tanquam bona vacantia *L.* 1. & *penult. C. de bon. vacant. lib.* 10. Et addit Barbos. *ubi suprà n.* 26. quod pecunia inventa semper præsumitur esse alicujus certi hominis, antequam constet de requisitis necessariis ad constituendum thesaurum Sequitur Gutier. *d. q.* 36 n. 6. Gregor. Lopez. *in* L. 35. *tit.* 28 *part.* 3. *gloss.* 2. Valasc. *de jure emphyt. q.* 15. *n.* 8. *ad fin.* Et sic inventori incombit onus probandi non extare memoriam hominum temporis, quo fuit abscondita pecunia. Quo probato si aliquis à suis majoribus fuisse absconditam pecuniam allegaverit, ei incumbet onus probandi L. 2. *ff. de probat.* Gutierr. *d. q.* 36. *n.* 6. & 7

Thesaurus autem dicitur donum Dei, ut *in L. unic.* 7
C. de thesaur. lib. 10. vel donum fortunæ, ut *in L. si is, qui* 63. *ff. de acquir. rer. domin.* quasi non humana industria, sed beneficio Dei, & fortunæ offèratur. Barbos. *in d.* §. *si fundum n.* 28. & 41. Gutierr. *d. q.* 36. *num.* 2. Sixtin. *d. cap. ult. n.* 6. Camill. Borrell. *d. præst. Reg. Cath. cap.* 27. *n.* 32. & 33. Amaya *in L. unic. n.* 7. *C. de thesaur. lib.* 10. Ubi docet ex Philostrato Appollinem consultum, cui dandus esset thesaurus inventus, respondisse, ei qui justior esset, & optimus: quasi huic Deus tales beneficium conferre voluisset.

Quibus ita præhabitis restat, inquirere ad quem 8
pertineat thesaurus inventus, cujus propter humanam oblivionem dominus ignoratur; Et est sciendum, thesaurum propriè sumptum inter bona vacantia connumerari, cum in ullius sit dominio *d. L. nunquam* 31. §. 1. *L. si is* 63. *ff. de acquir. rer. domin. L. unic. C. de thesaur. lib.* 10. §. *thesauros Instit. de rer. divis.* Bart. *in L. cum lex ff. de fidejuss.* Donel. *lib.* 4. *comment. cap.* 14. Conan. *lib.* 2. *cap.* 2. Cujac. *lib.* 5. *observ. cap.* 27. Et faciunt quæ Cald. Pereyr. *de empt. cap.* 21. *n.* 4. Avendan. *de exeq. mand.* 1. *p. c.* 4. *n.* 33. Barbos. *in* §. *si fundum à n.* 24. Sed est advertendum, quod licet thesaurus numeretur inter bona vacantia, non tamen eo modò, quo cæteræ res vacantes, de quibus agitur *in* L. 1. & *penult. C. de bon. vacant. lib.* 10. nam cæteræ res vacantes sunt & sine 9
domino, non solum quo ad humanum judicium, & probationem; sed etiam à parte rei, & secundùm naturam suam: At vero thesauri, si attendamus ad ipsam veritatem, & rei naturam vacantes non sunt, quia censentur esse in dominio deponentis, vel ejusdem hæredum quia tamen nullo modo potest constare de dominio thesauri, meritò dicitur vacans quo ad humanum judicium ratione deficientis probationis. Qua ratione thesaurus non semper, & eodem modo acquiritur occopanti, & inventori, sicut cæteræ res vacantes, sed diversimodè circa ejusdem acquisitionem constitutum est. Et sic sequentes casus veniunt constituendi.

Primus est, quando dominus fundi in suo pro- 10
prio, & privato loco thesaurum invenit sive fortuitò, sive data opera; tunc enim integrum thesaurum sibi acquirit §. *thesauros Instit. de rer. divis. d. L. numquam* §. *thesaurus de acquir. rer. domin. L. unic. Cod. de thesaur. lib.* 10. Pichar. *in d.* §. *thesauros* ubi plures laudat Anton. Gomez. *in* L 45. *Tauri n.* 51. Bursat. *cons.* 209. *n.* 2. *lib.* 2. & post antiquiores Barbos. *in d.* §. *si fundum n.* 26. Gutierr. *practic. lib.* 4. *q.* 36. *n.* 23. Sixtin. *d. lib.* 2. *cap. fin. n.* 21. Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cath. cap.* 27. *n.* 5. Horat. Montan. *de Regal. verb. & dimidium thesauri n.* 2. *pag.* 308. Afflict. *decis.* 317. *n.* 7. Peregrin. *de jure fisc. lib.* 4. *tit.* 2. n. 3. Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 30. *n.* 10. Mastrill. *de Magistr. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 319.

At verò si quis thesaurum invenerit in fondo alie- 11
no privato, thesaurus ita repertus dividitur inter inventorem, & dominium fundi; ita ut quilibet dimidiam thesauri sibi acquirat *d. L. nunquam* §. *thesauros*, *L. si is, qui* 63. *de acquir. rer. dom.* L. 3. §. *fin. ff. de jure fisc. d. L. unic. C. de thesaur. lib.* 10. *d.* §. *thesauros Instit. de rer. divis.* Gregor. Lopez. *in* L. 5. *tit.* 15. *partit.* 2. *verb. y mineros*, Villalob *in ærario commun. opinion. verb. thesaurus n.* 112. Petr. Barb. *in d.* §. *si feudum n.* 38. Gutierr. *d. q.* 36. *n.* 38. Ripol. *de Reg. c.* 16. *n.* 49. Sixt. *d. cap. fin. n.* 36. Ant. Gom. *in d.* L. 45. *Tauri nu.* 50. Covarr. *in reg. peccatum*

p. 3.

p.3. §.2. n.2. Castill. *de tert. cap.*41. *n.* 108. Thusc. 12 *lit.* 7. *conclus.* 300. *n.* 1. *&* 2. Pichard. *in d.* §. *thesauros, num.*1. Mastrill. *d. cap.* 10. *num.* 320. Quæ resolutio intelligenda est, si fortuitò thesaurum quis in alieno invenerit, non si data opera; quia tunc totus thesaurus ad dominum fundi pertinebit, sive investigatio thesauri facta sit domini voluntate, sive absque illa *d. L. unic. Cod. de thesaur.* Anton. Gumez *in d. L.* 45. *n.* 51. Bart. *in L. si cum dotem.* §. *transgrediamur n.*1. *ff. solut. matrim.* Avendañ. *de exequend. mand. lib.* 1. *cap.*4. *n.*33. Barb. *in d.* §. *si fundum. n.*39. Molin. *de just. & jure disp.*56. *n.*2. Sixtin. *d. cap. fin. n.*28. Camill. Borrell. *d. cap.*27. *n.*20. Amaya *in d. L. unic. C. de thesaur. n.*36. Cevall. *com. contra com. quæst.* 514. Cum tamen dominus fundi data opera inveniens thesaurum totum acquirat, ut suprà diximos. Qua ratione videbatur dicendom inventorem, qui in alieno fundo data opera thesaurum invenit, saltem dimidiam illius acquirere, cum rei suæ, quilibet sit moderator, & arbiter *L. in re mandata C mandati.* Unde cruciantur Doctores in indaganda ratione, ob quam in *d. L. unic.* denegatur pars thesauri ei; qui de licentia, & consensu domini data opera in loco alieno thesaurum invenit. Et ait Valasc. 13 *de jure emphyt. q.* 15. *num.* 7. nullam congruentem rationem reddi posse. Cujacius verò *in d. L. unic.* litteram textus corruptam esse dicit; sed reprobatur à Barbos. *in d.* §. *si fundum. n.*40. Et tres casus constituit, ac *num.* 41. ait: Ideò ita dispositum fuisse, quia inventio thesauri ex se incertissima est, & in qua sæpius homines vanè, & temerariè se exercent: Cumque inventio thesauri dicatur donum fortunæ, ad reprimendam hanc hominum temeritatem, & inconsultam cupiditatem effodiendi agros, alienos, constitutum fuit, ot inventor thesauri etiam de voluntate domini nihil consequeretur, ut sic sciens se nihil utilitatis reportaturum ex inventione facilius abstineret à dicta temeritate, & cupiditate. Sequitur Guttier. *d. q.* 36. *n.*43. Attamen Amaya *in d. L. unic. num.* 39. *in fin.* docet prædictam rationem non convenire verbis Legis, neque aperire difficultatem Proindeque *num.* 40. tradit veram hujusce rei rationem extare in verbis *d. L. unic. in fin.* ibi: *Ità eveniet, ut unusquisque suis fruatur, & non inhiet alienis.* Optimum enim judicavit Imperator cohibere licentiam eorum, qui neglectis suis rebus aliena appeterent scientes quod etiam dominus fundi licentiam daret, non ex hoc aliquod jus contra ipsum consequeretur inventor, cum datio illa licentiæ non posset in eum transferre aliquod dominium thesauri, qui ante inventionem, apprehensionem non est in bonis alicujus; & postquam invenit perscrutator jam Lex illum detulit dominio fundi non obstante concessione, quæ nihil operatur in præjudicium Legis. Et quidem hæc ratio sufficiens videtur, quamvis parum distet a ratione præstita a Barbosa; immò in eam coincidere videtur.

Notare tamen opportet, quod inventor thesauri 14 in fundo alieno sive data opera, fortuitò, thesaurum inveniat, tenetur in foro conscientiæ partem thesauri restituere domino fundi etiam ignaro Cajetan. 2. 2. *q.*66. *art.*3 *ad* 2. Navarr. *in manual. cap.*17. *num.* 175. Molin. *de just. tom.* 1. *disp.* 56. *n.* 2. Gutierr. *d. q.*26. *n.*39. Ubi *n.* 40. idem tenet in eo, qui data opera thesaurum invenit in alieno, qui totum domino restituere debet. Et ante eum idem dixerat Molin. *d. n.*2. *in fin.*

Ampliatur prædicta resolutio ut locum obtineat 15 respecto inventoris, qui eodem modo consequitur dimidiam thesauri, inventi in fundo privato: quo quando illum invenit in loco Cæsaris, fisci, vel civitatis, quia si casu fortuito inventio contingat, dividitur thesaurus inter inventorem: Cæsarem, fiscum, vel Civitatem *d.* §. *thesauros instit. de rer. divis. d. L. divortio* §. *si fundum.* Horat. Montan. *de Regal. verb. & dimidiam thesauri n.* 2. *&* 5. Camill. Borrell. *d. cap.*27. *n.*12. Sixtin. *d. cap. fin. nu.* 29. Theophil. *in* §. *fin. Instit. per quas personas.* Ant. Gom. *in d. L.*45. *Tauri n.*47. Donel. *lib.*4. *comment. cap.*14. Balduin. *in d.* §. *thesauros.* Covarr. *in d. reg. peccatum p.*3. §.2. *num.*5. Afflict. *decis.*321. *n.*11. Peregr. *de jure fisci tit.*2. *lib.*4. *n.* 4. Farinac. *de delict. d. q.* 104. *n.* 108. Lessius *de just. & jure lib.* 2. *cap.*5. *dubit.* 16. Petr. Barbos. *in d.* §. *fundum n.* 47. Gutierr. 16 *d. q.* 36. *n.*49. *&* 50. Mastrill. *d. cap.* 10. *nu.* 322. At verò si data opera quis in publico thesaurum invenit; nihil inventori quæritur, sed totus pertinet ad Principem, vel civitatem: ut probatur *in d. L. unic.* Et tradunt Barbos. *d. n.*47. Peregrin. *d. tit.*2. *n.*5. Et omnes superius citati, Peregrin. *d. L.*4. *tit.*2. *n.*5. Rosent. *de Regalib. cap.*5. *conclus.*92. *n.*1. *&* 2. Mastrill. *d. c.* 19. *n.* 323.

Sed obstat, quia res Civitatis dicuntur publicæ, 17 ut notatur *in d.* §. *universitatis, Instit. de rer. divis.* Et tamen si thesaurus inveniatur in fundo civitatis vel loco publico ipsius, pro dimidia pertinet ad civitatem, & non ad Principem, *d.* §. *thesauros*, Barbos. *in d.* §. *si fundum num.* 48. Respondendum tamen est, quod facienda est differentia inter loca, quæ sua natura sunt publica, & destinata non solùm hominibus alicujus civitatis, sed omnibus; prout sunt viæ publicæ, flumina & similia: & inter illa, quæ pertinent tantum ad usum publicum illius civitatis in communi, quæ etiam dicuntur publica, quia ad Rempublicam pertinent: ut sunt theatra stadia, & domus, seu locus, ubi Cives, & Senatores congregari solent juxta *text. in d.* §. *universitatis.* Et sic quoad nostrum institutum distinguendum est: nam si thesaurus fuerit inventus in loco publico juxta priorem naturam pertinebit dimidia ad fiscum, vel totus si data opera fuerit inventus: quia illa loca publica saltem quoad jurisdictionem, & protectionem pertinent ad Principem, & speciali quodam jure Principis sunt, ac inter Regalia numerantur *cap. unic. quæ sint Regalia, Ordinat. lib.* 2. *tit.* 26. §. 8. Si 18 verò thesaurus inveniatur in loco publico juxta posteriorem naturam pertinebit dimidia ad Rempublicam, seu Civitatem, cujus in loco fuerit inventus: quamvis enim hæc loca publica dicantur, tamen privato jure & dominio pertinent ad populum, seu civitatem: ut probat *text. in L. eum, qui vectigal.*16. *ff. de verb. signific. L. quod in littore* 14. *de acquir. rer. domin. L.*2. §. *publico, ff. nequid in loco publ. L. sed Celsus* 6. *ff. de contrab. empt.* Et ita in terminis distinguit Joann. Faber. *in d.* §. *thesauros, & in* §. *nullius Instit. de rer. divis.* Barbos. *d. n.*48. Atque in hunc modum intelligendus est *text. in d.* §. *thesauros*, *& gloss. in L. fin. in d. L. unic. C. de thesaur.* Mastrill. *de Magistr. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 322.

Verùm adversus ea, quæ suprà diximus de domino fundi, qui totum thesaurum à se inventum lucra- 19 tur, obstat: primò, quod si maritus in fundo dotali thesaurum inveniat, tenetur dimidiam uxori reservare, & restituere; cum tamen maritus constante matrimonio fundi dotalis dominus sit principio *Instit. quib. alien. lic. vel non.* Ubi quamvis maritus non possit alienare fundum dotalem propter prohibitionem Legis Juliæ, de qua *in L.* 1. *ff. de fund. dot.* Ita ut novo jure Codicis, nequo consentiente oxore alienatio illi sit permissa *L. unic.* §. *& cum lex C. de rei uxor. act.* Barbos. *in L.* 1. *p.*5. *n.* 1. 2. *&* 3. *ff. solut. matrim.* Valasc. *consult.* 150. *n.* 5. *&* 6. *& consult.* 127. *n.* 15. Surd. *de alim. privil.* 36. *n.* 1. Giurb. *ad consuetud. Messan. cap.*14. *gloss.*3. *p.*1. *n.*2. Fontanell. *de pact. nupt. claus.*7. *gloss.*3. *p.*13. *n.*18. Hermos. *in L.*22. *tit.*5. *partit. gloss.* 1. *n.*2. Castill. *de alim. c.* 58. *n.*4.

& seqq. Tamen dum constat matrimonium, ipse fundus mariti est, *L. dote ancillam Cod. de rei vindic. L. si prædium C. de jur. dot.* Dimidia autem thesauri ad uxorem pertinet *d. L. divortio §. si fundum* ergò prædicta resolutio sustineri non potest.

20 Quibus tamen non obstantibus verissima est prædicta resolutio. Et pro responsione difficultatis illa quæstio venit decidenda, An scilicet maritus constante matrimonio censeatur dominus rerum dotalium. Et est advertendum: quod si agatur de matrimonio contracto juxta consuetudinem Regni, nempe *Por carta de ametade*, ut dicitur apud Nos, multa in præsenti quæstione dari potest dubitatio: Siquidem per contractum matrimonii, & traductionem sponsæ ad domum, communicantur inter utrumque omnia eorum bona; & quæcumque lucra quæ cuilibet eorum obveniunt, quacumque ratione, seu causa *Ordin. lib.4. tit.46.* Ita ut soluto matrimonio omnia bona dividantur pro æquis partibus inter ipsos, vel eorum hæredes, Gama *decis.* 187. 207. 314. & 358. Costa *in L. cum tale §. si arbitratu declarat. fin. n.21. ff. de condit. & demonstr.* Barbos. *in L. 1. ff. solut. matrim. p.1. n.33. & seqq.* Amato *resolut.* 13. *n.* 29. Cabed. *t. p. decis.* 150. à n. 5. Valasc *consult.* 105. *à n.1. & de partition. cap.* cum pluribus Emman. Barbos. *ad d. Ordin. n.1.* Giurb. *ad consuetud. Mes-*
21 *san. cap.1. gloss. 2. & 3.* Quam bonorum communicationem inter virum, & uxorem non invenit primus Lusitanus Legislator; jam enim tempore Romuli Lex lata fuit de communicandis bonis inter virum, & uxorem, Lara *in §. si quis ex his* n.284. Barbos. *in L. si ab hostibus §. fin. n.60. ff. solut. matrim.* Garcia *de conjug. ac quæst. à n.13.* Et videtur probari ex *text. in L. adversus, C. de crim. expil. hæred.* Dionys. *lib. 2. antiq. Romanar. pag.* 69. Rivald. *de histor. juris Civil. lib. 1. fol. 4.* Atque ita cum inter virum, & uxorem omnia communia fiant: etiam thesaurus à marito inventus in fundo dotali communicabitur inter ipsos.

Attamen quia prædicta *Ordinatio d. tit. 46.* tunc societatem bonorum inter conjuges admittit nisi inter eos aliud conventum sit, ibi: *Salvo quando entre as partes outra cousa for acordada; & contratada.* Et sic multoties præsertim inter Nobiles matrimonium contrahitur juxta formam juris communis, quod dicitur apud Nos, *Per dote & arrbas*, conventio prædicta omninò servanda est tam ex dicta Ordinatione, quàm ex eo quod pacta dotalia omninò servanda sunt, si non fuerint contra Leges, aut consti-
22 tutiones *L. 1. §. illud C. de rei uxor. act.* Molin. *de ritu nupt. lib. 3. in præl. ex n. 1.* Fontanell. *de pact. nupt. clauf. 5. gloss. 8. p. 12. à n. 54.* Covarr. *pract. cap.28. n.4.* Barbos. *in L. si æstimatis* n. 40. *ff. de solut. matrim.* Giurb. *decis.* 111. *n.44.* Annæus Robert. *lib.4 rer. judic. cap. 1. circa fin.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib.12. tit.32.* Gabr. Pereir. *decis.* 53. n.14. Antonin. Amatu *resolut. 64. n. 1.* ubi plures laudat: & allegat. *text. in L. ex morte in fin. C. de pact. convent. L. fin. §. 1. C. de jure dot.* Unde etiam in hoc Regno utilis est prædicta quæstio de thesauro invento in fundo dotali. Atque ideo videndum est, An dominium rerum dotalium mariti, vel uxoris, dum matrimonium constat.

In qua quæstione distingue inter casum, quo bona stabilia fuerunt data in dotem inæstimata & inter eum, quæ æstimata data fuerunt. Et quoad primum, plures sunt, & magni nominis Doctores, qui putant dominium rerum stabilium etiam constante matrimonio ad uxorem, non ad maritum pertinere. Quæ sententia probatur primo ex *d. L. divortio, §. si fundum.*
23 Ubi maritus tenetur restituere uxori dimidiam thesauri inventi in fundo dotali. Quod quidem non fuisset, si uxor fundi domina non esset *d. L. unic. C. de thesaur. lib.10.* Secundò facit *text. in L. si constante §. si maritus ff. solut. matrim. L. quamvis 78. ff. de jur. dot.* Ubi res dotales uxoris, non mariti esse dicuntur. Tertiò probatur: quia res dotales constante matrimonio dicuntur patrimonium uxoris quasi quod ad ipsam jure dominii spectent L.3. §. *sed utrum in fin. ff. de minorib.* ibi; *Quoniam dos ipsius filiæ proprium patrimonium est. L. pater filia 70. ff. de evict. L.4. ff. de collat. bonor.* Tandem probatur ex *text. in L. in rebus 30. C. de jure dot.* quo loco habetur verum dominium, & naturale rerum dotalium ad uxorem pertinere. Propter quæ fundamenta hanc sententiam tenuit Martinus glossator antiquus, quem refert *gloss. in d. L. verb. naturali jure & in L. Lucius §. idem verb. in bonis, ff. ad municip.* dicit communem Coiac. *miscelan. lib.5. cap.14.* Conan. *lib.8. comment. cap.9.* Lara *in L. si quis à liberis §. siquis n.250. ff. de liber. agnosc.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 23. n. 6.* Petr. Barbos. *in L. dotalem. à n.2. ff. de solut. matrim.* plures August. Barbos. *in L. in rebus n.22. C. de jure dot.* Et quidem admissa hac opinione cessat difficultas supra adducta de *text. in d. §. si fundum*, & dimidia thesauri pertinet ad uxorem tanquam dominam juxta superius resoluta.

Cæterum contra opinio, quæ habet maritum con-
stante matrimonio esse verum dominum rerum dota- 24
lium verior est, & communior. Et probatur primo *in princ. Instit. quib. alien. lic. vel non.* Ubi dicitur maritum esse verum dominum rei dotalis, quamvis illam alienare nequeat. Secundo probatur ex *text. in d. L. dotalem, & in L. servum 21. ff. de manumiss.* L.3. *Cod. de jure dotal. L.2. L. fin. C. de serv. pignor. dato manumiss.* Ubi dicitur, quod maritus manumittere potest servos dotales: id autem facere non posset, si verus non esset dominus; quia ad solum dominum manumittere pertinet *L. si non proprietatem ff. de his, qui à non dom. manumitt.* Ita ut neque generalis administrator manumittere valeat L. *servus furiosi 13. de manumiss.* Tertio facit *text. in L. dote ancillam C. de rei vindic.* Ubi marito, & non uxori datur rei vindicatio pro re dotali. In quo benè demonstratur maritum habere verum dominium rei dotalis: siquidem rei vindicatio tantum conceditur domino *L. Quinctus §.2. ff. de aur. & arg. leg.* L. *in rem. 24. ff. de rei vindic.* Denique facit *text. in L. si prædium C. de jur. dot.* Ubi uxor non potest alienare rem dotalem, postquam marito tradita fuit. Et reddit textus rationem, nempè quia jam res mariti facta est. Propter quæ *gloss. in d. L.* in *rebus verb.* naturali jure hanc fundat, & sequitur sententiam: & *in d. L. quamvis ff. illo tit.* Hyppolit. *in d. princ. Instit. quib. alien. non licet. n.* 306. ubi Pichard. *n.* 10. qui alia etiam fundamenta adducit Menoch. *cons.* 88. *n.* 39. *Novel. de dot. p.8. privileg.6.* n.1. & 6. Petr. Barbos. in *d. L. dotalem n. 1. 5. & seqq.* qui in hanc sententiam inclinari videtur. Atque prædicti omnes contendunt maritum non solùm habere dominium civi-
le, sed etiam naturale post dotis traditionem L. *tra-* 25
ditionibus cum similib. C. de pact. Anton. Gomez *in* L.50. *Tauri* n.20. *vers. item adde quod uxor.* Andr. Gail. *lib.1. observ.* 133. n. 7. Garcia *de benefic. p. 5. cap.9.* n.149. Pinell. *in L.1. C. de bon. matern. p. 3. à n.12.* Quezada *diverf. juris quæst. cap.14.* n. 18.

Confirmatur prædicta sententia ex *text. in L. in-* 26
terdum 50. ff. de furt. Ubi pro re dotali datur marito actio furti, quæ non daretur, si verus dominus non esset L.2. *ff. de crim. expil. hæred. L. neque legatarius 11. ff. de condict. furt.* Ubi actio furti datur tantùm domino vero & naturali, non domino civili, seu Quiritario. Prosequitur Costa *in L. Gallus §. 2. quid si tantum ff. de liber. & posth. 2. p. n.176.* Barb. in *d. L. dotalem* n. 10. Denique confirmatur ex *in L. servus dotalis 58. de solut. matrim.* Ubi maritus

jubet

jubet servum dotalem hæreditatem adire, non verò uxoris jussus expectatur, & quidem ad hoc, ut servus hæreditatem possit adire, jussus à vero domino præstari debet, L. *si quis mihi bona* 25. §. *jussum ff. de acquir. hæred.*

27 Retenta autem hac opinione tanquam veriori adhuc nun cessat scrupulus circa quæstionem à nobis propositam: si enim maritus verus est dominus fundi dotalis. Cur sibi non acquirit integrum thesaurum ab eo inventum in fundo dotali, vel dimidiam si à tertio inveniatur? Cui difficultati Doctores respondere solent, ideo maritum sibi non acquirere, quia licet dominus sit, tamen non est dominus perpetuò, & irrevocabiliter, sed temporaliter, & revocabiliter: puta quia soluto matrimonio dotem uxori, vel ejus hæredibus tenetur restituere: ut post antiquiores tradit Molin. *d. lib.* 1. *cap.* 23. à *n.* 1. Garcia *de expens. cap.* 2. à *n.* 4. ad instar possessoris bonæ fidei, qui licèt faciat fructus suos jam perceptos, & consumptos, L. *bona fidei* 48. *ff. de acquir. rer. domin.* Cabed. 1. *p. decis.* 69. *n.* 13. Surd. *decis.* 25. *n.* 5. Thusc. *lut.* F *conclus.* 490. *n.* 58. Giurb. *decis.* 89. *n.* 24. Pinel. *in*
28 *L.* 2. *c. de rescin.* 20. *p.* 2. *cap.* 4. *n.* 47. August. Barbos. *in L. non est ambiguum n.* 3. *Cod. famil. ercisc.* Vincent. de Franch. *decis.* 31. *n.* 1. Tamen extantes fructus possessor bonæ fidei restituere debet officio judicis, vel condictione sine causa, Covarr. *lib.* 1. *var. cap.* 3. *n.* 6. Garcia *de expens. cap.* 23. *n.* 35. & 36. Solorz. *de jure Indiar.* 2. *tom. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 19. & 20. Giurb. *decis.* 89. *n.* 14. & 35. Hieronym. Leo *dec.* 98. *n.* 15. & *dec.* 62. *n.* 22. Menoch. *cons.* 1173. *n.* 4. D. Joseph. Vela *dissert.* 38. *n.* 97. Ideoque etiam maritus, qui ut possessor bonæ fidei dominus revocabilis est, extantem thesaurum uxori restituere debet.

29 Verùm hic intellectus sustineri non potest, quia licet maritus post solutum matrimonium teoeatur restituere dotem, id non tollit, quod tempore inventionis verus dominus non fuisset: & ut jus, quod consideratur de futuro in uxore, possit tollere jus quæsitum in materia subjecta, necesse est, quòd concludat inventorem retro dominum non fuisse L. *si is qui* 63. §. *fin. de acquir. rer. domin.* Notant Guillelm. Bened. in *cap. Raynutius verb. cætera bona n.* 30. *de testam.* Barbos. *in d.* §. *si fundum* à *n.* 24.

Quare relictis responsionibus, quas adducere so-
30 lent Doctores ex Pinel. *in L.* 1. *p.* 3. *n.* 14. *Cod. de bon. matern.* Quezada *divers. jur. quæst. cap.* 14. *n.* 22. & 24. dicendum est, quod mulier ante traditionem rei dotalis habet verum dominium tam civile, quam naturale: postquam verò pervenit ad manus mariti, ex dispositione Legis civilis, ipse maritus verum dominium civile acquisivit, & item naturale ex actu traditionis juxta regulam *text. in d. L. traditionibus Cod. de pact.* §. *per traditionem. Instit. de rer. divis.* Et quamvis apud mulierem adhuc remanere videatur dominium naturale; tamen ex dispositione juris Civilis ita manet offuscatum, obumbratum, & quasi sepultum, ut per viam regulæ in nulla sit consideratione quoad juris effectus, licet in aliqnibus casibus non obstante dicta offuscatione considerabile sit, & uxor tanquam domina reputetur, præsertim quando agitur de diminutione, vel augmento dotis. Etenim justè in his casibus uxor domina reputatur ratione dominii naturalis, quod habet, quamvis quoad alios juris effectus sit offuscatum: ut benè colligitur ex
31 *text. in L. si pro re* 22. §. 1. *ff. evict.* L. *plerumque in princ.* & §. 1. L. *quamvis* 78. *ff. de jur. dot.* L. *sciendum* §. *si fundus ff. qui petant tutores.* Ideoque soluto matrimonio dominium rerum dotalium, quod uxor offuscatum retinebat, absque alio traditionis actu transire dicimus ipso jure in uxorem, ejusve hæredes, si bona æstimata fuerunt in dotem marito per *text. in L.* 1. §. *exactio C. de rer. uxor. act. d. L. in rebus* 30. *C. de jure dot.* Bart. *in L. si mora n.* 15. & 23. §. *solut. matrim.* & *in L.* 1. *ff. de fund. dot.* Bald. Novel. *de dote p.* 8. *privileg.* 6. Pinel. *in L.* 1. *p* 3. *n.* 12. *C. de bon. matern.* Calvacan. *decis.* 36. *in* 343. *p.* 3. Surd. *cons.* 225. *n.* 15. & *decis.* 11. *n.* 13. & 26. Anton. Gomez. *in L.* 50. *Tauri n.* 42. Barbos. *in L.* 2. *p.* 1. *n.* 16. *ff. solut. matrim.* & *in L. dotalem num.* 10. Antonin. Amato *resol.* 49. *n.* 2. Cumque maritus tantùm lucretur fructus dotis *L. pro oneribus C. de jure dot.* L. *dotis fructu*, *L. cum in fundo ff. eod.* Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. q.* 4. *n.* 1. & *seqq.* Cyriac. *controv.* 29. *n.* 60. Tondut. *resolut. civil. cap.* 122. *n.* 8. Amato 32
resol. 83. *n.* 1. Arias de Mesa *lib.* 3. *var. cap.* 37. *n.* 21. Nil mirum, quod maritus dimidiam thesauri teneatur reservare, & restituere uxori, tanquam dotis augmentum; cùm idem judicetur de augmento dotis ac de ipsa dote, Valasc. *de partition. cap...* *n.* 38. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 42. à *n.* 75. *usque ad* 80. & *decis.* 88. *n.* 11. & 12. Tiraq. *in L. si unquam verb. donatione largitus n.* 226. Castill. *de aliment. cap.* 51. *n.* 5. Hieronym. Leo *decis.* 9. *n.* 26.

Neque est novum jure quod offuscatum, & quasi sepulrum consideretur quod ad aliquos effectus: est 33
namque certum post restitutam hæreditatem ex S. C. Trebelliano transire in fideicommissarium omnia jura, & onera, & omnes actiones hæreditarias *L.* 1. L. *ita tamen* §. *qui ex Trebelliano ff. ad S. C. Trebell.* Peregr. *de fideicomm. art.* 4. *n.* 2. Capyc. Latro *decis. n.* 14. 16. & 26. hæres enim gravatus solùm retinet hæredis nomen. Cum is, qui semel fuit hæres non possit desinere esse hæres *L. ei qui solvendo* 88. *ff. de hæred. instit.* L. *etsi sine* §. *sed quod Papinianus ff. de minorib.* §. *restituta Instit. de fideicommiss. hæred.* *L. qui hæredi* 44. §. 1. *ff. de condit. & demonstr.* Prout etiam retinet actiones directas L. *penult.* §. *fin. in fin. Cod. ad Trebell.* Cald. Pereir. *q.* 8. *de nominat. emphyt. n.* 6. Arias de Mesa *lib.* 2. *variar. cap.* 29. *n.* 7. Bellon. *de jure accres. cap.* 7. *q.* 48. *n.* 26. Remanent tamen directæ actiones inefficaces, offuscatæ, & sine effectu. Sed id non tollit, qood ex tali jure sic obumbrato aliquandn maximus resultet effectus: prout videre est ex *text. in L fin. ff. de transact. juncto text. in d.* §. *restituta.* Ergo idem dicendum est in nostro casu. Ut scilicet dominium uxoris offuscatum constante matrimonio effectum producat, ut thesauri pars ei tanquam dominæ quæratur. Siquidem 34
thesaurus non est in fructu, ut ad maritum pertineat: veluti suprà diximus. Et in rei veritate sit quoddam augmentum dotis, quod pertinet ad uxorem, & cum ipsa dote post solutum matrimonium tenetur maritus ei vel hæredibus restituere ex *glossa celebri in L. unic.* §. *quod C. de rei uxor. act.* Salicet *ibi q.* 2. Baëça *de decim. tutoris cap.* 24. *n.* 8. Petr. Barbos. *in d. L. divortio* §. *si fundum n.* 24. & *in L. dotalem n.* 6. & 12. Et sic solvitur difficultas supra adducta ex *d. paragr. si fundum.*

Sed obstat, quod dominium in solidum apud duos 35
esse non potest L. *si ut certo* §. *si duobus vehiculum ff. commod.* Reynos. *observ.* 6. *n.* 7. ubi plures citat Larrea *decis.* 40. *n.* 3. Solorz. 2. *tom. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 3. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 22. *tit.* 34. *n.* 7. Secundo obstat *text. in d. L. in rebus*, *C. de jure dot.* Ubi Imperator constituit mulierem etiam constante matrimonio apud se retinere dominium naturale sine aliqua offuscatione, dum dicit: quod civilis subtilitas non potest confundere, & obumbrare dominium naturale uxoris. Et sic si dominium naturale est penes uxorem & etiam dotis dominium naturale est apud maritum, jam sequitur dominium apod duos esse posse contra regulam suprà positam. Verùm his 36
difficultatibus non obstantibus verissima est supra posita resolutio. Et ad *text. in d.* L. *si ut certo* §. *si duobus vehiculum*, respondetur procedere respectu do-

minii, ut non possit æquè principaliter, & secundum eundem respectum esse apud duos eodem tempore. At verò nostra resolutio procedit casu quo dominium non est apud duos æquè principaliter; sed apud uxorem offuscatum, & quasi sine effectu: ut docet insignis Barbos. in L. dotalem à n.9. cum seqq. ff. solut. matrim. argumento doctrinæ, de qua gloss. in L. qui habebat. ff. de manumiss. testam. Quidquid aliter dicat Pinel. in L. 1.p.3. à n.12. C. de bon. matern. Bald. in d. L. in rebus n. 6. Paul. in L. doce ancillam. C. de rei vindic. n.2. Anton. Gomez. in L. 45. Tauri n. 99.

37 Ad text. verò in d. L. in rebus relictis pluribus intellectibus respondendum est quod de jure Digestorum ita dominium apud uxorem erat offuscatum, & in maritum translatum censebatur constante matrimonio, ut post illud solutum quando agebatur de restitutione uxori facienda, non censeretur dominium continuatum sed erat necessaria translatio, & quod de novo traderetur uxori, ut colligitur ex text. in L. si mera. ff. de solut. matrim. ubi Bart. n. 2. Novell. de dote p. 8. privileg. 8. n. 1. Signorol. in L. si estimatis n.2. Alciat. in L.3. n. 6. ff. solut. matrim. Quezeda divers. quæst. juris cap.14.n.17. Quod cum ita esset, Imperator in d. L. in rebus, constituit, quod dominium censeretur continatum, & non esset necessaria aliqua re translatio, ut uxor soluto matrimonio statim posset dotem vindicare; considerans rationem: nempe quod dominium naturale licet offuscatum penes uxorem erat; & quod subtilitas juris civilis non potest illud confundere ad impediendam talem continuationem. Sed id non tollit, quod ad alios effectus tale judicetur, siquidem etiam ad illum necessaria fuit legis constitutio. Et notat Barbos. in d. L. dotajem n. 9. quod quando bona traduntur ex causa dotis, non videntur tradi ea mente, ut dominium quo ad omnes effectus transeat in maritum, sed tantum quoad jus administrandi, & recipiendi fructus pro oneribus matrimonii. Sequitur August. Barbos. in d. L. in rebus n.22. in fin. Atque ideo cessat difficultas supra considerata.

At verò in secundo distinctionis membro verum
38 est, quod si res dotales fuerunt æstimatæ ea æstimatione, quæ facit emptionem dominium rei dotalis pleno jure transit in marito. Et ideo desinit esse dotalis, & efficitur mariti, L. æstimatis. ff. solut. matrim. L. in rebus C. de jur. dot. Hieron. Leo decis.31. n.6. & 10. & dec.37. à n.1. decis. 39. à n.31. Amato resolut 49. n.1. Castil. de usufr. lib.1. cap.4.n.18.& seqq. August. Barbos. in L. quoties 5. n.3. R. de jur. dot. Cancer. p. 1. cap. 9. ex n. 122. Quod adeo verum est, ut bona dotalia data marito ea æstimatione, quæ facit venditionem, desinant esse dotalia, & efficiantur mariti, qui ea liberé potest alienare Valasc. consult. 113. n. 6. August. Barbos. in d. L. quoties n. 13. Immò soluto matrimonio maritus non tenetur ad restituenda ipsa bona, sed tantum eorum æstimationem, Covarr. pract. 28. n. 1. Mierex. de majorat. p. 4. q.19. n.15. Cancer. d. n. 122. Fontan. de pact. nupt. claus. 5. gloss.8. p.13. n.19. Castill. d. cap.4. n. 7. August. Barbos. ubi suprà n.2. & 4. Cyriac. controv. 117. n.11. Surd. cons.169. n.19. Gutierr. pract. lib.5.q.78.n.x. Intelligendo tamen, quod
39 si maritus tempore restitutionis fuerit non solvendo, poterit uxor res alienatas repetere per rei vindicationem, ac si semper remansissent dotales, & nunquam fuissent æstimatæ ex d. L. in rebus. Surd. cons. 225. n.2. Honded. cons.14.n.43.& 44. lib.1. August. Barbos. in d. L. in rebus n.3.

Cum igitur fundus dotalis ita æstimatus sit in pleno mariti dominio, si ipso in eo thesaurum invenerit totum acquiret, si vero tertius invenerit, dimidia thesauri ad maritum pertinebit. Et cum his solvitur prædicta difficultas.

Insuper discutienda venit illa quæstio, An si 40
emphyteuta, fundatarius, aliusvè, qui utile dominium in fundo, invenerit thesaurum, An illum lucretur, vel directo domino teneatur dimidiam præstare, In qua quæstione variæ sunt Doctorum opiniones. Alii namque opinantur emphyteutam, seu vassallum, qui in fundo emphyteutico vel feudali thesaurum invenit, lucrari dimidiam ratione inventionis, & aliam dimidiam directo domino acquiri: ut voluerunt Placentin relatus à gloss. in d. §. thesauros Instit. de rer. divis. Speculat. de emphi. numi. 158. vers. 232. quos sequitur Jason. in d. L. unic. C. de thesaur. lib. 10. n.80. Navarr. in manua. cap. 17. n. 173. Sylvest. in summ. verb. inventum n. 12. in fin. Molin. de primog. lib. 1. cap.27. ad fin. alter Molin. de just. & jure disp. 56. vers. tota difficultas. Garcia de expens. cap.22.n.52. Valasc. de jure emphyt. q.15. n.1. vers. sunt tamen. & v. ego tamen, Rebell. de obligat. just. lib.1. q.5.n.12. Moventur primo: Quia emphyteuta æquiparatur usufructuario gloss. fin. in L.1. 41
de jure emphyt. Quod idem dicitur de feudatario per text. in c. 1. quib. mod. feud. amitt. & in cap.1.§. fin. de invest. de re alien. in usib. feudor. Paul. in L.1.§. x. ff. ad Trebel. Alexand. cons. 6. lib. 2. quos laudat Valasc. d. q.15. in princ. Sed sic est, quod usufructuarius inveniens thesaurum in fundo, in quo usum fructum tenetur proprietario dimidiam restituere: ut dicemus infra n.52. Ergo idem est dicendum in feudatario: vel emphyteut. Secundò, quia tunc solùm inveniens thesaurum totum sibi acquirit, quando invenit in loco proprio suo d. §. thesauros d. L. unic. de thesaur. lib. 10. Sed fundus emphyteuticus vel feudalis non dicitur proprius emphyteutæ, vel feuda- 42
tarii quia non habent perfectum dominium L. 1. §.1. ff. si ager vectig. vel emphyt. petatur L.2. C. de municip. & colon. lib. 11. Ergo non potast thesaurum inventum torum sibi acquirere. Tertio facit, quod maritus fortius dominium haber in rebus dotalibus, quam emphyteuta in emphyteusi, qui solum utile habet dominium; & tamen maritus totum thesaurum sibi non acquirit, ut supra probavimus. Atque ita emphyteuta non potest totum thesaurum sibi lucrifacere.

Nihilominus tamen contraria sententia, nempe 43
emphyteutam, vel fundatarium integrum thesaurum sibi acquirere magis communis, & vera est. Eamque dicit veriorem Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. fin. nu. 25. vers. verum eo hodie. Qui in supremo Imperii tribunali receptam restatur & variis Senatum decisionibus approbatam. Ac pro ea facit primo, quia licèt emphyteuta non dicatur dominus: quoad dominium directum; attamen quoad dominum utile verè dominus est, & talis apellatur in L. possessores Cod. de fund. patrimon. lib.11. Ac proinde habet rei vindicationem, & non tenetur satisdare, dum emphyteuticum fundum possidet. d. L. 1. si ager vectig. L. penult. ff. de satisd. cog. facit text. in L. locorum C. de omn. agr. desert lib.11. d. L. possessores L. fin. C. de 44
fund. patrimon. Item quamvia verbum dominium in dubio intelligatur de directo d. L. 1. §.1. ff. si ager. vectig. & dominium utile sit tanquam chimera: tamen ejus est potentiæ, ut quandiu durat, vincat directum dominium, à quo causam habet L.1. §. qui superficiem ff. de superfic. Vincent. de Franch. dec.131. n.27. ubi Vincent. Rosentald. de feud. cap. 1. conclus. 6. lit. A. ibi: Quià is qui id habet, fructus, & utilitates rei percipit, & præfertur domino directo. Sic videmus utilem actionem præferri directæ L. à procuratore ff. de procurat. Vincent. de Franch. ubi 45
proximè n. 28. Item feudatarius dominus vocatur

ex-

expresse *in cap.* 1. § *insuper vers. illud quoque præcipimus de probib. lien. feud. per Federic.* Qua ratione ei utilis rei vindicatio competit *c.* 1. §. *rei de invest. de re alien. fact.* Atque ita tam vassallus, quam emphyteuta omnes rei utilitates percipit, Gutierr. *d. q.* 36. *n.* 25. *vers. contraria tamen.* Unde vera est distinctio, quæ fieri assolet inter dominum directum, & utile, quæ communiter approbatur à pluribus, quos refert, & sequitur Rosentald. *de feud. cap.* 1. *conclus.* 6. *n.* 1. *&* 2. *& lit. A.* Et eandem divisionem sequuntur Valasc. *de jure emphyt. q.* 13. *n.* 11. Cyriac. *controv.* 82. *n.* 5. *&* 6. Et quidem dubitandum non est, quod appellatio dominii ad utile restringi potest; cum parum à directo distet secundum Bald. *in L. pre-*
46 *cibus col.* 14. *C. de impuber. & aliis substit.* Castill. *de usufr. lib.* 1. *cap.* 32. *n.* 16. *&* 17. Doctores per *text. ibi in* L. 4 *ff. de usufr.* Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 21. Cum igitur thesaurus sit quædam commoditas, quæ ex fundo provenit, verum est, quod si ab emphyteuta, seu vassallo inveniatur, totum ei acquiritur, vel pro dimidia, si ab alio fuerit repertus *gloss. in* §. *thesauros verb. suo Instit. de rer. divis.* quam ibi sequuntur Joann. Faber. & commun. DD. Platea *in* L. *unic. col.* 2. *C. de thesaur. lib.* 10. Et eam probat Petr. Barbos. *in d. L. divortio* §. *si fundum n.* 27. *ff. solut. matrim.* Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 1. §. 1. *à n.* 12. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 7. Et fovetur Alvar. Valasc. *d. quæst.* 15. *n.* 1. Gutierr. *d. q.* 36. *n.* 25. *vers. contrariam*, Rosentald. *de feud. cap.* 5. *conclus.* 93. *n.* 1. 2. *&* 3. & ibi *gloss. lit. A. B. & C.* Quod adeo verum est, ut si
47 ipse dominus dirit fuerit inventor thesauri in fundo emphyteutico, vel feudali, tenebitur dare emphyteutæ, vel vassallo tanquam domino, dimidiam partem thesauri Gutier. *d. q.* 36. *n.* 27. Rosentald. *de feud. cap.* 5. *conclus.* 93. *num.* 3. & ibi *gloss. litt. B.* Petr. Barbos. *in d.* . *si fundum num.* 29. *vers. ex qua communi*, Amaya *in d. L. unic. C. de thesaur. lib.* 10. *n.* 26.

Confirmatur prædicta resolutio ex eo, quod thesaurus dicitur donum fortunæ *L. si is qui* 63. §. 1. *ff. de acquir. rer. domin.* & diximus supra *n.* 7. & cum in nullius bonis sit; occupanti erat concedendus, sed quia vere à parte rei potest babere dominium, ad sedandas discordias fuit constitutum, quod dimidia pars thesauri daretur domino fundi. Et sic thesaurus consideratur tanquam utilitas proveniens ratione fundi. Quæ utilitas & commoditas ad emphyteutam pertinet, ut supra diximus, & consideravit Barbos. *in d.* §. *si fundum num.* 28. Denique confirmatur; quia si emphyteuta domino directo teneretur, restituere dimidiam thesauri non distingueretur, à quocumque alio extraneo qui dimidiam semper restituere tenetur Domino fundi. Atque ita dominium utile nihil ei prodesset, & sequeretur maximum ab-
48 surdum: quod dicendum non est. Neque satisfacit consideratio, de qua Valasc. *d. q.* 15. *in princ.* dum ait quod prodesset emphyteutæ, saltem ut invito domino directo posset data opera thesaurum quærere, quod quidem facere non posset quilibet extraneus: Namque si emphyteuta non consideretur tanquam dominus ad acquisitionem thesauri, etiam jus illum inquirendi invito domino non haberet: ut considerat Barbos. *d. n.* 29. Et ideo prædicta resolutio verissima est: quam etiam tuetur Amaya *in d. L. unica n.* 25.

49 Qua opinione retenta non obstant in contrarium adducta. Et ad primum respondetur negando æquiparationem inter fructuarium & emphyteutam, seu feudatarium: quoniam quamvis ad eos fructus pertineant, tamen quod intentum plus juris habent quam usufructuarius; huic namque solum competit jus percipiendi fructus & cum Thesaurus non sit in fructu, ut diximus supra, & probatur *in d.* §. *si fundum*, nil mirum quod ad eum non pertineat. At vero emphyteuta; seu feudatarius habent dominium utile ratione cujus ad eos pertinet quæcumque utilitas, seu commoditas; licet in fructu non sit, ut diximus supra Boer. *decis.* 51. Barbos. *in d.* §. *si fundum n.* 30. Et sic solvitur difficultas. Ad secundum respondetur ex his, quæ supra relata sunt de dominio directo, & utili. Ad tertium respondetur ex his, quæ dicta sunt circa dominium dotis? quod quamvis sit apud maritum, id tamen procedit quoad administrationem, & fructus: non verò quoad alias utilitates, ratione quarum uxor domina consideratur *L. plerumque ff. de jur. dot.* Et ideo ad eam pertinet thesaurus Emphyteuta autem licet solum habeat dominium utile hoc sane sufficit ad recipiendam quamcumque utilitatem provenientem ex fundo quamvis ad fructum non pertineat.

Ex supra posita resolutione descendit, quod si in fundo majoratus inventus fuerit thesaurus possessor 50
illius si fuerit inventor, lucrabitur totum thesaurum, vel dimidiam si ab alio inveniatur, absque obligatione restituendi successori majoratus: ut scribunt Molina *d. lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 7. alter Molin. *d. disp.* 56. 51
n. 7. Barbos. *in d.* §. *si fundum n.* 30. Gutierr. *d. q.* 36. *n.* 29. Amaya *in d. L. unic. n.* 27. Garcia *d. expens. cap.* 22. *n.* 50. Quod ex ea ratione procedit: quia possessor majoratus verè dominus est rerum majoratus. *L. species, ff. de aur. & arg. leg. L. generaliter, §. sed quia nostra, C. commun. de leg. L. non ideo minus* 66. *ff. de rei vendic.* Valasc. *consult.* 121. *num.* 6. *& consult.* 116. *n.* 5. & melius *consult.* 194. *num.* 23. Anton. Gomez *in L.* 40. *Tauri num.* 76. Larrea *decis.* 38. *num.* 16. Molin. *d. lib.* 1. *cap.* 19. *cum* 4. *&* 17. Solorz. *de lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 32. Salgad. *in labyr. cred.* 1. *p. cap.* 14. *num.* 59. Giurb. *decis.* 79. *num.* 37. *& seqq.* Cyriac. *controv.* 23. *n.* 14. *& controv.* 99. *num.* 13. Hermos. *in* L. 7. *tit.* 4. *partit.* 5. *gloss.* 3. *n.* 20. Tondut. *resol. civil. c.* 139. *num.* 18.

Præterea ex supra posita resolutione, quæ habet 52
thesaurum pertinere ad dominum fundi, vel in totum vel pro parte, consequitur non spectare ad usufructuarium, sed ad proprietarium; quia vere usufructuarius dominus non est: ut scribunt Valasc. *d. q.* 15. *n.* 1. Garcia *de expens. cap.* 22. *n.* 51. Boer. *decis.* 51. *num.* 2. Baeça *de decim. tut. cap.* 24. *num.* 5. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 23. *num.* 2. Petr. Barb. *per text. ibi in d.* §. *si fundum n.* 25. Gutierr. *d. q.* 36. *n.* 35. Castill. *de usufr. cap.* 37. *n.* 20. Amaya *in d. L. unic. C. de Thesaur. lib.* 10. *num.* 23. Sixtin. *d. lib.* 2. *cap. fin. n.* 50. alter Molin. *de just. disp.* 56. Salon. *de just. & jure quæst.* 66. *art.* 5. *pag.* 1299. Ex ea ratione, quia ad usumfructuarium tantummodo pertinent fructus, thesaurus autem non est in fructu, ut jam diximus suprà. Et probatur ex *text. in d. L. si is qui* 63. §. *quod si servus ff. de acquir. rer. domin.* ac tenet Sixtin. *d. cap. fin. num.* 45. *&* 46. Si vero usufructuarius thesauri fuerit inventor, dimidiam retinere poterit, ut tradunt omnes supra citati: quamvis Borrell. *de præst. Reg. Cath. cap.* 27. *num.* 49. indistinctè dicat totum thesaurum de- 53
beri usufructuario, si illum invenit, non proprietario. Sed ab eo cavendum est, quia male locutus fuit, & contra communem Doctorum opinionem. Prout etiam cavendum est à Guillielm. Bened. *in cap. Raynucius verb. cætera bona num.* 30. dum ait quod usufructuarius habet usum thesauri durante usufructu, & quod eo finito restituere tenetur proprietario. Verius namque est quod nullo tempore ad eum potest pertinere quia in fructu non est. Et ideo merito reprobatur à Barbos. *in d.* §. *si fundum n.* 25. Sixtin. *d. cap. fin. num.* 50. Quia hanc opinio-

opinionem esse in jure certissimam tradit.
Subsequitur quæstio An thesaurus inventus in lo-
54 co sacro, vel religioso sit totus inventoris, nec ne;
In qua quæstione dicendom est totum thesaurum in-
ventori acquiri *§. thesauros Instit. de rer. divis.* quia
cum nullius sit primo occupanti quæritur. Verùm
in contrarium stat I. C. responsum in *L. 3. §. si in lo-
cis, ff. de jure fisc.* Ubi habetur, quod thesaurus in-
ventus in loco religioso pertinet pro dimidia ad in-
ventorem; & pro alia ad fiscum. Quæ jura inter se
pugnare agnoverunt Duaren. *in d. L. divortio §. si
fundum*, Joannes Garcia *d. cap. 21. n. 56.* Anton. Au-
gustin. *lib. 1. emmend. cap. 3.* Quamobrem pro con-
ciliatione varios intellectus tradiderunt gloss. & Do-
ctores quos refert Gutierr. *d. q. 36. à n. 46.* Barbos. *in
d. §. si fundum n. 42. & 43.* Qui *n. 44.* pro solutione
difficultatis differentiam constituit inter thesaurum
inventum in loco sacro, & inventum in loco religio-
so. Ita ut in primo casu thesaurus inventus in loco
sacro absque alia dubitatione inventori totus quæ-
ratur: quia nulla est lex quæ contrarium decidat. Et
sic totam dubitationem versam in secundo casu. Et
eam cessare dicit Barbosa si distinguas inter locum
religiosum in quo habes jus sepulchri, & inter lo-
cum religiosum, qui est alterius quo ad usum. In
primo namque distinctionis membro, si thesaurus
55 fuerit inventus ab eo, qui habet jus sepulchri, to-
tus quæratur inventori; siquidem quoad dominium,
locus non est in alicujus bonis. Et sic procedit dis-
positio *text. in d. §. thesauros.* Secundo verò casu
procedit dispositio *text. in d. §. si in locis:* cum enim
inventor nullum habeat dominium, & illud jus quoad
usum sepulchri dominium non sit, thesaurique in-
venti dimidia domino debeatur, non est illa conce-
denda habenti jus ad usum sepulchri; sed fisco de-
ferenda est quasi thesaurus sit inventus in loco, cu-
jus dominium vacat. Sed hæc Barbos. conciliatio
tanquam divinatoria displicet Guterrio *d. q. 36. n.
46. vers. salva pace.* Ex ea ratione quia prædicta
jura loquuntur simpliciter de locis religiosis absque
distinctione. Sequitur Amaya *in d. L. unic. C. de
thesaur. n. 42.*
Deinde Accurs. *in d. §. si in locis* & Donel. *com-
ment. lib. 4. cap. 14.* & Farinac. *de delict. q. 104. n.*
56 8. docent *text. in d. §. thesauros*, procedere secun-
dum naturalem æquitatem, ut ibi probari videtur:
textum vero *in d. §. si in locis*, procedere de juris ri-
gore: & ideo sequendam esse illius dispositionem,
cum juris rigor scriptus contra æquitatem sequi de-
beat *L. bona fides ff. depositi*, Jason *in L. placuit n.
3. C. de judic.* Menoch. *cons. 9. c. 4. n. 6.* Mierez *de Ma-
jorat. 1. p. q. 1. n. 309.* Maxime quia æquitas non scrip-
ta attendi non debet Menoch. *de præsumpt. l. 1. præ-
sumpt. 80. n. 34.* Andr. Gail. *l. 2. observ. 23. n. 26.* Mie-
rez *d. q. 1. n. 9.* Hering. *de fidejuss. c. 5. n. 309* Fusar. *de
substit. q. 242. n. 115.* Cresp. de Valdaur. *observ. 11.
n. 23.* Attamen hic intellectus sustineri non potest,
quamvis ab aliquibus dicatur communis: non enim
credendum est Justinianum proposuisse conclusionem,
quæ sequi non deberet. Qua ratione Covarr. *in regul.
peccatum 3. p. 2.* Peregrin. *de jure fisc. lib 4. tit. 2. n. 8.*
tradunt textum *in d. §. si in locis*, fuisse emendatum
57 per Justinianum *in d. §. thesauros*, fuerunt namque di-
versis tempotibus ab Imperatoribus variæ leges pro-
mulgatæ circa acquisitionem thesauri: ut refert
Amaya *in d. L. unic. C. de thesaur. lib. 10. n 43.* Adria-
nus autem naturalem secutus æquitatem Thesaurum
inventum in loco religioso totum inventori conces-
sit. At vero Divi fratres Marcus Aurelius, & Ælius
Verus constituere, ut Thesaurus inventus in loco Re-
ligioso divideretur inter inventorem, & fiscum, ac si
in loco publico esset inventus. Postea autem Justinia-
nus *in d. §. thesauros* Adriani constitutionem reno-
vavit, & duorum fratrum Legem correxit quo ad
thesaurum inventum in loco religioso. Cumque Ju-
stiniani decisio posterior sit, ei standum est si quidem
Lex antiquior tollitur per posteriorem.
Proindeque admisso intellectu, quod Justinianus
Divorum fratrum Legem correxit: nulla datur an- 58
timonia inter *text. in d. §. si in locis* ubi Callistratus
Divorum fratrum constitutionem fuit secutus. Quem
intellectum sequuntur Covarr. *in d. Regul. peccatum.
3. p. §. 2. n. 3.* Salon. *de just. & jure q. 66. art. 5.* Gu-
tierr. *d. q. 36. n. 46. in fin.* Garcia. *d. expens. cap. 22.
n. 56.* Cujac. *in d. L. 3. §. si in locis ff. de jure fisc.*
Borcholt. *de Regal. n. 93.* Gothofred. *ad novell. Leon
51.* Peregrin. *de jure fisc. d. lib. 4. tit. 2. n. 7. vers.
quam ob rem.* Amaya *in d. L. unic. C. de thesaur. n.
43. & 4.* Eandem sententiam amplecti videtur Six-
tin. *de Rega. lib. 2. cap. ult. n. 32.* Camill. Borrell.
de præst. Reg. Cathol. cap. 22. n. 26. Portius autem
in d. §. thesauros n. 7. & Otomanus *n. 9.* hunc intel-
lectum non esse sequendum docent; quia semper vi-
tanda est Legum correctio. Ita tradit Pat. Barb. *in
d. §. si fundum n. 43.*
Quare licet prædictus intellectus à tantis Patribus
receptus sit; attamen adhuc omnem non tollit: ma-
xime stante dispositione *textus in d. cap. 1. quæ sint
Regalia.* Ubi statuitur dimidiam thesauri inventi in
loco religioso, vel sacro ad fiscum pertinere, ut in
nostro Senatu judicatum dicit Cabed. *2. p. dec. 56.*
circa thesaurum inventum in quadam turri Regalis
Monasterii Sanctæ Crucis Conimbricensis. Ideoque
rejectis his & aliis intellectibus facienda est diffe- 59
rentia inter locum sacrum, vel religiosum qui in
fundo privato alicujus est constitutus, & locum
sacrum vel religiosum constitutum in loco publico
destinatum ad publica sacrificia, vel sepulturam
communem. Ita ut in primo casu procedat *text. in
d. §. thesauros:* in secundo verò dispositio *text. in §.
si in locis* Alciat. *lib. 7. parerg. cap. 1.* Minsing. Bal-
duin. & Claud. *in d. §. thesauros*, Menoch. *lib. 1.
præsumpt. 20. n. 8.* Conanus *lib. 3. comment. cap. 4.
n. 2.* Carond. *lib. 1. verisimil. c. 21. pag. 79.* Qui
intellectus, ut clarior reddatur antiquitatum Roma-
narum indagatores consulendi sunt. Et est dicen-
dum, quod loca ea dicebantur, quæ publica aucto-
ritate per Pontifices hoc est per Imperatores qui etiam
Pontifices dicebantur, Diis erant consecrata. Loca
verò Religiosa illa erant in quibus mortuorum ca-
davera sepeliebantur juxta *text. in §. sacræ, & ibi
gloss. & in §. religiosum Instit. de rer. divis.* Quamvis
enim apud alias nationes diverso modo cum defun-
ctorum corporibus ageretur, attamen apud Roma-
nos, & alias nationes Politicas, mos erat sepelien-
di; & ideo actio funeraria privilegiata erat: ut tot
tit. de relig. & sump. funer. Unde propter prohibitio-
nem Legis duodecim tabularum extra urbem desti-
nata erant loca ad sepulturam, Cassan. *in Catalog.
glor. Mund. 2. part. consid. 5. & 6.* Aymon. Rivald.
de histor. juris Canon. & Civil. n. 19. Balduin. *ad leg.
duod. tabul. 31.* Et eodem modo tempore primitivæ
Ecclesiæ erant cœmeteria destinata in sepulturam fi-
delium; quia tunc nemo intra Ecclesiam poterat se-
peliri: quousque id Clericis fuit concessum: deinde
laicis: ut post Maguntin. Pelag. & alios Lariza *ad
concil. Brachar. 2. cap. 18. n. 2.* Baron. *1. tom. An-
nal. anno 24. n. 125.* Et faciunt, quæ Covarr. *lib. 1.
var. c. 2. n. 11.*
Solebant autem Romani à Principe, vel a Pon- 60
tifice petere ut sibi aliquis locus consecraretur in
propriis ædibus seu villis, ad particularia sacrificia.
Et etiam aliquando locum religiosum habere solebant
in suam & suorum sepulturam prout bene colligitur
ex *text. in L. familiaria 5. ff. de religios. & sumpt.
funer. & in L. 4. L. monumenta Cod. eod.* Deinde
erant

erant loca publicè sacra, & in loco publico constituta ad communem omnium adorationem & sacrificia. Et insuper erant loco publico constituta ad publicam sepulturam eorum, qui particularia non habebant: ut prosequitur Cassan. d. consid. 5. & 6. Et probatur ex sacra pagina Matth. c. 12. Ubi ex pretio venditionis Jesu Christi Domini fuit emptus ager in sepulturam peregrinorum publicam. Item & apud Hebræos particularia erant sepulchra, ut probatur Joann. capite 19. & libro 1. Macbab. capite 13. Genes. capite 50. Ea tamen declaratione, quod sine publica Principis authoritate, vel Pontificis, non poterat quia sibi specialem locum consecrare; cum tamen ea interveniente licitum foret: ut colligitur ex text. in d. §. sacra, ff. rer. divis. Alexand. ab Alexandr. dier. Genial. lib. 2 cap. 8. & lib. 6. cap. 14. Donel. lib. 4. comment. c. 1. Balduin. in d. §. thesauros.

Qua distinctione retenta rectè ad concordiam re-
62 ducuntur prædicta jura inter se pugnantia; nam textus in d. §. Thesauros, procedit in loco sacro, vel religioso constituto in loco alicujus particularis. Quod bene colligitur ex ipso textu. Ubi postquam Justinianus declaravit quid esset resolvendum circa thesaurum inventum in fundo proprio, immediatè agit de thesauro invento in loco sacro, vel religioso, & postea de invento in loco publico, vel fiscali, quasi locus sacer, vel Religiosus aliquam haberet connexitatem in terminis illius textus cum loco proprio; siquidem de illius textus cum sic idem procedat in eo, qui thesaurum invenit in loco sacro, vel religioso proprio, & particulari. At vero textus in d. § si in locis, & in capite unic. quæ sint Regalia, procedat in thesauro invento in loco sacro. vel religioso publico, & in publico loco constituto: in his namque censebatur Princeps habere quoddam jus ratione consecrationis juxta superius dicta. Quæ distinctio vera est, quamvis Barbos. in d. §. si fundum num. 43. & 44. illam tantum admittat circa locum religiosum, de quo in d. §. si in locis, & in cap. unic. quæ sint Regalia. Verum ex identitate rationis idem dicendum est de loco sacro, ac de religioso.

Sed quia hodie loca sacra, & religiosa sunt in do-
63 minio Ecclesiæ L. fin. Cod. de episcop. & Cleric. cap. solita de majorit. & obed. Auth. qua modo oporteat Episcopis in princ. & saltem pertineant ad Prælatum, si non ratione dominii, seu administrationis pro ejus vita: Sentit Peregrin. de jure fisc. lib. 4. tit. 2. n. 7. vers. verum cum apud nos. Dubitari potest. An homine thesaurus inventus in Ecclesia, & loco religioso pro dimidia pertineant ad fiscum, vel ad Ecclesiam, seu Prælatum? Et quidem si thesaurus inveniatur in fundo, vel alia quacumque proprietate pertinente ad Ecclesiam ratione sustentationis ministrorum, dubitari non licet quod nihil pertinebit ad fiscum: ipsæ enim res ita sunt in dominio Ecclesiæ, ut probat in d. L. fin. Cod. de sacros. Eccles. ut non possint alienari per text. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Ma-
64 ria de constit. cap. nulli, cap. possessiones de reb. Eccles. non alienand. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 13. n. 6. Arias de Mesa lib. 3. var. cap. 24. num. 1. Alphons. de Olea de cess. jurium tit. 2. q. 1. n. 3. Hermos. in L. 5. tit. 5. partit. 5. gloss. 1. nisi copulativè interveniant solemnitas, & causa, August. Barbos. voto 30. num. 19. Castill. de usufr. cap. 54. n. 8.
65 Capyc. Latro consult. 156. n. 1. & seqq. Quæ causa consistere debet, vel in necessitate, ut puta, si aliquod Ecclesiæ debitum urgeat, & pro eo solvendo necessaria sit alienatio Auth. hoc jus porrectum Cod. de sacros. Eccles. ubi August. Barbos. & de jure Eccles. lib. 3. cap. 3. n. 12. & potestat. Episcop. 3. p. alleg. 95. n. 22. & seqq. Vel in pietate: ut si fiat alienatio in redemptionem captivorum, aut alimenta pauperum cap. aurum 12. q. 2. L. sancimus, Cod de sacros. Eccles. Aug. Barbos. de jure Eccles. lib. 3. cap. 30. n. 18. Hermos. in L. 15. tit. 5. gloss. 1. n. 13. Vel quando datur evidens Ecclesiæ utilitas cap. sine exceptione 12. quæst. 2. cap. tua de his quæ fiunt à Præl. August. Barbos. d. c. 30. n. 13. & seqq. & de allegat. 95. n. 24. Vel denique quando intervenit causa incommoditatis, vel minoris utilitatis Ecclesiæ cap. terulas 12. q. 2. Redoan. de reb. Eccles. q. 19. cum seqq. Maranta de multip. alienat. num. 4. Fontanell. de claus. 4. gloss. 13. p. 4. num. 25. & seqq. Molin. de primog. lib. 4. cap. 4. num. 56. August. Barbos.

Quæ omnia dominium penes Ecclesiam existere 66
demonstrant; quia solus dominus alienare potest, & dominium transferre L. ex diverso ff. de re judic. ubi commun. DD. L. in delictis. §. si extraneus ff. de noxalib. L. Titius ff. de milit. testam. Larrea decis. 40. n. 3. Atque ita si in prædicto loco thesaurus fuerit inventus, dimidia thesauri ad Ecclesiam non ad fiscum pertinebit Petr. Barbos. in d. §. fundum n. 47. Mastrill. de Magistr. libro 3. capite 10. n. 3. 7. de Pont. de potest. Proreg. titulo 10. de diversis provision. in §. de thesauro n. 4.

Si autem thesaurus fuerit inventus in ipsa Eccle- 67
sia, vel loco religioso major est dubitatio, quia tunc thesaurum pro dimidia pertinere ad fiscum contendunt Barbos. in d. §. si fundum num. 44. Cabed. de decis. 56. Lessius de just. & jure lib. 2. cap. 5. dub. 15. Azor. moral. 3. p. lib. 1. cap. 13. in fin. Sequitur Castill. de tert. cap. 41 n 111. Moventur authoritate text. in d. cap. unic. quæ sint Regalia & in d. L. 3. §. si in locis, ff. de jur. fisc. Quæ jura fuerunt approbata per Justinianum, & Leonem Principes Catholicos, qui jam attenta Catholica Religione; naturam sanctorum locorum cognoscebant; & tamen dimidiam thesauri ad fiscum pertinere constituerunt. Neque dici poterit, quod talis constitutio libertatem Ecclesiasticam infringit, siquidem thesaurus, dum non est inventus cum nullius sit ad Ecclesiam non pertinet ideoque sine aliquo Ecclesiæ præjudicio potuerunt Principes sæculares statuere circa acquisitionem thesauri. Ultra quod solus Deus dicitur Dominus locorum sacrorum, non vero prælati gloss. in §. nullius Instit. de rer. divis. & in L. 3. §. 1. de acquir. rer. Domin. Navarr. in apolog de red lit. q. 1. monitu 24. nu. 5. Petr. Barbos. in §. si fundum. num. 46.

Contraria tamen opinio nempe thesaurum inven- 68
tum in loco sacro, & religioso esse dividendum inter Ecclesiam, inventorem, ac nihil ad fiscum pertinere, verior est, & communior. Quam communem dicit Calvacan. 2. p. decis. 62. num. 12. quia Ecclesia, vel locus sacer, & religiosus nulla ratione pertinent ad Principem, sed ad jus ipsius Ecclesiæ, & administrationem Prælatorum. Et quidem Princeps sæcularis ex defectu potestatis nihil potest statuere in præjudicium Ecclesiæ, August. Barbos. in Auth. cassa num. 2. & seqq. C. de sacros. Eccles. & de jure Eccles. lib. 2. capite 3. num. 212. Sanfelicio decis. 187. num. 1. & 2. Ideoque prædictam sententiam amplectuntur Joann. Faber. Angel. Portius, & alii in d. thesauros, Gregor. Lopez. in L. 45. tit. 28. partit. 3. Molin. disp. 56. Farinac. d. q. 104. num. 23. Joann. de Platea in d. L. unic. C. de thesaur. vers. sed si quis inveniat, Aretin. in d. §. thesauros n. 3. vers. & advertas, Vvesembeq. ibi n. 6. vers. aliud dixi. Ferrariens. in form. libell. action. Real. verb. jure dominii vel quasi n. 12. in fin. vers. sed si fuerit inventus in loco sacro, Peregrin. d. tit. 2. n. 7. vers. verum cum apud nos Gutierr. d. §. 36. n. 47. Anton. Gomez. in L. 45. Tauri n. 52. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 1. n. 20. & 21.

Ca-

Camill. Bortell. d. cap. 27. n.23. & 24. Covarr. in
d. reg. peccatum p. 3. §. 2. n. 3. verf. fed apud nos,
Amaya in d.L. unic. C. de thefaur. n.415. De Pont.
d. tit. 10. §. de thefaur. n.4. & feqq. Non enim debet
Ecclefia non eife deterioris conditionis quàm priva-
tus, ut notavit Alvarot. in d. cap. unic. qua fint Re-
galia, Caffan. de rubr. 1. n.21. Amaya d. n.45. Six-
tin. d. cap. fin.

69 Neque obftant in contrarium adducta, quamvis
enim Principes Catholici prædictas leges approbaf-
fent, id fuit eo modo, quo per Principes Gentiles
erant prolatæ, qui cum loquerentur de locis facris,
& religiofis attenta gentilitate: non debent extendi
ad noftra loca religiofa, & facra, quæ omnino di-
verfa funt, & negari non poteft, quod ex talibus con-
ftitutionibus aliquod præjudicium Ecclefiæ genera-
tur, faltem quoad jus adquirendi dimidiam thefauri,
fi in ipfa Ecclefia fuiffet inventus; proindeque reten-
ta hac opinione tamquam verioris, meritò reproban-
tur Perr. Barbof. & Caftill. qui contrariam fequuntur
dictis locis à D. Francifc. da Ama, qui in d.L. unic.
n. 46. ubi n. 47. eorum fundamenta rejicit Gutierr.
d. q. 36. n. 47.

70. Unde etiam rejicienda eft Senatûs fententia, de
qua Cabed. 2. p. dec. 56. quatenus ex d. cap. unic.
qua fint regalia, ibi judicatum fuit dimidiam thefau-
ri inventi in quadam turri Monafterii S. Crucis Co-
ninbricenfis ad fifcum pertinuiffe, tum quia illa feu-
dalis conftitutio ad decifionem caufarum non feuda-
lium trahenda non eft nec obfervanda juxta doctrin.
Bart. in L. fi juris jurandi §. fi liberi n. 5. ff. de oper.
libert. Jul. Clar. in §. feudum quaft. 4. Solorzan. de
jure Indiar. 2. tom. lib. 1. cap. 2. n 41. tum etiam quia
lata fuit contra libertatem Ecclefiæ, & communem
opinionem DD. quæ in judicando fequenda eft, ut
notatur in cap. novimus de verb. fign. Gama decif. 194.
n. 2. Valafc. confult. 121. n.8. Larrea decif. 7. n.16.
Tiraq. de pen. temperand. n. 51. & 54. Salgad. de
protect. pag. 1. capite 2. §. 3. n. 23. & 24. Gregor.
Lopez in prolog. partitarum gloff. 18. n. 1. Mafcard.
de probatione concluf. 138. n.4. & 8. Cevall. in pro-
œmio pract. à n.30. Petr. Caball. de homicid. n. 373.
Guazin. de defenfione Reorum in præfat. n. 35. Va-
71 lenz. conf. 139. n. 26. Cum paria fint judicare con-
tra legem, vel contra communem opinionem, Fran-
cifc. Viv. decif. 34. n. 28. Berou. conf. 91. n. 16.
vol. 2.

Ulterius fi thefaurus fuerit inventus in fundo hy-
pothecato, feu pignori dato ab ipfo creditore, cafu,
non data opera, dimidia erit inventoris, & alia domi-
72 ni: fi verò data opera, totus domino fundi cedit ut
fcribunt Gutier. d. q. 36. n.33. & 34. Molin. de juft.
& jure difp. 56. n. 3. Navarr. in manual. capite 17. n.
173. Aragon. de juft. & jure q. 66. articulo 5. verf.
quartum quod exponit Amaya in d. L. unic. C. de
thefaur. n.28. Camill. Borrell. d. cap. 27. n.50. quia
pignoris conftitutio non transfert dominium. L. fi do-
minium 9. L. cum dominam 13. C. de pignorib. Qua
ratione pignoris conftitutio non impedit alienationem
73 Bart. in L. à Divo Pio §. fi fuper rebus n. 8. ff. de re
judic. ubi Jafon. n.17. Tufch. litt. T. concluf. 86. n.
13. Calvacan. decif. 18. n. 18. p. 2. Giurb. decif. 61.
n. 2. & feqq. Idem procedit in colono vel mercena-
rio conducto ad colendum agrum: quia fi fodiendo,
vel laborando cafu thefaurum invenit, habet illius
dimidiam, & aliam Dominus argum. text. in L. fi is
qui §. fi creditor. ff. de acquir. rer. domin. Ita Accurf.
verb. in fuo in d. §. thefauros Inftit. de rer. divif. quem
ibi fequitur Angel. col. penult. verf. in eadem gloff.
74 Camill. Borrell. d. capite 27. n. 57. Attamen fi colo-
nus, aut mercenarius data opera thefaurum invene-
rit, totus domino acquiritur ax dictis fupra num. 12.
Quod fi fervus meus in quo Titius habet ufumfructum,
in meo territorio thefaurum invenerit, totus ad do-
minium proprietatis pertinebit d. L. fi is qui §. quod fi
fervus de acquir. rer. domin. Camill. Borrell. d. cap.
27. n. 59.

Dubium tamen eft, An thefaurus inventus in fun- 75
do vendito pertineat ad emptorem, vel ad vendito-
rem? Aut An faltem venditori competat remedium
L. 2. C. de refcind. vend. In qua fpecie diftinguen-
dum eft inter cafum quo emptor tempore venditionis
ignorabat in fundo effe thefaurum: & inter eum, quo
ipfe emptor fciebat & nihilominus à venditore igno-
rante fundum emit: primo cafu omnes conveniunt
thefaurum ad emptorem pertinere, quî per venditio-
nem fecuta traditione dominium quæfivit, cui the-
faurus cedit L. à tutore ff. de rei vendic. Barbof. qui
plures laudat. in d. §. fi fundum n.31. Gutierr. d. q.
36. n.13. & 14. Amaya in d. L. unic. C. de thefaur. 76
lib. 10. n. 29. Camill. Borrell. d. c. 27. n.31. & feqq.
Sixtin. de Regal. l.2 c. fin. n.44. Fachin. l.2. controv.
c.20. qui omnes bene inferunt venditorem agere non
poffe de læfione ex d. l. 2. C. de refcind. vend. ut con-
tra Roman. in L. fi quis cùm aliter ff. de verb. oblig.
fcribunt Aretin. & Claud. Aquenf. in d. L. fi quis
cùm aliter. Cagnol. in d. l. 2. C. de refcind. n. 171.
Hier. Gabr. conf. 165. n.26. vol. 1. Socin. conf. 48. n.
3. vol. 4. Borfat. conf. 209. n.6. Parif. conf. 16. n.84.
vol. 4. Fachin. l.2. c.20. verf. quarto controv. Barbof.
in d. §. fi fundum. n.31. Camill. Borrell. d. c. 47. n.33.
& 34. Sixtin. d. c. fin. n.44. & feqq. Gutierr. d. q. 36.
n.14. verf. unde idem à fortiori. Amaya d. n.29. Et
eft ratio, quia emptor non habet thefaurum ex caufa
venditionis fed ob inventionem, & donum fortunæ:
& fic ex titulo diverfo. Ultra quod thefaurus non
erat venditoris L. 3. § Neratius ff. de acquir. poffeff.
Quare tanquam commodum obveniens poft perfec-
tam emptionem ad emptorem fpectat L. neceffario ff.
de peric. & commod rei vend. Et infuper thefaurus
ad fundum non pertinebat, neque erat illius pars tem-
pore venditionis: Ideoque pretium fundi non auge-
bat. Et quidem valor rei ad ineundam læfionem at- 77
tendi debet tempore contractus L. fi voluntate C. de
refcind. vend. Anton. Gomez l.2. var. c.2. n.22. Maf-
card. de probat. concl. 963. n.4. Paiac. Rub. in rubr.
de donat. inter §. 50. n. 18. Gratian. difcept. forenf.
c.45. n 9. & 10. Gama dec. 323. n. ubi flores de Me-
na, Valafc. confult. 43. n.28. Pinel. in d. L.2. 3 p. c.
4. n.15. Larrea dec. 69. n.4. Cyriac. controv. 151. n.
17. & contr. 1. n.35. & controv. 68. n.9. & controv.
169. n.69. Noguer. alleg. 32. n.180. Cancer. l. var.
c.13. n.12. Caffanat. conf. 7. n.19. Giurb. dec. 105.
n.2. Leotard. de ufur. q. 9. n.33. Atque ideo cum à
venditore ad emptorem hujufmodi thefaurus tranfi-
iffe non cenfeatur; meritò fundi æftimatio inde au-
cta negatur, & ceffat læfionis remedium.

In fecundo verò cafu quando emptor fciens the- 78
faurum effe in agro illum emit, major eft dubitatio:
quia Alciat. lib. 7. parerg. c. 1. venditori concedit re-
medium d. L.2. C. de refcind. vend. afferens, eo ipfo
quod emptor fciebat thefaurum effe in agro ad ven-
ditorem pertinere quafi in pretio deceptum. Sed hæc
Alciati refolutio nequiquam fuftineri poteft, fi qui-
dem thefaurus venditus non fuit, neque venditor erat
illius dominus, aut poffeffor. Quapropter Alciati
opinionem optimè rejicit Conanus l. 3. c. 4. Sequi-
tur, Valafc. de jure emphyt. q.15. n.6. Verum Co-
nanus d. c. 4. n. 4. in noftris terminis docet thefau-
rum effe dividendum inter emptorem, & venditorem.
Valafc. d. q.15. n.6. Qui addit venditorem de dolo
agere poffe ad dimidiam thefauri argum. text. in L.
fi vina verf. planè ff. de peric. & commod. rei vend.
Sed una & altera opinio fuftineri nequit, & rectè utra-
que improbatur à Fachin. d. c. 20. verf. fed contra-
riam, & verf. argumenta Romani Barbof. in d. §. fi
fun-

fundum n.32. Gutierr. d. q. 36. n.13. 14. & 15. Molin. de just. d. disp. 56. n.4. M. Amaya in d. L. unic. n.39. ubi Valenz. n.37. & 38. Sixtin. d. c. fin. n.47. Itaque communis sententia est, quod sive emptor ignoraverit, sive sciens emerit, semper thesaurus totus quæritur emptori. Et quidem actio de dolo venditori competere nequit: qui ad hoc ut procedat, debet dari aliqua patrimonii diminutio L. juris gentium. 7. §. 7. sed si fraudandi, ff. de pact. Notant Conan. d. capite 4. num. 4. Barb. supra num. 33. Cum igitur thesaurus non esset in patrimonio venditoris, nulla illius potest considerari diminutio: textus verò in d. L. si vina procedit, quando fraus, vel dolus contrahentis versatur circa ipsam rem venditam, ut post Conanum considerat Barbos. ubi supra. Ideoq; prædictam communem sententiam ultra relatos tenent Covarr. in reg. peccatum 3. p. §. ult. Lessius l.2. c. 5. dub. 16. n. 63. Rebell. de oblig. just. lib. 1. q. 15. sect. 2. n. 14.

Advertendum tamen est, quod dominium thesauri non acquiritur ex sola scientia, vel in venditione, sed
79 requiritur simul, quod interveniat apprehensio L. 3. §. Neratius de acquir. possess. Et insuper, quod à loco amoveatur, Petr. Barbos. in d. §. si fundum n. 33. 34. 35. 36. & 37. Gutierr. d. q. 36. n. 18. & 30. Cevall. com. contra com. quæstione 514. vers. sed contrariam. post alios Camill. Borrell. de c. 27. n. 55. ubi ait, quod si unus videt thesaurum, alter vero capit, capientis est, non autem videntis: ut habetur in d. L. 3. §. Neratius Quam sententiam amplectuntur Alvarot & Præpos. in d. cap. 1. quæ sint Regalia, argum text. in L. si Barsatoram C. de fidejussorib. Sequitur Ferrariens. Montan. in d. §. thesauros. in fine. Qua sententia ex eo comprobatur, quia verbum invenio ex sua propria significatione refertur ad actualem occupationem, invenire enim est in rem venire: ut ex multis comprobat Conan. lib. 3. c. p. 3. num. fin. Calepin:
80 verb. invenio Et probatur aperte in d. L. si Barsatoram. Ubi ille qui promisit invenire latronem ita debet inuenire ut eum possit exhibere, ex quo textu deducunt Doctores, quod quando Lex imponit pœnam contra illos, qui fuerint inventi cum armis, vel cum alia re prohibita, non potest procedi nisi contra eos qui fuerunt inventi cum illis, Anton. Gomez. in L. 45. Tauri num. 47. Bart. in d. L. si barsatoram, Pichard. in §. item lapilli numero fin. Instit. de rer. divis. Farin. 3. p. q. 108. num. 40. De-
81 cian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 8. num. 10. Jul. Clar. in §. fin. q. 82. Sanfelic. dec. 43. num. 5. Capyc. Latro dec. 78. n. 1. & ibi Ang. Gizzi num. 1. quod idem dicendum in vestibus per Legem prohibitis, quia ut pœna exigi possit, requiritur, ut quis cum eis sit inventus Anton. Gomez. in d. L. 45. Tauri nu. 49. Gama dec. 172. Si verò statum imponit pœnam deferentibus arma, locum habet pœna, quamvis quis cum illis non sit deprehensus. per ea quæ Menoch. de arbitr. cas. 304. n. 45. & 56. Peguera dec. 55. in fine, sed, de æquitate servatur ad incursionem pœnæ necessariam esse apprehensionem, & non sufficere quod arma sint inventa ad pedes alicujus, vel in tecto convicino ut per Gam. & Sanfelic. supra.

Superius de acquisitione thesauri tradita, intelligenda sunt, quando thesaurus quæritur, & inve-
82 nitur fortuitò, vel quando quis in proprio fundo etiam data opera illum quærit: si enim inveniatur magicis & malis artibus, ac superstitiosis thesaurus non quæritur inventori sed applicatur, fisco per text. in L. unic. C. de Thesaur. lib. 10. L. 1. C. de malefic. & mathem. quamvis à domino fundi fuerit inventus, ut scribunt Molin. de just. & jure disp. 56. n. 1. Petr. Barbos. in d. §. si fundum n. 30. & 31. Camill. Borrell. d. cap. 27. n. 7. Peregr. de jur. fisc. lib. 4. tit. 2. num. 2. Farin. 3. p. q. 104. n. 18. Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 10. num. 325. Avendan. de exeq. mand. lib. 1. cap. 14. n. 33. vers. tertia conclusio. Gutierr. d. lib. 4. q. 36. n. 10. & 11. Castill. de tert. cap. 41. num. 106. Covarr. in d. §. 2. nu. 2. Amaya in d. L. unic. C. 83
de thesaur. lib. 10. num. 11. & seqq. & num. 17. Cevall. commun. contra commun. quæst. 514 Syxtin. d. lib. 2. cap. fin. n. 33. Valasc. de jure emphyt. quæst. 15. num. 4. Est enim ars magica omni jure damnata: ut optimè tradit Amaya in d. L. unic. num. 12. ubi num. seqq. bene probat quærentes thesauros magicis artibus solere Dæmonis invocatione, uti & magicis sacrificiis: quæ etiam reprobantur, & prohibentur: ut ipse tradit n. 14.

Advertendum tamen est, quod licet dominus fundi qui malis artibus thesaurum invenit: in totum privetur thesauro: tamen dubium est; An si quis in alieno fundo magicis artibus thesaurum inve- 84
niat inscio domino fundi illa pars thesauri, quæ domino erat acquirenda, etiam in fiscum pertineat; in qua quæstione Alvarot. in d. c. unic. quæ sint Regalia num. 8. vers. unde conclude, indistinctè docet thesaurum inventum magicis artibus ubicumque locorum ad fiscum pertinere: sequitur Rosent. de feud. cap. 5. conclus. 91. num. 3. Joann. Garcia. de expens. capite 22. numero. 53. Verum Alciat. lib. 7. parerg. capite 1. num. 1. vers. lex enim existimat quod thesaurus arte magica inventus in proprio fundo totus ad fiscum pertinet; non verò si ab alio in fundo alieno fuerit inventus: quia tunc dominus partem ei tangentem lucrabitur, alia autem inventoris ad fiscum pertinebit. Quam Alciati sententiam probat Sixtin. in d. capite fin. num. 34. contra Joannem Garcia ubi supra. Et sunt illius fundamenta. Primò: quia dominus sine ipsius culpa jure suo privandus non est. Secundò quod ex delicto, & facto alterius prægravari non debet. Et sic emolumentis illi obvenientibus non est privandus & inventor puniendus est pœna, de qua in L. nemo, malefic. & mathem. Cæterum contraria sententia magis arridet. Quamvis enim Dominus fundi culpa careat, & absque ea puniri non debeat; tamen text. in d. L. unic. C. de thesaur. lib. 10. generaliter disponit thesaurum magicis artibus inventum ad fiscum pertinere in odium magicarum artium, quæ omni jure prohibitæ sunt, & ut omnes arceantur à magicis artibus, ac superstitiosis imprecationibus Dæmonum, quæ ratio æque viget in uno, & altero casu, neque aliqua differentia reperiri potest, ut considerat Joann. Garcia d. c. 22. n. 53. Atque ita communior est Doctorum sententia contra Alciatum cui adhæreo.

Dubitari etiam solet, An qui magicis artibus the- 85
saurum invenit, possit illum retinere in conscientiæ foro, in qua quæstione pro parte negativa facit. Primo: quia thesaurus quæsitus arte magica, seu diabolica ut interpretatur Accurs. in d. L. unic. verb. arte acquiritur contra prohibitionem Legis divinæ, humanæ capite illud. 26. q. 2. quæst. 2. L. nemo C. de malefic. Valasc. de jure emphy. quæst. 15. num. 4. Et sic retineri non potest. Secundo quia thesaurus arte magica inventus pertinebat ad fiscum etiam ante L. unic. C. de thesaur. in ea namque tantum datur facultas domino fundi; ut possit data opera licito modo investigare thesaurum: quod in alieno loco illicitum esse Imperator statuit: Ergo pari modo cum interdictum sit quærere arte magica, non retinebitur licite quod jure resistente. acquiritur. Unde cum jam thesaurus ita magicis artibus inventus esset, fisci, non potest in conscientiæ foro retineri. Propter quæ hanc partem sustinent Molin. d. disp. 56. n. 1. Valasc. d. q. 15. n. 4. Garcia d. cap. 22. n. 52. in fin. Amaya in d. L. unic. n. 18.

Contraria tamen sententia verior videtur: quoniam thesaurus in privato fundo reconditus ante in inventionem non pertinebat ad fiscum & postquam 86

inventus fuit, inventori quærebatur *d.* §. *Thesauros.* Attamen Lex eo inventorem privavit, quia malis artibus fuit quæsitum: & sic in pœnam facti. Omne autem quod respicit, ut quis privetur aliqua re, vel jure, pro pœna adjectum censetur, licet non declaretur adjici nomine pœnæ *l.* 1. *ff. de his quæ pœnæ nomine L.* 1. §. *item si ita ff. ad L. Falcid. L.* 1. *si pœnum. ff. quando dies leg. ced. L.* 1. *ff. de pœn. leg.* ut ex Bart. Alexandr. & Fulgos. tenet Larrea *alleg.* 31. *n.* 21. Subscribunt Covarr. *in cap. Raynaldus de testam.* §. 1. *n.* 7. Surd. *decis.* 7. *c.* 24. Valenz. *cons.* 93. *n.* 27. Cyriac. *contro v.* 451. *n.* 65. & 87.

87 Lara *de anniverf. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 20. Ergo lex quæ inventorem privat thesauro, pœnalis est; pœna autem ante sententiam non obligat neque in foro poli, neque in foro conscientiæ juxta glossam celebrem, & communiter approbatam *in capite fraternitas* 12. *quæst.* 2. Gutierr. *d. lib.* 4. *quæst.* 36. *n.* 21. Valenz. *cons.* 218. *n.* 26. Angel. Bossius 2. *tom. moral. tit.* 12. *n.* 167. Ex quibus hanc affirmativam partem tuentur, Cajetan. 2. 2. *quæst.* 66. *art.* 4. Bart. *in d.* §. *si fundum n* 33. *vers. verior igitur*, Aragon. *de just. & jure q.* 66. *art.* 5. *p.* 426. *vers. advertendum.* Quos refert & sequitur Gut. *d. q.* 36. *n.* 21. & 22.

88 Neque obstant contrariæ partis fundamenta Respondetur enim, quod thesaurus antequam fuisset inventus non erat in bonis alicujus neque ad Principem pertinebat; simul ac inventus fuit, naturali ratione inventoris erat effectus. Et sic Lex, quæ eum thesauro privavit, veré pœnalis est; atque ita cum pœna non obliget in conscientia ante sententiam, ut supra diximus, inventor securus erit, donec à fisco thesaurus vindicetur. Neque verum est dicere *text. in d. l. unic.* tantum concessisse facultatem domino fundi, ut data opera in proprio thesaurum posset inquirere sub conditione non utendi magicis artib. Quia illa dispositio potius pœnalis quam conditionalis est ut notat Gutierr. *d. q.* 16. *n.* 21. *in fin.* Quæ sententia magis arridet. Quidquid incontrarium opinetur Amaya *in d. L. unic. n.* 18. 19. & 20. Cum illius præcipuum fundamentum consistat in eo quod *text. in d. L. unic.* pœnalis non est. Pro coronide adverte quod quamvis ad acquisitionem thesauri respectu inventoris non sufficiat thesaurum invenire, nisi apprehendatur

89 tur ut præter relata supra tenet Sixtin. *in d. c. fin. n.* 59. & 60. quia etiam jure gentium sine apprehensione possessionis dominium non acquiratur *L.* 1. §. *ff. de acquir. possess.* Tamen is ad quem pertinet totus thesaurus, vel dimidia illius, nempe dñs fundi; simul atq; inventor possessione thesauri nactus est sine apprehensione dñs efficitur *d.* §. *thesaur. vers. ac si quis*, Sixtin. *d. fin. n.* 67. Ideoq; si agat civiliter, potest intentare conditione ex lege: ut notat. Accur. *in d. L. unic. verb. partiatur* ubi Platea *n.* 6. *Farin. d. q.* 104. *n.* 27. Amaya *in d. L. unic. n.* 52. Sixtin. qui magis probat rei vindicationem competere, *d. c. fin. n.* 68. 69. 70. & 71. At autem thesaurus ubicumq; inventus hodie ad Principem pertineat. Dubitari potest Siquidem de consuetudine ad Principem pertinere sive in publico sive in privato fundo inveniatur docent ex Paludano in 4. *sen-*

90 *tent. dist.* 15. *q.* 3. *art.* 5. Covarr. *in reg. peccat.* 3. *p.* §. 2. *c.* Gutierr. *d. q.* 36. *n.* 56. Sylvest. *in summ. verb. inventum* §. 6. Farin. *d. q.* 104. *n.* 32. Castill. *de tert. c.* 41. *n.* 114. Mastrill. *de Magistr. l.* 3. *c.* 10. *n.* 316. Borrell. *de præst. Reg. Cat. c.* 27. *n.* Menoch. *conf.* 302. *n.* 31. Sed hanc consuetudinem injustam esse & contra naturalem æquitatem dicit Sylvester ubi proxime, quem sequitur Barb. *in d.* §. *si fundum n.* 49. Quæ consuetudo in Castella probata fuit *in L.* 1. *tit.* 13. *l.* 6. *novæ Recopil.* De cujus intellectu late agit Gutier. *d. q.* 36. *n.* 53. Amaya *in d. L. unic. n.* 49. Ubi docet prædictam legem non corrigere generaliter jus commune, sed esse accipiendam specialiter de thesauris: qui jure aliquo ad fiscum pertinent: vel repertis in locis publicis, non in privatis. Eadem consuetudo servatur in Gallia, ut tradit Conan. *lib.* 3. *comment. c.* 4. *ad fin.* Barbos. *in d.* §. *si fundum n.* 50. *in fin.*

In hoc autem Regno Lusitaniæ cum nihil circa thesaurum constitutum sit, in illis tantum casibus thesaurus erit de Regalibus, in quibus, vel totus, vel dimidia pertinet ad Principem secundum jus commune, Molin. *de just. & jure tom.* 1. *disp.* 56. *n.* 9. *in fin.* Barb. *in d.* §. *si fundum n. fin.* In quibus casibus occultans thesaurum, qui ad fiscum pertinet, punitur in amissione thesauri cum altero tanto L. 3. §. *fin. ff. de jure fisc.* ubi *gloss. verb. totum*, similis *gloss. in d.* §. *thesauros.* Rosental. *de feud. q.* 92. *n.* 4. Peregr. *de jur. fisc. l.* 4. *t.* 2. *num.* 9. Mastrill *d. cap.* 10. *nu.* 324. Amaya *in dict. L. unic. n.* 52. *in fin.* Farin. *q.* 104. *n.* 31. Et hæc de thesauris dixisse sufficiat. 91

Ad hanc classem pertinet quæstio de lapillis, & gemmis, ambaroque, & aliis rebus similibus inventis in littore, quæ videntur in nullius bonis unquam extitisse: & ideo primo occupanti conceduntur *L. item Lapilli ff. de rer. divis.* §. *item Lapilli Instit. eod. tit.* L. 1. §. *ff. de acquir. possess.* Donel. *lib* 4. *comment. c.* 10. Conan. *lib.* 3. *c.* 3. Covarr. *in reg. peccatum.* 3. *p.* §. 1. *in fin. princ.* Molin. *de just. & jure t.* 1. *disp.* 53. Rebell. *de oblig. just. lib. q.* 15. *sect.* 2. Ripa *in L. rem, quæ nobis n.* 34. *ff. de acquir. possess.* Gutierr. *l.* 2. *Canon. c.* 9. Greg. Lop. *in L.* 5. *tit.* 28. *partit.* 3. Lessius *de just. & jur. lib.* 2. *c.* 5. *dub.* 12. Azor. *t.* 3. *instit. moral. lib.* 1. *c.* 13. *vers. quinto quæritur.* Et in ambato judicatum dicit Cabed. *dec.* 48. *n.* 9. 2. *p.* ubi *n.* 2. ait ea, quæ in nullius bonis fuerunt inventa in littore, non pertinere ad Regem Et nota, quod licèt inter lapillos, gemmas, & margaritas detur differentia, de qua *L. etsi* §. *gemmæ ff. de aur. & arg. leg.* tamen quo ad acquisitionem in eadem sunt causa. 92

Intellige proxime tradita in lapillis, & similibus in littore inventis, quæ auro non sunt inclusæ, vel alio modo, ex quo appareat in dominio alicujus fuisse: quia tunc, & eo casu non quæruntur inventori: immo ille tenetur ipsas res accipere animo restituendi, & inquirendi de vero domino per publicum præconium juxta *text. in L. falsus creditor* §. *solet ff. de furt.* ubi commun. DD. Abbas *in cap. cum dilecti vers. quid autem si num.* 12. *de accus.* Guillielm. Bened. *in cap. Raynucius verb. & uxorem nomine Adalasiam in* 5. *decis. n.* 371. Gutierr. *d. cap.* 9. *n.* 9. Et in nostro Regno præconisatio fieri debet per spatium triginta dierum: quod si non fiat, inventor furtum committit. *Ord. l.* 5. *tit.* 62. §. 3. Menoch. *lib.* 5. *præsumpt.* 30. *n.* 13. Covarr. *in leg. peccatum* 3. *p.* §. 1. *n.* 1. & *seq.* Molin. *de just. tit.* 3. *disp.* 68. *n.* 4. Ant. Gom. *l.* 3. *var. c.* 5. *n.* 2. 93

Transactis autem præconiis, si verus dominus non apparuerit, non poterit inventor sibi rem retinere, sed Principi, seu Reipublicæ restituere debet, vel pauperibus pro anima veri domini juxta doctrinam Bald. *in L.* 1. *ff. de rer. divis.* Bart. *in d. L. fals. creditor. n.* 2. Ant. Gom. *d. c.* 5. *n.* 2. Navarr. *in Manual. c.* 170. & alii relati à Sayro *in clau. Reg. tract.* 5. *cap.* 2. *n.* 21. Lessius *l.* 2. *cap.* 14. *dub.* 7. Ægid. Trullench. *ad præcept. Decal. l.* 7. *c.* 14. *dub.* 4. & 5. Qui disputant, An in dicta restitutione intervenire debeat Episcopi, vel Magistratus authoritas Gutierr. *d. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 10. Moventur ex *text. in c. si quis* 14. *q.* 5. ubi habetur inventorem omnino restituere teneri: facit *text. in c. cum te de usur. & in Auth. omnes peregrini C. commun. de success.* Et insuper resolvunt, quod si inventor sit pauper, poterit sibi retinere: ut notatur *in cap. si in jure de elect.* Farin. *de jure q.* 163. *n.* 83. Immo dicunt inventorem posse se componere cum Bulla S. Cruciatæ, vel alia concessa à Summo Pontifice qui habet potestatem per compositiones liberandi debitores ab obli-

obligatione rastituendi res, quarum domini sunt incerti Medin. *de rest. q.* 3. *casu* 11. Covarr. *in d.* §. 1. *n.* 3. Gutierr. *d. c.* 9. *n.* 13. & 14.

94 Cæterum contraria sententia, quæ habet inventorem, qui necessarias fecit diligentias ad inquirendum dominum rei inventæ, eo non apparente posse rem apud se retinere cum animo restituendi, quocunque tempore dominus apparuerit, probabilior mihi videtur spectato jure communi. Siquidem quò ad forum exterius ita probat *Ordin. d. tit.* 62. §. 4. ibi. *Sera obrigado geralmente em todo o tẽpo entregaro que assim achou.* Quo loci supponit Ordinat. quod inventor potest retinere, dum dominus non apparet, cui restitutio omni tempore facienda est. Quæ etiam probatur quia congruentius est domino absenti, quod res apud inventorem sit, à quo facile peti potest, quam quod distribuatur inter pauperes. Quo casu impossibilis est restitutio. Deinde facit: quia nulla est lex Canonica, vel Civilis, quæ obliget ad talem restitutionem casu, quo à principio justa fuit acceptio, & furtum commissum non fuit. Atque ita hanc sententiam tuentur D. Thom. 1. 2. *q.* 66. *art.* 2. Sayro *in clavi Reg. lib.* 10. *tract.* 5. *c.* 2. *à n.* 86. Sarmient. *l.* 6. *select. c.* 10. alios refert, quamvis non sequatur Gutierr. *d. c.* 9. *n.* 11. & eandem opinionem dicit probabilissimam in foro conscientiæ Trullenc. *in Decal. lib.* 7. *cap.* 14. *dub.* 4. & 5. *n.* 3. Soto *de justit. lib.* 4. *quæst.* 3. *art.* 3.

Qua opinione retenta non obstat, *text. in d. c. si-*
95 *quis* 14. *q.* 5. Ubi ille, qui rem invenit, & non tradit, censetur raptor. Respondetur enim textum illum procedere, & esse intelligendum de illo, qui à principio malo animo rem accepit & furtum committit: ideoque retinere non potest. Nostra autem resolutio loquitur in casu, quod à principio justa fuit acceptio, & sine furto. Eodem modo respondetur ad *text. in d. c. cum te de usur.* Namque textus ibi loquitur de illo, ad quem res aliena pervenit per usuras; & dominus ignoratur. Cum enim acceptio fuisset injusta, meritò restituere tenetur. Textus autem *in Auth. omnes peregrini*, procedit in casu diverso, scilicet respectu hæredis advenæ, seu peregrini, de quo lex Civilis potuit ad libitum disponere? cum ad legem pertineat modos succedendi constituere. Unde ex diversis neque potest fieri illatio, neque sumi argumentum *L. Papinianus exuli ff. de minorib.* cum vulgat. & sic hæc mihi verissima videtur opinio quamvis fatear contrariam esse communem.

Quo circa notandum est tres esse Leges Regias
96 disponentes circa subjectam materiam. Prima est *Ord. lib.* 3. *tit.* 94. Ubi agitur de animalibus deperditis, & inventis ab aliquo. Quæ apud Nos dicuntur *do vento.* Et apud Castellanos appellatur Mostrencos *in L.* 6. & 7. *tit.* 13. *lib.* 6. *Recopil.* Amaya *in L.* 1. *num. fin. C. de bon. vacant. lib.* 10. Gutierr. *d. cap.* 9. *n.* 16. & 17. Et hæc animalia jubet *Ord. d. tit.* 94. §. 4. quod tradantur publico conductori, ut si intra quatuor menses factis præconiorum diligentiis qualibet hebdomada in die mercatûs, dominus non apparuerit, postea amplius non audiatur, & adjudicentur ei, qui à Rege jus prædictorum animalium habet, De quibus animalibus deperditis videndi sunt Covarr. *in reg. peccatum* 3. *p.* §. 1. *num.* 3. & 4. Bobad. *in sua Polit. lib.* 2. *c.* 133. Pichard. *de acquir. hæred. c.* 5. *n.* 24. & 25.

Altera est *Ordinat. lib.* 2. *tit.* 32. quæ agit de re-
97 bus inventis in littore ratione naufragii, vel alio modo. Circa quæ disponit prædicta bona neque fisco, neque inventori acquiri; sed esse reservanda ipsorum dominis. Ita ut si intra sex mensium spatium dominus non apparuerit, tradantur bona Exactori redemptionis captivorum, qui apud Nos appellatur *Mampsteiro.* Quod observari Lex statuit non obstante quacunque contraria consuetudine. Idemque Romanorum jure erat dispositum, secundùm quod res naufragio amissæ remanent in dominio ejus, cujus erant *L. interdum* 21. §. 1. & 2. *ff. de acquir. possess. L.* 1. *C. de naufrag. lib.* 11. Semper enim in faciente naufragium manet animus retinendi §. *fin. Instit. de rer. divis.* L. *nequid ex naufragiis ff. de incend. ruin.*
&c. Quod procedit etiam in his, quæ levandæ navis 98
causa in mare projiciuntur, ut probatur ex text. *in L.* 1. *L. quo naufragium in princ. L. ult. ff. de incend. ruin. &c.* Ubi habetur facienti naufragium dari actionem in eum, qui naufragiorum bona collegit, & ad sua transtulit. Rationem assignat Julianus *in L. qui levandæ ff. ad L. Rhod. de jact.* & Justinianus *in d.* §. *fin. Instit. de rer. divis.* nempe quia, qui levandæ navis gratia merces projiciunt non eam mentem habent, ut eas pro derelicto arbitrentur; sed ut eas sint recuperaturi, non minus ac si quis onere pressus in viam res abjicerit, statim reversurus cum aliis, ut easdem auferat. Proindeque circa res naufragio amissas, neque inventor, neque fiscus aliquod jus habent Covarr. *in reg. peccatum p.* 3. §. 1. *n.* 5. *in fin.* Et ideo ab occupante res ita omissæ retineri nequeunt *d. L. ult. ff. de incend. ruin. &c.* Et probat disertis verbis Constantinus *in L.* 1. *C. de naufrag. lib.* 11 Si quando inquit, naufragio navis expulsa fuerit ad littus, vel si quando aliquam terram attigerit, ad dominos pertineat; fiscus meus sese non interponat. Quod enim jus habet fiscus in aliena calamitate, ut de re tam luctuosa compendium sectetur; Iniquissimum enim, & absurdissimum est, ut quos nostris opibus sublevare debemus eis diripere reliquias quas ad littus ejectas bona fide restitui oportebat *d. L. nequid ex naufragiis.* Siquidem navigantes, undisque
projecti alia afflictione lædendi non sunt, neque af- 99
flicto debemus afflictionem addere *cap. cum per utio* 7. *quæst.* 1. *cap. mulier* 5. *dist. L. Divus ff. de offic. Præs. L. tam dementis Cod. de Episc. audient. cap. ut si Clerici* §. *fin. de judic.* Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 92. Camill. Borrell. *de præst. Reg. Cath. cap.* 75. *n.* 9. Qua de causa justissima, & optima ratione Legislator noster res naufragii dominis restituendas statuit. Quod idem fecit Federic. *in Constit. de libert. Eccles.* §. *navigia* 9. unde desumpta est *Auth. navigia C. de furt.* Azeved. *in L.* 9. *tit.* 10. *lib.* 7. *Recopil.* Farin. *de furt. q.* 168. *n.* 71.

Propterea que occupantes bona naufragantium tan- 100
quam fures, & latrones puniuntur argum. *text. in L.* 2. & 3. *ff. de incend. ruin. &c. d. Auth. navigia C. de furt.* Menoch. *de arbitr. casu* 297. & *casu* 394. *n.* 99. Treutler. *lib.* 2. *disp. select. disp.* 30. *thesi* 2. & 3. Camill. Borrell. *d. cap.* 75. *n.* 21. Et de jure Canonico excommunicantur ipso facto qui ex naufragiis emolumentum quærunt *cap. excommunicati de raptorib.* Navarr. *in manual. cap.* 17. *n.* 98. 96. 179. & *cap.* 27. *n.* 117. *vers. nona* Cajetan. *de usur. cap.* 1. Andr. Gail. *lib.* 1. *observ* 18. *n.* 3. Sixtin. *d. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 94. Camill. Borrell. *d. cap.* 75. *n.* 22. Ex quibus patet naufragantium bona ad Regalia non pertinere, quamvis Reges Hispaniæ illa sibi usurparunt *gloss. in cap. dispensationes* 1. *q.* 7. Platea *in L.* 1. *C. de nau-*
frag. lib. 11. Franc. Marc. *decis.* 424. *n.* 3. *part.* 2. 101
post alios Camill. Borrell. *d. cap.* 75. *n.* 1. & *seqq.* Qui tradit idem servari in Regno Neapolis, Siciliæ Hispaniæ, ac Angliæ, Aquitaniæ, & Navarræ, Chopin. *de doman. Franc. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 10. Qui etiam in Gallia idem de consuetudine servari testatur. Quod comprobat illud Poëtæ:

Res fisci est ubicumque natat.

Benedict. *in cap. Raynutius verb. uxorem nomine Adalasiam n.* 953. *de testam.* Covarr. *d.* 3. *p.* §. 1. *n.* 5. Sixtin. *d. cap.* 3. *n.* 111. Sed verè juri naturali, & æquitati repugnat hujusmodi naufragiorum

compendia inter Regalia referre. Proindeque consuetudo prædicta ritè à Rege nostro damnatur. Cæpol. *de servit. rustic. cap. de littor. mar. in fin.* Borrel. *d. cap.* 75. *n.* 20.

Porro judex loci, in quo naufragium evenit, inquirere tenetur contra, subripientes bona eorum qui
102 naufragium passi sunt *L. quoties L. submersis C. de naufrag. lib.* 11. Andr. Gail. *d. observ.* 18. *n.* 6. Felin. *in cap.* 2. *n.* 10. *de testib.* Marant. *d. ordin. judic.* 6. *p. verb. & pervenitur aliquando per viam in-*
103 *quisitionis n.* 140. Sixtin. *d. c. p.* 3. *n.* 96. Et nota, judicium naufragii esse summarium, & expediri, absque libello, Ferrat. *de rer. naval. lib.* 8. *n.* 39. Mich. Angel. Gizzj ad Capyc. Latro *observ.* 60. *n.* 6. Et etiam probatur per testes sine citatione partia: ut docuit Bart. *in* L. 2. *n.* 4. *C. de naufrag. lib.* 11. Hyppol. *singul.* 24. *n.* 2. *incipit clarum est.* Andr. Gail. *d. observ.* 18. *n.* 6. *in fin.* Sixtin. *d. cap.* 3. *n.* 97. Camill. Borrell. *d. cap.* 7. *n.* 6. *& seq. & n.* 49. Franc. Vivius *decis.* 1. *n.* 3. Cancer. *lib.* 1. *var. cap.* 14. *n.* 56. Capyc. Latro *decis.* 60. *n.* 3. Cresp. de Valdaur. *observ.* 91. *n.* 66. Quod intellige, quando probatio naufragii fit in loco illius, vel viciniori & intra annum *dist. L.* 2. *C. de naufrag.* D. Christophor. Cresp. *observ.* 94. *n.* 67.

Secundo intellige, nisi pars sit in loco, ubi fit probatio? quia necessario citanda est, Alexand. *in*
104 *addit. ad Bart. in d.* L. 2. sequitur Anton. Corset. *in singular. verbo testis cap.* 18. Capyc. Latro *decis.* 60. *n.* 4. Cresp. ubi supra *n.* 69. Et adverte, quod illud tempus anni, intra quod probatio fieri potest in loco naufragii, absque partis citatione, aliquando extenditur ad biennium, si judex negligens fuerit *L. penult. C. de naufrag.* Quæ sic est intelligenda, ut interpretatur glossa ibi, Farinac. *de testib. q.* 72. *n.* 54. *&* 55. Cresp. *d. n.* 67.

Denique intellige, quæ dicta sunt circa prohibi-
105 tionem acquisitionis rerum, quæ naufragio fuerunt amissæ, ut non habeant locum in bonis infidelium naufragantium: puta Turcarum, Sarracenorum, hæreticorum, & similium, vel hostium, aut pyratarum: ut probat expresse *Ordinat. d. lib.* 2. *tit.* 32. §. 1. Navarr. *in manual. cap.* 17. *n.* 98. *& seqq.* Franc. Marc. *decis.* 424. *in fin.* & aliis laudatis. Camill. Borrell. *d. cap.* 75. *n.* 26. *& seqq.*

106 Quæ autem diximus supra de rebus, quæ levandæ navis causa in mare projiciuntur, ut scilicet, dominus earum dominium non amittat. Quod etiam probatur ex *text. in L.* 2. §. *fin. ff. ad L. Rhod. de jact. L. siquis merces ff. pro derelicto L. interdum* 21. §. 1. *ff. de acquir. possess. L. qua ratione* 9. §. *si ff. de acquir. rer. domin.* Locum non habeant, quando dominus res ejectas à navi pro derelicto habuit: ut probat *text. in L. falsus creditor* §. *si jactum, ff. de furt.* Ubi habetur, quod si res ejectæ fuerint derelinquendi animo, quod plerunque credendum est, fiunt occupantis, Federic. de Senis *cons.* 107. quem sequuntur Paul. de Castr. & Alex. *in L. hoc amplius* §. *de his, ff. de damn. infect.* Natta *cons.* 331. *n.* 1. *vol.* 2. Et hoc absque dubio procedit, quando qui naufragium patitur, voluit, & declaravit habere illa bona pro derelictis, Camill. Borrell. *d. cap.* 75. *n.* 23. Si verò dubium est, An res fuerint habitæ pro derelictia,
107 vel non; tunc inter se pugnare videntur *text. in d. L. qui levandæ cum similib.* ubi habetur regulariter merces ita projectas non censeri in dubio habitas pro derelicto, cum *L. falsus* 44. § *si jactum de furt.* ibi: *Et siquidem derelinquendi animo jactavit, quod plerunque credendum est, cum sciat periturum, qui invenit, suum fecit.* Ex quo textu bene probatur in dubio præsumi res fuisse projectas animo derelinquendi, propter illud verbum plerunque, quod idem est, ac si diceret per viam regulæ, quasi semper; vel semper: ut notant eleganter Thusc. *lit. P. conclus.* 332. *n.* 2. Calepin. *in Diction. verb. plerunque.* Pro quorum jurium explicatione dicendum est faciendam esse differentiam secundum occurrentes casus & conjecturas, ex quibus declarari potest jactantis voluntas: si enim res jactentur de navi in naufragio, quod accidit propè littus, non censentur res habitæ pro derelicto; quia præsumitur dominus ea mente res ejicere, ut ad littus perventas possit postea recuperare. In quibus terminis procedit *text. in L. qui levanda cum similib.* Si verò naufragium eveniat in medio maris, & longè à littore res jactentur, ita ut à communiter non possit ad littus pervenire, censebitur dominus eas pro derelicto habuisse: quod idem dicendum erit, si domini voluntas, & animus colligi potuerit ex modo, quo jactatur: puta, si librum apertum jactaverit. Et tunc procedet *text. in L. falsus* §. *si jactum:* ut benè tradit Aretin. *in L. interdum* 21. §. 1. *n.* 7. *ff. de acquir. possess. gloss. verb. plerunque ind.* §. *si jactum.* Menoch. *lib.* 1. *præsumpt.* 30. *n.* 26. Farin. *de furt. q.* 168. *n.* 84. Camill. Borrell. *d. cap.* 75. *n.* 40. *vers. quarta declaratio.* Ubi habet, quod si quia bona projecisset, habiturus pro derelictis, & aliusse aquis traderet ut ab undis illa eriperet, sine dubio bona occupantis erunt, si dominus non sperabat aliunde illa habere. Et hic intellectus bene colligitur ex verbis *text. in d.* §. *si jactum*, ibi: *Cum sciat periturum.* Qui intellectus communiter approbatur rejecto Conano, qui putabat loco illius dictionis *plerumque* legendum esse *interdum.* Prout etiam rejiciendum est Gilchen. *in* §. *fin. num.* 6. *&* 7. *Instit. de rer. divis.* qui putat *text. in d. qui levandæ cum similib.* fuisse emendatum per *text. in d.* §. *si jactum.*

Ex dictis insurgit quæstio An res habita pro de-
relicto, quia, scilicet, dominus à se eam abjecit, 108
ea mente, ut nolit amplius esse dominus, quæratur statim occupanti; In qua Ulpian. *in* L. 1. *ff. pro derelicto*, affirmativè respondit, quod res pro derelicto habita statim nostra desinit esse, & occupantis fit. Idem probat Paul. *in L.* 2. *eod. tit.* §. *hoc amplius vers. pro derelicto Instit. de rer. divis. L. quod servus* 36. *ff. de stipul. servor. d. L. falsus creditor.* §. *si jactum L. quemadmodum* §. *Julianus, ff. de noxalib.* notant Conan. *lib.* 3. *comment. cap.* 3. *à num.* 3. Cujac. *lib.* 4. *observ. cap.* 8. Gregor. Lopez *in L.* 49. *tit.* 28. *partit.* 3. Sarmiento *selectar. lib.* 6. *cap.* 9. Farin. *de furt. q.* 168. *à num.* 84. Balduin. & Gilchen. *in d.* §. *hoc amplius num.* 7. *&* 8. ubi Pichard. *num. fin.* Donellus *de jure Civil. lib.* 4. *cap.* 13. *& lib.* 5. *cap.* 14. Bened. Pinel. *select. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 1. Fuit tamen inter Juris Consultos controversia, An bona habita pro derelicto statim desinerent esse domini, & vacuum manere dominium, vel esset necesse, quod ab alio occuparetur. Prævaluit tamen Juliani sententia docentis, quod statim dominus amittit dominium, ita ut non esset necessaria alterius occupatio: ut probat *text. in d. L.* 2. *ff. pro derelicto.*

Sed contra Juliani sententiam obstat primò *text.* 109
in L. nec utilem. 20. *ff. ex quibus caus. majores*, ibi: *Neque enim intelligitur amissum, quod ablatum alteri non est.* Ubi Papinianus insinuare videtur, quod dominium non potest amitti, nisi alteri quæratur. Deinde obstat *text. in L. siquis vi differentia ff. de acquir. possess.* Ubi Ulpianus ait dominium nihilominus ejus manere, qui dominus esse non vult: quamvis ita non sit in possessione. Tertiò tandem obstat, quod res projectæ è navi in mare è naufragio censentur habitæ pro derelicto juxta *text. in d. L. falsus* 44. §. *si actum ff. de furt.* & tamen non conceduntur primò occupanti; immo furtum in eis committitur. *d. L. qua ratione* 9. §. *fin. ff. de*

acquir.

acquir. rer. domin. §. *fin. Institut. de rer. divis.*

110 Quibus tamen non moventibus verissima est nostra resolutio. Et pro responsione primi argumenti discutienda est quæstio, An dominium amittatur absque eo, quod alteri quæratur, sicut possessio. In qua communis opinio habet dominium non amitti, si ab alio non occupetur. Pro qua facit *text. in d. L. nec utilem ff. ex quib. caus. majores.* Secundò facit *text. in L. cum quis* 28. §. *si debitorem ff. de solution. L. si ego* 25. *ff. de negoc. gest. L. vir uxori* 39. *vers. sed si promissor, ff. de donat. inter. juncta gloss.* ibi, verbo *vindicare L. cum fundum ff. de vi & armata.* Confirmatur, quia dominium non potest esse in pendenti sine persona, in qua consistat *L. denique, L. nec utilem, ff. ex quib. causa majores, L. si ex duobus* §. *sed & Marcellus ff. de in diem addict. gloss. in dictis jurib.* & Bart. *in d. L. si ego* ubi Paul. *num.* 6. Bald. *in L.* 2. *& penult. C. qui bonis cedere possunt.* Bened. de Plumbin. *in L. qui deportantur num.* 38. *C. de hæredib. instit.* Cujacius ad Julian. *lib.* 54. *Digest. in L. qui hominem* §. *si debitorem ff. de solution.* Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 9. *&* 10. *& lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 6. Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 35. Fusar. *de substit. q.* 318. *n.* 66. Salgad. *in labyr. n. b.* 1. *p. cap.* 14. *n.* 44.

111 Attamen contrarium probatur *in d. L.* 2. *ff. pro derelicto*, facit *text. in d. L. qui hominem* §. *si debitorem.* Ubi debitor solvens jussu meo, liberatur, & amittit dominium pecuniæ quod nec creditori, nec accipienti quæritur. Deinde confirmatur ex reg. *text. in L.* 1. *& toto tit. C. de bon. vacantib. lib.* 10. Ubi probatur dominium rerum posse esse vacuum, quamvis alteri non quæratur. Quo circa Accurs. *in d. L. nec utilem*, tradit veriorem esse sententiam, quod dominium non amittatur, nisi alteri quæsitum sit limitari tamen casu, quo res habita sit pro derelicta; quia tunc amittitur dominium absque eo, quod alteri quæratur. Sed verius est distinguere an scilicet repugnet, sit contra naturam dominii, quod amittatur casu, quod alteri non acquiritur: vel an ille qui voluit transferre dominium in Titium illud amittat è casu, quo Titius ex aliqua ratione vel repugnantia juris tale dominium acquirere non potuit in primo casu dicendum est non esse contra naturam dominii, quod amittatur, & sit vacuum donec alteri quæratur, si dominus illud amittere semper intendat. Quibus in terminis procedit *text. in d. L.* 2. *ff. pro derelicto* §. *hoc amplius Instit. de rer. divis.* Neque contra hanc resolutionem obstat *text. in d. L. nec utilem*, cujus sensus diversus est. Et pro illius intellectu advertere oportet ex edicto illius *tit. ff. ex quib. caus. majores*, succurri majoribus viginti quinque annorum ex aliquibus causis: inter quas præcipua est, si major fuerit captus ab hostibus juxta *text. in L. item* 14. *ab hostibus* 15. *ff. ex quib. caus. majores.* Cum igitur bonæ fidei possessor, & emptor, qui adhuc non impleverat usucapionem, captus fuisset ab hostibus, deinde postliminio reversus fuisset, quæsitum fuit. An ratione postliminii censeretur usu cepisse; siquidem fingitur in civitate fuisse; Vel ei alium remedium competeret? Et quoad usucapionem respondet Papinianus *in L. denique* 19. *eod. tit.* ei non competere, quia ad usucapionem necessaria erat possessio, sine qua præscriptio non procedit *cap. fine possessione de reg. juris in L.* 3. *ff. de usucapion.* Mascard. *conclus.* 24. *n.* 23. *& conclus.* 946. *n.* 8. Honded. *cons.* 79. *n.* 47. *lib.* 1. & aliis relatis Larrea *alleg.* 16. *n.* 1. Cum autem possessio habeat plurimum facti, non extenditur fictio Legis Corneliæ ad possessionem nec ipsa lex in possessione aliquid fingere voluit, neque potuit *d. L. denique ff. ex quib. caus. majores*, Melchior de Va- lent. *illustr. lib.* 1. *tract.* 3. *cap.* 11. ad L. *si is, qui pro emptore ff. de usucapion. n.* 15. Alciat. *lib.* 5. *paradoxor. cap.* 25. Anton. Augustin. *lib.* 1. *emendation. cap.* 7. Covarr. *in reg. possessor.* 2. *p.* §. 1. Conanus *lib.* 3. *comment. cap.* 14. Et sic captus ab hostibus ex edicto majorem non restituitur ad usucapionem ex defectu possessionis, quam fuisse amissam lex Cornelia fatetur. Et cum ei usucapio non concedatur *in d. L. denique.* Quæsitum fuit *in d. L. nec utilem*, quæ subsequitur, An saltem ei competeret actio utilis ad petendam rem tanquam usucaptam quamvis à parte rei usucapta non esset, ad instar Publicianæ actionis, de qua *in tit. ff. de Public. in rem action. & in* §. *namque si Instit. de actionib.* Ratio dubitandi in eo posita erat, quia captus ab hostibus non solùm restituitur ex edicto illius tituli contra damnum passum, sed etiam ad lucrum amissum *L. & sive* 27. *L. si quis stipulatus* 43. *ff. ex quib. caus. majores.* Qua ratione non obstante decidit Papinianus *in d. L. nec utilem*, non esse concedendam utilem actionem, quoniam quamvis captus, vel absens restituatur ad lucrum; hoc tamen procedit, quando lucrum sine damno, & præjudicio tertii potest obvenire *L. sciendum* 18. *ff. ex quib. caus. majores.* Cum igitur in ter- 112
minis *text. in d. L. nec utilem*, restitutio ad lucrum dari non posse sine damno illius, cujus erat res de cujus usucapione agebatur, merito denegata fuit. Quod voluit Papinianus ibi: dum dicit esse iniquissimum auferre domino, quod usus non abstulit: hoc est auferre per actionem utilem dominium, quod per usucapionem interruptam captivitate ablatum non fuit. Et addit Papinianus: *Neque enim intelligitur amissum, quod ablatum alteri non est.* Et idem est, ac si dixisset per usucapionem non tolli dominium, nisi quando usucapienti adquiritur virtute usucapionis juxta *text. in L.* 1. *ff. de usucapion.* Et hic est verus illius textus intellectus secundum Cujac. *lib.* 13. *qq. Papinian. in d. L. nec utilem*, Padill. *in rubr. de hæredib. instit. n.* 76. Tiraq. *in tract. cessante causa p.* 1. *n.* 110. Anton. Faber. *in rational. ad lib.* 4. *Digest. tit.* 25. *in d. L. nec utilem.* Ac proinde nostræ resolutioni non obstat *text. in d. L. nec utilem* qui in casu diverso procedit.

In secundo verò casu dicendum est, quod siquis 113
dominium rei suæ in alium transferre intendat, & translatio ex aliquo casu impediatur, dominium amissum non censetur, sed remanet apud pristinum dominum, qui videtur illud nunquam amittere voluisse, nisi casu, quo alteri acquiratur *d. L. nec utilem L. cum quis* §. 1. *ff. de solution* Anton. Gomez *in L.* 45. *Taur. n.* 24. Giurb. *decis.* 63. *n.* 4. Aug. Barbos. *de jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. §. 3. *à n.* 40. Salgad. *in labyr. n.* 1. *p cap.* 14. *n.* 45.

Ex qua resolutione infertur interpretatio ad *text. in L. si ego* 24. *ff. de negot. gest.* ubi debitor solvens 114
procuratori creditoris non liberatur, neque ipse debitor pecuniæ dominium amittit: quia per procuratorem creditori quæsitum non fuit. Quod ex ratione procedit, quoniam licet debitor ea mente pecuniam daret, ut creditoris fieret; tamen dominium creditori quæsitum non fuit: & sic remansit penea debitorem. Tota dubitatio versatur in eo, scilicèt, cur per procuratorem creditori dominium quæsitum non fuerit. Est enim in jure certum, quod per procuratorem acquiritur dominium constituenti *L. si procurator* 13. *L. per servum* §. *fin. ff. de acquir. rer. domin. L. vero procuratori* 12. *ff. de solution. L. qui mihi donatum* 13. *ff. de donat.* Pro solutione hujus difficultatis respondetur textum *in d. L. procur.* cum similibus procedere in procuratore habente sufficiens mandatum ad acquirendum; *textum verò in dict. L. si ego*, non loqui de sufficiente procuratore; sed de negotiorum gestore; ut insinuat tex-

textus ibi: In accipiendo creditoris dumtaxat negotium gessit. Et ideo intelligi debet de negotiorum gestore. De quo agitur in dicto titulo *gloss. in cap. 1. & in cap. si super gratia de offic. deleg. in 6.* Everard. *in topic. in loco à rubro.* Cabed. *1. p. decis. 33. n. 2.* Salgad. *de potest. 2. p. c. 13. n. 150.* Atqui negotiorum gestor etiam dicitur procurator per ea, quæ notantur *in L. Plaucius 61. ff. de procuratorib.* Unde nil mirum, si non acquiratur creditori dominium per negotiorum gestorem, nisi postea creditor ratum habeat, quia tunc censetur, quod negotiorum gestor à principio mandatum habuit juxta *text. in d. L. si ego, & in L. vero procuratori ff. de solution.* Ita Accurs. *in d. L. si ego verb. procuratori*, Cujac. *lib. 14. qq. Pauli ad illum text.* ubi etiam Bart. Odofred. & Paulus.

115 Sed est notandum: quod si tradens rem vero procuratori voluit eam transferre in constituentem, censebitur translata, res in eum, quamvis ipse procurator accipiat animo sibi acquirendi, vel alteri. Probat *text. in L. qui mibi donatum 13. ff. de donation. & in L. si procurator. ff. de acquirend. rer. domin. L. communis 42. §. 1. ff. de acquir. possess.* Cæterum contra proximam resolutionem obstat *text. in L. res ex mandato 59. ff. de acquir. rer. domin. L. 2. C. de his, qui à non domino L. 1. §. per procuratorem ff. de acquir. possess.* Sed respondetur distinguendo inter casum, quo verus, & sufficiens procurator erat, cui dominus rem tradidit animo, ut constituenti acquireretur, & inter casum, quo rem tradens non fuit eo animo, ut constituenti acquireretur, sed ipsi procuratori tradidit, qui rem simpliciter accepit. Nam primo casu etiamsi procurator habeat animum acquirendi sibi, vel alii semper constituenti acquiritur. Et ità procedit *text. in L. qui mibi donatum, ff. de donat. textus in d. L. si procurator cum similib.* B. *penult. in princ. ff. de acquir. rer. domin.* Eo namque casu procurator habetur, tanquam quidam minister, & instrumentum acquisitionis non respectu ipsius acquisitionis principaliter, sed respectu traditionis juxta *text. in L. quod meo 18. ff. de acquir. possess.* At vero in secundo casu si procurator accipit rem simpliciter, dominium non acquiritur constituenti, nisi procurator postea ei rem tradat. Quibus in terminis procedit *text. in L. res ex mandato ff. de acquir. rer. domin. text. in L. 2. C. siquis à non domino.* Ubi procurator ad rem emendam eam emit nomine proprio,

116 & accepit à venditore: Ideoque sibi eam quæsivit, non constituenti, cui actio mandati conceditur contra procuratorem. Ita glossa communiter recepta *in d. L. qui mibi donatum*, ubi Bart. & Paulus, Odofred. *in L. si procurator de acquir. rer. domin.* Conan. *lib. 3. comment. cap. 7.* Anton. Faber. *de errorib. pragmat. decad. 47. error. 3. n. 9.* Noguerol, qui bene loquitur *alleg. 20. à n. 33.* Valenz. *cons. 56. n. 43.* Et ita judicavit Senatus me referente die vigesima septima Novembris anni 1663. *in lite Petri Ribeiro cum Ludovicia de Carvalho. Scriba Francisco de Britto.*

117 Quod quidem procedit, quamvis emptor ex aliena pecunia pretium solvisset; quia rei emptæ dominium sibi acquirit *L. 1. & penult. C. si quis alteri, vel sibi L. quamvis ex pecunia 17. C. de pignorib. L. etsi de tua 9. C. de donat. inter virum L. si depositi 3. Cod. depositi. L. si ea pecunia C. de rei vindic.* Anton. Gomez *in L. 80. Tauri num. 36.* Petr. Barbos. *in L. qua dotis num. 38. ff. de solut. matrim.* Mascard. *conclus. 610. à num. 1.* Cald. Pereir. *de empt. cap. 20. num. 13. & cap. 7. n. 7.* Larrea *decis. 92. n. 1.* August. Barbos. *in collect. ad L. si patruus 4. C. commun. utriusque judic. num. fin.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 3. n. 35.* Escob. *de ratiocin. cap. 14. n. 35.* Fontan. *de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. p. 13. n. 27.* Noguerol. *alleg. 14. n. 81. & alleg. 20. n. 106.* Hermos. *in L. 49. tit. 5. partit. 5. gloss. 1. n. 1.* Cancer. *lib. 1. cap. 9. n. 7.* Hieron. Leo *decis. 43. n. 1. controv. 36. n. 3.*

Præterea si procurator sufficiens non fuerit, sed 118 revocatus, & debitor revocationis ignorans procuratori solvit, qui sibi acquirendi animum habebat, rectè liberabitur ex *text. in L. vero procuratori 12. §. 1. ff. de solution. L. si non sortem. §. qui filio familias ff. de condict. indebit. L. si fidejussor §. si cum debitor ff. mandati L. dispensatorem L. filiæ ff. de solut.* Surd. *decis. 60. n. 1. & decis. 187. n. 5. & decis. 229. num. 1.* Cassanat. *cons. 9. num. 31.* Olea *de cession. jur. tit. 1. q. 1. num. 26.* Salgad. *in labyr. 1. p. cap. 47. n. 108 & seqq.* Ipse verò procurator debitori actione furti tenetur, quam si debitor creditori cessérit, liberabitur *L. cum quis 38. §. 14. de solution.* Etsi falsus fuerit procurator, debitorque ei solvat animo, ut creditori acquiratur, furtum committit *text. in l. falsus creditor §. 5. ff. de furt.* non tamen liberatur debitor; quia solutio facta alii, quam creditori liberat debitorem *L. 1. §. ante omnia ff. de pact. L.* 119 *2. ubi gloss. ff. ut legator. nom. caveatur. L. filiæ ff. de solution. L. ejus, qui in princ.* ubi Bart. & alii *ff. si certum petatur L. qui alienam §. quanquam ff. de negot. gest.* Socin. Jun. *cons. 106. num. 33. vol. 3.* Surd. *decis. 60. nn. 1. & decis. 229. num. 1.* Afflict. *decis. 130. num. 19. & 20.* Capyc. Latro *decis. 59. num. 39.* Attamen debitor solvens ex instrumento examinato, & approbato à Principis officiali, liberatur, quamvis instrumentum sit falsum, Decius *cons. 15. n. 1. ad med.* Larrea *alleg. 22. n. 58. & seqq.* Et faciunt quæ in simili, Cassanat. *cons. 9. à n. 31. & 33.*

Ex resolutis supra circa secundùm casum nostræ quæstionis descendit verus intellectus ad *text. in d. L. cum quis §. 1. ff. de solution.* Ubi ea ratione debitor 120 solvens non amittit dominium pecuniæ, quia illam tradidit eo animo, ut dominium transferret in creditorem. Quod cùm impediretur ex causis de quibus in textu; merito apud debitorem remansit. Et eodem modo intelligitur *text. in L. vir uxori 39. vers. sed si promissor ff. de donat. inter.* Ubi ex eo solvens non amittit dominium pecuniæ, quia mulieri in quam illud transferre volebat, quæsitum non fuit: ut notat ibi Accurs. *verb. vindicare*, Anton. Gomez *in L. 45. Tauri num. 21.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 3. gloss. 1. n. 33.*

Obstat tamen contra supra positam resolutionem *textus in L. qui hominem 3. §. si debitorem ff. de solution.* in cujus specie debitor solvens habuit animum transferendi dominium in creditorem: Quod tamen 121 ei quæsitum non fuit, ut clarè apparet ex textu, siquidem necessaria fuit nova traditio: illius, qui accepit.

Nihilominus tamen decidit Julianus debitorem liberari, ac per consequens dominium pecuniæ amisisse. Cujus difficultatis occasione variè textus à Doctoribus intelligitur, & ibi putat Bartolus debitorem non amisisse dominium, sed convincitur ejus opinio ex eodem textu, dum ibi dicitur, quod debitor solutione facta liberatur. Unde bene deprehenditur amisisse pecuniæ dominium. Et confirmatur ex eo, quod textus dixit creditori dominium acquiri, si accipiens postea pecuniam illi tradit. Cùm igitur sine novo facto debitoris creditori dominium quæratur, jam certum est illud debitorem amisisse. Quapropter pro vero illius textus intellectu dicendum est principalem debitoris intentionem in terminis illius textus fuisse liberare, & pecuniam tradere de mandato creditoris, ut vel mandatario acquireretur. Atque ita cum in illa specie concurrat voluntas tradentis, & creditoris volentis donare in accipientis favorem, dominium pecuniæ in

in accipientem fuit translatum: ut probat Cujac. *ad Julian. lib. 54. Digest. ad illum textum.* Et intellectus manifestè comprobatur ex eodem textu dum dicit, quod si accipiens pecuniam postea creditori tradat, dominium in eum transfert: Et ideo necessario supponit, quod ipse tradens dominus erat, & tanquam talis dominium transferre potuit per traditionem L. *traditio* 20. *ff. de acquir. rer. domin.* §. *per traditionem Instit. de rer. divis.*

Quæ supra resolvimus circa dominium, non ita se habent respectu possessionis; nam si quis possessio-
122 nem tradat, ut alteri acquiratur, quamvis illis quæsita non sit; tamen possessionem tradens, eam omninò amittit *L.* 1. §. *si vir*, & §. *per procuratorem L. quod meo* 18. §. 1. *ff. de acquir. poss.* Ex ea ratione quia cum animus sit lapis angularis ad acquirendam, vel amittendam possessionem, Mierez *de Majorat.* 1. *p. q.* 49. *n.* 6. quamvis solo corpore non acquiratur; tamen solo animo amittitur *L.* 3. §. *saltus*, & §. *in amittenda L. clam possidere* 6. §. *qui ad nundinas L. qui universas* 30. §. *qui per colonum ff. de acquir. possess.* L. *cum unus* §. *fin. ff. de bon. auth. judic. possid. cap. super hoc de renuntiat.* August. Barbos *voto* 42. *n.* 14. Ludovic. Post. *de manuten. observ.* 57. *n.* 50. & *dec.* 233. *n.* 12. Mafescot. *lib.* 2. *var. cap.* 64. *n.* 8. Melchior de Valent. *illustr. lib.* 1. *tract.* 2. *cap.* 3. *n.* 12. Planè dominium à possessione differt *L. etiam invitis* 36. *ff. de acquir. rer. domin. L. servus* 62. *ff. de verbor. obligat.* Valent. *illustr. lib.* 1. *tract.* 3. *cap.* 4. *n.* 1. Atque ideo cum dominium sit res gravior, & quæ magis præponderat, quàm possessio; siquidem per possessionem dominium acquiritur *L.* 3. *ff. de usucapion.* §. *ex his Instit. per quas personas*; aliter de possessione, aliter de dominio statutum fuit.

Verum adversus prædictam resolutionem obstat
123 difficilis *text. in* L. *si me in vacuam* 34. *ff. de acquir. possess. L. cum fundum ff. de vi, & vi armata.* Ubi habetur; quod si quis velit transferre possessionem in aliquem, & aliqua causa translatio impediatur, adhuc remanet possessio penes volentem transmittere, quia eam non amisit. Et idem probatur ex ratione *text. in* L. *voluntate ff. quib. mod. pign.* Qua difficultate oppressi Doctores circa concordiam horum jurium valdè cruciantur. Et Accurs. *in d. L. si me in vacuam verb. non amittet*, quatuor refert intellectus. Item Bart. *ibi, & in d. L. quod meo* §. 1. ubi Aretin. à *n.* 3. Conan. *lib.* 3. *comment. c.* 8. *num. fin.* & Anton. Gomez *in* L. 45. *Tauri n.* 24. varie se habent, & alios intellectus adducunt. Qui aut omissis facienda est differentia inter illum qui tradit possessionem rei præsentis, & eum qui actualiter non tradidit rem præsentem, sed jussit, ut aliquis acciperet possessionem. In primo casu licet possessio non acquiratur illi, cui traditur, tamen tradens eam amittit, & procedit *text. in* L. *quod meo* §. 1. *cum simil. ff. de acquir. possess.* In secundo autem casu, si possessio non acquiratur ei, qui jussus fuit eam accipere, ipse, qui tradere voluit, eam non amittit: & procedit *text. in* L. *si me in vacuam cum simil.* Ratio differentiæ illa est, quia tradens actualiter rem præsentem, quantum in se est, dimittit possessionem à se: & ideo licèt translatio impediatur, ja possessionem, amittit. At verò quando quis non tradit rem præsentem, & jubet aliquem in eam ire, non tradit actualem possessionem, nec eam dimittit, nisi sub conditione, & eo animo, ut possessor sit donec alius possessionem ingrediatur, quare si non ingressus fuerit, adhuc possessio remanet penes primum possessorem, qui quodammodo sub conditione de possessione recessit: ut ait Consult. *in d.* L. *si me in vacuam in fine princ.* Ita Roman. *in d. L. si me in vacuam*, & post Bart. prosequitur Petr. Barbos. *in L. si alienam* à *n.* 106. *ff. de solut. matrim.*

Sic videmus, quod possessio sub conditione tradi potest, sed non acquiritur accipienti, nisi conditio extiterit *L. qui absenti* 30. *ff. de acquir. possess. C. Cumana de elect.* Peregrin. *de fideicom. art.* 47. *n.* 29. Marta *de clausul.* 1. *p. claus.* 142. & *p.* 4. *claus.* 8. Valasc. *consult.* 55. *n.* 4. Cancer. *lib.* 1. *var. cap.* 9. *n.* 195. & *seqq.* nisi conditio apposita sit in traditione possessionis, veluti si de jure debetur, vel salvo jure cujuslibet alterius, & non alias: quia hæc conditio tanquam inhærens actui non suspendit acquisitionem possessionis, quamvis in eventu possit resolvi, Cancer. *resol.* 1. *n.* 62. *in fin. lib.* 1.

CAPUT XIV.

De bonis vacantibus.

Ad Ordin. lib. 2. tit. 20. §. 17.

SUMMARIUM.

1 *Bona vacantia pertinent ad Principem, & ad jura Regalia.*

2 *Bona vacantia sunt eorum, qui decedentes ab intestato carent legitimo hærede; vel alio, qui de jure succedere possit.*

3 *Fiscus ex lege Julia caducaria succedit in bonis vacantibus.*

4 *Non solùm dicuntur bona vacantia eorum, qui sine hærede decedunt: sed etiam omnia, quæ vacantia sunt, & dominum non habent: & hæc pertinent ad fiscum.*

5 *Feræ bestiæ, & volucres, quæ in nullius bonis sunt & bona habita pro derelictis ad Principem pertinere videntur.*

Missilia sunt pecunia, vel alia res æstimationis, quas Principes, Consules, vel Senatores solebant in vulgus spargere in ostentationem lætitiæ, & gaudii. Ib.

6 *Missilia acquiruntur primo occupanti.*

7 *Quæritur: Utrum missilia pertineant ad primum occupantem, tanquam bona vacua jure occupationis, vel jure translationis factæ per spargentem, ita ut nullo tempore spargens dominium amitteret, antequam alteri quæreretur? Et referuntur opiniones, fundaturque sententia tenens occupanti acquiri jure translationis: ita ut nullo tempore vacua censerentur.*

8 *Incertitudo personæ vitiat dispositionem.*

9 *Fundatur contraria opinio, quæ habet spargentem illico amittere dominium, & missibilia tanquam vacua acquiri occupanti.*

10 *Respondetur adductis in contrarium, & n.* 11.

12 *Bona hæreditatis jacentis an sint vacantia? Discutitur.*

Vivens de bonis suis disponere non poterat in tempus mortis inhabile. Ibid.

13 *Utilitatis causa, & ita exigente rerum usu constitutum fuit liberum voluntatis arbitrium cuilibet concedere ut bona sua aliis possit relinquere quod per fictionem inductum, ut bona intelligerentur esse in proprio dominio continuato per hæreditatem, quæ personam fictam repræsentat.*

14 *Persona ficta hæreditatis jacentis continet omnia jura defuncti, & in eis succedit, ac habetur pro domina.*

15 *Hæreditas adita desiit esse hæreditas, & efficitur patrimonium ipsius hæredis.*

16 *Fictio hæreditatis jacentis post ipsam aditam superflua dicitur, & hæres ab instanti mortis defuncti successisse intelligitur.*

17 *Servus hareditarius rectè potest hares institui quia accipit capacitatem à domino : & acquirit hareditati, & futuro haredi.*

18 *Servus hareditarius non potest adire quia aditio factum hominis requirit.*

Servus hareditarius non potest stipulari usumfructum. Ibid.

19 *Furtum non fit hareditatis jacentis : sed surripiens reus est criminis expilata hareditatis.*

20 *Possessionis ad acquisitionem requiritur corpus & animus.*

Hareditas jacens non potest incipere possidere : neque prascriptionem inchoare. Ibid.

21 *Possessio non acquiritur sine aliquo actu corporeo vero, vel ficto.*

22 *Hareditas prascriptionem, seu usucapionem captam à defuncto, potest adimplere.*

23 *Res communes, vel quæ aliquo modo ad alium pertinent, etiam jure occupationis non continentur in bonis vacantibus, qua ad Principem pertinent.*

Bona vacantia propriè dicuntur eorum, qui decesserunt sine harede, & illa, quæ à nemine sunt acquisita, & certum dominum non habent, & hac inter Regalia connumerantur. Ibid.

1 BOna vacantia inter jura Regalia connumerantur, & pertinent ad Principem per *text. in cap. unic. tit. qua sint Regalia, Ordin. lib.*2. *tit.*26. §. 37. Sixtin. *de Regal. lib.*2. *cap.*9. *n.* 3. Bossius *tit. de bon. vacant. n.* 1. Rosentald. *de feud. cap* 5. *conclus.* 52. *n.* 1. & 3. Alfaro *de offic. fiscal. gloss.* 20. *n.*6. *ad fin.* Castill. *de tert. cap.* 41. *n.*150. Amaya in L. 1. *C. de bon. vacant. lib.* 10. *n.* 3. Camill. Borrell. *de prast. Reg. Cath. cap.* 14. *n.* 1. Horatius Montan. *de Regalib. verb. bona vacantia fol.* 83. Cabed. 2. *p. decis.* 51. *n.* 1. Peregrin. *de jure fisc. lib.*4. *tit.*3. Molin. *disp.* 164. Mastrill. *de Magistr. lib.*3 *cap.*10. *n.*361. Henning. Arnisæus *de jurib. Majest. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 18. Cujus resolutionis rationem reddit Cassiodor. *lib.* 6. *epist.* 8. Fajard. multum post hæc scripta visus *alleg. fiscalis* 45. *n.* 3.

2 Sunt autem bona vacantia eorum qui decedentes ab intestato carent legitimo hærede, descendentibus scilicet, ascendentibus, & collateralibus consanguineis, vel alio qui de jure possit succedere, vel ad bona aliquod jus habere : ut probatur ex *text. in L.* 1. & 4. *C. de bon. vacant. lib.*10. L *penult. C. de Præposit. sacr. cubic. eod. lib.*10. *L.* 1. *ff. de jur. fisc. L. filius familias* 114. *ff. de legat.* 1. L. 2. §. *fin. ff. ad . . Tertyl.* Peregrin. *de jur. fisc. lib.*4. *tit.*3. à *n.* 2. Cujac. *in d.* L. 1. *C. de bon. vacant.* ubi Valenz. & Amaya *n.* 1. Alfaro. *d. gloss.*20. §.9. *n.*111. Pichard. *ad tit. de acquir. hæred. cap.* 5. *n.* 1. & *seqq.* Mastrill. *d. cap.* 10. *n.* 365. Camill. Borrell. *d. cap.* 14. *n.* 2. Sixtin. *d. cap* 1. *n.* 1. *seqq.* Arnisæus *d. cap.* 6. *n.* 18. Horat. Montan. *d. verb. bona vacantia n.* 1. & 5. Fa-
3 jard. *alleg. fiscal.* 43. *n.* 11. Quibus in bonis succedit fiscus ex Lege Julia Caducaria, ut notat Ulpian. *in fragment. tit.* 28. *vers. intestati :* cujus meminit Julianus *in L. quidam* 96. §. *quoties ff. de legat* 1. Et probatur ex *text. in* L. *si hæredem* 10. *C. de inoffic. testam.* L. *fin.* §. *si quis in furore*, *C. de curat. furios. L. recusare* 6. §. *sed si fisco*, *ff. ad Trebell. L.* 1. *in princ. ff. de success. edict.* L 4. §. *adem ff. de fideicommiss libert.* Nam, ut ait Cassiodor. *d. lib.* 6. *epist.* 8. *Principis persona post omnes debet esse, neque optare solet acquirere, dummodo sint, qui relicta debeant possidere.*

4 Verum non tantum bona vacantia ejus, qui sine hærede decessit, ad fiscum pertinere dicendum videtur ; sed etiam omnia alia, quæ vacantia sunt, & dominum non habent ex *textu in L.* 1. §. *Divus Pius ff. de jure fisc.* ibi : *Vacantium bonorum nuntiationem cap unic. quæ sint Regalia ; Ordinat. d. lib.* 2. *tit.*26. §.17. ibi : *Et todos os bens vagos, a que naon he achado senhor certo.* Quæ jura simpliciter bona vacantia ad Regalia pertinere probant : & sic de omnibus vacantibus intelligenda sunt quoquo modo vacantia sint. Lex enim generaliter loquens generaliter est intelligenda, Jason *in L. triticum n.* 6. *ff. de verb. obligation.* Osasch. *dec. Pedemont.* 30. *n.* 18. Giurb. *ad consuetud. Messan. c.* 1. *gloss.* 2. *n.* 8. & 9.

Unde ad Principem pertinere dicendum est feras, 5
bestias, & volucres, quæ in nullius bonis sunt, ut diximus supra *cap.* 9. *de venatione, & piscatione, n.* 9. Deinde bona habita pro derelictis, de quibus diximus *cap.*13. à *n.*106. Tertiò idem judicandum videtur de missilibus. Sunt autem missilia, pecunia, vel aliæ res æstimationis, quas Principes, Consules, vel Senatores solebant in vulgus spargere, quasi in ostentationem lætitiæ, & gaudii. Quod fieri solebat in die Coronationis, creationis, vel alicujus triumphi. Et nos fieri vidimus in die, quo Regi nostro Alphonso nuntiata fuit victoria parta à Nostris contra Castellanos. Et idem observari in erectione Pontificis tradit *gloss. in* § *hoc amplius instit. de rer. divis.* Quæ projectio missilium, licèt aliquando prohibita fuisset Consulibus propter nimiam prodigalitatem L. 2. *Cod. de Consulib. lib.* 12. postea illis fuit permissa, dum tamen non possent aurum spargere ; quia soli Principi reservabatur *Auth. de Consulib. collat.*8. ubi eleganter Cujac. Bullenger. *de Imper. lib.*1. *cap.*19. Qua ratione aureorum missilia imbres vocat Statius *lib.*1. *Sylvar.* Marant. *de ordin. judic.* 1. *p.* 2. *princ.* à *n.* 6. Molin. *de just. & jure disp.* 54. Baldnin. *in d.* §. *hoc amplius*, Azor. *instit. moral.* 3. *p. lib.* 1. *c.*13. *vers. tertii generis*, Gregor. Lopez *in* L. 48. *tit.* 28.
partit. 3. quia Principem liberalitatem exercere de- 6
cebat : ut diximus 1. *p. cap.* 1. *n.* 5. Hæc autem missilia jure dominii primo occupanti acquiruntur *d.* §. *hoc amplius* L. *qua ratione* 9. §. *hoc amplius ff. de acquir. rer. domin.* L. *si id quod ff. pro derelict.* L. 2. *C. de spectacul. in C. Theod.*

An autem hæc bona missilia pertineant primo oc- 7
cupanti tanquam bona vacua jure occupationis, vel jure traditionis, & translationis factæ per spargentem missilia, ita ut nullo tempore vacua censerentur, nec spargens dominium amitteret, antequam alteri quæreretur ? Quæstionis est. In qua Accurs. *in d.* L. *si id quod*, §. *id quod*, putat illa bona occupanti acquiri jure translationis ; ita ut nullo tempore vacua censeantur : quamvis enim incertitudo personæ dispositionem vitiet §. *incertis Instit. de legat. L. si ita stipulatus* 115. *ff. de verb. obligat. L. ubi autem non*
apparet ff. eodem. L. cum post §. *gener. ff. de jur. dot.* 8
Anton. Gomez *lib.* 2. *var. cap.*11. *n.*9. *vers. decima tertia conclusio*, Mascard. *conclus.* 994. *n.* 5. Reynos. *observ.*29. *n.*2. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 1000. *n.*19. & 20. L. 4. *de reb. dub.* L. *tutor.* 20. L. *tutor.* 23. *ff. de testam. tutel.* In hoc casu id non procedere videtur. Facit, quod præcipua intentio spargentis non est rem à se dimittere, prout intendit, qui rem habet pro derelicto, sed illius intentio est, ut alicui acquiratur ergo dum alius non acquirit, spargens dominium amittere non censetur : ut notavimus *in cap. præcedenti n.*110. Denique facit *text. in d. L. qua ratione* §. *hoc amplius*, & *in d.* §. *hoc amplius Instit. de rer. divis.* ibi : *Interdum, & incertam personam collata voluntas domini transfert rei proprietatem.* Ex quibus verbis bene colligitur dominium acquiri occupanti ex voluntate, & translatione spargentis, non jure occupationis.

Cæterùm contraria sententia verior est ; quamvis priorem sequantur Molina, & Azor. ubi supra. Ex eo quia licèt jactans missilia eo principaliter animo sit,

fit ut alicui quærantur, tamen cum certam personam non respiciat, dubitari nequit, quod in quocunque eventu voluit rem illam à se dimittere & cum non sit, ut contra dominii naturam, ut vacuum sit, ut diximus *capite præcedenti n.* 110. Rectè hoc etiam in casu vacuum dicetur. Probatur etiam ex *text. in d. L. si id quod §. id quod*, dum Pomponius æquiparat res habitas pro derelictis, & missilia sparsa in vulgus; & aves ausugientes: Constat autem res habitas pro derelictis, & aves vacantes fieri, & occupationis jure acquiri *L. 2. ff. pro derelict. L. 3. ff. de acquir. rer. domin.* Ergo idem dicendum erit in missilibus. Neque obstant adducta in contrarium. Respondetur enim ad primum: quod licèt missilia spargens principaliter intendat, ut alicui acquirantur tamen cum intentio non respiciat personam certam, sed in omni casu res amissæ censeantur, nil mirum, si dominium statim amittatur. Ad textum verò *in d. §. hoc amplius*, dum dicit, quod ipsa traditio, seu voluntas spargentis dominium transfert, respondetur, verum esse, quod voluntas consideratur ad acquisitionem, si enim dominus rem non spargeret, vacua non efficeretur, nec concederetur occupanti. Ideoque mediatè occurrit ad acquisitionem, cujus immediata causa est occupatio namque nemo negare poterit, præcipuam causam acquirendi rem habitam pro derelicto esse ipsam occupationem: ut probat *text. in* L. 1. *& 2. ff. pro derelict.* Et tamen etiam inficias iri non potest quod voluntas domini mediatè concurrit ad acquisitionem; siquidem si dominus rem pro derelicto non haberet, neque vacua efficeretur, neque acquiri posset juxta *text. in d. §. id quod in fin.*

Neque obstat incertitudinis ratio, quia licèt verum sit quod incertitudo, quæ versatur circa probationem voluntatis disponentis, vitiet actum L. *duo sunt Titii, de testam. ff. tutel.* L. *si quis de pluribus* 28. *ff. de reb. dub.* cum supra relatis. Et quamvis etiam verum sit, quod incertitudo existens in dispositione ratione personæ aliquando etiam vitiet dispositionem prout de jure antiquo vitiabat legata *d. §. incertis Instit. de legat.* & hodie vitiet dationem tutoris L. *tutor.* 20. *ff. de testam. tutel. §. tutor. Instit. de legat.* Sarmient. *lib. 2. select. cap 3.* Costa *in cap. si pater. verb. pauperes à n.* 1. Petr. Gregor. *syntagmat. 2. p. lib. 48. cap. 33. n. 7.* Attamen quoad intentum nil facit, quia voluntas spargentis non est incerta: constat enim eum spargere voluisse non respectu personæ, certæ, sed incertæ: ideoque respectu voluntatis spargentis ipsa voluntas procedit, ut cuilibet acquiratur: & quamvis detur incertitudo respectu personæ, siquidem non constat, quis accepturus est, id nihil facit: quoniam Lex non prohibuit, immo prius approbavit in hoc casu incertitudinem, & quo major est incertitudo magis ipsa res vacua censetur, & cujusque occupationi subjecta.

Præterea vacantium appellatione videntur comprehendi bona pertinentia ad hæreditatem jacentem; quia dum ab hærede non est adita hæreditas, bonorum dominium vacuum est, & nullius *L. 1. §. 1. ff. de rer. divis.* L. 3. *in princ. ff. de peculi. L. denique* 13. *§. quæsitum ff. quod vi, aut clam. Auth. de nuptiis §. deinceps in princ. collat.* 4. morte enim ejus, qui bona vivens acquisivit extinctum est ipsius dominium. Namque nihil esse jus, qui nullus est, rerum natura dictabat: & consequenter occupanti poterant acquiri *L. 3. §. de acquir. rer. domin. ff. feræ instit. de rer. divis.* Immo neque vivens adhuc de bonis disponere poterat cum dispositio conferretur in tempus inhabile, nempe post mortem; argum. *text. in L. quod sponsæ C. de donat. ante nupt. junct. Auth. ingressi C. de sacros. Eccles.* Deinde ante aditam hæreditatem bona non pertinent ad dominium hæredis neque hæ-

reditas in ipsius bonis consideratur *text. in L. pretia
rerum ff. ad L. Falcid. §. fin. Inst. de hæred. qual. &
different.* Ideoque hæc bona hæreditatis in rei veri-
tate dominum non habent, ac per consequens va-
cua esse probatur *text. in* L. *si Titio* 55. *§. 1. ff. de le-
gat. 2.* Bald. *in* L. *si pupillus C. de repud. hæred.* Jason.
cons. 159. de quo videndus omnino Melchior de Va-
lent. *illustr. lib. 1. tract. 3. cap. 2. n. 1.*
Cùm verò hoc ita esset in rei veritate, sed ini- 13
quum, & Reipublicæ perniciosum videretur si ad
res alieno sudore partas quilibet etiam extraneus, vel
etiam inimicus jure occupationis esse admittendus,
nemo enim acquirere, vel parta tueri curaret, si
moriens filiis bona relinquere, vel de illis pro arbi-
trio disponere non posset utilitatis causa, & rerum
usu ita exigente constitutum fuit liberum volunta-
tis arbitrium cuilibet concedere, ut bona sua aliis
posset relinquere: Et ea propter jus Civile fictio-
nem induxit, qua efficeretur, ut res post mortem
defuncti non in nullius bonis, sed in ipsius proprio
dominio essent, continuatâ per hæreditatem in hæ-
redem persuna defuncti *L. hæres, & hæreditas* 22. *ff.
de usucapion.* ad quod finxit hæreditatis quandam
personam fictam, & imaginariam, quæ sine ullo cor-
pore, aut vera existentia consideratur tanquam quod-
dam jus incorporeum omninò separatum ab ipsis bo-
nis hæreditatis L. *hæreditas* 50. *ff. de petit. hæred. L. 1.
§. fin. ff. de rer. divis. princ. instit. de reb. corpor. & in-
corpor. L. pecunia* 178. *§. hæreditas ff. de verb. signific.
junct. text. in L. hæreditatis appellatio ff. eod. tit.* Quæ
ficta persona omnia jura defuncti continet, & in eis
succedit L. *nihil est aliud* 24. *ff. de verbor. signific.
L. hæreditas* 62. *ff. de reg. juris.* Et sic hæreditas 14
personam defuncti sustinet, & habetur pro domina *L.
non minus* 31. *§. 1. ff. de hæred. instit. L. si ante adi-
tam* 15. *ff. de interrogator. action. L. legatum* 116. *§.
servo ff. de legat. 1. L. hæreditas* 34. *de acquir. rer.
domin. L. nostræ, ff. de fidejuss.* ibi: *Nam hæreditatem
in quibusdam vice personæ fungi receptum est: princ.
Instit. de stipul. servor.* Et scribunt Bart. & Jason, &
commun. DD. *ad rubr. ff. de acquir. hæred.* Cujac.
lib. 5. qq. Papin. in d L. hæreditas 50. *ff. de petit. hæ-
red.* Donel. *lib. 6. comment. cap. 2.* Anton. Faber. *in
jurisprud. Papin. tit. 2. princ. 5. illat. 3.* eleganter
Valenç. *d. cap. 2. n. 4.* Cumque hæreditas jacens ex
legis dispositione dominium retineat, & domina bo-
norum censeatur, meritò ipsa bona vacua dici neque-
unt: notat eleganter Conan. *lib. 10. cap. 5.* Gomez
in L. 45. Tauri n. 103. Menchac. *de success. creat.* §. 80.
Alciat. *lib. 2. parerg. cap. 8. n. 6.* Et ideo bona hæredi-
tatis tanquam vacantia ad principem non pertinent;
immo adita hæreditate bonorum dominium ad hære-
dem spectat, cum certum sit quod post aditionem 15
hæreditas desinit esse hæreditas, & efficitur patrimo-
nium ipsius hæredis *L. sed & si plures §. filio impu-
beri, ff. de vulg. & pupill. subst.* Ant. Gomez *in L.
22. Tauri n. 13.* Pichard. *in rubr. instit. de hæred. in-
stit. n. 16.* Ludovic. Post. *resol. 12. n. 24.* Cyriac.
controv. 550. n. 24. Salgad. *in labyrinth. cred. 1. p.
cap. 9. n. 11. & 12.* Surd. *decis. 315. n. 2.* Menoch.
de arbitr. casu 156. n. 9. Arias de Mesa *lib. 2. var.
cap. 29. n. 11.* Vincent. de Franch. *decis. 94. n. 4.*
Giurb. *de success. feudor. præl. 4. n. 44. vers. nec po-
test de hærede* Valenz. *cons. 133. n. 41.* D. Joseph.
Vela *dissert. 5. n. 40.* Andr. Gail. *de pac. public. lib.
2. cap. fin. n. 15.* Valentia *illustr. lib. 1. tract. 2. cap.* 16
12. n. 4. Et quidem post aditam hæreditatem fictio
hæreditatis superflua est, atque illa sublata raro hæ-
res ab instanti mortis defuncti successisse creditur,
ejusque personam, & dominium sine interruptione
continuasse videtur *L. hæres 54. ff. de acquir. hæred. L.
si ex re 28. §. ult. ff. de stipul. servor. L. omnia 193. ff. de
reg. juris Auth. de jurejur. à moriente præstito in princ.*

Et

Et Bart & DD. in d. L. heres 54. Donel. lib. 7. c.
comment. cap. 10. Anton. Fabr. lib. 3. conject. cap.
19. & errorib. pragmat. decad. 27. error. 1. num. 6.
& seqq. Cum quibus Valent. illust. d. lib. 1. tract. 3.
cap. 2. num. 5.
Ex prædicta hæreditatis fictione descendit: quod
17 licet servus qui non habet dominium, cum quo sit tes-
tamenti factio, hæres institui non possit l. si mihi, & ti-
bi 12. §. regula, ff. de legat. 1. Tamen servus hæreditatis
jacentis bene institui potest, quia eum servus ex per-
sona domini capacitatem accipiat L. debitor. 52. §. ser-
vo ff. de legat. 2. persona ficta hæreditatis jacentis de-
functum repræsentans reddit servum capacem, ut ins-
titui possit L. servus 52. ff. de hared. instit. Et sic hære-
ditati acquirit, & futuro hæredi, quod defuncto, ac-
quireret, si viveret. L. hæreditas 61. L. in eo 33. in
princ. & §. ult. ff. de acquir. rer. domin. L. legatum 116.
§. servo ff. de legat. 1. L. si ex re 28. §. illud de stipul.
servor. princ. Instit. eod. tit. Valent. d. tract. 3. cap.
2. num. 10. Cum verò hæreditatis persona ficta sit,
18 non erit in consideratione, in his, quæ requirunt
personam veram, & factum ipsius. Proindeque ne-
que per servum hæreditatem poterit adire, cum fac-
tum domini jubentis aditio desideret L. si quis mihi
dona 25. §. jussum, ff. de acquir. hared. hæreditas au-
tem jubere non potest d. L. hæreditas 61. ff. eod. Simi-
liter si servus hæreditarius stipuletur usum fructum
nihil agit, quia ususfructus veram personam requi-
rit, quæ utatur, fruatur, & ficta hæreditatis per-
sona quo ad hoc, servum capacitate nequit, licet
ei legatum ususfructus relinqui possit juxta text. in
L. ususfructus 26. ff. de stipul. servor. d. L. haredi-
tas, Valasc. consult. 49. Conan. lib. 4. comment. c.
p. 8. Tiraq. de retract. lignag. §. 14. gloss. 2. num.
17. Afflict. decis. 280. Covarr. pract. cap. 6. num 3.
Valent. d. cap. 2. n. 20. ad quod hæreditas non ha-
bet personam veram, per text. in L. hareditas 50. ff.
19 de petit. hared. Insuper cum ad furtum requiratur
persona quia in vita fieri possit L. 1. §. furtum, ff. de
furt. Et insuper furtum non fiat, nisi res possessa
fuerit d. L. 1. de furt. L. 1. §. Scævola, ff. si is
qui testam. liber. esse juss. est. Valent. illustr. lib. 1.
tract. 1. c. 2. n. 10. hæreditati furtum fieri non potest
L. si servus legatus 40. ff. de noxa. lib. action L. ha-
reditaria 68. ff. de furt. d. L. 1. §. Scævola, L. fin. ff.
de crim. expil. hared. Anton. Gomez lib. 3. var. cap. 5.
n. 10. vers. item adde, quod prædicta, Costa in L. Gal-
lus §. & quid si tantum 2. p. n. 175. Menoch. de arbi-
tr. casu 300. Covarr. in reg. possessor. 2. p. §. 1. n. 5.
& lib. 3. var cap. 6. Tusch. litt. F. conclus. 553. à
n. 1. & conclus. 554. n. 14. Farin. de furt. q. 166. n. 48.
& q. 174. à n. 118. cum seqq. Pichard in manuduction
3. p. §. 4. n. 54. Amaya lib. 2. observ. cap. 7. Valent.
illustr. lib. 2. tract. 4. cap. 1. n. 19. Qui omnes tenent
quod licet furtum non fiat hæreditati, tamen surri-
piens rem hæreditatis, reus est criminis expilatæ hæ-
reditatis, & habet locum pœna extraordinaria.
20 Eodem modo cum ad acquisitionem possessionis re-
quiratur corpus, & animus L. 2. §. 1. & §. Neratius,
& §. in amittenda. L quemadmodum 8. L. possessio.
49. ff. de acquir. possess. L. cum haredes 25. eod. tit.
L. denique 19. ff. ex quib. caus. majores L. si is, qui pro
emptore 15. in fin. princ. ff. de usucapion. L. in bello §.
facti, de captiv. P. Gregor. syntagmat. lib. 1. cap. 13. n.
6. Duaren. in L. 1. ff. de acquir. possess. Donel. lib.
5. comment cap. 6. Valent d. tract. 4. cap. 2. num.
13. & hæreditas tanquam persona ficta facti, & ani-
mi expers sit neque poterit incipere possidere, neque
præscriptionem inchoare, licet per servum hæredita-
rium possessio acquiratur: L. præscriptio 45. alias L. fin.
21 §. fin. ff. de usucapion. d. L. 1. §. Scævola ff. si qui testam.
liber esse juss. est, quia possessio nunquam acquiritur si-
ne aliquo actu corporeo vero, vel ficto: ut scribunt
Bart. in d. L. si is, qui pro emptore n. 6. Bald. in L. 1. C.
commun. de legat. Gomez. in L. 45. Tauri num. 32.
33. & 45. Valent. d. tract. 5. cap. 2. n. 13. Mascard. 22
conclus. 118. n. 5. Ludovic. Post. de manuten. ob-
serv. 17. n. 17. Giurb. de success. feudor. §. 1. gloss.
13. n. 2. 3. & 4. Poterit tamen hæreditas cœptam
à defuncto usucapionem adimplere. L. cum miles
30. ff. ex quib. caus. majores. L. numquam 31. §. va-
cuum L. captam 40. L. justo 44. §. nondum, L. si is
qui pro emptore ff. de usucapion. L. 2. §. etiam hære-
di, L. qui cum 6. §. ult. ff. pro emptor. Corraz. lib.
6. miscellan. cap. 11. num. 2. Anton. Gomez. in L.
45. Tauri n. 115. Tiraq. in tract. De mort. 1. p. consid.
3. n. 4. Cald. Pereir. in L. si curatorem verb. sine cu-
ratore n. 30. C. de in integr. Valent. d. tract. 4. cap. 2.
n. 16. Qui ait hoc jure singularis utilitatis causa fuis-
se receptum; non quia hæreditas fingitur possidere,
cum ad possessionem fictio non extendatur L. deni-
que 19. ff. ex quib. caus. majores, L. in bello §. facti
de captiv. sed quia usucapio, quæ ex possessione re-
sultat; & juris est L. 3. ff. de usucapion perinde hæ-
reditati ab ipso jure conceditur, ac si possessio de-
functi in illam continuaretur; ita ut à possessione
cœpta usucapio etiam sine possessione in hæreditate
continuetur, & adimpleatur: ut explicant Anton.
Faber. in d. L. cum miles. Cujac. lib. 23. qq. Papin.
in d. L. justo 44. §. nondum refert, & sequitur Va-
lent. d. cap. 2. n. 16. in fin.
Insuper ad bona vacantia pertinere videntur res 23
sacræ, & religiosæ, postquam legitimo modo con-
secratæ, religiosæ factæ sunt; tunc enim efficiuntur
nullius juxta text. in §. nullius Instit. de rer. divis.
Sed respondetur quod hæres nequa vacuæ, nec va-
cantes dici possunt; quamvis hominum censura nul-
lius sint, neque in commercio esse possint: Tamen
dicuntur esse in dominio Dei, & cum non possint
acquiri, neque occupari, non pertinent ad bona va-
cantia de quibus agimus gloss. in d. §. nullius. Et pro-
bat text. in §. 1. Instit. de inutil. Con. lib. 3. com-
ment. c. 1. Pichard. in d. §. nullius.
Proinde cum res, de quibus egimus, vel sint com- 24
munes, vel jure occupationis acquiri possint, vel jux-
ta supra tradita ad aliquem pertineant, dicendum est
non contineri in bonis vacantibus, quæ ad Principem
pertinent, de quibus Ordin. d. lib. 2. tit. 26. §. 17.
L. 1. C. de bon. vacant. lib. 10. hæc enim propriè
vacantia dicuntur; alia verò peculiaria habent nomi-
na: alia enim communia dicuntur, alia pro derelicto,
& alia missilia. Bona autem vacantia, de quibus nos-
ter est sermo, proprio nomine & speciali dicuntur
bona vacantia, ut notat Molin. de just. & jure disp.
53. vers. bona autem & vers. pars tamen Peregr. de
jure fisc. lib. 4. tit. 3. n. 29. Et sic manifeste apparet
text. in d. L. 1. §. Divus ff. de jure fisc. & text. in
cap. unic. quæ sint Regalia. Ordinat. d. tit. 26. §.
17. non esse intelligendos de quibuscunque bonis
vacantibus simpliciter, sed in propria significatione
de bonis vacantibus: prout sunt bona decedentium
sine legitimo hærede, ut bene declarant text. in L. 1.
& 4. C. de bon. vacant. lib. 10. Molin. d. disp. 53.
& disp. 164. vers. undecimo, Farin. in fragment. litt.
F. n. 111. Bossius de bon vacant. à n. 1. Et ideo ad
hæc bona solùm Princeps jus habet non ad alia: cum
quibus solvitur difficultas, de qua supra n. 5. 12. &
23. Ea tamen declaratione, ut etiam illa bona, quæ
adhuc à nemine sunt acquisita, & certum non habent
dominium, inter Regalia connumerentur Ordin. d.
tit. 26. §. 17. ibi: A que naon he achado senhor certo,
ut sunt terræ incultæ existentes extra limina, & ter-
ritorium, de quibus infra cap. 43. n. 80.

CAPUT

CAPUT XV.

De his, qui ab intestato decedere, dicuntur.

Ad Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 17.

SUMMARIUM.

1 *Intestatus quis decedere dicitur multis modis.*
2 *Intestatus decedere dicitur, qui eum posset omnino testamentum non fecit.*
3 *Decedens ab intestato censetur relinquere bona sua consanguineis, qui ei successuri erant ab intestato: & dicitur tacite testari.*
4 *Quaritur, An dicatur intestatus, impubes, furiosus, & alii, qui testari non possunt? & moventur difficultas. Sed affirmativa sententia amplectenda est, n. 7.*
5 *Lex vel statutum disponens de eo, qui decessit intestatus non verificatur in eo, qui est intestabilis.*
6 *Verba legis, vel statuti in propria significatione sunt accipienda maxime si disponit contra juris regulas.*
7 *Intestabilis quamvis sub rigorosa proprietate verbi intestati non comprehendatur, tamen pro intestato haberi debet, & comprehenditur in lege disponente de successione intestatorum.*
8 *Verba intelligenda sunt secundum communem usum loquendi.*
9 *Interpretatur* Ordin. lib. 4. tit. 36. §. 2. *ut procedat tam in emphyteuta, qui non fecit testamentum, cum posset, quam in eo, qui erat intestabilis ut n.* 10. *&* 11.
Concessio pro eo, quem quis nominabit, continet in conditionem, si nominaverit. Ib.
10 *Deficiente conditione, & nominatione extinguitur emphyteusis concessio, & redit ad concedentem.*
11 *Ad emphyteusim nominatus censetur ascendens illius: qui sine testamento decessit, vel erat intestabilis.*
12 *Leges juris communis non obligant in hoc Regno, nisi casus non deciditur per Ordinationem, consuetudinem, vel stylum.*
13 *Ratio naturalis vim legis habet, & morbo intellectus dicitur laborare, qui stante ratione naturali legem quærit expressam.*
14 Ordin. d. tit. 36. §. 2. *procedit etiam in emphyteusi Ecclesiastica.*
15 *Intestatus dicitur, qui testamentum fecit non ritè, & nulliter.*
16 *Pupillus impubes non potest facere testamentum etiam si proximus sit pubertati.*
17 *Impubes neque ad pias causas testari potest.*
18 *Impubes proximus pubertati de Principis licentia, vel ejus dispositione potest facere testamentum.*
19 *Proximus pubertati, cui Princeps licentiam testandi concessit, testari debet servatis solemnitatibus juris.*
20 *Rex proximus pubertati non potest testari, nisi à tutore, & Regni Gubernatore privilegium ad id expediatur.*
21 *Furiosus, qui perpetuo morbo laborat, non potest facere testamentum.*
22 *Testamentum factum tempore furoris non convalescit si post illud furiosus sanus fiat.*
23 *Ampliu frenetico, & mente capto.*
24 *Furiosus vel mente captus, qui habet dilucida intervalla testari potest tempore, quo est in sana mente.*
25 *Testamentum furiosi, qui habet dilucida intervalla, ut valeat, probari debet factum fuisse in tempore sana mente.*
Ad illud evertendum non sufficit probare furorem de aliqua die, sed probandum est de tempore testamenti. Ibid.
26 *Testamentum præsumitur factum tempore sana mentis, quando dispositio convenit homini sani intellectus.*
27 *Intellige, si tota dispositio in omnibus conveniat homini sana mentis: si enim in aliqua parte contineat stultitiam, totum corruit testamentum.*
Testamentum factum à furioso perpetuo non valet: quamvis dispositio sit bene composita. Ib.
28 *Furor semel probatus præsumitur durare, & actus præsumitur gestus tempore furoris.*
29 *Intellige: nisi post longum tempus, puta unius anni post quam testatorem furor dimisit: quia tunc validum erit.*
30 *Ebrius: In ebrio nullus datur consensus, nullum vita gerenda rectum consilium.*
Ebrietas nihil aliud est quam voluntaria insania. Ibid.
Ebrius quis dicatur. Ibid.
31 *Ebrius legum immemor est, nec potest esse testis, neque Matrimonium contrahere.*
Contractus gesti ab ebrio viribus non subsistunt. Ib.
32 *Ebrius non potest facere testamentum, si continuo sit mente alienus: Secus si deditus vino aliquando in suo judicio, & naturali sensu existit; quia tunc bene potest testari.*
Intellige, quod si simus in dubio, an tempore ebrietatis, vel sana mentis, testamentum conditum fuisset, attendenda sit an dispositio sit ordinata, vel inordinata? Ib.
33 *Prodigus; qui bonis est interdictus, testamentum facere non potest post interdictionem bonorum, etiam ad pias causas.*
Testamentum autem factum ante bonorum interdictionem validum est, Ibid.
34 *Prodigus dicitur is, qui neque finem, neque tempus expensarum habet sed bona sua dilacerando, & dissipando profundit: vel qui præter modum, ne sine ullo delectu pecuniis utitur: & aliis modis, de quibus ibi.*
35 *Filius familias etiam de consensu patris testamentum facere nequit.*
36 *Testamentum filii familias non convalescit, quamvis filius ante mortem patris efficiatur sui juris, & habilis ad testandum.*
37 *Filius familias non potest testari etiam de bonis, in quibus pater non habet usum fructum.*
38 *Filius familias de consensu patris potest testari ad pias causas, si consensus fuerit expressus: quia non sufficit tacitus, neque patris præsentia.*
39 *Filius familias potest testari sine patris consensu de bonis castrensibus vel quasi.*
Tenetur tamen relinquere legitimam filiis, vel parentibus.
40 *Clericus filius familias potest testari tam de quasi castrensibus, quam adventitiis.* Ibid.
Omne peculium, quod in aliis est adventitium, in Clericis etiam Prima Tonsura est quasi castrense. Ibid.
41 *Defenditur contra communem, Clericum Prima Tonsurà non posse facere testamentum, dum est in sacris paternis: nisi Beneficium habuerit, vel sit Ecclesia addictus.*
42 *Clericus, sive filius familias, sive sui juris, non potest testari de bonis quasitis ex redditibus Ecclesia.*
Clerico decedente ab intestato succedunt consanguinei in bonis quasitis intuitu Ecclesia. Ibid.

44 Pro-

44 *Proponitur quæstio: An filius familias possit testari de donationibus quas à Principe obtinuit? Et referuntur duæ contrariæ opiniones.*
45 *Servus non potest facere testamentum.*
46 *Obsides prohibentur testari. Remissive.*
Mutus, & surdus à nativitate non possunt facere testamentum, nisi à Principe privilegium impetraverint. ib.
47 *Mutus vel surdus ex accidenti si litteras norit & propria manu testamentum scripserit, validum erit.*
De jure Regio mutus ex accidenti, qui litteras nescit, impetrata Regis licentia potest manu alterius testamentum condere. ib.
48 *Mutus à natura nemo nascitur, quin & surdus quoque sit.*
Si vitium sit discretum, surdus qui, mutus non est potest facere testamentum.
49 *Paria sunt, expressa voce, vel nutibus, aut scriptura, seu signis consensum & voluntatem declarare.*
50 *Mutus, & surdus si intelligunt, quid agatur, & possunt signis exterioribus animi sensum declarare, valent testari ad pias causas.*
51 *Mutus, qui habet intellectum, & signis exterioribus potest, & scit voluntatem suam manifestam facere, valet celebrare contractus, qui consensu perficiuntur.*
Gerendo pro hærede possunt adire hæreditatem, & acquirere eam quamvis ipsam adire nequeant. ib.
52 *Mutus à natura, qui intelligit, quod agitur, potest Matrimonium contrahere.*
Mutus ex accidenti, qui habet sanum intellectum, & potest per signa animi passiones indicare, testis esse potest in civilibus. ibid.
53 *Monachus professus non potest testamentum facere.*
54 *Monachus, qui ex indulto Papæ degit extra claustra monasterii, non potest testari, nisi à Romano Pontifice facultas ei sit concessa.*
Monachi æquiparantur servis, & eorum voluntas ab Abbate pendet. ibid.
55 *Monachus, cui concessa fuit simpliciter licentia ad testandum, disponere potest tantum de bonis ejus industria quæsitis; non de illis, quæ pertinent ad monasterium.*
56 *Equites Ordinum Militarium possunt testari.*
Milites Hierosolymitani testamentum facere nequeunt. ibid.
57 *Ingrediens religionem, & quando possit disponere de bonis. Remissive.*
58 *Condemnatus ad mortem non potest facere testamentum.*
59 *Testamentum antea factum, secuta condemnatione capitali, fit irritum.*
Condemnatus ad mortem efficitur servus pœnæ. Ib.
60 *Servus pænæ tantum efficitur condemnatus ad mortem naturalem, non ad civilem.*
De jure noviori nemo bene natus, qui supervivit efficitur servus pœnæ. ibid.
61 *Deportatus, vel condemnatus in perpetuum exilium vel ad triremes, non amittit testamenti factionem.*
Condemnatus ad perpetuos carceres, vel in perpetuum ad triremes, licet olim efficerentur servi pœnæ hodie comparantur deportatis. ibid.
62 *Servus pœnæ tantum dicitur ille, qui ad mortem naturalem fuit condemnatus.*
63 *Condemnatus ad mortem naturalem, qui post latam sententiam aufugit à carcere, vel fuit ereptus à manibus familiæ, remanet servus pœnæ, & intestabilis.*
64 *Intellige de eo, qui præsens in vinculis condemnatus ad mortem; non verò si in absentia, quia servus pœnæ efficitur.*
65 *De jure Regio condemnatus ad mortem in absentia, servata forma Ordinationis efficitur servus pœnæ & intestabilis.*
66 *Qui post condemnationem mortis naturalis aufugit ad exteros, & quocunque vadat, intestabilis manet.*
67 *Limita conclusionem, ut non procedat in condemnato ad mortem per sententiam Judicis inferioris à qua fuit appellatum: quia si pendente appellatione fecit testamentum, & decesserit ante confirmationem sententiæ, validum est testamentum.*
Pendente appellatione à sententia capitali, vel ab ea quæ irrogat infamiam, conservatur illæsus status condemnati. Ibid.
68 *Paria sunt esse appellatum, vel durare tempus ad appellandum.*
In Regno à sententia capitali tenetur appellare Judex inferior. ibid.
69 *In Regno condemnatus ad mortem naturalem potest testari de tertia bonorum ad illas tantum causas pias quæ declaratur in Ordinatione.*
70 *Usurarius manifestus non potest testari, nisi præstet cautionem de restituendis usuris.*
71 *Cautio debet esse pignoratitia, vel fidejussoria, & non sufficit juratoria.*
Deficiente cautione usurarius neque ad pias testari potest, neque legata pia debentur. ibidem
72 *Testamentum usurarii, qui præstitit cautionem & postea usuras exercuit, non valet.*
Usurarius, qui ante testamentum exercuit usuras, quamvis tempore testamenti jam non exerceret, si non præstitit cautionem testamentum non valet. Ibid.
73 *Testamentum usurarii, qui post illud cautionem præstitit de restituendis usuris, convalescit.*
Idem si procuratorem reliquit, qui post ejus mortem cautionem præstet. Ib.
74 *Excommunicatus secundum veriorem opinionem testamentum facere potest.*
75 *Limita in excommunicato propter hæresim, quia hæreticus non potest testari, neque codicillos facere.*
Testamentum hæretici secuta sententia declaratoria delicti annullatur, non ante. Ib.
76 *Limita in hæretico reconciliato per Ecclesiam quia testari potest.*
Hæreticus, ita ut non potest testari, ita neque ex alterius testamento capere nequit. Ib.
77 *Expulsus à Regno, & naturalitate privatus deportato similis est, & testari nequit, nisi in alio Regno exceptus, & illius civis effectus, testamentum rite fecerit, quod etiam valebit in patria.*
78 *Intestabilis si decedat nullo legitimo hærede relicto, fiscus admittitur, & occupat illius bona nunquam vacantia.*

Est præcipua causa bonorum vacantium illa, quæ pertinet ad bona intestatorum, qui sine hærede decedunt: ut probatur *text.* in L. 1. & 4. *Cod. de bon. vacant.* Ideoque fiscus post omnes admittendus est, qui ad intestatorum bona jus habent, Intestatus autem quis decedere dicitur multis modis, ut probatur ex *text.* in *princ. instit. de hæredit. quæ ab intest. deferuntur* L. *ff. de suis & legitim. hæred.* notat Conan. *lib.* 9. *comment. cap.* 5. *num.* 6. Pichard. *in d. princ. Instit. de hæredit. quæ ab intest. deferuntur à num.* 38. Et primò dicitur intestatus decedere, qui cùm posset, omnino testamentum non fecit *dist.* L. 1. *ff. de suis & legitim. hæred.*

L.

L. *ut liberis* 17. *Cod. de collat. L. parricidii ff.*
ad L. Pompe. de parricid. L. intestatus ff. de verb.
signific. Matienc. *in L. 1. tit.* 8. *gloss.* 3. *lib.* 5. *Reco-*
pil. Gregor. Lopez *in L. 1. tit.* 13. *partit.* 6. Cujac.
*lib.*67. *Pauli ad edictum in dist. L. intestatus*, Tusch.
litt. I. *conclus.* 335. *nu.* 1. Menoch. *cons.* 566 *num.*
1. & 2. Giurb. *de success. feudor.* §. 1. *gloss.* 10. *num.*
11. Tusch. *litt.* I. *conclus.* 335. Atque ita ubi cons-
titerit aliquem decedere sine testamento, poterit fis-
cus agere, dummodo ei, qui sine testamento deces-
sit, nullus hæres legitimus existat, quia si aliquis,
vel descendens, vel ascendens, aut consangineus
collateralis sit intra decimum gradum, fiscua admit-
tendus non est: quia decedens ab intestato censetur
bona sua relinquere consanguineis qui ab intestato
successuri sunt *L. conficiuntur* 8. *ff. de jure codicill.*
L. si quis cum nullum ff. eod. Et dicitur tacite testari
secundùm Bald. *in L. cunctos populos nn.* 17. *vers.*
3 *venio ad secundum C. de sacros. Eccles.* Mantic. *de*
conject. ultim. lib. 7. *titulo* 7. *n.* 14. Cassanat. *cons.*
37. *n.*28. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 10. *p.*
1. *n.*67. & *seqq.* & *n.* 70. & *claus.* 4. *gloss.* 23. *n.* 11.
& *seqq.* Giurb. *ad statut. Messan. capite* 5. *gloss.* 4. *p.*
1. *n.* 13. Cancer. *lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 47. post plures Ama-
to *resol.*76. *n.* 18. Vincent. de Franch. *decis.* 45. *nu.*
& *decis.* 600. Arias de Mesa *lib.* 3. *cap.* 42. *nu.* 24.
Thusc. *litt. L. conclus.* 337.

Dubitari tamen potest, An is; qui non poterat
facere testamentum, ut pote impubes, furiosus pro-
digus, & alii, decedere intestatus dicendus sit, ad
4 hoc, ut fiscus ejus bona tamquam vacantia possit oc-
cupare, si legitimo hærede careat: Dubitationem
movet *textus in L.* 1. *ff. de suis, & legitim. hared.* Ubi.
qui testamenta condere nequeunt proprie intestati
non dicuntur: & notat Accurs. *in princ. Instit. de*
hared. quæ ab intest. defer. gloss. 1. & in *L. cum in anti-*
quioribus verb. fuisse Cod. de jure deliber. Decius *in*
L. generaliter Cod. de instit. & substit. Menchac *de suc-*
cess. creat. §. 17. *n.* 18. Pichard. *in d. princ. Instit. n.* 2.
Cald. *de nomin. quæst.* 12. *n.* 2. Thusc. *d. conclus.* 355.
n. 3. Ratio est quia intestatus significat privationem
doctrinæ, & scientiæ Proindeque supponit potentiam
in subjecto: atque ita cum impubes, & furiosus aliæ-
que personæ, quæ testari nequeunt potentiam tes-
tandi non habeant: magis intestabiles, quàm intes-
tati dici debent ex *text. in L. is, cui* 18 *in princ. L.*
cum lege 26. *ff. de testibus* privatio namque supponit
habitum *L. decem ff. de verbor. obligat. c. ad dissol-*
vendum de desponsat. impuber. Unde infertur, quod
si lex, vel statutum disponat in eo, qui decessit intes-
tatus non potest verificari in eo, qui erat intestabilis
ut dixit Signorol. *cons.* 6. Titius in infantili, quem al-
legat Bald. *cons.* 101. & 264. *in princ. lib.* 1. Albertus
Brun. *in tract. quod statutibus masculis art.* 8. *q.* 12.
5 plures laudat Thusc. *d. conclus.* 335. *n.* 15. & 45. &
46. Verba namque statuit seu legis in propria signifi-
catione intelligenda sunt *L.* 1. §. 1. *ff. de donat. L.*
1. §. *si quis navem ff. de exercit. action L. fin. C. de*
6 *his, qui vent. atat. impetr. L. si ita quis* §. *fin. ff. de*
legat. 2. Caldas Pereir. *de nomin. q.* 8. *n.* 43. & 44.
Carol. Tapia *dec.* 10. *nu.* 43. Arias de Mesa *lib.* 2.
var. capite 29. *n.* 12. maximè quando statum dispo-
nit contra juris regulas L. *si constat. L. Julianus, ff.*
de condit. & demonstr. L. 2. *ff. de noxal.* Ruin. *cons.*
90. *num.* 4. Gratian. *capite.* 406. *n.* 13. Marc. An-
ton. Camunc. *dec.* 43. *n.* 9. & 10. Amato *resol.* 1.
*n.*74. & 75. Ferrer. *super. constit. de los Impuberes glos.*
2. *n* 157. Franchis. *decis.*71. n. 10. Giurb. *de feud.*
præl. 3. *n.* 39.

Ex quibus infertur in terminis *text. in d. L.* 1. *C.*
7 *de bon. vacant* fiscum non esse admittendum ad
successionem furiosi, & similium, quia ibi de bonis
intestatorum agitur, non de bonis intestabilium,

Cæterum quamvis intestabiles non comprehendan-
tur sub rigorosa proprietate verbi intestatorum juxta
text. in L. 1. *ff. de suis & legitim. hared.* tamen pro
intestatis accipiendi sunt juxta *text. in d. L.* 1. ibi:
Sed hos quoque pro intestatis accipere debemus. At-
que ita verius est dicere leges, vel statuta disponen-
tia de successione intestatorum intelligenda esse de
successione eorum, qui testamenta facere non pos-
sunt, ut per Bart. *in d. L.* 1. Alciat. *in* L. *in testamentis,*
ff de verb. signific. optime cum pluribus Cald. *de no-*
min. quæst. 12. *n.* 4. Pro qua resolutione facit quod Ju-
risconsulti, & Imperatores in variis locis impuberes,
& alios intestabiles appellant intestatos: ut probatur
in L. credendum ff. qui petant tutore L. & militibus 13.
C. de test milit. L. 2. *Cod. de impuber. L. sancimus C. de*
collat. L. pater. 14. §. *fin. ff. ad L. Falcid.* Donel. *lib.* 9.
comment. c. 1. Conan. *lib.* 9. *n.* 6. *c.* 5. & quidem hic est 8
communis usus loquendi, secundùm quem verba sunt
intelligenda, & accipienda *L. cum de Lanionis* §. *opti-*
mum ff. de defun. instruct. L. *unium* 15. §. *illud. ff. de tri-*
tic. vin. & oleo leg. L. *ut Alfenus* 87. L. *Anniculus* 132.
ff. de verb. signific. Mascard. *conclus.* 1129. n. 15. Me-
nuch. *de arbitr. casu* 439. Fontan. *de pact. nupt. claus.*
4. *glos.* 9. *p.* 3. *n.* 4. 5. & 6. Giurb. *de feud.* §. 1. *glos.* 5. *nu.*
19. & 22. Ac proinde cum ad successionem intestato-
rum vocetur fiscus *in d.* L. 1. *Cod. de bona vacant.* eo-
dem modo succedere poterit in bonis furiosi impube-
ris, & aliorum qui pro intestatis habentur si nullus le-
gitimus hæres existerit.

Infertur ex dictis interpretatio ad *Ordin. lib.* 4. 9
tit. 36. §. 2. Ubi statuitur quod si is, qui poterat no-
minare ad emphyteusim, decedit ab intestato relictis
ascendentibus, vel descendentibus tales ad emphy-
teusim nominati censentur. In quo Ordinatio à juris
regulis deviare videtur, quia concessio pro eo quem
quis nominabit, conditionem in se continet, si no-
minabit *text. in* L. *Stichum, qui meus erit, ff. de legat.*
1. & *in* L. *nuper ff. de Legat.* 3. Alex. *cons.* 232. *n.* 4.
lib. 6. Decius *cons.* 193. *n.* 6. Unde conditione de-
ficiente resolvitur contractus ut latè diximus 1. *p.*
præl. 2, §. 2. *num.* 11. Et sic res redit ad conceden- 10
tem, & extinguitur emphyteusis concessio juxta Bal-
di sententiam *in* L. *vendentis col. penult. vers. tertio*
quæro, Cod. de contrah. empt. Alex. *d. cons.* 232. Cal-
das *de nomin. q.* 7. *n.* 6. & 7. Thom. Valasc. *alleg.*
61. *n.* 2. Fabianus *de emption. quæst.* 3. Nihilominus
tamen Ordinatio in casu mortis emphyteutæ ab intes-
tato decedentis emphyteusim ad ascendentes, vel
descendentes pertinere disponit: sequuntur Gama
dec. 229. *num.* 1. Caldas Pereir. *d. q.* 7. *num.* 9.
& 10. & *quæst.* 12. *num.* 24 Molin. *de just. & jure*
tom. 1. *disp.* 446. *vers. tota autem* Thom. Valasc. *de*
alleg. 61. *numero* 2. P. Rebell. *de oblig. just. lib.*
13. *quæst.* 13. *num.* 11. Cujus legis dispositio ser- 11
vanda est non tam, quando emphyteuta testamen-
tum facere potuit, & sine eo decedit, quam si intes-
tabilis esset cum & eo casu præsumptio sit, quod si
intestabilis testari potuisset sibi proximiores ad hære
ditatem vocasset. Et quamvis Ordinatio prædicta à
juris regulis communis deviare videatur, apud Nos
Leges juris Civilis non obligant, nisi quatenus Le-
ges patriæ, consuetudo Regnorum, stylus casus non
decidunt. *Ordinat. lib.* 3. *tit.* 74. *in princ.* Et in de-
fectum Leges Imperiales servari jubentur, non
ex eo quod in Regno obligent tanquam Leges, sed
quia à Lege Regia approbatur propter rationem na-
turalem in qua prudentum responsa fundantur, ut
declarat. *d. Ordinat. in fin. princ.* ibi: *As quaes leys*
Imperiaes mandamos somente guardar pela boa
razaon, em que saon fundadas, Cald. Pereir. *de*
empt. cap. 1. *num.* 6. Ubi ex traditis à Panormi-
tano *in cap. Ecclesia Sancta Mariæ de constit. in*
6. *num.* 10. *in fin.* & *in repetit. n.* 15. tradit leges

Imperiales in terris exemptis ab imperio pro ratione
naturali dumtaxat esse servandas, Paris. de Puteo
de syndic. §. testes cap. 2. num. 9. Gregor. Lopez in
L. 6. gloss. 2. tit. 4. partit. 2.
13 Ratio namque naturalis vim legis habet L. scire
oportet §. sufficit ff. de excus. tutor. ibi Cujus fidem suf-
ficit firmare ipsa naturali justitia, Bald. in l. cum an-
tiquioribus C. de jure delib. col. pennlt. Anton Gomez
in LL. Tauri nu. 65. Menchac. Illust. cap. 51. n. 42.
Unde dicitur morbo intellectûs laborare, qui stante
ratione naturali legem quærit expressam, Tiraq. in
tract. cessante causa limit. 1. à n. 67. Cald. Pereir. d.
cap. 1. num. 7. Et quidem in Regno leges Regiæ
jus commune constituunt Palac Rub. in præfat.
rubr. de donat. inter. n. 8. Gama decis. 3. n. 6. ubi cum
pluribus Florea de Mena, & dec. 50. Valasc. consult.
103. n. 8. Cabed. 1. p. dec. 211. à n. 1. Cancer. lib. 2.
var. cap. 1. n. 3. Hieron. Leo. dec. 12. n. 15.
14 An autem prædicta Ordinatio d. tit. 36. §. 2. lo-
cum habeat in emphyteusi Ecclesiastica? Dubitari po-
test, quia statuta laicorum non obligant Ecclesiam,
neque bona Ecclesiastica Late Surdus cons. 2. Au-
gust. Barbos. qui plures laudat in cap. qua in Eccle-
siarum num. 2. de constit. idem Surd. cons. 301. à n.
69. Petrus Caball. casu 14. Cyriac. controv. 140. San-
felic. dec. 187. Et probat text. in cap. decernimus de
judic. cum similib. Quam quæstionem disputant Ga-
ma dec. 1. num. 6. & dec. 50. n. 2. Caldas de nomin.
q. 7. Secundum quod verius est, legem sæcularem
disponentem super modo succedendi in emphyteusi
comprehendere Ecclesiasticam respectu utilis do-
minii, quod est laicale.
Deinde dicitur intestatus decedere, qui testamen-
15 tum fecit non ritè & nulliter princ. instit. de hered.
quæ ab instet. defer. L. 1. ff. de suis, & legitim hered.
Donel lib. 9. comment. cap. 1. Menchac de success.
creat. §. 2. n. 2. Gregor. Lopez in L. 1. tit. 13. par-
tit. 6. Matienç. in L. 1. tit. 8. lib. 5. Recopil. gloss. 3.
n. 1. Pichard. ad tit. Instit. de hered. qua ab intest. de
feruntur n. 39. & 41. Et quidem multis modis potest
16 quis nulliter testamentum facere.
Primo, si non habuerit testamenti factionem: ut
explicatur in pupillo per text. in L. qua ætate cum
similib. ff. de testam. Ordin. lib. 4. tit. 81. in princ.
Anton. Gomez in L. 3. Tauri n. 2. & seqq. Clarus in
§. testamentum q. 5. num. 3. plures laudat Emman.
Barbos. in remission. ad d. Ordin. Bened. Ægid. in
repetit. L. 1. §. 1. per totum. C. de sacros. Eccles. An-
gel. Boss. 2. tom. moral. tit. 12. n. 139. Pichard. in §.
1. Instit. quib. non est permiss. facere testament. 1. &
3. Scalona de testamentis lib. 1. cap. 5. à n. 4. usque
ad 12. Quæ resolutio ampliatur in proximo puber-
tati, qui testati non potest neque ad hoc malitia sup-
plet ætatem, quamvis aliud sit in contractibus, An-
ton. Gom. in L. 3. n. 2. & 3. Eman. Barbos. ad Or-
din. titul. 81. in princ. nu. 1. Angel. Boss. d. tit. 12.
n. 139. Paul. de Castr. Alex. Decius, & Bart. quos refert,
& sequitur Narbona de ætat. anno 14. q. 46. n. 7. & 8.
17 Amplia secundo, ut nec ad pias causas testari pos-
sit Anton. Gomez in d. L. 3. Tauri num. 4. Clarus
d. q. 5. num. 3. Tiraq. de privileg. piæ caus. privileg.
9. vers. contrarium, Marta de success. legal. 4. p. q. 1.
art. 5. num. 58. & q. 8. art. 1. num. 9. Bened.
Ægid. in d. L. 1. §. 1. num. 1. Angel. Boss. d. tit. 12.
num. 141. optimè Scalona d. cap. 1. n. 52. & seqq.
Limitanda tamen est prædicta resolutio in pupillo
proximo pubertati, cui lex, vel Princeps concessit,
18 ut testamentum facere possit ante decimum quartum
annum, Anton. Gomez in d. L. 3. nu. 5. Molin. de
just. & jure disput. 136. circa fin. Marta d. q. 8. art.
1. num. 9. Angel. Boss. d. tit. 12. num. 142. Barbos.
in L. cum Prætor. 12. §. fin. n. 53. ff. de judic. Sca-
lona d. cap. 5. num. 79. & seqq. Fundamenta ponit
Narbona d. q. 46. num. 9. & seqq. Thesaur. decis.
Pedemont. 187. Bened. Ægid. in d. L. 1. p. 1. §. 1.
num. 6. de sacros. Eccles. Quæ opinio verior est,
Bened. Pinel. select. lib. 2. c. 10. nu. 59. Gregor. Lo-
pez in L. 3. tit. 1. partit. 6. Quidquid in contrarium
teneant alii relati à Narbona sibi supra. num. 11. &
12. Qui docent Principem non posse dispensare cum
impubere, ut testamentum condere valeat. Quam
communem sententiam intelligas velim in pupillo
proximo pubertati, & doli capace ex Thesauro d.
dec. 87. num. 10. Quod si Princeps pubertati pro-
ximo licentiam testandi concesserit, debet talis, tes-
tari servatis solemnitatibus juris L. si quando C. de
inoffic. testam. L. 5. tit. 1. partit. 6. Clarus in §. tes-
tamentum q. 31. nu. 3. Gutierr. in L. nemo potest n.
9. ff. de legat. 1. Aug. Barbos. in collect. ad text. in 19
d. L. si quando. Qui omnes tenent, quod concessa
à principe facultate ad testandum ei, qui testamen-
ti factionem habebat, censetur remissæ solemnitates
juris, ut gratia aliquid operetur, non si concessa sit
ei qui testari non poterat.
An autem Rex proximus pubertati testari valeat? 20
Dubium est. Et hac quæstionem proposuit Bened.
Ægid. in repetit. L. 1. §. 1. p. 11 num. 7. Ubi con-
cludit, Regem pupillum non posse testari: quia in
ea ætate cum Regni gubernatione sub potestate &
administratione tutoris existit. Qui omnia privilegia,
& diplomata nomine Regis solet expedire: ut tradit
Caldas in L. curatorem si verb. sine curatore numero
118. C. de in integr. restit. Et diximus supra 2. p. cap.
10. num. 10. Unde necessarium erit, quod tutorio
nomine privilegium expediatur, ut Rex impubes
testari valeat virture privilegii. Neque tunc dicitur
testamentum pendere à voluntate tutoris; quoniam
in hac specie testamentum Regis non pendet à vo-
luntate tutoris, neque ab ejus authoritate; sed so-
lùm tutor tanquam Regni gubernator privilegium
concedit, ut Rex pubertati proximus testari valeat:
sicut alii pupillo concedere potest, per ea quæ
diximus supra num. 18. Ne Rex deterioris condi-
tionis reddatur quam vassalli.
Secundo Furiosus qui perpetuo morbo laborat,
testamentum facere nequit L. furiosum Cod. qui tes- 21
tam, fac. possess. qui testamento §. meo furiosus ff. de
testament. §. item furiosi Instit. quibus non est per-
miss. fac. testam. Ordin. d. lib. 3. c. 81. in princ. ubi
Emman. Barbos. num. 2. plures adducit Jul. Clar.
in §. testamentum q. 5. vers. sed à furiosus. Cardoso
in praxi verb. testamentum num. 17 Cardin. Mantic.
de conject. ultim. lib. 2. tit. 5. à numer. 1. Spino
in rubr. de testam. gloss. 19. Anton. Gomez in d. L.
3. num. 16 Benedict. Ægid. in d. L. 1. p. 1. §. 3.
nu. 9. Caldas Pereir cons. 4. n. Reynos. obser 32. n.
1. Castill. l. 4. controv. cap. 28. num 4. & 4. Roder.
Suar. alleg. 1. per tot. Pichard. in d. §. item furiosi n. 1.
Quod adeo verum est, ut licet furiosus post testa-
mentum sanus fiat testamentum in furore factum non 22
reconvalescat Cevall. commun contra commun. q.
11. n. 3. Emman. Barbos. d. n. 2. circa fin. Et habet
locum prædicta resolutio, ut nec valeat testamentum
factum ad pias causas secundum Clar. in §. testa-
mentum q. 5. nu. 5. Anton. Gomez in d. L. 3. num.
6. Spino in d. rubr. de testam. gloss. 10. num. 1. & 7.
Emman. Barbos. d. num. 2. in fin. Bened. Ægid. in
d. L. 1. p. 1. §. 3. n. 9. ampliandaque est etiam in freneti-
co secundùm Bald. in L. 1. Cod. de rescind. vend. q. 10.
Anton. Gomez in L. 3. Tauri nu. 6. Caldas Pereir.
cons. 14. n. 3. Spino in rubr. de testam. gloss. 10. Ne- 23
greiros in introductione ultim. volunt. lib. 1. cap. 7. n.
10. Emman. Barbos. ad Ordinat. lib. 4. titulo 81. n.
10. Pichard. in d. §. item furiosi nu. 4. Quod idem
dicendum est de mente capto, Gama decis. 348. &
plures alii, qui mente captum, & furiosum æquipa-

rari

tari tradunt *gloss. in d. §. item furiosi verb. furiosi.* Et probatur *in 5. Fori, & in L. 13. partit.* 1, Pichard. *d. n.*4. quia jura loquentia de furioso procedunt etiam in mentecapto Mascard. *concl.*503. *n.*20. Aug Barb. *voto* 56. *n.*10. Et quamvis dicatur demens. Vide apud Gama *d. decis.*348. Mascard. *conclus.*1049. Aug. Barb. *de voto* 56. *à n.* 56. *à n.*5.

24 Limitabis tamen quæ dicta sunt de furioso, & mentecapto in eo qui habet dilucida intervalla; is enim testari potest tempore quo est in sana mente *Ordin. d. l. 4. tit. 91. in princ. §. præterea Instit. quib. non est permiss. fac. testam. d. L. furiosum §. eod.* Anton. Gomez. *in d. L.* 3. *Tauri n.*6. Gama *dec.*302. *n.*3. Phæb. 1. *p. decis.*78. *n.*2. Spino *in rubr. de testam. gloss.* 10. *num.*8. Angel. Boss. 2. *tom. moral. titulo* 12. *n.* 132. Pichard. *in d. §. item furiosi num.* 6. & 11. Erit autem validum testamentum furiosi, qui habet dilucida intervalla si probetur testamentum factum fuisse tempore sanæ mentis *L.* 2. *Cod. qui testam. fac. poss. Ordinat. d. tit.*81. *in princ.* Aug. Barbos. *voto* 11. *num.*8. Suarez *alleg.*1 *per totam.* Hyeronym. Magon. *decis. Florent.* 97. *n.* 13. Qui docent ad evertendum testa-
25 mentum furiosi qui habet dilucida intervalla, ut sit validum, non sufficere probare furorem de aliqua die, sed probandum esse furorem de tempore conditi testamenti Menoch. *de arbitr. casu* 528. *& seq.* Si vero dubitatur an testamentum factum sit tempore furoris, vel sanæ mentis, tunc præsumetur factum tempore sanæ mentis, quando dispositio convenit homini sani intellectus *Ordin. d. tit.*81. §. 2. Menoch. *cons.*311.
26 *n.* 7. *& cons.* 374. Gama *decis.* 262. *num.* 1. Phæbus *decis.* 68. *num.* 4. Mascard. *conclus.* 39. *num.* 6. Spino *in rubr. de testam. gloss.* 10. *nu.* 8. Emmam. Barbos. *ad Ordinat. d. tit.* 81. *in princ. n.*3. & §. 2. Cyriac. *controv.* 329. *nu.* 32. *& seqq.* Castill. *l.* 4. *capite* 28. *à num.* 49. Maldonat. post hæc scripta visus ad Molin. *lib.*2. *c.*9. *vers. quinto limita.* Mantic. *de con-*
27 *ject. ultim. lib.*2. *tit.*5. *n.*13. August. Barbos. *voto* 11. *n.*9. & 10. Angel. Boss. *de matrim. cap.* 3. *n.* 66. *& de testam. ad pias d. tit.*13. *c.*134. hoc autem intelligas velim si dispositio in omnibus conveniat homini sanæ mentis, quia si in aliqua parte stultitiam contineat in totum corruet testamentum Mascard. *de probat concl.*39. *n.*7. Reynos. *observ.* 31. *n.* 20. Boërius *dec.*23. *à n.*85. Suarez *alleg.*1. *n.*18. *L. pæn. ff. de condit. & demonstr.* Mantic. *d. tit.*5. *n.*7. *vers. unde cum quæritur.* Intellige superius tradita de dispositione bene composita non procedere in testamento facto à furioso perpetuo: quia dispositio bene composita non facit valere testamentum *Ordinat. d. lib.*4. *tit.*81. §. 2. quamvis enim Bald. *in cap.*1. *tit. per quos. fiat investura in usib. feud.* sequutus Joann. Andr. *in c. fin. de success. ab intestato*, asserat per senatores fuisse confirmatum quoddam testamentum furiosi: ex quo apparuit rectè fuisse ordinatum, quia cum sic testatus esset præsumitur tunc temporis esse in sana mente, siquidem fatuus fatua loquitur. *L. his qui ff. de tutorib. & curat. datis ab his.* Tamen verior est sententia, quæ habet testamentum rectè confectum à perpetuo furioso non valere, namque testamentum est voluntatis nostræ justa sententia, voluntas autem non datur in furioso licet aliqua composita verba proferat, quia ut dixit D. Thom. 1. 2. *in princ.* fatui, & furiosi reguntur impulsu corporum superiorum, & sæpenumero vaticinantur futura, ideoque *Ordinat.* §. 1. juste probavit præd. opinionem, quam tenuerunt Bald. *in §. item furiosi inst. quibus non est permiss. fac. testam.* & Jason. *in d. L. furiosum. n.*2. *vers.*4. *limita.* Spino *d. gloss.*10. *n.*7. Scalona post hæc scripta visus *de testamentis lib.*2. *capite* 7. *num.* 96. *& seqq.* ubi *num.* 98. docet furiosum neque ad pias causas testari posse, & idem ait de testa-
28 mento inter liberos *num.* 101. Furor autem semel probatus durare præsumitur, & actus gestus tempore furoris: ut notant omnes *in d. L. furiosum, & scribunt.* Paris. *cons.*87. *n.* 12. *l.* 2. *Gama dec.*110. *n.* 2. & 3. *& dec.*302. *n.*1. *in fin.* Mascard. *conclus.*1049. *nu.* 32. Reynos. *observatione* 32 *num.* 17. August. Barbos. *voto* 56. *num.* 21. Phæb. *decis.* 78 *numero fin.* Farin. *in fragment. litt. F. num.*317. Montic. *de conject. ultim. volunt. libro* 3. *titulo* 5. *num.* 6. ubi quod ille qui fuerit furiosus per aliquot menses præsumitur in furore perseverasse secùs si aliquo momento, vel aliquo diebus quia non ideo præsumitur in posterum fuisse furiosus, Bart. *in L.* 2. *num.* 4. *ff. de bonor. possess. furioso, & infanti delata* Alex. *cons.* 852. *num.*7. *vers. & illud recte libro* 2. Suarez. *alleg.* 1. *per totam.* Hieron. Magon. *decis. Florent.* 97. *nu.* 29
13. August. Barbosa *voto* 11. *numero* 8. Maldonat. *ubi supra vers. primò limita.* Sed quia ut ait Paul. Zachias *quæstione medico legalium libro* 1. *titulo* 1. *quæstione* 3. *num.* 29. intellectus imperfectio in furioso, cùm sit ex accidenti, & morbo facile possit intermittere, maxime mutatione ætatis, qua, & temperamentum, & qualitates mutantur, si testamentum factum fuerit post longum tempus seu intervallum, puta unius anni postquam furor testatorem dimisit, validum erit testamentum. Immola *in L. § ult. n.*46. *ff. de verborum obligatione* & notant Bald. & alii *in d. L. furiosum*, Cov. *de sponsalib.* 2. *p. c.* 2. *n.* 6. *v. secundo procedit.* Mantic. *d. tit.* 5. *n.*6. *v. secundo etiam*, Reynos. *d. observ.*32. *n.*18. Ang. Bossius 2. *tot. moral. tit.* 12. *n* 173. Mascard. *concl.* 825. *n.*20. Narbon. *de ætate ad human. actus requisita, anno* 25. *q.*29. *n.*6. Farinac. *in frag. verb. furor. n.*323. Sanch. *de matrim. l.* 1. *disp.* 8. *n.* 17.

Præterea cùm ebrius, ut ait Cicero, Solem rarò 30
Occidentem, rarius Orientem videat, nulla in eo dicatur esse ratio, nullus consensus, nullum vinæ gerendæ rectum consilium; immo illi ipsi vitam edormire perhibetur, *c. à crapula de vit. & honest. Cler.* Andr. Gail. *l.*2. *observ.*110. *n.*23. quia mortuò & furioso comparatur *c. vent.*35. *dist. c. sane* 15. *q.*9. Et nihil aliud sit ebrietas, quam voluntaria insania, Senec. *l.* 12 *epist.* 84. refert, & sequitur Bald. *in L. quid ergo §. pæna gravior ff. de his qui not. infam.* Unde dixit Plato *l.* 1. *de leg.*1. non solum senem bis puerum fieri, sed etiam ebrium: refert Borcholt. *in tract. de pact. c.*3. *n.*14. Item ut scripsit Vivez. Inebriari esse sensuum facultates amittere, exire potestate rationis, judicii, mentis de Plane ex homine fieri, vel pecus, vel saxum, loqui, & nescire quid loquaris, ea dicere propter quæ te, & tuos in grave discrimen adducas, plus esse mentis in fele, aut cane quam in tali homine, dum vinum habee in scypho, illud esse in tua potestate, dum in corpore, te esse in illius: haberi jam non habere cum bibiste tractare vinum pro suo libitu, postquam liberis, illud 31
te tractare pro suo. Et enim ebrios non solùm esse legum immemores Accurs. *in L. fin. verb. quærere. Cod. in quib. caus. in integr. restit. non est necess.* & teste ebrios nihil probare docet Panormit. *in c.* 1. *de testam.* Mascard. *conclus.*1358. *n.*9. Prout neque ebrius matrimonium contrahere potest, Decius *cons.* 112. Tiraq. *de pæn. semper. can.*6. Claud. Caciunc. *cons.*34. *per totum,* Sebastian. Medic. *in tract. mors omnia solvit. p.*1. *num.* 118. Et denique contractus ab ebrio factus viribus non subsistat, ut voluerunt Bald. & Alex. *gloss. in d. L. dolum. C. de dolo* Farin. *in praxi tit. de temper. pæn. q.*89. *in spect.*2. *n.*29. Mascard. *concl.* 530. Tiraq. *d. causa* 6. *à n.* 8. Roman. *in L.* 1. *ff. de verb. oblig. per text. in d. cap. sane* 15. *q.* 1. Merito dicendum est ebrium non posse facere testamentum, si continuò à mente sit alienus: ut scribunt: Spino *in rubr. de testamento. gloss.* 10. *num.* 12. & 13. Angel. Boss. *d.* 2. *tom. titulo* 12. *num.* 131. Ubi quod neque ad pias caussas testari valeat. Secus verò si quamvis talis sit 32
deditus vino, aliquando tamen in suo judicio & sensu naturali existit; quia tunc testamentum facere potest:

ut notant omnes in L. humanitatis C. de impuber. Spinio d.n.12. in fin. Angel. Bossius d.n.131. Scalona de testamentis lib. 2. cap. 8. n. 47. & 48. Adderem etiam, quod si probetur istum tempore testamenti fuisse ebrium & non fuisse compotem mentis: quia ad ambas usque aures impletus duos soles sibi visus fuisse dicat, ut dicebat ille Thebanus ebrius senex juxta cap. vinolentiam 35. dist. testamentum omnino irritum fiet. Si autem simus in dubio an scilicet tempore ebrietatis, vel sanæ mentis testamentum conditum fuisset: tunc dispositio fuerit ordinata, valebit testamentum; secus si inordinata: ut diximus supra de testamento furiosi, qui habebat dilucida intervalla.

33 Prodigus etiam, qui dici solet is, cui bonis est interdictum, testamentum facere non potest juxta text. in L. is cui lege ff. de testam. §. item prodigus Instit. quib. non est permiss. fa. testam. Ordinat. lib. 4. tit. 81. §. 4. & L. 13. tit. 1. partit. 6. explicant. Conan. l. 9. commem. cap. 4. n. 9. Spino de gloss. 10. n. 14. Negreiros de introduct. ultim. volunt. lib. 1. cap. 7. nu. 15. Cabed. 1. p. decis. 171. Emman. Barbos. ad Ordinat. d. §. 4. n. 6. Bened. Ægid. in L. 1. C. de sacros. Eccles. p. 1. §. 2. à n. 1. Pichard. ad text. in §. Item prodigus n. 1. & seqq. Menchach. illustr. cap. 17. n. 2. & 3. & cap. 37. n. 9. Angel. Boss. d. tit. 12. n. 144. Scalona de testament. lib. 1. cap. 8. num. 27. & seqq. Qui omnes docent prodigum post bonorum interdictionem testari non posse, testamentum verò antea facum valere. Et quidem talis prodigus neque ad pias testari potest secundum veriorem, & communem sententiam, de qua Anton. Gomez. in L. 3. Tauri nu. 14. ad fin. Spino d. gl. 10. n. 14. ad fin. Clarus in §. testamentum. q. 5. n. 4. Michael. Grassus in §. testamentum quæst. 17. n. 7. Molin. de just. & jur. tom. 1. disp. 137. in princ. Emmam. Barbos. ad Ordin. d. §. 4. n. 6. Bened. Ægid. qui contrariam rejicit sententiam in d. L. 1. p. 1. §. 2. num. 17. vers. sed contrariam, Angel. Boss. d. tit. 12. n. 146.

Dicitur autem prodigus is, qui neque finem neque tempus expensarum habet, sed bona sua dilaceran-
34 do, & dissipando profundit L. 1. C. de curat. furios. Vel qui præter modum, ac sine nullo delectu pecuniis utitur; parumq; omninò aut capit aut quærit: ut tradit Joann. Jovianus Fon. de liberalitate lib. 1. cap. 8. & 9. Quem Constantinus Imperator libidinum omniumque vitiorum servum appellat in L. ult. §. 2. C. de sent. pass. & restit. Et etiam is, qui gladiatorum muneribus, ludorum, venationumque apparatu pecunias profundit in eas res, quarum memoriam, aut nullam aut brevem est reiecturus. Et esse prodigum probatur, si testes deponant aliquem luxuriose videre, ludere, profuse res suas donare, pretiis vilibus bona sua projicere. Quæ quidem sunt hominis profligatæ vitæ non diligentis, & studiosi patris familias L. cum indebito § 1. ff. de probat. L. 1. C. qui & adversus quos Alex. cons. 72. numero 9. volum. 1. Bertrand. cons. 222. numero 3. volum. 3. Mascard. de probatione, conclusione 515. Andr. Gail. libro 2. observatione 29. numer. 8. & vide Scalona d. libro 1. capite 8. à numero 1. cum seqq. ubi latè de prodigalitate.

35 Item filius familias etiam de consensu patris testamentum facere nequit L. qui in potestate ff. de testam. L. cum is §. 1. ff. de donat. caus. mort. L. nemo C. qui testam. fac. poss. Ordin. lib. 4. tit. 81. §. 3. Et apud Hispanos L. 13. tit. 1. partit. 6. ubi Gregor. Lopez. gloss. 3. L. 4. tit. 4. lib. 5. Recopil. ubi Matienc. & Azeved. Spino de testam. in rubr. gl. 4. n. 1. Ubi n. 10. Rationem adducit Covarr. in rubr. de testament. 3. p. n. 45. Molin. de primog. libro 2. capite 9. n. 13. Menchac. de success. creat. §. 22. n. 8. & cum pluribus Emman. Barbosa ad Ordinationem d. §. 3. num. 1. Bened. Ægid. In repetitione L. 1. § 7. num. 1. & seqq. p. 1. Pichard. in princ. Instit. quibus non est. permiss. fac. testam numer. 62. Mantic. de conject. ult. libro 1. tit. 12. numero 2. Gratian. discept. forens. c. 810. num. 9. Cancer. lib. 1. var. c. 4. num. 124. Ubi de filio familias ingrediente Religionem Vincent. de Franch. dec. 4. numero 5. & ibi Amendol. n. 2. & 3. & ad decis. 71. Angel. Boss. 2. tom. moral. tit. 12. n. 148. Valasc. consult. 108. n. 19. & duob. seqq. novissime Franc. Anton. Scalona post hæc scripta visus de testam. l. 1. c. 4. n. 1.

Amplia; ut testamentum non convalescat, quam- 36
vis filius ante mortem patris sui juris sit effectus, & habilis ad testandum secundum g. in princip. Instit. quibus non est permiss. fac. testam. Bart. in L. 1. §. sed si filius ff. de legat. 3. in princ. Gratian. cap. 97. n. 11. & d. cap. 820. n. 9. Surd. de alim. tit. 7. q. 4. n. 21. Secundo amplia ut testari non possit etiam de bonis, in quibus pater non habet usumfructum gloss. Bart. & commun. DD. in d. L. qui in potestate. Jason. in L. fin. num. 2. ff. qui testam. fac. poss. Valasc. de consult. 108. n. 36. Qui receptissimam testatur esse opinio-
nem Viglius in princ. Instit. quib. non est permiss. fac. 37
testam. num. 16. Anton. Gomez. in L. 3. Tauri num. 1. ad finem. Jul. Clarus in d. §. testamentum q. 18. n. 2. Spino de gloss. 4. num. 13. vers. quo fit, Molin. de just. tom. 1. disput. 138. in princ. Bened. Ægid. d. §. 7. n. 5. Amendol. ad Vincent. de Franch. dec. 4. n. 20. Thesaur. dec. Pedemont. 150. n. 10. Angel. Boss. d. titulo 12. n. 148. Mantic. de conject. ultim. lib. 3. tit. 15. n. 4. Scalona c. 4. n. 21. & 25.

Limita ut filius familias de consensu patris testari queat ad pias causas juxta Bart. doctrinam in L. 1. C. de sacros. Eccles. Imola in capite 2. de testam. Jul.
Clarus in §. testamentum q. 5. n. 7. & 8. Valasc. d. con- 38
sult. 108. n. 17. Spino d. gloss. 4. rubr. nu. 11. Gratian. cap. 820. num. 11. Navarrus ad Vincent. de Franch. dec. 4. Angel. Boss. d. tit. 12. num. 150. Scalona d. cap. 4. nu. 49. & seqq. Intellige limitationem ut habeat locum, si consensus patris fuerit expressus; quia non sufficit tacitus neque etiam patris præsentia, Clarus in §. donatio quæst. 6. num. 6. Grassus eod. §. quæst. 3. num. 3. Fagundes de just. & jure lib. 1. capite 15. n. 8. vers. aut quærimus, Angel. Boss. d. tit. 12. num. 152. Et observa, quod legata relicta in dicto testamento ad pias non sustinentur extra causam piam Jul. Clar. in d. §. testamentum q. 5. n. 9. Angel. Boss. ubi supra n. 153. Scalona d. cap. 4. n. 49. & seqq. ubi plenè usque ad n. 63.

Secundo limita, ut filius familias etiam sine patris consensu testari possit de bonis castrensibus, vel qua-
si castrensibus Ordinat. d. tit. 81. §. 3. L. penult. C. qui 39
testam. fac. poss. §. illis autem vers. sed testari Instit. de milit. testam. Surd. de alim. tit. 4. q. 11. n. 11. Bened. Ægid. in d. §. 7. n. 3. & seqq. Spino in d. gloss. 4. num. 11. in fin. & n. 12. Pichard. in d. princ. Instit. quibus permiss. non est fac. testam. n. 4. 69. & 70. Vincent. Franch. decis. 4. n. 1. Emmam. Barbos. ad Ordin. d. §. 3. n. 5. Thom. Valasc. alleg. 29. n. 137. Scalona d. cap. 4. n. 112. ubi à n. 116. cum seqq. explicat quæ bona sunt castrensia, vel quasi. Sed adverte teneri filium familias relinquere legitimam filiis, vel parentibus Aut. Presbiteros in fin. C. de Epis. & Cleric. Bened. Ægid. d. §. 7. n. 13. Thom. Valasc. d. alleg. 19. n. 131. & 136. Molin. de just. disp. 603. Joseph. de Sesse dec. 251. n. 3. Et probat expresse Ordinat. lib. 4. tit. 9. §. 1. Bened. Pinel. lib. 1. select. cap. 6. n. 78. Emmam. Barbos. ad Ordin. d. §. 3. n. 2.

Tertiò limita in filio familias Clerico is enim quam- 40
vis sit in sacris paternis: testari potest tam de quasi castrensibus, quam adventitiis, Pill. Rub. in rubr. de donat inter §. 42. num. 6. Covarr. cap. quia nos n. 2. de testam. Cæpol. cautel. 156. Valasc. consult. 108. num. 14. Thom. Valasc. alleg. 29. nu. 114. & 11. & 16.

& 16. Bened. Pinel. *lib. selectar. cap* 5.*n*.19. Crassus
in §. *testamentum q*.23. Vigilius *in princ. Instit. quib.*
non est permiss. fac. test. n.18. Clarus *in* §. *testam. q*. 7.
Molin. *de just. tom* 1. *disp*.138. Mendez à Castr. *in L.*
cum oportet. 4. *p. n*.162. *& seqq. C. de bon. quæ liber.*
Cald. Pereir. *in L. si curatorem verb. læsis n*.105. *vers.*
denique Bened. Ægid. *d. p*.1. §.7. *n*.10. *& seqq.* Spi-
no *de testam. in rubr. gloss*. 4. *num*. 22. Cevall. *com-*
mun. contra commun. q. 388. Amendol. Ad Franch.
dec.4. *n*. 16. Parlad. *rer. quotid. l*.2.*q*.16.*n*.2. Valenz.
cons.124.*n*.1. Phæb. *dec*.88.*n*.2. Andreol. *tom*.4. *contr.*
326. latè Scalona *d. l*.1. *c*.4.*n*. 80. *& seqq.* Ratio est:
quia omne peculium quod in aliis est adventitium, in
Clericis etiam primæ Tonsuræ est quasi castrense *de*
Auth. Præsbiteros. C. de Episc. & Cleric. Suarez *in quæst.*
Majoricat. n.31. Surd. *cons*.259. à *n*.10. Valenz. *cons.*
124. *n*. 2.

Quæ resolutione plano procedit in Clerico Sacris
initiato. Verum Cald. Pereir. *in d. verb. læsis nn*. 105.
41 quoad Clericum in minoribus absurdum putat posse te-
stari de omnibus bonis, quæ non sunt de quasi castren-
si peculio. Et contra communem sentit *d. n*.105. *v. de-*
niq. Cujus opinionem in Cleric. Primæ Tonsuræ de-
fendit Molin. *de just. & jud. disp*.158. Præterquam ha-
beant si Beneficium Ecclesiasticum, vel si Ecclef. sint
addicti juxta *conc. Trid. sess*.23.*c*.6. *de reform.* Sequitur
Ben. Ægid. *d*. §.7.*n*.11. *in fin.* Th. Valasc. *de al*.29 *n*.
23. Quidquid in contrarium teneat Pic. *in d. princ. In-*
stit. quib. non est permiss. fac. test. n.81. Scalona *d. c*.4.*n*.
89. Covarr. *in capite quia nos ad testamentum.*

Advertendum tamen est quod Clericus non potest
42 testari de bonis quæsitis ex redditibus Ecclesiæ, sive
sit filius familias, sive sui juris: ut probat *text in c.*
quia nos & in cum in officiis de test. ubi commun. DD.
& Clar. *in d*. §. *test. q*.27. *per tot.* Spino *d. gl*.4.*n*.21. Be-
ned. Ægid. *d*. §.7.*n*.12. Scal. *de test l*.3.*c*.5. *n*.26. *&*
seq. at vero in Hisp. de generali consuetudine Cleri-
ci possunt testari de bonis quæsitis ex redditibus be-
neficii, & ea suis hæredibus relinquere, Navarr. *in*
Manual. c.25. *n*.129. Gam. *dec*.323. *in fin.* Valasc.
cons. 165. *n*. 11. *& de part. c*. 35. *n*. 7. Emman. Bar-
bos. *ad Ord. l*. 2. *tit*. 18. §.7.*n*.3. Gabr. Per. *dec*.95.
43 *n*.20. *& seq.* Covarr. *in d. c. cum inoffic. n*. 13. *& seqq.*
post plures Solorz. *de jur. Indiar. tom*.3.*c*.10.*n*.11. Oli-
va *de foro Eccles*.2.*p. q*.3.*n*. 1. *& q*.8. *n*. 21. Cresp. de
Vald. observ.51.n.4. Immo decedente Claric. ab in-
testato succedunt consanguinei in prædict. bonis in-
tuitu Eccles. quæsitis Spino *in rubr. de test. gloss*.14.
n. 16. Pereir. *d. dec*. 95. *n*.21. Cresp. *d. observ*.51.
n. 4.

An autem filiusfamilias possit testari dè bonis quæ
donationis causa à Principe obtinuit juxta formam
44 *text. in L. cum multa C. de bon. quæ lib.* Dubium est in
quo Doct. communiter affirmativam sententiam se-
quuntur. Quos refert & sequitur Cald. *in d. L. si cu-*
ratorem verb. læsis n. 109. Et fundat. Ben. Pin. *d. l.*
select. c. 5. à. 1. *cum seqq.* Contrariam verò opinio-
nem tuetur Bened. Ægid. *d*. §.7.*n*.14. Quem sequitur
Bened. Pinel. *d. c*. 5. *c. n. per totum* ubi latissimè hanc
sustinet opinionem & interpretatur optimè *text. in d.*
L. cum multa.

45 Insuper servus testari non potest juxta *textum in*
L. qui in Domini potestatem L. *filius familias* 16. L. *si*
filius familias 29. *L. qui in potestate ff. de testam. L.*
libert.8. *C. de petit. hæred.* Ubi Aug. Barbos. *n*. 2. Mo-
lin. *tom*.1. *disp*.137. *vers. servus item* Angel. Boss. 2. *tom.*
moral. tit. 12.*n*.154. Scalona *de testam. l*.2.*c*. 1.*n*.48.
ubi *n*. 104. *& seqq.* agit an detur casu in quo servi tes-
tamentum valere possit.

Similiter obsides testari prohibentur: ut diximus
46 *p*.2.*cap*.30.*n*.10. *&*. 11. & post alios tenet Scalona *de*
testamentis lib.2.*c*.1.*n*.119. *& seqq.* Et rursus mutus,

& surdus à nativitate testamenti factionem non ha-
bent, nisi id à Principe impetrassent, *L. qui in potes-*
tat: §. *surdus, ff. de testam. L. Octav. vers. fratris ff. un-*
de cognati. Et quidem jure antiquo mutum, & surdum
sive a natura, sive ex accidenti testari non potuisse
tradit optime Bened. Ægid. *in d. l*.1. *Cod. de sacros.*
Eccles. 1.*p*. §.3. *à princ.* Scalona *de testament. lib*. 1.
capite 7.*n*.39. *usque ad n*.53. Postea vero Justinianus
in L. discretis. C. qui testam. fac. poss. constitui mutum
& surdum simul à natura numquam testari posse: si au-
tem ex accidenti, puta morbo effectus fuerit mutus 47
& surdus tunc litteras norit, & propria manu testa-
mentum scripserit, validum erit, Gomez *in L*.3. *Tau-*
ri n.16. *Ordinat. lib*.14. *tit* 81. §.5. Spino *in rubr. de*
testam. gloss. 9. Bened. Ægid. *ubi proxime n*.4. Cald.
Pereir. *de nomi. quæst*.1.*n*.30. Pichard *in* §. *item mu-*
tus n. 3. *Instit. quibus non est permiss. fac. testam.* Sca-
lona *d. cap.* à *n*. 5. *cum seqq.* Addit *Ordinatio Regia*
d. §.5. Quod is mutus ex accidenti, si litteras nescit,
potest alterius manu testamentum condere, impetra-
ta Regis licentia, Bened. Ægid. *in d. L*.1. *p* 1. §.3.*n*.5.
ad fin. Qui mutum à natura Principis licentia juvari
non posse ait, quia in muto à natura datur naturalis
defectus quem Princeps supplere non valet Notabis
tamen quod mutus è natura nemo nascitur, quin &
surdus quoque sit, Pichard. *in* §. *item extraneus num*. 48
8. *Instit. de hæred qualit. & different.* Si verò vitium
sit discretum, quod raro contingere dixit Ægid. *in d.*
L.1. §. 3.*n*.4. tunc surdus qui mutus non est testari
potest, mutus autem cujus aures sunt apertæ vocem
recipientes numquam testari valet, *d. l. discretis ubi*
gloss. & commun. DD. Anton. Gomez *in d. L*.3. *Tauri*
n. 16. Ægid. *d. n*. 4. Item mutus miles tèstari potest
jure militari *L. jure militari de testam.* Scalona *late de*
c.7.*n*.71. *& seqq.*

Sed quia paria sunt, expressa voce, vel nutibus, 49
aut scriptura seu signis consensum & voluntatem de-
clarare: ut probant jura *in L. non figura* 38. *ff. de obli-*
gat. & action. l. si pater ff. de adoption. L. 1. §. *assignare*
ff. de assignat libert L. & legare ff. de novation. L. nu-
tu, ff. de legat. 3. *L. & in epistola C. de fideicomm. L.*
pater 93. §. 1. *&* 2. *ff. de manumiss. vindict.* Et facit
illud Ovidi *lib*.4. *Metamorph.*

Conscius omnis abest, nutu, signisque loquuntur. Si
mutus; & surdus, quid agatur intelligant. L. 1. *ff. de* 50
bonor possess. furios. animi sensum signis exterioribus
declarare possint, ad pias causas testari valebant se-
cundùm *gloss. in cap. cum ibi de test.* Corn. *in* L. *jube-*
mus n.26. *de testam.* Clarius *in* §. *testamentum q*. 6.
vers. quinto infertur, Tiraq. *de privileg. pia causa pri-*
vil.8. *in princ.* Bened. Ægid. *d*. §.3.*n*. 1. *&* 8. Spino
de testam. in rubr. gloss.9. *n*.1. *vers. quæ omnia* Angel.
Boss. 2. *tom. moral. tit*.11.*n*.25. *& tit*.12.*n* 138. Caldas
de nomin. q.1.*n*.29. Scalona *de testam. l*.1.*c*.7.*n*.16. *&*
seqq. qui de communi testatur, licet contrariam te-
neat à *n*. 110.

Prout etiam mutus, qui intellectum habere volun-
tatem suam signis exterioribus manifestam facere scit. 51
omnes contractus celebrare potest qui consensu per-
ficiuntur. *L. servo invito* §. *si pupillo ff. ad Trebell.* Ubi
Bart. & DD. *in L. mutum ff. de acquir. hæred.* Anton.
Gomez *in L*.3. *Tauri n*. 16. *& l*.3. *var. capite* 6. *n*. 5.
L. capite 14. *n* 29. & ibi Joan. de Aylon. *in addit.*
n. 30. Tusch. *lit. M. conclus*.440. Cald. Pereir. *de*
nomin. q. 1. *n*. 30. *& in l. si curatorem verb. cum non*
absimilis à *n*. 58. Item mutus & surdus quamvis hæ-
raditatem adire non possint; quia verba aditionis
loqui nequeunt *L. cum qui* 51. *ff. de acquir. hæred.*
tamen pro hærede se gerere possunt *L. mutum de*
acquir. hæred. Siquidem hic modus acquirendæ hæ-
reditatis neque auditionem neque orationem requi-
rit *L. pro hærede ff. eod. tit.* Et denique mutus etiam 52

à natura qui intelligit quod agitur matrimonium con-
trahere valide potest, L. mutus 76. ff. de jure dot. Alex.
in L. 1. n. 10. ff. de verb. obligat. Caldas de nomine
quæst. 1. n. 30. vers. qua ratione, & in d. L. si curato-
rem verb. cum non absimilis à n. 60. Sanch. de matrim.
l. 1. disp. 8. à n. 12. Immo mutus ex accidenti, qui non
est surdus, & habet sanum intellectum, potestque per
signa indubitata voluntatem, & animi passiones indi-
care, admittitur in testem. Farin. de testibus quæst. 61.
n. 46. Cyr. controv. 80. n. 1. Roland. de commissione
2. p. lib. 2. capite 15. n. 8. & cap. 16. Quod intellige
in civilibus, secus in criminalibus, Farin. ubi proxime
num. 49. & 55. Qui sublimat, ut possit esse testis in
criminibus exceptis; Sequitur Cyriac. contr. 80. n.
10. & 11.

Item Monachus professus non potest testamentum
53 condere. cap. 2. capite quia ingredientibus de testam.
Auth. de Monach. §. illud, Abbas in capite in præ-
sentia de probation. n. 61. Anton. à Gama dec. 388.
n. 2. Gomez in L. 3. Tauri n. 13. Valasc. consult.
108. n. 7. Spino de test. in rubr. gloss. 6. August. Bar-
bos. in Auth. ingressi C. de sacros. Ecclesi. n. 13. & 31.
Molin. de just. & jure tract. 2. disp. 141. Gutierr. l. 1.
Canonic. capite 1. n. 20. & seqq. Bened Ægid. in L.
p. 4. §. 2. n. 19. C. de sacros. Eccles. Scalona de tes-
tam. l. 3. c. fin. n. 39. & seqq. Et probat Ordinat. l. 4.
titulo. 81. §. 4. Quam conclusionem ampliabis etiam
in monacho, qui ex indultu Papæ degit extra claustra
Monasterii D. D. commun. in cap. 1. de testam. Ga-
ma d. dec. 388. n. 2. Covarr. in d. cap. 1. de testam.
n. 26. Gabr. Pereir. dec. 76. in n. fin. Gratian. disc.
forens. cap. 365. n. 25. & cap. 880. n. 10. Sanchez
ad præcep. Decalog. 2. l. 6. cap. 6. n. 10. Aug. Bar-
bos. de jure Eccles. l. 1. c. 41. n. 211. & de potestate.
Episcop. pag. 3. alleg. 114. n. 22. & in Auth. ingres-
sion 32. C. sacros. Eccles. Ex ea ratione, quia Monachi
frequenter æquiparantur servis. Sebastian. Vantius
de nullitate ex defect. jurisdict. de lect. n. 76. 77. &
78. Et ideo monachorum Monialiumque voluntas ab
Abbate, seu Abatissa tamquam à dominis dependet,
& in illorum arcu recluditur: ut dixit Demaudet. in
capite si religiosus de elect. in 6. c. 2. de testam. in 6.
c. non dicatis 12. q. 1. Imolens. cons. 27. n. 28. An-
ton. Hering. de fidejuss. cap. 7. num. 243. & 244.
Quare cum ultima voluntas non possit ab alieno ar-
bitrio pendere, nullo modo Monachus testamentum
condere valet, nisi testanti facultas à Romano Pon-
tifice ei sit concessa, Covarr. in cap. 1. n. 10. de tes-
tam. Jason. in d. auth. ingressi. col. 2. n. 11. Simon.
de Prætis de interpret. ultim. volunt. lib. 2. inter-
pret. 1. dub. 1. solut. 4. n. 74. Bened. Ægid. in d.
55 L. 1. p. 1. §. 1. n. in fin. Quo casu indulgentia sim-
pliciter fiat, poterit Monachus tantum testari de bo-
nis ejus industria quæsitis, non de aliis quæ ad Mo-
nasterium pertinent, Gama d. dec. 388. n. 2. & 3.
ubi Flores de Mena.

Limitabis tamen prædictam resolutionem in Equi-
tibus Ordinum Militarium quibus indultum est à Sum-
56 mo Pontifice ut testari valeant, Valasc. cons. 108.
n. 8. August. Barbos. in d. auth. ingressi. n. 32. & de
jure Eccles. l. 1. cap. 42. n. 220. Scalona de testam.
lib. 3. cap. fin. n. 73. Tamen contrarium dicendum
est in Militibus Hierosolimitanis, qui testamenti fac-
tionem non habent. Ex his, quæ August. Barbos. in
d. cap. 42. n. 106. Gregor. XV. dec. 109. n. 1. & 2.
& dec. 87. n. 1. Idem Augustin. Barbos. de jure Ec-
cles. lib. 3. cap. 7. n. 35. & in Auth. ingressi n. 32.
& quid de religiosis Societatis Jesu Scalona d. cap.
fin. n. 71. & 72.

An autem & quando ingrediens Religionem possit
disponere de bonis suis? Vide Molin. de primog. l.
2. cap. 7. n. 53. Sanches ad præcept. Decalog. l. 7.
57 cap. 31 à n. 7. latè & optimè Bened. Ægid. in d.
L. 1. p. 4. §. 2. Aug Barbos. d. Aut. ingressi. late Sca-
lona d. cap. fin. §. 1. n. 1. & seqq.

Ulterius non potest facere testamentum condem-
natus ultimo supplicio ad mortem naturalem text. 58
in L. ejus §. 1. de testam. L. si quis filio exhæredato, §.
irritum ff. de injust. rupt. L. qui ultimo ff. de pœnis:
tradunt post antiquiores Ant. Gomez in L. 4. Tauri
à princ. Pater Molin de just. tract. 2. disp. 9. n. 4. &
seqq. Costa in cap. si pater de testam. in 6. p. 1. verb.
si absque n. 45. Cald. Pereir. de nomin. q. 5. à n. 13.
& 30. Spino de testam. in rubri. gloss. 8. à n. 1. Gama
de Sacram. præst. ultim. supplic. damnat. q. 6. à n.
1. Bened. Ægid. in d. L. 1. de sacros. Eccles. p. 1. §.
5. n. 1. Covarr. in rubr. de testam. 3. p. num. 35. &
seqq. Menchac. illust. cap. 86. n. 1. 2. 3. & de succes.
creat. §. 3. n. 4. Clarus in §. testamentum q. 21. &
22. Angel. Boss. 2. tom. moral. tit. 12. n. 196. 197.
& 198. Scalona de testam. lib. 2. cap. 3. Ita ut testa-
mentum antea factum secuta condemnatione capitali 59
irritum fiat: ut tenent supra citati. Et probatur ex text.
in d. L. ejus qui. §. 1. de testam. L. 1. ff. de suis, & le-
gitim. hæred. L. 1. L. si quis filio 6. §. irritum ff. de
injust. rupt. L. conficiuntur. §. si post factum de jure
codicill. L. penult. §. 1. de bon. possess. secut. tabul. Or-
din. lib. 4. tit. 81. §. 6. Cujus ratio hæc est qui ita dam-
natus ad mortem servus pœnæ efficiebatur. d. L. ejus
qui §. 1. Ordin. d. §. 6. ibi E porque a condenaçaõ o faz
servoda pena em que he condenado Cald. d. q. 5. n. 24.
Jason in L. si quis mihi bona §. 1. n. 1. ff. de acquir. hæ-
red. Bened Ægid. d. n. 1. vers. & ratio est. Gama d. q.
6. n. 1. Unde necessariò sequitur ita condemnatum
non esse capacem factionis testamenti; cum enim illa
juris Civilis sit, servus quo ad ea quæ juris Civilis
sunt; pro nullo habetur L. quod attinet ff. de regul.
juris.

Quæ resolutio intelligenda est de condemnato ad
mortem naturalem: non verò ad mortem civilem: 60
quamvis enim de jure veteri damnatus ad mortem,
tam naturalem, quam civilem, servus pœnæ effice-
retur, & intestabilis: ut notat Ægid. d. §. 5. in princ.
Tamen de jure noviori nemo benè natus, qui super-
vivit pœnæ servus efficitur Authent. sed hodie de do-
nat. inter & in Auth. de nupt. §. quod autem prius col-
lat. 4. Anton. Gomez in L. 4. Tauri n. 2. Gama dec.
362. n. 2. & 4. Cald. Pereir. de nomin. q. 5. n. 21.
& in L. 1. C. ex delict. defunct. sub n. 38. Ægidius in
d. §. 5. n. 3. Peregr. de jure fis. l. 1. t. 3. n. 10. Idem
Anton. Gomez lib. 1. variar. cap. 10. n. 29. Alex.
Trentacinq. lib. 1. var. tit. de mort natur re ol. 1. n.
3. Surdus cons. 90. n. 37. Giurba de success. feudor §.
1. gloss. 7. n. 48. Joann. Bellon. de jure accres. 2. p. cap.
7. q. 52. n. 40. Et sic deportatus, vel condemnatus 61
in perpetuum exilium, vel ad triremes testamenti fa-
ctionem non admittit Boër dec. 278. n. 3. & 8. An-
ton. Gomez in d. L. Tauri 3. n. 3. Covarr. in rubr.
de testam. p. 3. n. 27. Pichard. in §. qui apud hostes
n. 13. Instit. quibus non est permiss. fac. testam. An-
gel. Boss. d. tit. 12. n. 99. & seqq. Caldas d. q. 1. n. 1.
vers. servum autem post alios Bened. Ægid. d. §. 5.
n. 3. Novissimè Scalona de testamentis l. 2. cap. 1. n.
46. & seqq. Quia licèt condemnati ad perpetuos car-
ceres, vel ad triremes in perpetuum damnatis in
metallorum fuissent æquiparati, ut per Innocent. in
cap. qualiter, & quando de accus. Bart. in L. 2. n. 9.
ff. de public. judic. Gama dec. 362. n. 3. & servi pœ-
næ efficerentur Bart ubi proximè n. 10. Gama supra
n. 4. Hodie verò æquiparantur deportatis, & non
fiunt servi pœnæ: sicut de damnatis ad triremes tra-
dit Crassus. in §. institutio q. 6. Bursat. cons. 48. num.
29. Peregrin. de jure fisc. lib. 3. tit. 4. n. 6. Bellon.
d. q. 52. n. 41. Pichard. in §. ejus qui, n. 14. Instit.
quibus non est permiss. Et ille tantùm servus pœnæ 62
dicitur, qui ad mortem naturalem fuit condemna-
tus:

tus: ut post Angel & Aleaandr. scribunt Raph. Cuman. *in L. si quis mihi bona §. 1. de acquir. hæred.* ubi Jason. *n.* 1. Et fuit sententia *gloss. in d. Auth. sed hodie, verb. ex suplicio.* ubi etiam Bart. *& in L. ejus §. sicut n. 1. vers. nec obstat.* & ibi Bald. *n.* 3. & Paul. de Cast. *n. 9. vers. secundo quaro ff. de testam.* Caldas *de nomin. q. 5 n.* 24. Ripa *in L. ex facto § si quis rogatus n. 1. vers. item intellige ff. ad Trebell.* Crassus *in §. testamentum q. 26. n.2.* Farin.*q.*102.*n.*111. Bellon.*d. q.* 52. *n.* 42.

Amplia, ut condemnatus ad mortem naturalem sit intestabilis, quando post latam sententiam ausug t à carcere, vel fuit ereptus à manibus familiæ: quo-
63 niam hoc modo superveniens remanet servus pœnæ, eo ipso quod contra eum sententia lata fuit: ut optimè tradit Gama *de Sacram. præ. præst. q. 6. n. 8. & 9.* ea Angel. *in d. L. ejus qui, n.* 2. Aretin. *in L. si quis post accusationem n. 3. ff. de testam.* Ubi dicit ita tenere communiter Doctores Surd. *cons.* 99. *n.* 12. Pereg. *d. l. 3. tit. 2. n.* 2. Farin. *in prax. q.* 102. *n.* 115. Bellon. *de jure accresc. d. cap. 7. q. 52. n.* 43. 44. & 45. Anton. Gomez *d. l. 1. variar. cap.* 10. *n.*
64 29. Quæ intelligenda sunt de eo, qui præsens in vinculis fuit ad mortem damnatus: at verò si in absentia, non efficitur pœnæ servus: ut notabiliter docet Bald. *in L. 1. Cod. de hæred. Inst. col. penult. vers. item licet præsens* Clarus *in §. testamentum q.* 21. & cum aliis Caldas *de nomin. q. 5. n.* 11. Et sentit Gomez *d. l. 1. cap.* 10. *n.* 29. ibi: *Quando quis esset condemnatus ad mortem in præsentia,* Stephan. Gratian. *forens. cap.* 309. *n.* 18. & *seq.* Pelaez de Mierez *de major. 1. p. q. 21. n.* 221.

Sed adverte Doctores, qui docent condemnatum ad mortem in absentia non effici intestabilem, eo niti fundamento, quod sententia profertur sub conditione si in fortiam venerit; ut dicitur *In Clement Pastoralis, de re judic.* Quare cum sententia ante implementum conditionis non possit habere effectus, videtur, quod si pendente conditione, & antequam condemnatus in potestatem Judicis veniat, decesserit,
65 testari valeat Verum prædictum fundamentum cessat in hoc Regno. Ubi proceditur in absentia adversus delinquentem, & profertur sententia absque aliqua conditione, servatis his quæ habentur in *Ordinat. l. 6. tit. 126. in princ.* Ubi sententia purè ferri jubetur, ibi: *Se procedera contra elles à sua reveria: & a chandose culpados, feraon condenados à morte, ou na pena, que per direito mereecerem.* Immò *in §. 7.* statuitur, quod in sententia capitali absens declaretur bannitus; Quo facto Magistratus tenentur convocare populum ad capiendos bannitos qui si ad mortem fuerint damnati, statim furca suspendi debent simul atque fuerint incarcerati. Et ea propter cum Ordinatio Regia apud Nos sit jus commune ut alibi diximus, & secundùm eam condemnatus ad mortem in absentia, & in præsentia non differant quoad condemnationem, sed solum quoad dilationem executionis, dicendum est ita condemnatum in absentia effici servum pœnæ, ut sit condemnatus in præsentia. Et ideo de jure Regio utrumque testari non posse certum est: ut optimè tradit Anton. è Gama *de Sacram. præst. q. 6. n.* 13. Caldas *de nomin. q. 5. n.* 46. Cabed. *2. p. dec. 57. n.* 8. & quidem *Ordin. l. 4. tit. 61. §.* 6. generaliter disponit, quod damnatus ad mortem non potest testari, & sic generaliter est intelligenda tum in damnato in præsentia quam in absentia.

Declara, quæ diximus, de eo, qui à carcere aufugit post condemnationem mortis, ut procedant
66 etiamsi ad exteros se conferat; quia nihilominus intestabilis manet; quocumque vadat: ut est communis opinio, de qua Aretin *in L. si post accusationem n. 3. ff. de testam.* Jul. Clar. *in §. testamentum q.* 21. *vers. sed quid si reus.* Abbas *in rubr. de testam. n.* 4. Bened. Ægid. *in d. L. 1. p. 1. §. 6. n.* 7. Caldas *de nomin. q. 5. n.* 30.

Limita supra positam conclusionem, ut non pro- 67
cedat in condemnato ad mortem per sententiam inferioris, à qua appellatum fuit: quia pendente appellatione, si testamentum faciat, & ante confirmationem sententiæ per superiorem decesserit, valet testamentum, Anton. Gomez. *in L. 4. Tauri n. 2. 3. & 4.* Caldas *de nomin. q. 9. n.* 25. Bened. Ægid. *in d. L. 1. §. 5. n. 2. in fin.* Melchior de Valent. *lib. Illustr. tract. ep.* Ex ea ratione, quippe pendente appellatione à sententia capitali, & quæ infamiam irrogat, illæsus conservatur condemnati status, & ritè uti potest privilegiis, quibus ante accusationem fruebatur *L. 2. §. ult. ff. de pœn. L. 1. §. integer. ff. nil novand. appel. pend. L. quia latronibus §. si quis L. ejus §. ult. ff. de testam. L. furti §. 1. ff. de his, qui not. infam.* Fermosin. *in cap. audita q. 4. numer. 15. de restit. spoliat* Gama *de Sacram. præst. d. q. 6. n.* Gratian. *cap.* 40. *n.* 45. Post. *de manut. observ.* 8. *n.* 53. & 54. Quod idem procedit casu, quo duret tempus ad appellan-
dum, Gama *d. q. 6. n. 2. & 3.* Caldas *d. q. 5. n. 25. & 27.* 68
Valent. *ubi supra.* Quapropter cum in nostro Regno nulla sententia inferioris condemnans ad mortem, vel quamlibet aliam pœnam corporalem, vel exilii, non possit executioni mandari quin Judici inferiori obligatio incumbit appellandi à propria sententia pro parte justitiæ, quamvis condemnatus non appellat juxta *Ordinat. l. 5. tit* 122. Si accusatus & condemnatus ab inferiore decesserit anta confirmationem sententiæ per Senatum validum erit ipsius testamentum.

Secundò limita, ut condemnatus ad mortem in hoc Regno possit testari de tertia bonorum suorum parre
ad causas pias de quibus *in Ordin. lib. 4. tit. 81. §.* 69
fin. ubi Emman. Barbos. Gama *de q. 6 num. 14. & seqq.* Bened. Ægid. *in L. 1. C. de sacros. Eccles. p. 1. §. 5. à n.* 4. Quem vide *n. seqq.* Ubi non solùm testari posse ait ad pias causas, quæ enumerantur in dicta Ordinatione, sed etiam ad similes. Et idem procedere de jure communi tenent plures quos refert Angel. Bossius 2. *tom. moral. tit.* 12. *num.* 208. Ego verò non posse testari ad alias causas præter expressas verius credo, qui ordinatio taxativè loquitur, ibi: *Somente*, quasi ad alias causas procedat generalis testandi prohibitio de qua *in d. Ordin.*

Sciendum est etiam usurarium manifestum testari 70
non posse, nisi ipse idoneam præstiterit cautionem de restituendis usuris *cap. quamquam de usur. l. 6.* Spino *in rubr. de testam. gloss. 13. n. 3. & seqq.* Covarr. *l. 3. variar cap. 3. nu.* 9. Clarus *in §. testamentum q.* 26. *n.* 1. Cævall. *commun. contra commun. q. 11. n. 1. & q. 277. n.* 1. Crassius *in §. in testamentum q. 33. n. 1.* Bened Ægid. *in d. L. 1. C. de sacros. Eccles. p. 1. §. 4. n.* 4. Gratian *forens. cap. 97. à n. 13. & 15.* cum aliis August. Barbos. *in d. cap. quamquam n.* 6. Angel. Boss. *2. tom. moral. tit. 12. n.* 181. Quod idem dicendum est circa codicillos Covar. *l. 3. variar. cap. 3. n. 9. vers. quinto,* August. Barbos. *ubi proxime. n.* 8. Spino *d. gloss. 13. n.* 24. Ang. Boss. *d. tit. 12. n.* 182. Scalona *de testam. l. 3. cap. 2. n. 3. 4. & 5. & seqq.*
Cautio autem debet esse pignoratitia, vel fidejusso- 71
ria, quia non sufficit cautio juratoria, Spino *d. gloss.* 13. *n.* 31. Covarr. *d. cap. 3. n.* 6. Jull. Clar. *d. q. 26 n.* 1. Gratian. *c. 147. n.* 22. Cevall. *q.* 66. Pinel. *in L. 1. C. de bon. matern. 2. p. num.* 76. Menoch. *de arbitr. casu 142. num.* 3. Sanches *de matrim. lib. 10. disp. 18. num.* 35. August. Barbos. *in d. cap. quamquam n.* 15. Ang. Boss. *d. tit. 12. m.* 194. Et nota quod usurarius manifestus si non præstiterit prædictam cautionem neque ad pias causas testari valet, neque legata pia in ejus testamento relicta præstari debent, Bart.

in L.1.de sacros.Eccles. Quidquid aliàs dicat Covarr. *in d.cap.9.in fin.*scilicet, quod favore pietatis valent legata dummodo testator decesserit cum signis contritionis pœnitendo de peccatis. Sequitur Michael. Crass. *in d.* §. *testamentum. q.* 17. *num.* 11. *ad finem* quia melioribus fundamentis fulcitur nostra opinio, quam amplexi sunt Spino *in d. rubr. gloss.* 13. *n.* 24. Bened. Ægid. *in d.* 1. *p.* 1. §. 4. *num.* 4. *vers. sed.& in hoc*, Angel.Boss.*d.tit.*12.*n.*192. Rota apud Farin. 1.*p. novissim. dec.*169.*n.*2. August. Barbos.*in d. cap. quamquam n.*7. Scalona *d.cap.*2.*n.*10. ubi plures citat, & numeris sequentibus plures congerit ampliationes.

72 Iterum nota, quod si usurarius manifestus præstitit cautionem de restituendis usuris, & postea illas exercuit, non valet testamentum: ut voluit Bald. *in L. executorem C. de execut. rei judic. DD. in d. cap. quamquam de usur. in* 6. Spino *d gloss.*3.*n.*24. *vers.sic etiam*, Angel. Boss. *d.*2.*tom. moral. tit.*12.*n.*186. Et eodem modo si tempore testamenti non exercebat usuras cum tamen anteà illas exercuisset si cautionem non præstitit, nullum testamentum, Ananias *in cap. quia in omnibus de usur.*dicit communem Socin.*cons.* 127.*lib.*3.Spino *d.gloss.*13.*n.*24.*vers.hinc fit.*Ang.Bos. *d.tit.*12.*n.*184. Cevall.*commun.contra commun.q.*11. *n.* 11. *q.* 337. *n.* 1.

Limita supra positam resolutionem, ut si usurarius post testamentum caveat de restituendis usuris,recon-
73 valescat testamentum,Surd.*de alim.tit* 7.*q.*4.*n.*20.dicit veriorem Cevall.*d.q.*11.*n.*13. Gratian.*discept.forens.cap.*79.*n.*13. Spino *d.gloss.*13.*n.*31.August.Barb. *in d.L.fin. de usur. in* 6.*n.*11. Quod idem dicendum, si procuratorem reliquerit, qui post ejus mortem cautionem præstet: tunc enim etiam reconvalescit testamentum Cardinal.*in Clement.*1. *de sepult*, *q.*23.Spino *d. gloss.*13. *n.*32. *usque ad* 34. Angel. Bos. *d. tit.* 12. *num.* 183.

Hinc præteritæ proxima est quæstio, An excom-
74 municatus possit testari? In qua *gloss.in cap. decernimus de sent. excomm. in* 6. tenet excommunicati testamentum non valere. Sequitur Hostiens. *in cap. pia consideratione de except. in* 6. Joan. Monach. & alii *in d. cap. quamquam de usur. in* 6. Sed contraria opinio verior est quam sequuntur Bart. *in L. si quæramus col.fin. ff. de testam.* Innocent.*in cap.cum voluntate de sent.excommun.* Covarr.*in rubr. de testam.* 2. *p. n.* 18. Gomez *in L.* 3. *Tauri num.* 13. Jul. Clar.*in* §. *testamentum q.* 24. Molin. *de just. & jure tom.* 1. *tract.* 2. *disput.* 137. *vers. de excommunicato*, Spino *de testam. in rubr. gloss.* 11. *n.* 57. Bened. Ægid. *in d. L.* 1. *C. de sacros.Eccles.* 1.*p.*§.4.*à nu.* August. Barbos. *in cap. decernimus n.* 7. *de sent. excommun. in* 6.Ricciulus *de jure personarum lib.*4.*cap.*58.*à n.*17. Angel.Bos.*tom.* 2.*moral. tit.* 12. *n.* 180. Peregrin.*de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 11. *n.*26. Scalona *de testam.lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 13.

75 Quæ resolutio limitanda est in excommunicato propter hæresim: quia hæreticus testari non valet juxta Bart. doctrinam *in Auth. credentes Cod. de hæretic.* Et probat *text. in L. Manicheos, C. eod. Ordinat.lib.*4.*tit.*81.§.4. *cap. excommunicamus* §.*credentes de hæretic.* Abbas *in rubr. de testam.* Felin. *in cap. cum dilectus n.*5.*de accusat.* Spino *in rubr.de testam. gloss.* 12. *n.* 42. Ubi *n.* 43. rationem reddit: & hæreticum neque codicillos facere posse, docet Bened. Ægid. *in d.* §.4.*n.*1. *vers. poterit sanè* Angel. Bossius *d. tom.* 2. *moral. tit.* 12. *n.* 260. Intellige, ut hæretici testamentum annulletur secuta sententia criminis declaratoria, non ante, Bart. *in L. Imperator, ff. de jure fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 171. Fachin. *lib.* 9. *controv. c.* 35. Anton. Gabr. *cons.* 196. *num* 1. Simanchas *de Cathol. instit. tit.* 9. *numero* 173. 187. *à num.* 229. August. Barbos. *in cap. cum secundum num.* 4. & 5. *de hæretic. in* 6. Angel. Boss. *d. tit.* 12. *num.* 171.

Limita in hæretico reconciliato per Inquisitores 76
hæreticæ pravitatis, quia iste testari potest Simanch. *d.tit.*9.*n.*125. Vasques 1.2.*q.*96.*à n.*5. Et nota quod hæreticus ita ut non potest testari, ita ex alterius testamento capere non potest juxta *text. in L. hi, quis anclam C.de apostat. auth.credentes C.de hæretic. cap. si quis Episcopus eod.tit.*Brun.*de hæretic.lib.*1.*cap.*11. Gregor.Lopez.*in L.*4. *in fin.tit.*25.*partit.*7.Alvarad. *de conject. ment. defunct. lib.*2.*cap.*1.*n.*21. Spino *d. gloss.* 12. *n.* 44. & 45.

Denique non potest testari ille, qui è Regno expulsus est, & naturalitate privatus. De quo agit *Or-* 77
*dinat.lib.*2.*tit.*13.*in princ.& tit.*15.*in princ.*Is enim deportato similis est, qui testamentum facere nequibat L. *si quis filio exhæredato* §. *ejus, qui deportatur, ff. de injust. rupt. L. ejus qui* §.1. *vers. in insulam deportati, ff. de testam. L.* 2. *C. de bon. proscript.* Ex ea ratione, quia civitatem amisit: optimè Bened. Ægid. *in d. L.*1. *C. de sacros.Eccles. p.*1. §.6. *n.*2. Qui propositum casum consideravit ibidem. *num.* 4. Et quoniam civitatem amisit, testari non posse resolvit; nisi in aliquo alterius Principis Regno accipiatur, & originaris Civis nomine Principis beneficio gaudere illi sit concessum: tunc enim si ibi ritè testamentum fecerit, valebit etiam in patrio solo: ut eleganter prosequitur Ægidius *d.*§.6.*n.*5.6.& 7. Quem omninò vide; quippe pulchrè loquitur.

In prædictis igitur casibus intestabilis etiam dice- 78
tur intestatus decedere juxta resoluta *supra n.* 7. & sic si nullo legitimo hærede decesserit eorum bona tanquam vacantia ad fiscum pertinere dicendum est juxta *text.in d.L.*1.& 41.*Cod.de bon. vacant. lib.* 10. *Ord. d.lib.* 2. *tit.* 26. §. 17.

CAPUT XVI.

An, & quando intestatus dicatur, qui testamentum rite non fecit?

Ad Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 17.

SUMMARIUM.

1 *Testamenti factio publici juris est.*
2 *Testamenti inventio est juris gentium.*
3 *Jus civile ad vitandas fraudes solemnitates in testamentis introduxit, quibus omissis testamentum est nullum.*
4 *Testamentorum duo genera à jure Civili fuerunt introducta: Nuncupativum scilicet, & aliud in scriptis, seu clausum.*
5 *In hoc Regno testamentum nuncupativum tripliciter fieri potest. Et ibi primo modo testamenti Nuncupativi confecti per tabellionem.*
6 *Secundo modo in scriptura privata confecta à testatore, vel a tertio de ejus mandato coram quinque testibus, masculis, & puberibus, in quorum præsentia testamentum legi debet.*
7 *Tertio modo fieri potest testamentum verbale tempore mortis masculis, vel fœminis.*
8 *Testamentum Nuncupativum non requirit solemnitatem scriptura; potest tamen ad scripturam redigi.*
9 *Testamentum factum primo modo per instrumentum publicum propriis nititur viribus, & de se probat testium examine.*
10 *Testamentum factum in scriptura privata, vel verbaliter, nullum producit effectum, nisi mortuo testatore publicetur interrogatis testibus,*

&

& Judex sententiam illius approbatoriam proferat.

Publicatio fieri debet publicatis venientibus ab intestato. Ib.

11 *Testamenti Nuncupativi confecti in scriptura privata, aut verbaliter validitas pendet à dictis testium, & Judicis publicatione.*

12 *Testamentum Nuncupativum publicari non potest, si unus vel duos testes mortui fuerint tempore publicationis.*

13 *Testes ad publicationem testamenti an debeant esse conformes, non solùm in substantia facti sed etiam in forma verborum, quæ testator dixit? Remissivè.*

14 *Testamentum Nuncupativum verbale de jure communi quocumque tempore fieri poterat, & valebat secuta publicatione post mortem testatoris.*

De jure Regio validum est, si fiat tempore mortis ita ut si testator non decesserit ex illa infirmitate, nullum reddatur. Ibid.

15 *Testes ad publicationem testamenti interrogari debent per ipsum Judicem publicatio is, qui eorum examen alii committere nequit: ut judicavit Senatur.*

16 *In causis civilibus testium examinatio potest à Judice alteri committi.*

17 *In hoc Regno Concilium civitatis deputare solet certam personam, qua in vicis parvis distantibus à civitate per spatium quasi unius leucæ, inter incolas vici infirmos testamenta scribat, quibus datur tanta fides, ut si à tabellione scripta sint.*

18 *De jure communi in testamento facto rure requiruntur quinque testes, quando septem reperiri nequeunt.*

Hoc privilegium non solùm loco sed etiam personis rusticorum concessum fuit. Ibid.

19 *Controvertitur, An de jure Regio sufficit tres tester in testamento rure facto? Et resolvitur quinque testes esse necessarios non obstante Ordinatione antiqua.*

20 *In testamento rure facto cum quinque testibus fœminæ testes esse non possunt: sed debent esse masculi.*

21 *Lex quod non expressit, noluisse creditur.*

22 *Reprobatur Benedictus Ægidius: quatenus in testamento verbali rure facto tradit quinque testes fœminas esse posse.*

23 *Testium numerus diminutus in testamento non facit, quod proportionabiliter diminutus dicatur in Codicillis.*

24 *In Codicillis hæreditas neque dari, neque adimi potest.*

25 *Institutio hæredis est caput testamenti, quod sine hæredis institutione nullum est.*

26 *In Regno Castellæ ad validitatem testamenti non requiritur hæredis institutio, in Lusitania verò sic.*

27 *Quæritur, An testamentum factum à rustico in Comitatu cum solemnitatibus* L. fin. C. de testam. *validum sit quando postea rusticus in civitate incolatum contraxit? Et resolvitur affirmativè.*

28 *Quæritur, An testes in testamento rusticano debeant esse omni exceptione majores? Et referuntur fundamenta partis affirmativæ.*

Quando per statutum, aut legem minuitur numerus testium juris communis testes debent esse omni exceptione majores. Ibid.

29 *Legatarius potest esse testis in testamento. Et an domestici, vel consanguinei repellantur?*

30 *In prædicta quæstione distinguit Author inter testamentum rustici confectum publica scriptura, & testamentum cujus validitas pendet à dictis testium. Primo casu testes exceptione majores non requiri tradit: in secundo sic.*

31 *Hæredi scripto in testamento rustici dicenti plures quam quinque testes reperiri non potuisse, standum est, donec ab adversario contrarium probetur.*

Hæredi, qui confecit inventarium, creditur dicenti non esse plura bona in hæreditate, quàm descripta in inventario. Ib.

32 *Discutitur, An in testamento facto tempore pestis testium solemnitas diminuta sit? Et referuntur opiniones inter se contrariæ: & n.* 33.

Ubi quod nostro Senatu judicatum fuit valere testamentum tempore pestis factum cum minore numero testium.

34 *Tempore pestis receditur à regulis juris & ejus solemni rigore.*

Tempus belli, & pestis æquiparantur. Ib.

35 *Amplia in testamento Syndici, vel Magistratus alteriusve, qui officium publicum gerit, facto tempore pestis.*

36 *De solemnitatibus testamenti clausi in scriptis & de differentiis, quæ dantur inter jus commune, & Ordinationem circa solemnitates hujus testamenti: & n.* 37.

38 *Legum latores maximè studuerunt, ne falsitas in testamentis committeretur.*

39 *Solemnitates requisita in testamento clauso de quibus* Ordin. lib. 4. tit. 80. §. 1. *omnes sunt de forma, qua non servata testamentum est nullum.*

40 *Formæ defectus etiam minimus reddit actum nullum.*

41 *De forma dicuntur esse actus quando lex pro validitate illius plura requirit.*

42 *Quando lex annullat actum contra factum, formam inducit.*

43 *Proponitur quæstio, an testamentum, in quo testis subscribens pro testatore non declaravit, quod subscribit, quia testator vel ignorat, vel non potest, validum, aut nullum sit?*

44 *Distingue inter testamentum Nuncupativum, & apertum, de quo* Ordin. lib. 4. tit. 80. in princ. *& inter testamentum clausum. Primo casu valet testamentum.*

45 *Secundo casu non valet testamentum: quia deficit forma.*

46 *Refellitur opinio* Gabrielis Pereira, *& testamentum nullum esse dicitur.*

47 *Dubitatur: An si testator notario tradiderit testamentum coram testibus dicens illud esse suum testamentum, quod firmum, ratumque esse vult, sufficiat ad ejus validitatem, quamvis tabellio non interroget testatorem, utrum illud sit testamentum ipsius? & referuntur verba Ordinationis.*

48 *Solemnitas traditionis testamenti, & interrogationis facienda à tabellione est de forma, & substantia testamenti: & ea omissa non valet.*

49 *Relativum adjunctum verbo futuri temporis resolvitur in conditionem.*

50 *Quando requiruntur duæ conditiones vel duæ qualitates in una conditione non sufficit unam adimpleri, sed ambæ sunt verificanda.*

Conditiones requisita omnes habentur, pro una, & sunt individua. Ib.

51 *Conditio non potest scribi, sed in totum adimpleri debet.*

52 *Effectum si habemus, de modo curandum non est.*

A fine omnia regulantur. Ibid.

Finis perfectionis considerandus est, non principium. Ibid.

53 *Solemnitates requisita in testamento sunt de forma accidentaria.*

54 *Forma*

54 *Forma inducta respectu certi effectûs potest adimpleri per aquipollens.*

55 *Pro validitate testamenti facienda est omnis possibilis interpretatio.*

Æquum nil magis est quam defunctorum voluntates conservare. Ib.

56 *In dubio pro testamento judicandum est.*

Interest publica res quod testatorum, & defunctorum voluntas conservetur. Ibid.

57 *Quocumque modo testamentum tolerari potest, pro ea prasumendum est.*

58 *Forma omninò specificè adimplenda est, non per aquipollens.*

A forma recedi non potest quando lex jubet aliquid fieri sub certo modo quamvis effectus aliunde habeatur. Ibid.

59 *Forma in dubio censetur substantialis maximè si intervenire debet in actus celebratione.*

60 *Forma si continet decretum irritans non potest adimpleri per aquipollens.*

Decretum irritans quando appositum, magis attenditur forma legis, quam ejus ratio. Ibid.

61 *Decretum irritans formum inducit.*

62 *Principium spectandum est quando finis habet necessarium antecedens cum principio.*

63 *Respondetur ad fundamenta partis contraria.*

64 *Interpretatione nihil potest detrahi, à lege, qua apertè loquitur.*

65 *Quaritur: An ad validitatem testamenti clausi requiratur, quod jam clausum tradatur, ut instrumentum approbationis conficiat, vel sufficiat, quod post instrumentum claudatur & sigilletur? Et fundatur pars affirmativa.*

Sed contraria verior est. Ibid.

66 *Dubitatur an si tabellio conficiat instrumentum approbationis in alia charta, non in dorso testamenti, ut requiritur, validum, aut nullum sit, & n.70. adducuntur fundamenta pro nullitate, & n.71. fundatur contraria opinio pro qua resolvitur n. 72.*

67 *Testamentum secretum, ut sustineatur. Schedula tradita à testatore notario debet esse certa, & indubitata, ut à testibus recognosci valeat.*

68 *Schedula hujus modi testamenti ita debet complicari, ut fraus cognoscatur propter periculum, de quo n. 69.*

69 *Identitas non prasumitur, & est ab allegato probanda.*

70 *Actus gestus contra legem nullitate laborat.*

Etiam si lex imponat pœnam notario contra facienti. Ibid.

71 *Actus gestus contra legem, qua imponit pœnam tabellioni, si ultra non procedit annullando validur est.*

72 *Respondetur contrariis deductis n. 70.*

73 *Consulit Author conveniens esse testatorem, qui manu privati testamentum scribere jussit ut declaret personam, approbationis instrumento, qua ipsius mandato testamentum secretum scripsit.*

74 *Quaritur: An tabellio tanquam privatus testamentum secretum possit scribere, & postea illud tanquam notarius approbare? Et non posse resolvit* Author.

75 *In una & eadem persona non potest, concurrere actio, & passio.*

76 *Una, & eadem persona non potest diverso jure censeri.*

77 *Tabellioni non plus creditur, quàm unico testi in hac materia testamenti clausi.*

78 *Instrumentum approbationis testamenti non probat veritatem scriptura, & mentem testatoris, sed tantùm traditionem ab eo factam notario.*

79 *Testamentum secretum nullum est, si tabellio postquam fecit instrumentum approbationis illud non clausit & complicavit.*

INsuper, ut jam sopra dictum est *cap. 15. n. 15.* in- 1
testatus dicitur decedere ille, qui quamvis testa-
menti factionem haberet, illud fecit non ritè, & abs-
que solemnitatibus juris; quia licèt testamenti fac-
tio publici juris sit: ut dixit Papian. *in L. testamenti
factio ff. de testam. L. 3. ff. eod.* Et observarunt Ne-
greiros *de introd. ad ult. volunt. lib. 1. cap. 13. n. 12.*
Bened. Pinel. *select. lib. 2. cap. 10. n. 44.* Ita ut pri-
vatorum pactionibus lædi non possit *L. utilitas C. de
Primipil lib. 12. L. 3. de testam. L. 2. §. quia vere-
mur,* ubi Bart. *C. de juram. calumn.* Viglius *in princ.
Instit. quib. non est permiss. fac. testam. n. 9.* Alberic.
in L. unic. §. fin. Cod. de caduc. tollend. Negreir. *ubi
proxime n. 13.* Bened. Pinel. *d. n. 44.* Et secundùm com- 2
munem Doctorum sententiam inventio testamenti
juris gentium sit: ut post Bart. *in L. interdum n. 7.
ff. de condict. indeb.* & Jason *ibi n. 4.* docent Pinel.
in rubr. C. de rescind. vend. 1. p. cap. 1. n. 22. Covarr.
lib. 3. variar. cap. 6. n. 7. Viglius *in §. sed pradicta
n. 5. Instit. de testam.* Jul. Clar. *in §. testamentum q.
2.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 2. n. 4. & 6.* Spino *in
rubr. de testam. gloss. 12. n. 20.* Anton. Gomez *in L. 3.
Tauri in princ.* Rodulphin. *de absol. Princ. potest cap.
fin. n. 139. & 141.* Molin. *de just. tom. 1. tract. 2. disp.
124.* Quidquid aliàs Bened. Ægid. *in d. L. 1. C. de
sacros. Eccles. in prafat. n. 4. & seqq.* contendat ad
jus Civile referendam esse testamenti inventionem;
quia contra eum stat communior, & verior opinio.
Quam latè defendit Bened. Pinel. *d. lib. 2. cap. 10.
n. 11. & seqq.* Tamen jus Civile ad evitandas fraudes,
quæ in testamentis fieri solent, solemnitates introdu-
xit ad testamenti validitatem, quibus omissis nullum
redditur testamentum: ut latè prosequitur Negreiros 3
d. lib. 1. cap. 3. n. 6. & cap. 14. Et probat *Ord. lib. 4.
tit. 80. §. 1.*

Antiquitùs varia fuerunt testamentorum genera
de quibus Justinianus *in princ. instit. de testam.* Co-
nan. *lib. 9. comment. cap. 15. n. 4.* latè Pichard. *in d.* 4
princ. de testam. Postea vero de jure Civili duo testa-
mentorum genera introducta fuerunt, aliud Nuncu-
pativum, aliud autem in scriptis, seu clausum proba-
tur ex *text. in L. heredes palam ff. de testam. L. hac
consultissima C. eod. Ordinat. lib. 4. tit. 80.* De qui-
bus agendum erit, & eorum solemnitatibus, ut sic
demonstretur quando ex eo quod testamentum ritè
non confectum dicatur: & intestatus dici debeat
etiam is qui testamentum condidit.

Apud Nos testamentum Nuncupativum tripliciter 5
fieri potest. Primo modo: quando testator coram Ta-
bellione, & quinque testibus masculis liberis, & pu-
beribus voluntatem suam declarat: quam postea Ta-
bellio in scripturam redigit in libro, quem dicimus
de Notat. In quo testamento subscribere debent te-
stes, & ipse testator, si sciverit, aut potuerit; sin mi-
nus unus ex testibus pro eo signare debet, declaran-
do, quod pro testatore subscribit; quia ille nescit,
vel scribere non potest. Quibus solemnitatibus, &
forma servatis, testamentum viribus subsistit juxta
Ordin. d. tit. 80. in princ.

Secundo modo fieri potest testamentum Nuncu- 6
pativum in scriptura privata confecta ab ipso testa-
tore, vel à tertio de ejus mandato coram quinque te-
stibus ultra testatorem. vel privatum, qui illud scrip-
sit. Et hoc testamentum in præsentia omnium legi
debet, & à testatore, & testibus signari juxta *Ord. d.
t. 80. §. 3.* Testes verò hujus testamenti etiam debent
esse masculi liberi, & puberes.

Denique tertio modo fieri potest testamentum 7
Nuncupativum verbale absque alia scriptura tem-

pore

pore mortis coram sex testibus masculis vel fœminis, juxta *Ordinat. d. tit.* 80. §. *fi.* Et de his testamènti Nuncupativi modis agunt. Valasc. *consult.* 178. *n.* 6. Gabr. Pereir. *dec.* 51. *n.* 3. Negreir. *l.* 3. *cap.* 1. *n.* 8. 9. & 10. Bened. Ægid. *in d. L.* 1. *de sacros. Eccles. in init.* 4. *p. n.* 7. & *seqq.* Et licet ipse contendat probare testamentum apertum factum primo, & secundo modo, de quibus supra, de jure Regio non esse Nuncupativum sed in scriptis. Verior est contraria
8 sententia: quia quamvis testamentum Nuncupativum non requirat solemnitatem scripturæ & sine illa fieri possit *d. L. hac consultissima* §. *per nuncupationem Ordinat. d. tit.* 80. §. 4. Roland. *de testam. Nuncup. rubr.* 62. *in princ.* Socin. Junior *cons.* 32. *n.* 8. *l.* 4. & *ad cons.* 71. *n.* 6. Ipse Ægidius *in d. init.* 4. *p. n.* 11. fatetur testamentum Nuncupativum ad scripturam redigi posse. Et sic recedendum non est à priori recepta opinione.

9 Observandum tamen est, quod testamentum Nuncupativum primo modo factum à Tabellione per instrumentum publicum propriis nititur viribus; & de se probat absque testium examine juxta doctrinam *gloss. in d. L. hæredes palam & in L. C. de fideicom.* Mascard *de probation conclus.* 1357. *n.* 59. Surdus *cons.* 414. *n.* 21. Anton. Gomez *in l.* 3. *Tauri n.* 46.
10 *vers. secus verò.* Decian. *cons.* 7. *n.* 1. & 2 *l.* 4. Stephan. Gratian *discep. forens. cap.* 429. *n.* 5. Altograd *cons.* 50. *n.* 7. At verò testamentum secundo, & tertio modu confectum nullum effectum producit, nisi post mortem testatoris publica judicis authoritate, & testibus interrogatis publicetur, judexque sententiam illius approbatoriam proferat *L. publicati, C. de testam. Ordin. d. tit.* 80. §. 3. Abbas *in cap. fin. de fide instrum.* Decius *cons.* 120. Roland. *cons.* 36. Ant. Gomez *in. L.* 3. *Tauri n.* 35. Negreir. *d. l.* 3. *cap.* 2. *n.* 13. Reynos. *observ.* 39. *n.* 21. Oliva *de forò Eccles.* 2. *q.* 30. *à n.* 1. Quæ publicatio fieri debet citatis partibus, seu venientibus ab intestato: ut disponit *Ordi-*
11 *nat. d. tit.* 80. §. 3. *juxta regulam text. in L. de unoquoque, ff. de re judic. cum similib.* Tondut. *resol. civil. cap.* 131. *n.* 11. Cum enim validitas, & testamenti robur in prædictis casibus totum pendeat à dictis testium; quorum probatio, & Judicis publicatio pro substantia testamenti habetur, Covarr. *in cap. cum esset de testam. num.* 8. Bart. *in L. nemo potest in* 1. *opposit. ff. de legat.* 1. ubi Ripa post *num.* 23. Padilla *in L. cum quis num.* 11. *C. de jur. & fact. ignor.* Jul. Clar. *in* §. *testamentum q.* 56. *num.* 2. Si testes legitimè non fuerint interrogati, corruet testamentum.

12 Et ea propter si tempore publicationis unus, vel duo testes mortui fuerint, non poterit testamentum publicari, quasi illius substantia deficiat. Probat *in L. si unus* 12. *C. de test. text.* Bart. *in L.* 2. *ff. quemadm. testam. aper. gloss. in L.* 2. *C. eod.* Flores de Mena *lib.* 1. *var. q.* 1. *num.* 57. Anton. Gomez. *in d. L.* 3. *Taurinum* 36. *in fin.* & *num.* 45. Phæb. 1. *p. decis.* 75. *num.* 6. ubi judicatum dicit. Oliva *d. q.* 30. *num.* 9. Emman Barbos. *in additam. ad Ordinat. lib.* 4. *num.* 261.

An autem testes debeant esse conformes non tan-
13 tum in substantia facti, sed etiam in forma verborum, quæ testator dixit? Vide apud Ant. Fabr. *in suo Cod. lib.* 6. *tit.* 22. *de fideicommiss. diffin.* 15. & *tit.* 7. *de justit. diffin.* 2. Anton. Gomez *in d. L.* 3. *Tauri num.* 49. & 50. Decius *cons.* 158. *num.* 6. *circa med.* Farin. *in prax. crim.* 1. *p. q.* 64. *num.* 67. Tepat *lib.* 2. *var. tit. de testam. in genere, verb. testamentum quando patitur publicari*, Franc. Marc. *dec.* 898. *p.* 1. & *dec.* 193. *p.* 2. Socin. Jun. *cons.* 17. *lib.* 3.

Et nota, quod testamentum Nuncupativum ver-
14 bale, de quo *Ordinat. d.* §. *ult.* de jure communi quocumque tempore fieri poterat & ita factum valebat si post mortem testatoris publicaretur per *text. in d. l. hac consultissima* §. *per nuncupationem*, *C. de testam* At verò de jure Regio ita fieri potest tempore mortis, ut si testator ex illa infirmitate non decesserit, ac convaluerit, testamentum inutile, nullum efficiatur juxta *Ordinat. d. tit.* 80. §. *fin.* Notat Bened. Ægid. *in d. L.* 1. *in init.* 2. *p. num.* 15. Et ita judicavit Senatus me interveniente in lite Emmanuelis Roderici contra Franciscum Marquez Oppidi de S. Marinha *anno* 1667. *Scriba Laurentio de Baeros.*

Deinde observa, quod in causa publicationis testamenti testes debent interrogari per ipsum Judicem, 15
coram quo publicatio petitur: qui nullo modo poterit committere examen testium notario, vel alteri, propter periculum, & causæ gravitatem juxta doctrinam *gloss. in L. publicati verb. publicati de testam.* Prout judicatum fuit me suffragante mense Octobris anno 1663. in gravamine Antonii Lopez Judicis Orphanorum Oppidi de Cham de Couce cum Joanne Baptista testium examinatore. *Scriba Joannes Baptista de Chaves.* Quamvis enim examinatio testium in causis civilibus possit à Judice alteri com- 16
mitti, ut per Farin *in prax tit. de testib. q.* 77. *cap.* 2. *num.* 71. & *cap.* 4. *à num.* 178. & 179. Paul. Xamar. *de offic. judic.* 1. *p. q.* 24. *numer.* 158. *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 85. §. 3. Covarr. *lib.* 2. *var. cap.* 13. *nu.* 10. Tamen cum grave versetur præjudicium in examinatione testium testamenti, à quorum dictis ejus substantia, & validitas pendet merito commissio examinis judici committitur: ut per se ipsum omnino fiat, & cognoscat quanta fides testibus sit adhibenda juxta *text. in L.* 3. *ff. de testib.*

Præterea notabis, quod apud nos in vicis parvis, qui à Civitate distant per spatium unius leucæ: so- 17
lent deputari certæ personæ à Senatu Concilii Civitatis, ut incolarum vici infirmorum testamenta scribant: quibus tanta fides lex dari statuit quanta si per Tabellionem essent scripta ut disponit *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 78. §. 20. Quo circa dubitari potest, quot testes requirantur ad validitatem testamenti facti in prædictis vicis parvis, seu in testamento facto in rure. Et quidem de jure communi ad validitatem testamenti rusticani quinque requiruntur testes; 18
quando septem reperiri minimè possunt; juxta *text. in L. fin. de testam.* ubi Bart. & communiter DD. Valasc. *consult.* 117. *à num.* 1. Benedict. Ægid. *in d. L.* 1. *C. de sacros. Eccles. p.* 1. §. 2. *n.* 1. Negreir *de introduct. ultim. voluntat. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 1. & 2. idem Bart. *in L. conficiuntur C. de jure codicill.* Angel. & Paul. de Castr. *in d. L. fin. C. de testam.* Anton. Faber. *in suo C. lib.* 6. *tit.* 5. *definit.* 26. Clar. *in* §. *testamentum q.* 56. *n.* 6. Mascard. *conclus.* 1353. *n.* 45. Menchac. *de creat. success. lib.* 3. §. 21. *num.* 33. & §. 22. *num.* 31. Quod privilegium, non solum loco, sed & personis rusticorum concessum fuisse, docet Bart. *in d. L. conficiuntur* §. *codicilli num.* 11. sequitur Valasc. *consult.* 117. *num.* 1. & post DD. *in d. L. fin.* Jul. Clar. *in d. q.* 56. *num.* 6. Mascard. *d. conclus.* 1353. *num.* 46. Boër, *dec.* 128. Bened. Ægid. *in d. L.* 1. *de sacros. Eccles.* 2. *p.* §. 2. *num.* 1. *vers. unde jam apparet*, Pichard. *in* §. *sed cum paulatim num.* 24. & *seqq. instit. de testam.* Negreir. *d. cap.* 9. *num.* 10. qui omnes docent, quod si civis testetur in rure, vel rusticus in civitate adhibitis tantum quinque testibus, non valebit testamentum, etiamsi civis habitet in villa, ut per Negreir. *d. nu.* 10. *in fine*, Mencha. *d.* §. 22. *n.* 53. Sed an de jure Regio in testamento condito in rure sufficiant tres testes dubium est. In quo distinguere placet inter jus 19
Regium antiquum, & novum, quia *in Ord. antiqua lib.* 4. *tit.* 76. §. *fin.* dispositum erat quod tam in testamento, quam in codicillo rure facto sufficerent

tres

tres testes si plures facile non possent inveniri, & juxta *illam Ordin.* inte ligendi sunt Valasc. *cons.* 117. & Gama *dec.* 81. *n.* 5. at verò de jure noviori non sufficient tres testes in testamento rusticano, sed requiruntur quinque juxta *text. in d. L. fin. C. de testam.* quia in nova legum Regiarum compilatione circa numerum testium testamenti conditi in rure nil fuit dispositum, cum tamen circa codicillos rure factos expresserit *Ord. lib.* 4 *tit.* 86. §. 2. tres testes sufficere si plures facilè inveniri haud possent, unde casus testamenti ab Ord. fuit omissus, & ejus decisio à jure communi petenda est *cap. pen. de jure jur.* Bald. *in L. si mater C. de instit. & substit.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 813. *n.* 15. Amat. *resolut.* 75. *n.* 22. & 23. Vincent. de Franch. *dec.* 71. *n.* 10. qua ratione hanc sequitur opinionem Bened. Ægid. *d.* §. 2. *num.* Negreir. *d. cap.* 9. *n.* 5. Unde jam cessat illa Valasci opinio de qua *in d. cons.* 117. *n.* 17. qui ajebat in terminis Legis Regiæ fœminas posse esse testes in testamento rustici, si enim Ord. antiqua fuit abrogata, jam de illius dispositione, aut mente curandum non est, &
20 quamvis per *d. L. fin. de testam.* testium numerus diminutus appareat in testamento rure facto, qualitas testium remissa non censetur, docuit Alex. *cons.* 70. *viso consilio col.* 7. *lib.* 2. Ripa *in tract. de peste circa* 2. *privilegium ultim. volunt. num.* 14. Menchac. *de success. creat lib.* 3. §. 22. *n.* 34. *vers. limita*, ut placet Jas. *in d.* L. *fin. col.* 2. Bened. Ægid. *d.* §. 2. *n.* 6. Negreir. *d. cap.* 9. *n.* 6. Spino *de testam. in rubr. gloss. p.* 3. *n.* 4. qui omnes tenent quinque testes, de quibus *in d. L. fin. C. de testam.* masculos esse debere non fœminas, & judicatum dicit Gama *dec.* 44. quem ibi sequitur Additio Flores de Mena, & Burgos de Paz *in L.* 3. *Tauri n.* 629.

Non obstat *Ord. lib.* 4. *tit.* 85. §. 2. *in fine*, quæ in codicillis rure factis tres testes requirit masculos, vel fœminas, quia respondetur illius dispositionem non esse extendendam ad testamentum. de quo non loquitur, immò si idem voluisset respectu testamenti facile erat exprimere, & quod non expressit, no-
21 luisse videtur *cap. ad audientiam de decimis cum similibus*, & diximus 2. *p cap.* 10. *n.* 108. & 125. & notat ad propositum Valasc. *d. cons.* 117 *n.* 15. Neque etiam obstat *Ord. d. lib.* 1. *tit.* 80. §. *fin.* quæ in testamento verbali fœminas admittit in testes, quia id ibi specialiter permissum fuit, & non est ad alios casus trahendum, ut per Gama *dec.* 44. Negreir. *d. cap.* 9. *un.* 6. Prædictam resolutionem apud nos, limitat Bened. Ægid. *in d.* §. 2. *n.* 6. *vers. sed hoc*, ut tantum habeat locum in testamento facto rure in scripturis, non verò in testamento condito verbaliter tempore mortis, ait enim quod ita ut *Ordin. d. tit.* 80. §. *fin.* in testamento verbali facto quocunque loca, sex testibus contenta est sive masculis, sive fœminis, eodem modo in testamento verbali condito in loca ere-
22 mo, in quo quinque testes desiderantur, etiam fœminæ sunt admittendæ. Verùm hæc Ægidii opinio difficultatem continet, cum enim ut supra diximus, & ipse fatetur testamentum rure factum, nullum ab Ord. habet privilegium & secundum jus commune non sit dispensatum in qualitate testium, ut superius fuit ostensum, nullo modo dici potest in testamento rusticano verbali tempore mortis; fœminas testes esse valere, quia quamvis dispositio *d. L. fin. C. de testam.* quoad numerum testium procedat tam in testamento in scriptis, quam nuncupativo, & verbali, ut est communis opinio, quam tenent Cin. Bart. & alii *in d. L. fin.* Menchac. *d. lib.* 3. §. 22. *nu.* 34. *in princip.* Bened. Ægid. *in d.* 2. §. 2. *n.* 7. Angel. Boss. *tom.* 2. *moral. tit.* 9. *de testament. tempor. pest. nu.* 8. nihilominus cum non sit remissa testium qualitas in hoc testamento à jure communi, & lex Regia, circa illud nihil disponat sine lege, haud potest Ægidii opinio substineri quam ad aliud tenuerat Valasc. *d. cons.* 117. *n.* 17. & *seqq.* loquens circa illam quæstionem, an tres testes requisiti ab Ord. antiqua in testamento rustici, fœminæ esse valerent atque ità in testamento rustici verbaliter facto tempore mortis, fœminæ testes esse haud valent nisi coram sex testibus sit confectum juxta *Ordin. d. tit.* 80. §. *fin.* Neque pro Ægidii opinione facit *Ordin. d. tit.* 86. §. 1. quatenus in codicillo facto in eremo fœminas, testes esse posse decidit, quia qualitas remissa in codicillis non procedit respectu testamenti prout numerus testium diminutus in testamento non facit quod proportionabiliter diminutus dicatur in codicillis, de quo Bart. *in fine. ff. de legat.* 1. Valasc. *d. cons.* 117. *n.* 26. & 27. 23
Covarr. *in rubr. de testam* 3. *p. n.* 3. maxime cum de magis gravi, & periculosa agatur, quippe in codicillis hæreditas neque dari, neque adimi potest *L. quod per manus ff. de jure codicilli L. idem Cod. eodem L. scævola ff. ad S.C. Trebell.* §. *pen. inst. de codicill.* Socin. Jun. *cons.* 69. *n.* 5. & 10. *lib.* 4. Mantic. *de conjectur. ultim. lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 1. Spino *de testam. gloss.* 32. *n.* 15. & 16. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 3. *n.* 1. Vin- 24
cent. de Franch. *dec.* 204. *n.* 5. Testamenti verò caput hæredis institutio esse debet, ita ut sine hæredis institutione sustineri haud valeat tanquam nullum §. *ante hæredis inst. de legat. L.* 1. *ff. de hæred. inst.* Jul. Clar. *in* §. *testamentum q.* 35. *n.* 3. Anton. Gomez. *lib.* 25
1. *var. cap.* 2. *n.* 5. & 6. Gama *dec.* 169. *dec.* 209. *n.* 3. Valasc. *consult.* 1 5. *n.* 2. & *consult.* 68. à *n.* 1. & *consult.* 165. *n.* 2. & 3. Cald. Pereir. *de nomin. q.* 7. *n.* 7. latè Pichard. *ad rubr. Instit. de hæred. Instit.* Thom. Valasc. *alleg.* 61. *n.* 10. Menchac. *de success. creat.* §. 17. *n.* 1. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 1. Qui omnes, & plures alii tenent institutionem hæredis antiquitus esse faciendam in principio testamenti. Ite ut quidquid scribebatur ante eam pro nihilo reputabatur *d. L.* 1. *ff. de hæred. instit* Quod tamen postea emendatum fuit, & sufficit hæredis institutionem fieri in quacunque parte testamenti: ut ait Anton. Gomez. *d. n.* 5. Et cum pluribus advertit Pichard. *in* §. *ante hæredis Instit. de legat.* Immò quamvis in Regno Castellæ ad validitatem testamenti non sit necessaria hæredis institutio per L. 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopil.* ubi Matienç. *gloss.* 10. *n.* 1. & 2. & *gloss.* 14. Spino *de testam. gloss.* 17. *princ. n.* 13. 14. 62. & 63. Cas- 26
till. *lib.* 4. *controv. cap.* 1. *n.* 3. Nihilominus apud Nos qui legem non habemus juris communis correctoriam, testamentum sine hæredis institutione nullum judicatur, Negreir. *de introd. ultim. volunt. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 2. Ex quibus rationibus Ægidii opinio sustineri nequit: quatenus ait in testamento Nuncupativo verbali, facto in jure tempore mortis, fœminas testes esse posse, & valere testamentum cum quinque testibus, in quibus fœminæ includuntur; quia sincerè loquitur.

Sed est quæstionis, An testamentum factum à rustico in comitatu cum solemnitate, de qua *in L. fin. de testam.* validum sit, quando postea rusticus in civitate incolatum contraxit; Et valere tradit in specie Bald. *in L. si quis hæredem* 3. *de instit. & substit.* Jason. 27
in d. L. *fin. n.* 2. *vers. tertiò extende C. de testam.* sequitur Menchac. *d. lib.* 3. §. 22. 34. *vers. sexto amplia.* Quia eam rationem reddit: quia factum legitimè retractari non debet, licet casus postea evenerit, à quo incipere non posset *cap. factum legitimè de regul. jur. in* 6. optimè Angel. Boss. *d. tit.* 9. *n.* 30. & Bened. Ægid. *d.* §. 2. *n.* 9. Ubi *vers. mihi verò* restringit prædictam resolutionem, ut prædictum testamentum rustici sustineatur intra annum dumtaxat post domicilium ab eo contractum in civitate ad instar testamenti militaris facti in castris, aut expeditione, jure militari, quod post honestam à militi amissionem intra annum dumtaxat valere probant jura *in L. quod consti-*

ma.

tutum L. testamenta eorum L. quod dicitur in princ. ff. de milit. testam. §. *sed hactenus Instit. eod. tit.* Super quo cogitandum dicerem.

Et observat quod si testamentum in rure factum Nuncupativum, & sine scriptura fuit mortuo testatore debet publicari coram judice apud quem testes jurati deponere debent de tenore testamenti: ut per Valasc. *d. consult.* 17. *n* 10. Et faciunt, quæ supra diximus circa publicationem testamenti Nuncupativi. Et an testes testamenti rusticani debeant esse omni exceptione majores? Dubium est Et pro parte affirmativa stat Doctorum opinio, quæ habet quod quando per legem minuitur numerus testium juris
28 communis in testamento, debent testes esse omni exceptione majores: ut tenuit Calderin. *tit. de testam. cons.* 2. Cabed. 1. *p. dec.* 169. *n.* 7. *& dec.* 170. *n. fin.* Tello Fernand. *in L.* 3. *Tauri* 2. *p. n.* 13. Mascard. *conclus.* 973. *n.* 6. Gabr. Pereir. *dec.* 32. *num.* 12. Reynos. *observ.* 3. *n.* 10. Fontan. *decis.* 575. *n.* 25. Cancer *l.* 1. *var. cap.* 4. *n.* 127. Cresp. de Valdaur. *observ.* 52. *n.* 8. Valasc. *d. consult.* 117. *n.* 12. Ubi voluit legatarium non posse esse testem in testamento rustici.

29 At verò parte negativa facit: Primò quod regulariter legatarius in eodemmet testamento testis esse potest: ut per Mascard. *conclus.* 973. Gabr. Pereir. *ubi proximè n.* 12. Angel. Boss. 2. *tom. moral. tit.* 12. *à num.* 25. *cum seqq.* Et tamen cum de illius utilitate agatur, non potest dici testis omni exceptione major. Secundò facit quod jure Regio *in Ordin. lib.* 4. *tit.* 85. exprimuntur personæ, quæ in testamentis testificari prohibentur, inter quas non continentur consanguinei, domestici vel aliæ inhabiles, quæ de jure omni exceptione majores non sunt. Unde testes, qui non sunt prohibiti nulla exceptione repelli possunt: ut considerat Reynos. *d. observ.* 39. *n.* 18. Atque ita in testamento testes aliàs inhabiles admittendi sunt.

30 In qua controversia si meum licet interponere arbitrium, distinguendum puto inter testamentum rustici confectum in publica scriptura, & inter testamentum, cujus virtus pendet à dictis testium. Ita ut primo casu testes consanguinei & affines hæredis, vel etiam legatarius testes sint idonei. Si verò probatio testamenti pendet à testibus debent esse omni exceptione majores per ea, quæ dicta sunt pro affirmativa sententia Et ita distinguit Flor. de Mena *l.* 1. *variar. q.* 1. *n.* 24. quod ipsum deliberavi in Senatu Portuensi die 30. Maii 1661. in processu Joannis Marques cum Emmanuele Antonio, *Scriba Antonio Carneiro de Vasconcellos.*

Denique observa, quod si hæres scriptus in dicto testamento dixit plures, quam quinque testes repe-
31 riri non potuisse, dicitur ejus intentio fundata, donec ab adversario contrario probetur secundum Bart. *in d. L. conficiuntur* §. *codicilli n.* 4. Valasc. *d. consult.* 117. *n.* 6. *& seqq. & n.* 9. Bened. Ægid. *in d.* §. 2. *n.* 21. Flores de Mena *lib.* 1. *var. q.* 1. *n.* 12. Menchac. *d.* §. 22. *n.* 31. Prout etiam creditur hæredi, qui inventarium confecit dicenti certa bona tantum esse in hæreditate juxta doctrinam glossæ communiter approbatæ *in L. cum de lege de probat.* Jason *cons.* 34. *col.* 3. *post n.* 5. *vers. ego denuo volum.* 1. & cum pluribus Mascard. *de probat.* 2. *p. conclus.* 852. *n.* 1. *& seqq.* Valasc. *de partit. cap.* 8. *n.* 43. *& consult.* 117. *num.* 7. Fontan. *de cap. nupt. claus.* 4. *gloss.* 5. *n.* 51. Sanchez *de Matrim. l.* 6. *disp.* 35. Cyriac. *controv.* 5. *n.* 8. Barbos. *in L. maritum* 13. *sub n.* 24. *vers. nihilominus, & n.* 35. *vers. ego autem.*

Circa testamentum verò conditum tempore pestis,
32 An, scilicet, valeat cum minori numero testium? Et quot in eo requirantur? Non satis liquet inter Doctores. Quorum alii docent tempore pestis non esse remissam solemnitatem testamenti: alii verò ad exemplum testamenti confecti in eremo quinque testes desiderant. Et denique alii duos vel tres testes sufficere autumant. Quos benè congerit Emman. Barbos. *ad Ordin. d. l.* 4. *tit.* 86. §. 2. *n.* 4. Et videndi sunt Boer. *dec.* 228. Menchac. *d.* §. 22. *n.* 5. Gama *dec.* 81. *&* 210. Mascard. *conclus.* 1353. *à n.* 18. *usque ad* 26. Clarus §. *testamentum q.* 59. Cabed. 1. *p. dec.* 170. & adducti à Barbos. addo Valenz. *tom.* 2. *cons.* 124. *num.* 13. *& seqq.* Thesaur. *dec.* 180. D. Christophor. Cresp. *observ.* 52. *num.* 17. *& observ.* 100. Bened. Ægid. *in L.* 1. *Cod. de sacros. Eccles.* 4. *p.* §. 1. Neigr. *de introd. ult. volunt. l.* 3. *c.* 12.

Ex quorum dictis bene elicitur secundum rigorem 33
juris non minorum numerum testium desiderari in testamento facto tempore pestis, quam in aliis per *text. in L. casus* 8. *Cod. de testam.* Fachin. *l.* 5. *cap.* 92. Negreir. *d. cap.* 12. *nu.* 1. Sed æquiorem esse opinionem, quæ habet in prædicto testamento requiri quinque testes, ut in testamento facto in rure, & pauciores non sufficere tradunt in specie Menchac. *d.* §. 22. *n.* 36. Anton. Faber. *in suo Cod. lib.* 6 *tit.* 5. *testam. diffin.* 5. Ripa *in tract. de pest. in* 2. *p* 2. *princ.* §. *venio ad secundam.* Quamvis in nostro Senatu judicatum fuerit testamentum factum tempore pestis valere, etiam cum minore numero testium quam quinque secundum Bart. opinionem *in* L. 1. *ff. de bonor. possess. ex testam. milit.* quam in dubio sequi tenemur ex *Ordin. lib.* 3. *tit.* 64. §. 1. quando Doctorum communis opinio non est in contrarium: ut in terminis observat Gama *decis.* 81. *n.* 2. Ultra quem prædictam opinionem tuentur Andr. Gail. *lib.* 2. *obser.* 118. *n.* 18. exornat Valent *supra n.* 14. Ægid. *d.* 4. *p.* 1. §. *n.* 2.

Et quidem hæc opinio in praxi recepta juvari po-
test ex eo, quia si testamentum fiat tempore pestis, 34
receditur à regulis juris, & ejus solemni rigore: ut post alios scribunt Roland. à Valle *cons.* 81. *n.* 14. 47. *&* 57. *lib.* 1. Calvacan. *dec.* 27. *n.* 59. Anton. Gomez *in L.* 3. *Tauri n.* 48. Valenz. *d. cons.* 124. *n.* 13. propter necessitatem, quæ caret lege immò ipsa lex subjicitur necessitati, ut alibi diximus Et insuper quia tempus belli, & pestis æquiparantur, cum tunc censeatur esse bellum inter Deum, & homines: prout notat. Bart. *in L. naturaliter n.* 2. *ff. de usucapion. & in L. uni n.* 2. *ff. de bonor. possess. ex testam. milit.* Anton. Corset. *de authoritate gloss. vers. nunc venio n.* 5. Valenz. *d. cons.* 124. *n.* 14. Gail. *d. n.* 18. Spino *d.* 3. *p. gloss. rubr. n.* 6. Atque ita cum non solùm militibus, sed in paganis in conflictu belli remissa sit solemnitas in testamento *L. milites. C. de testam. milit.* nil mirum si in testamento tempore pestis duo, vel tres testes sufficiant, Nevisan *cons.* 26. *n.* 5. Dilectus *de arte testand. tit.* 2. *cauteli* 2. *n.* 2. post alios Valenz. *ubi suprà n.* 17.

Quod maximè procedit in testamento Syndici, aut 35
Magistratus, alteriusve, qui aliquod officium publicum gerit de facto, tempore pestis; eorum enim non levius est periculum, quam militum; ut observat Anton. Faber. *d. dif. n.* 5. *n.* 3. Et insuper cum pestis habeat diversos gradus; sæpè enim lues omnem terram, vel locum evertit, ita ut cives, ignobiliores pagos obscuraque oppidula petant quærentes salutem: aliquando verò non adeo ingravescit pestis, ut major pars hominum morbo illo laburet: verissimum censeo judicis religioni, & arbitrio relinquendum quæ probatio sufficiens sit in testamento condito tempore pestis secundum Fachin. *lib.* 5. *controv. cap.* 92. D. Christophor. Cresp. *observ.* 100. *n.* 1.

Præterea aliud est testamentum, quod dicitur 36
clausum in scriptis; de quo *in L. hac consultissima in princ. C. de testam. Ordin. lib.* 4. *tit.* 8. §. 1. Cujus testamenti formam de jure communi præfinierunt Impe-

Imperatores Theodosius & Valentinus *in d. I. hae consultissima*. Et Legislator noster *in d. tit*.80. §.1. Et quidem inter formam de jure Civili, & inter formam constituiam de jure Regni nonnullæ sunt differentiæ: quia de jure communi in hoc testamento septem desiderabantur testes: Ordinario verò ad ipsius validitatem tantum desiderat quinque testes ultra Tabellionem, masculos, liberos, aut pro liberis habitos, & puberes, coram quibus testator testamentum jam à se scriptum, vel ab alio de ejus mandato tradere debet Tabellioni, qui post acceptum testamentum coram prædictis testibus debet interrogare testatorem an illud sit ejus testamentum, & in illud habeat pro firmo, & valido: Ita ut dicente testatore, quod sic, debeat Tabellio conficere approbationis instrumentum à tergo testamenti, in quo declarare tenetur testatotem sibi tradidisse testamentum, & affirmasse illud suum esse. Quo facto debet instrumentum signari à testatore, & testibus, si sciverit, & potuerit; sin minus pro testatore subscribere debet unus ex testibus declarando juxta ipsius signum quod subscribit jussu testatoris; quippe nescit, aut non potest signare. Et hac forma servata, validum erit testamentum; ea verò omissa nullum judicabitur, non obstante qualibet consuetudine in contrarium: ut disponit ipsa Ordinatio ibi: *E doutra maneira naon serà valioso o testamento, & isto sem embargo de qualquer costume, que em contrario haja.*

37 Et obiter observa differentiam inter jus commune, & Regium: quia juxta *in d. L. hae consultissima vers. quod si litteras*, si testator litteras ignoret, vel subscribere nequeat octavus testis erat adhibeudus, qui pro testatore subscriberet. Regia verò Ordinatio, quæ tantum quinque testes requirit in casu ignorantiæ, vel impotentiæ testatoris, non jubet alium testem adhiberi; sed unum ex quinque subscribere pro testatore: ut probatur ex verbis ibi: *E naon sabendo on naon podendo, assignarà por elle huna das testemunhas.* Cumque suprà disposuisset Ordinatio in prædicto testamento quinque testes tantum requiri, ibi. *Perante sinco testemunhas.* Et postea statuerit pro testatore ignorante, vel impedito unum ex testibus subscribere debere manifestè convincitur non esse adhibendum alium testem ultra quinque. Quod probatur argumento *Ord. lib.* 1. *tit.* 78. §. 4. Ubi Legislator in scripturis contractuum duos ad minus testes requirit: & addit, quod si aliquis ex contrahentibus litteras ignoret, tertius adhibeatur testis, qui pro eo subscribat ibi: *E se cada huna das partes naon pouber assignar, assinarà por ella huna pessoa, on outra testamunha, que seia alem das duas.* Et cum ibi expressisset alium testem adhibendum, & circa testamentum disposuerit quod unus ex testibus pro testatore subscribat, ut probatur *in d. tit* 80. §.1. verissimum credo in testamentis non esse adhibendum novum testem, quoniam si lex voluisset expressisset, ut declaravit *in d. tit*. 78. §. 4. Et sic noluisse censetur: ut diximus 2. *p. cap* 10. *n.* 108. Atque ita cavendum est à Negreir. *de introduct. ultim. volunt. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 11. ibi: *Debet rogare alium ut pro se signet.* Ubi sentire videtur alium testem esse adhibendum.

38 In testamentorum causa tanquam valde periculosa, & legum latoribus admodum suspecta, ut non fiant frondes, falsitates committantur, plura remedia à legibus fuerunt adhibita, ut providerent huic periculo, ne facile contingeret, vel si contigisset, detegi posset. Et ea propter multarum personarum interventum adhibuerunt; nempè testium juxta *text. in d. L. hac consultissima*, & in L. *fin. Cod. de fideicomm.* Surdus *cons.* 129. *num.* 23. Parisius *cons.* 19. *num.* 38. *vol.* 3. Merend. *controv. lib.* 3. *cap. fin. n.* 5. Cyriac. *controv.* 444. *num.* 1. Et probat *text. in* §. *sed cum paulatim Instit. de testam.* ibi: *Propter testamentorum sinceritatem, ut nulla fraus adhibeatur* L. *jubemus* 29. *in princ. C. de testam.* ibi: *Et falsitas in elogiis committitur, quam ut exul fiat à Republica nostra, maximè in testamentorum confectione cupientes hanc edictalem legem in orbem terrarum ponimus.* Ac proinde cum in testamentis secretis magis timeatur falsitas, quam in Nuncupativis, cautiora remedia lex adhibuit: Et sic plures solemnitates pro forma induxit: ut habetur *in d. L. hae consultissima, & in d. L. jubemus & in d.* §. *sed cum paulatim.* & benè advertit Francisc. de Barry. *in tract. de success. test. intest. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 3. *in fin.* Cyriac. *d. controv* 440. *n.* 7. 8. & 9. Et ideo Lex nostra Regia voluit esse de 39
forma testamenti clausi omnia requisita *in d.* §. 1. ac probatur ex *rub. d. tit.* 80. ibi: *Dos testamentos, & em que forma se farao* & probat Valasc. *consult.* 104. *n.* 32. Negreir. *de introduct. ultim. volunt. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. Emmam. Barbos *ad Ordin. in rubr. d. tit.* 80. *n.* 4. Et quidem solemnitas in testamento est introducta, tanquam quædam forma, quà non servatà testamentum est imperfectum, & nullum *d. L. hac consultissima*, & L. *si unus Cod. de testam.* eleganter Franc. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 1. Et regulare est, ut formæ defectus, etiam mini- 40
mus reddat actum nullum Gama *dec.* 45. *n.* 3. & *dec.* 126. ubi Flor. de Mena, Tiraq. *de retract. convent. gloss.* 6. *n.* 31. & *seqq.* Valasc. *cons.* 104. *n.* 2. & *consult.* 149. *n.* 6. Gratian. *cap.* 41. *nn.* 5. & 6. idem Valasc. *consult.* 133. *num.* 4. Carol. Tapia *dec.* 47. *n.* 7. Salgad. *de protect. Reg.* 3. *p. cap.* 9. *num.* 86. Cyriac. *controvers.* 62. *n.* 48. Marta *de jurisd.* 4. *p. casu* 94. *n.* 1. Valenz. *cons.* 120. *num.* 32. 33. & 35. & *cons.* 187. n. 66. 74. & 75. Mierez. *de Major.* 4. *p. q* 1. *limit.* 1. *n.* 119. Aug. Barb. *voto* 35. n. 84.

Quod autem omnia requisito *in d. Ordinat.* §. 10. 41
sint de forma testamenti clausi suadetur etiam ex eo, quia quando lex pro validitate, & perfectione alicujus actus plura requirit, omnia censentur esse de forma illius, L. *cum hi* §. *Prætor additus ff. de transact.* post plures Anton. Gomez. *in L.* 3. *Tauri n.* 39. Hermos. *in L.* 25. *tit.* 5. *partit.* 3. *gloss.* 2. *n.* 31. Et hoc à fortiori procedit in hac specie, ubi Ordinatio testamentum factum alio modo; quam prædictis solemnitatibus, illud nullum declarat: probatur *ex d.* §. 1. ibi: *E doutra manera naon serà valioso o testamento.* Plane quando lex anullat actum contra factum, formam inducit: probat *text. in* L. *si unus, C. de testam.* 42
cap. dilecto, cap. inter cætera, cap. dudum de præbend. Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 1. Marta *de claus.* 2. *p. claus.* 19. Menoch. *de arbitr. casu* 30. n. 5. Solorz. *de jure Indiar.* 2. *tom. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 23.

Quo circa multoties dubitari solet. An si testis, qui signat pro testatore, non declaret, quod subscribit, quia testator ignorat, vel non potest signare, valeat testamentum necne? In qua quæstione dis- 43
tinguendum est inter testamentum apertum, de quo *Ordinat. d. tit.* 80. *in princ.* & testamentum clausum, de quo *in* §. 1. Ita ut primo casu validum sit testamentum, quamvis testis subscribens non faciat prædictam declarationem, Ex eo quod licet Ordinatio in principio ita esse declarandum statuat, tamen non procedit ad annullandum actum. Et cum testamentum, de quo ibi, nitatur viribus scripturæ de eo confectæ: ut jam supra dictum est. Si Tabellio in scriptura dixit Titium subscripsisse pro testatore ad ipsius postulationem, nil refert, quod à teste fiat declaratio: Et licèt secundùm rubricam Ordinationis omnia 44
disposita in illo titulo censeantur esse de forma; attamen hæc solemnitas levissima quidem est, & non sufficiens ad evertenda suprema defunctorum elogia. prout optime considerat Caldas Pereir. *de empt. cap.* 34. *n.* 2. Et ad hunc casum reducenda est decisio Anton. à Gama 126. ubi pro validitate testamenti

menti judicatum fuit. Cæterum in secundo casu
testamenti secreti, & clausi contrarium dicendum
censeo; cum in eo lex ita pro forma requirat testis
45 declarationem qui subscribit pro testature ignoran-
te, vel impedito, ut si omittatur prædicta solem-
nitas, testamentum nullum declaret. Et ad istum
casum referenda est decisio Gama 45. ubi annulla-
tum fuit simile testamentum Prosequitur: & verio-
rem dicit Valasc. *consult.* 149. *à n.* 10. *cum seqq.* Et
bene ex alii Gabr. Pereir. *d. dec.* 81. *n.* 1. *circa fin.*
Ubi *n.* 3. testamentum sustineri posse ait, quando
illa solemnitas in totum non fuit omissa; non verò si
Tabellio in instrumento approbationis dixit Titium
signasse ad preces testantis, quia tunc testis errorem
detegi autumat: & humaniorem sententiam secutus
pro testamento judicatum testatur. Et ipse in aliis
causis idem judicatum vidi. Sed verè Ordinationis
dispositio hanc non patitur intelligentiam & restric-
tionem. Et quælibet solemnitas requisita pro forma
46 in testamentis si deficiat, totum evertit testamentum.
Ant. Gomez *in* L. 3. *Tauri n.* 39. Cabed. 1. *p. dec.*
129. *n.* 3. Negreir. *lib.* 3. *de introduct. ult. volunt.*
cap. 2. *n.* 9. Ultra quod notario, asserenti testem fuis-
se rogatum à testatore, non creditur in istis terminis:
ut docuerunt Afflict. *dec.* 144. *sub n.* 5. *vers. sexto*, Me-
noch. *cons.* 313. *n.* 22. *in fin.* Gration. *cap.* 973. *sub
num.* 33. *&* 48. Cyriac. *d. controv.* 144. *nu.* 44. *&
num.* 49.

Vidi etiam dubitatum, an si testator tradiderit tes-
47 tamentum Notario coram testibus, ut illud approbet
dicens illud esse suum testamentum, quod vult fir-
mum, ratumque esse, sufficiat ad validitatem testa-
menti, quamvis Tabellio post illud acceptum non in-
terrogaverit testatorem, an illud esset testamentum?
Dubitationem movet Legis Regiæ dispositio *in d.* §.
1. Quo loco per hæc verba disponit: *E elle testador
o entregarà no Tabelliam perante sinco testemunhas,
varoens livres, ou havidos por tais, & mayores de ca-
torze annos, & perante ellas lhe perguntarà o Tabel-
liam, se he aquelle o seu testamento, & se o ha per bom,
firme, & valioso. E dixendo que sim, farà logo em per-
sença das testemunhas o instrumento d'approvaçam
nas costas do proprio testamento.* Unde videtur non
sufficere testatorem tempore traditionis dixisse, illud
48 esse suum testamentum, si à Tabellione postea non
fuerit percunctatus. Est namque ita solemnitas tradi-
tionis, & interrogationis à Tabellione faciendæ de
forma, & substantia testamenti: ut docuerunt Gama
dec. 69. Negreir. *d. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 6. Valasc. *cons.* 7. *n.* 4.
Emman. Barbos. *ad d. Ordinat. tit.* 80. §. 1. *n.* 3. Bened.
Pinel. *lib.* 1. *select. cap.* 10. *n.* 23. ibi: *Unde cum apud
Lusitanos requiratur pro forma testamentaria, ut tes-
tator tradat suum testamentum Tabellioni coram tes-
tibus, & percunctatus à Tabellione, an sit illud suum tes-
tamentum: respondeatur suum esse Ordin. Lusitan. d.
lib.* 4. *tit.* 80. §. 1. *vers. E elle testador.* Non aliter apud
eos valebit testamentum cujusvis simul cum altero
testantis quin Prædicta solemnitas traditionis, & res-
ponsionis interveniat.

49 Facit pro hac parte relativum adjunctum verbo fu-
turi temporis resolvitur in conditionem per *text. in
L. Stichum, qui meus erit, ff. de legat.* 1. *L. nuper ff.
legat.* 3. Bart. *in L. inter stipulantem* §. *Sacram. n.* 5. *ff.
de verb. oblig.* Decius *cons.* 193. *n.* 6. Didac. à Britt. *in
cons. pro Comite de Sulinas q.* 12. *n.* 1. Caldas Pereir.
de nomin. emphyt. q. 7. *n.* 6. Qua propter Ordinationis
50 dispositio duas conditiones continet: una traditionis,
altera verò percunctationis à Tabellione faciendæ.
Et cum simul ad actus validitatem concurrere debeant
traditio, & percunctatio, quamvis traditionis condi-
tio sit adimpleta, deficit alia percunctationis: & red-
ditur actus nullus. Quia quando duæ conditiones
requiruntur, vel duæ qualitates in una conditio-
ne, non sufficit unam adimpleri; sed ambæ sunt
verificandæ: *L. si haredi plures ff. de cond. & de-
monstr. L. si quis ita* 129. *ff. de verb. oblig.* §. *si ha-
redi plures Instit. de hæred. instit.* Socin. *cons.* 106. *n.*
35. *lib.* 4. Gregor. Lopez in *L.* 24. *tit.* 11. *partit.* 5.
gloss. 3. Gratian. *discept. forens. cap.* 70. *n.* 42. Larrea
dec. 61. *n.* 10. Cyriac. *contr.* 50. *num.* 47. Cassanate 51
cons. 41. *num.* 2. Castill. Sotomayor *de alim. cap.*
21. *num.* 51. Omnes namque conditiones pro una
habentur, Surd. *cons.* 45. *num.* 15. *& cons.* 187. *nu.*
28. *& cons.* 207. *num.* 7. Larrea *d. nu.* 10. Et ideo
quasi dictæ conditiones sunt una, individuitatem
continent Bart. *in L. cum fundus* 56. *ff. de cond. &
demonstr.* Riminald. Jun. *cons.* 567. *nu.* 46. Decian.
cons. 64. *nu.* 3. *vol.* 3. post alios Cyriac. *de controv.*
546. *num.* 68. Conditio autem scindi haud potest sed
debet in totum adimpleri *L. cum. fundus ff. de cond.
& demonstr.* Cyriac. *de controv.* 546. *n.* 18. Cassanat.
cons. 1. *n.* 7. Castill. *de alim. c.* 41. *n.* 2. Sarmient *lib.*
8. *select. ad text. in L. neminem, ff. de legat.* 2. *n.* 3.
& 4. *pagin. mihi* 433. in terminis Valasc. *consult.*
149. *n.* 12. *&* 13.

Pro contraria verò parte facit Primò: quod Or-
dinatio *in d.* §. 1. disposuit illam à Tabellione fieri
interrogationem, ut responsione testatoris manifes-
tetur ejus voluntas, & notum fiat Tabellioni, & tes-
tibus, scheduam secretam, quam tradit Notario,
suum esse verum testamentum. Atque ita cum ex de-
claratione præambula testatoris constet de ipsius vo-
luntate, & sic habeamus effectum, de modo curan- 52
dum non est L. 3. *C. de instit. & substit.* Thusc. *pract.
litt. E conclus.* 41. August. Barbos. *axiom.* 80. *n.* 5.
Larrea *alleg.* 33. *n. fin.* Cyriac. *controv.* 411. *n.* 21.
Salgad. *de protect.* 1. *p. cap.* 2. *n.* 196. Maxime cum
omnia regulentur a fine, qui omnia ad se trahit, Surd.
cons. 217. *n.* 4. 31. *&* 32. *& cons.* 64. *n.* 32. Giurb. *ad
stat. Messan. cap.* 1. *gl.* 4. *n.* 12. Solorz *de jure Indiar.*
2. *tom. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 34. Unde dicatur finem per-
fectionis considerandum esse, non principium, argum.
text. in L. si quis à multis, ff. de noxal. action. Thusc.
litt. F. concl. 378. *n.* 1. *&* 8. plures de more citat
Giurb. *d. n.* 1. Ideoque testamentum nullum judica-
ri non debet ex defectu interrogationis Notarii,
quando testator in traditione testamenti declara-
vit illud suum esse.

Secundo facit, quod solemnitates formales testa- 53
menti, de quibus *Ord. d.* §. 1. fuerunt adhibitæ non
ad esse testamenti, sed ad bene esse tantum, ut non
solùm posset constare de vera testatoris voluntate *d.
L. hac consultissima in fin.* Mantic. *de conject. ultim.
lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 1. Sed etiam ut melius naturalis, & ci-
vilis justitia tueretur Negreir. *d. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 4. Ubi *n.*
5. *&* 6. docet prædictas solemnitates esse de forma
accidentaria, Ex quo dic solet non omnes solemni-
tates, de quibus *Ord. in d. tit.* 80. esse de forma
substantiali: Atque ita alicujus omissionem non vi-
tiare testamentum.

Tertio facit: quia si forma inducta est respectu
certi effectus, bene potest per æquipollens adimple- 54
ri, per quod esse deducitur idem effectus *L. si mater
C. de instit. & substit. L. jubemus, & ibi gloss. C. de testam.
& in L.* 2. *de liber. & posthum. text. in Auth. de nupt.* §.
2. *collat.* 4. *& in L. à Divo Pio. in venditione, ff. de re
judic.* ubi Bart. Decius *in d. L. si mater sub n.* 4. Brun.
in tract. de forma tit. de implem. & observ. form. limit.
1. *vers. prædicta regula*, Cyriac. *controv.* 547. *n.* 22.
Valenz. *cons.* 22. *n.* 34. *&* 35. Hercul. Maresc. *lib.*
1. *variar. cap.* 68. *nu.* 1. Unde cum forma percunc-
tationis Notarii respiciat finem, ut testator de-
claret suum esse testamentum quod tradit No-
tario, & huic satisfactum sit per declarationem
testatoris factam tempore traditionis ante percunc-
tationem Rectè dicitur ei satisfactum fuisse per
æqui-

æquipollens: & ex illius omiſſione teſtamentum ever-
ti non debet Maximè quia pro validitate teſtamen-
ti facienda eſt omnis poſſibilis interpretatio ex his,
55 quæ Grammat *dec.* 73. *num.* 32. Surdus *conſ.* 414.
n. 63. & 101. Altograd. *conſ.* 50. *num.* 67. Nil enim
magis æquum eſt, quam defunctorum voluntates
conſervare: ut ex Plinio & aliis tradunt Tiraq. *in L.
ſi unquam verb. libertis num.* 32. *in fin. C. de re-
vocand. donat.* Gregor. Lopes Madera *animad. verſ.
juris Civil.* 4. *nu.* 3. Capell. Toloſ. *decis* 14. *num.* 1.
& ſeqq. lib. 5. eleganter Valenz. *conſ.* 124 *n.* 25. &
56 26. Quapropter in dubio pro teſtamento judican-
dum eſt *L. ſi pars ff. de inoffic. teſtam.* Jaſon *conſ.* 110.
n. 12. *conſ.* 124. *nu.* 4. Pariſ. *conſ.* 33. *n.* 39. *vol* 2.
late Cardin. Mantic. *de conject. ultim. lib.* 2. *tit.* 15.
Caſtill. *lib.* 3. *controv. cap.* 1. *nu.* 189. Cyriac. *contr.*
426. *n.* 77. *& ſeqq.* Valenz. *d. conſ.* 124. *nu.* 23. &
24. Publicè namque intereſt, ut teſtamenta, & de-
functorum voluntates ſuſtineantur *L. vel negare ff.
quemadm. teſtam. aper.* Bart. *in L. pactum n.* 2. *ff. de pact.
& in L. ita ſtipulatus n.* 14 *verſ. propter hoc ff. de verb.
oblig.* Hieron. Gratus *reſponſ.* 20. *n.* 21. *vol.* 2. Cyriac
57 *d. controv.* 426. *n.* 78. Valenz. *d. conſ.* 124. *n.* 24. Adeo,
ut quomodocumque teſtameotum tolerari poteſt, pro
eo ſit præſumendum Menoch. *lib.* 4. *præſumpt.* 10. *ſub
n.* 2. Peregrin. *de fideicomm. art.* 48. *n.* 30. *in fin.* Cyriac.
contr. 204. *n.* 36. Bald. *in* L. 1. *in fin. C. de edict. Div.
Adrian. tollend.* Ex quibus valde dubia redditur hu-
jus quæſtionis deciſio.

58 Nihilominus tamen prior opinio magis arridet: quia
jam negari non poteſt requiſita in *Ordinat. d. tit.* 80.
§. 1. eſſe de forma teſtamenti ſecreti, ut probavi-
mus *ſupra n.* 39. & 41. forma autem debet omninò
ſpecifice adimpleri, non per æquipollens juxta doc-
trinam *gloſ. verb. tranſponentes in cap. cum dilecta de
reſcript.* Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſ.* 21. *n.* 11.
& §. 36. *gloſ.* 1. *n.* 58. Auguſt. Barboſ. *in collect. ad
text. in d. cap. cum dilecta n.* 5. Joan Baptiſta Larrea
alleg. 19. *n.* 32. Cyriac. *controv.* 62. *nu.* 47. Pelaez de
Miercz *de Majorat.* 4. *p. q.* 1. *limit.* 1. *n.* 121. Præ-
ſertim quia quando lex jubet aliquid fieri ſub cer-
to modo, non poteſt recedi à forma, etiamſi effec-
tus aliunde habeatur juxta text. *in L. ſiquis mihi bona
§. coram ff. de acquir. hæred. L. cum hi, §. Prætor
ff. de tranſact. cap. ſicut de elect. in* 6. Brun. *in tract.
de form. tit. quid, & quando aliquid cenſeatur] tradi-
tum pro forma poſt princ.* Bald. *in L.* 1. *§. ſiquis ita ff.
de verb. oblig.* Mareſc. *d. lib.* 1. *cap.* 68. *n.* 3. Ex ea
ratione namque forma in dubio cenſetur ſubſtantia-
lis, maxime quando debet intervenire in actus cele-
bratione Cæphal. *conſ.* 421. *n.* 49. *lib.* 3. Gozadin
59 *conſ.* 40. *n.* 1. & 2. Valenz. *d. conſ.* 187. *n.* 3. Mareſc.
ubi ſupra nu. 4. Quare mutata forma dicitur ſubſtan-
tia mutari *L. Julianus* §. 2. *ff. de exhib. L. repeti* §.
rei mutatione ff. de uſufr. Covarr. *in cap. quamvis pac-
tum* 2. §. 6. *n.* 2. Valenz. *conſ.* 167. *num.* 55. Et ſic
in Rota judicatum teſtatur Mareſc. *d. cap.* 68. *n.* 4.
& 9. & ita poſt Oldrad. conſiderat Bald. *in L.* 1. §.
ſi plures n. 13. *de exerc. actio.* Proindeque non dicitur
ſervata forma teſtamenti clauſi: ex eo quod in tra-
ditione ſchedulæ dixit teſtator illud eſſe ſuum teſta-
mentum; ſi Tabellio poſt illud acceptum noo fecit
per contationem, quam lex fieri jubet. Siquidem
nullo modo à forma recedi poteſt *d. L. Julianus §. ſi-
quis ff. adhib.* Decius *conſ.* 532. *n.* 2. Menoch. *conſ.*
243. *n.* 17. Valenz *d. conſ.* 187. *nu.* 68.

60 Quæ reſolutio à fortiori procedit in terminis hu-
jus Ordinationis, in qua reperitur decretum irritans
teſtamentum formâ non ſervatâ. Quo caſu forma non
potuit adimpleri per æquipolens, licèt effectus aliun-
de habeatur per ea, quæ Jaſon *in L.* 1. *n.* 5. *ff. de li-
ber. & poſthum.* Albert. Brun. *in d. tract. de forma cap.*
2. *concluſ.* 12. Ant. Gabr. *lib.* 6. *commun. tit. de de-
cret. irrit. num.* 70. Oſaſch. *dec. Pedemont.* 155. *nu.*
5. *& dec.* 166. Menocb. *conſ.* 378. *nu.* 2. Valenz. *d.
conſ.* 187. *n.* 69. Mareſcot. *d. lib.* 1. *cap.* 68. *n.* 6. &
lib. 2. *cap.* 38. *nu.* 10. & 11. Quando enim decretum
irritans eſt appoſitum, magis attenditur forma legis,
quam ejus ratio, Bald. *in d. L.* 1. *de liber. & poſthum.*
Sequuntur Pariſ. *conſ.* 17. *n.* 187. *lib.* 2. Sylveſt. Al-
dobrandin. *conſ.* 92. *nu.* 17. Mareſcot. *d. cap.* 68. *n.*
7. Bechius *conſ.* 147. *n.* 29. *lib.* 1. Valenz. *d. conſ.* 61
187. *n.* 77. Etenim decretum irritans non tantum for-
mam inducit Reynoſ. *obſerv.* 30. *n.* 4. Cald. Pereir.
lib. 1. *forenſ. q* 6. *n.* 28. Gratian. *conſ.* 16. *n.* 4. *lib.*
1. Anton. Gabriel. *tit. de clauſ.* 3. *n.* 70. Mareſcot.
lib. 2. *variar. cap.* 38. *n.* 8. ſed etiam annullat geſta
in contrarium *cap. ſi poſtquam de elect. in* 6. Anton.
Gabriel. *de concluſ.* 3. *n.* 56. Reynoſ. *de obſerv.* 30.
n. 4. Salgad. *de protect.* 3. *p. cap.* 10. *num.* 69. Cal-
das Pereir. *d. quæſt.* 6. *n.* 19. Mareſcot *d. cap.* 38. *n.*
12. Auguſt. Barboſ. *voto* 56. *n.* 41. Capyc. Caſtro
conſ. 81. *n.* 11. Valaſc. *conſult.* 79. *n.* 8. Et ſic non
obſtat quæ pro contraria parte diximus, de effectu
aliunde ſecuto citra formam. Cum quibus etiam reſ-
pondetur ad primum fundamentum contrariæ par-
tis, & ad id, quod in eo dictum eſt de fine, a quo
omnia regulantur, ſatisfit dicendo tunc principium
eſſe ſpectandum, quando finis habet neceſſarium
antecedens cum principio, Afflict. *dec.* 210. Pon-
te *dec.* 21. *n.* 19. Thuſc. *litt. P. concl.* 703. *nu.* 16. 62
17. *& ſeqq.* Anton. Faber. *in Cod. lib.* 3. *tit.* 19. *de
inoffic. teſtam. diffinit.* 2. 3. *n.* 23. Surdus *dec.* 97. *n.*
12. quia eſt de eſſe principiati, ſicut pars de eſſe to-
tius, & ſpectatur ſicut fundamentum, Oldrad. *conſ.*
200. Amato *reſol.* 65. *n.* 8. 9. & 10. Cumque in hac
ſpecie finis habeat neceſſarium antecedens cum in-
terrogatione notarii, omnino ſpectandum eſt an finem
præcedat prædicta Notarii percontatio. Et pro hac
opinione ita judicavit Senatus in lite Joannis de Mel-
lo de Abreu cum Franciſco de Amatal Cabral anno
1673. *Scriba Joanne Alverez da Coſta, Judicibus
Gondicalvo de Meirel les Freire, Chriſtophoro Alve-
rez Colho & Emmanuele Rodriguez Leitaõ.*

Non obſtat ſecundum, imò retorquetur contra 63
ſecundam opinionem, quamvis enim ſolemnitatea
teſtamenti ſint accidentariæ, verè quidem ſunt de
forma, ſine qua actus non valet. Denique non obſ-
tat: quod non omnes ſolemnitates, de quibus *Ordin.
d. lib.* 4. *tit.* 80. ſunt de forma ita ut alicujus omiſſio
teſtamentum evertat. Quia reſpondetur id forſan lo-
cum habere in aliqua ſolemnitate levi, ut conſiderat
Caldas Pereir. *de empt. cap.* 34. *num.* 12. At verò
ſolemnitas formalis conſiſtens in percontatione Tabel-
lionis non poteſt dici levis, ſed ſubſtantialis, & in-
vento à lege ad vitandas fraudes, quæ in teſtamen-
to clauſo, & ſecreto facilius committi poſſunt: ut
diximus ſuprà *nu.* 38. Neſciunt enim teſtes, quomo-
do factum fuit teſtamentum, & ideò neceſſaria eſt
Tabellionis interrogatio, ut tradit Cancer. *lib* 1.
varia. cap. 4. *numero* 134. ibi: *Dictus Notarius in-
terroget teſtatorem coram teſtibus, qui tunc adhi-
bentur, an velit eſſe ſuum teſtamentum, quod con-
tinetur in dicto papyri folio aut foliis? & ille reſpon-
det, quod ſit.* Proindeque omiſſio percontationis no-
tarii teſtamentum vitiabit. Ultra quod ſi ſolemni-
tas percontationis haberetur pro levi, & alia decla-
ratione, teſtis qui ſubſcribit pro teſtatore ignoran-
te, vel impedito, de qua ſupra fatercmur nullam
ſolemnitatem ex contentis *in d. Ordinatione* eſſe
de forma, niſi quæ conſiſtit in traditione teſtamen-
ti, & circa alias otioſa foret Ordinationis diſpoſitio.
Quod dicendum non eſt, quia lex, & natura nihil
faciunt fruſtra, ut alibi diximus.

Præterea non obſtant in contrarium adducta de uti-
litate conſervandarum defunctorum voluntatum:
quam-

quamvis enim verum sit in dubio pto testamento esse judicandum. In terminis propositis testamentum est manifestè nullum ex defectu formæ, & nulla dubitatio circa legis dispositionem, quæ claré loquitur: Neque dubium consistit in facto. Unde lex Regia omnino sit servanda, & ab ea nihil possit detrahi per in-
64 terpretationem, quando apertè loquitur, Suarez *de legib. lib. 6. cap.* 5. Latrea *alleg.* 18. *n.* 21. Ginrb. *de success. feudos. præl.* 3. *n.* 39. & diximus 2. *p. c.* 16. *n.* 50. & leges Regiæ intetpretari prohibeanrur *Ordinat. l. t. tuulo* 5. §. 5. Emman. Martin. de Costa *in tract. Supplic. annot.* 4. à *n.* 9. *cum seqq.* Gama *dec.* 202. *n.* 20. Caldas Pereir. *de nomin. Emphyt.* q. 8. *n* 34. Rectè sequitur in dicta quæstione judicandum esse secundum legem, non contra illins dispositionem. Siquidem ad publicam utilitatem pertinet, ut leges in sua forma serventur & post hæc scripta ita judicatum fuit in Senatu in lite Joannis de Mello de Abreu cum Francisco de Amaral judicibus *Gundisalo Meireles Freire*, *Emmanuele Rodrigúez L. itaõ anno* 1673.

Item dubitari solet: An ad validitatem testamen-
65 ti elausi requiratur quod à testatore tradatur jam elausum Tabellioni, ut instrumentum approbationis conficiat? Vel sufficiat claudi, & sigillari post factum instrumentum approbationis? In qua quæstione videbarur dicendum testamentum tradi debere jam clausum, & colligatum juxta prædictam *Ord.* à *tit.* 80. §. 1. ibi *E nao sabendo assinar, sera assinado pcla possoa que lbo escreves, & serà cerrato, & eozido, & elle testador o entregarà ao Tabelliaõ* Ex quorum verborum serie bene elicitur tempore traditionis testamentum clausum, & colligatum esse debere. Sed obstat *Ordinatio d. tit.* 80. §. 2. ubi babetur, quod Tabellio debet incipere instrumentum appto-bationis in parte alicujus folii in quo aliqua pars testamenti fuerit scripta. Ita ut si id fieri non possit, apponat signum publicum in aliqua parte testamenti declarandi in approbationis instrumento facto in alio folio, quo testamentum fuerit involutum, & colligatum, qua testamenti parte signum apposuit: ut ita verum testamentum exirahi non possit & aliud falsum introduei. Unde claré deprehendi videtur testamentum ante probationem claudendum non esse: si enim clausum traderetur non posset Tabellio in folio scripto instrumentum inchoare: atque ita cum jura Juribus sint concordanda verius puto testamentum post approbationem esse claudendum; & consuendum, ut vitetur contrarietas, quæ alias daretur intet dispositionem *d.* §. 1. & 2.

66 Sed alia insurgit dubitatio, An si Tabellio incipiat instrumentum approbationis in alia carta contra dispositum *in d.* §. 2. non verò in dorso testamenti: ut requirit *Ordinat. d.* §. 1. ibi *O instsumento de approvaçaon nas costas do proprio testamento:* secuta doctrinam Julii Clari *in* §. *testamentum quæst.* 4. *n.* 3. *vers. consulo tamen*, Paris. *cons.* 19. *n.* 29. *cum seqq. lib.* 3. Gratian. *cap.* 973. *n.* 47. Cyriac. *controv.* 444. *n.* 16. validum sit testamentum; Pto hujus quæstionis resolutione ad-
67 vertendum est, quod ut testamentum secretum sustineatur, schedula tradita à testatore debet esse eerta, & indubitata, & taliter signata ut possit recognosci à testibus pro illamet, quam tradidit testatot ut scribunt Aretin. *in L. hæredes palam in princ. col.* 2. *in princ. ff. de testam.* ibi: *Quod quando nomen hæredis non exprimitur à testatore per se, sed per relationem nd aliud, illa selatio debet esse indubitata.* Covarr. *in c. cum tibi sub n.* 5. *de testam.* ibi: *Satis tamen crederem esse etiam quoad hæredis institutionem, si ses illa, ad quam relatio sit, indubitata, nec controvertatur, eam esse. eujus testator. meminit* Paris. *cons.* 19. *num.* 5. 6. 26. 29. & 48. *vol.* 5. optimè Cyriac *controv.* 444. *n.* 23. & *seqq* Menoch. *cons.* 636. *n.* 15. Gratiam. *d. cap.* 973. *n.* 44. & *seqq.* Et ideo ita schedula secreta debet complicari, ut in ea fraus fieri non possit, absque eo, quod cognosci valeat juxta sententiam *gloss. verb. si Lini in L.* 1. §. *fin. ff. de bonor. possess. se-*
cund. tabul. §. *sin antem quis Instit. de pupil. substit.* 68
L. *quo* 9. §. *si quis nomen hæredis ff. de hæred. instit.* Cyriac. *d. controv.* 444. *n.* 20. 22. 30. & 33. Mantic. *de conject. ult. l.* 1. *tit.* 7. *sub n.* 7. Riminal. Junior. *cons.* 598. *n.* 52. *vol.* 5. Anton. Faber *de errorib. pragmat.* 3. *p. decad.* 69. *error.* 3. *in prin.* Gratian. *d. c.* 973. *n.* 33. *vers. additur*, & *n.* 47. Cum enim periculosa res sit testamentum clausum, cujus dispositionem ignorant testes, & Notarius: ita debet complicari schedula testamenti, ut mortuo testatore identitas probari possit. Quæ quidem non præsumitur, & ab allegante probanda est L. *creditor oblatam* 102. *ff. de solut.* Craveta *cons.* 198. *n.* 4. Mascard. *concl.* 874. *n.* 11. & 12.
Larrea *alleg.* 83. *n.* 4. Surdus *dec.* 55. *n.* 1. Cyt. *con-* 69
trov. 192. *n.* 2. Marescot. *l.* 1. *variar. c.* 12. à *n.* 1. Valenz. *cons.* 110. *n.* 16. Cens. *de censib. post tract. dec.* 5. *n* 7. Periculum autem in eo versatur, quod si schedula testamenti non fuerit bene elausa; & complicata, ita ut non possit aperiri fraudibus, via aperitur & potest vera extrahi, & alia salsa supponi, Roland *cons.* 36. *sub. n.* 2. & *per totum vol.* 1. Menoch, *cons.* 313. *n.* 40. Quod jam evenit in hoc Regno in testamento D. Catharinæ de Pina, in quo ad instantiam Bartholomæi Conçalves de Castello Brancho testamentum clausum postea fuit apertum, & ab eodem, qui illud scripserat, mutata fuit substantia successionis majoratus quem instituerat extracto quodam folio testamenti, & alio salso supposito. Quæ salsitas postea detecta fuit, quia folium suppositum dissimilem habebat marcam ab aliis foliis. Et sic lata fuit, sententia pro Antonio Correa da Sylva consanguineo testatricis contra filium Bartholomei vocatum in folio supposito ad successionem majoratus. Et ea propter *Ordinat. in d.* §. 1. nltra alias solemnitates requirit testamenti clausuram, & quod in dorso illius approbationis instrumentum incipiat Tabelio. Et adhuc non satis testator fuisse consultum exclamat Neigr. *d. introd. ultim. volunt. L.* 3. *c.* 2. *n.* 4. & *seqq.*

Quibus suppositis deveniendo ad quæstionem vi-
detur dicendum testamentum in cujus dorso appro- 70
bationis instrumentum cæptum non fuit nullo modo valere: cum enim Ordinatio pro forma requirat, quod tabellio incipiat instrumentum à tergo proprii testamenti, forma non servata corruit actus, namque non dicitur incipere instrumentum à tergo testamenti, si in diverso folio factum sit. Deinde facit, quia *Ordin. in d. tit.* 80. §. 2. ad vitandas fraudes nltra solemnitatem, quam adhibuit, *d.* §. 1. statuit *in* §. 2. quod si instrumentum inehoari non posset à tergo testamenti, vel in aliquo ejus folio, quoniam folia in totum erant scripta. Tabellio signum publicum apponeret in aliqua parte testamenti faciendo mentionem in instrumento de loco ubi signum appositum erat sub pæna amissionis officii. Et sic instrumentum contra factum nullum debet judicari *L. cum hi* §. *si prætor ff. de transact. L. prolatam, Cod. de sentent. & interlocut omne judic. L. non dubium, Cod. de legib.* Peguera *decis.* 144. *n. fin.* Hieron. Leo *decis. valent.* 112. *n.* 6. Et in specie facit, quod actus, in quo pœna imponitur Tabellioni contra facienti, sæpe invalidi sunt: per ea quæ Cald. Pereir. *de empt. cap.* 5. *n.* 3. & *cap.* 34. *n.* 26. Maximè quando materia est gravis, Bursat *cons.* 133. *n.* 64. Propter quæ hanc tenuerunt sententiam Gama *decis. n.* 209. *n.* 2. Mendez à Castr. *in prax lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 32. Cabed. 1. *p. dec.* 129. *num.* 3.

Pro contraria vero parte facit legem Regiam *in*

71 *d.* §. 2. pœnam imponere Tabellioni, qui legis formam non observavit, & tamen pœna respicit præjudicum Tabellionis non autem hæredis, cui nullitas præjudicare potest: & sic ex errore Tabellionis testamentum nullum dici non potest, quamvis ei pœna imposita sit Præsertim quando lex ulterius non procedit annullando actum *l. fin. C. de sent. ex brevil. recit.* ubi Salicet. & Jason. *in d. L. non dubium Cod. de legib.* Vantius *de nullit. ex defect. jurisd. ordin. n.* 124. Trencinq. *var. lib.* 1. *tit. de legib. resol.* 1. Gratian. *dec.* 167. *n.* 16. Menoch. *cons.* 1193. *n.* 36. 37. *&* 39. Gama *decis.* 252. *n.* 2. ubi Flores de Mena Bart. *in L. non dubium notabilium* 3. *n.* 20. Cod. de legib. Paris. *cons.* 19. *n.* 187. *lib.* 2. Marescot. *lib.* 1. *variarum capite* 68. *n.* 12. Amato *resol.* 66. *n.* 22. Et hanc partem amplexus est Senatus apud Gama *dec.* 252. Et quidem hæc sententia humanior, & æquior est: quia tam testator, quam hæres institutus innocentes sunt, & nullam culpam habuerunt in Tabellionis errore Atque ideo nullitatis pæna adversus eos procedere non debet, argum, *text. in L. absentem, & in L. non fraudantur ff. de pænis.* Prior verò opinio in puncto juris mihi verior videtur.

Sed retenta æquiori sententia propter Senatus au-
72 thoritatem responderi potest ad fundamenta contrariæ partis quod *Ordinat. in d.* §. 2. præscripsit ordinem Tabellioni circa instrumentum approbationis sub pæna; qui quidem ordo ad formam non pertinet Et cum lex non procederet annullando actum, testamentum validum dici debet. Item *ad Ordinat. d.* §. 1. respondetur, quod licet clausula annullatoria, de qua ibi solemnitates omnes positas comprehendat? attamen non invenitur ibi hæc: de qua agimus: dum enim Ordinatio dabit quod instrumentum approbationis fiat in dorso testamenti, id significare videtur quod scilicet non ponatur ante, sed post testamentum & quod non incipiat in illa parte, ubi aliquid scriptum est, ne forte Tabellio videat secreta testamenti. Tu verò cogita, quia ex dictis responsionibus non satis diluuntur contrariæ partis fundamenta.

73 Advertendum etiam est quod eo casu, quo testator non sua manu, sed alterius testamentum scripsit secretum, declarare debet personam quæ illud mandato ipsius scripsit, ut ita in approbationis instrumento scribatur, & declaretur: cum enim tam *in L. hac consultissima juncta Auth. Et non C. de testam. & in Ordinat. d. tit.* 80. §. 1. permissum sit testatori, qui vel ignorat, aut non potest scribere, ut alterius manu nomen hæredis scribat in testamento, *gloss. in d. L. hac consultissima*, ubi commun. DD. & Bart. *L. jubemus in fin. C. de testam.* Joann. Faber *in* §. *possum col fin. Instit. eod.* Antou. Gomez *in L.* 3. *Tauri n.* 34. Gratian. *cap.* 173. *n.* 1. cum tamen alias hæredem voce propria nominare deberet *per text. in L. hæredes palam ff. de testam. L. jubemus C. eod.* ut schedula testamenti secreta per alium conscripta melius verificari debeat, opportunum erit testatorem declarare personam quæ jussu ipsius testamentum conscripsit. Et vere quamvis hæc declaratio à lege non sit expressè requisita, tamen ita de consuetudine observatur. Et consultius faciet testator, qui personam scribentis declaraverit, ne verum ipsius testamentum subtrahatur, & aliud falsum supponi possit.

74 Dubitari etiam potest, An Tabellio tanquam privatus valeat jussu testatoris testamentum secretum scribere, & postea illud tamquam Notarius approbare; Contra hoc testamenti genus exclamat Mierez 1. *p. collat* 5. *c.* 34. *de Tabellion.* quem refert Cancer. *lib.* 1. *variar. capite.* 4. *n.* 134. *vers. adversus*, dicens id fieri contra Evangelium ut in ore duorum, vel trium fiet omne verbum, & in ore unius tantum. Qui loquitur de privilegio: secundùm quod in Catalonia permissum est Tabellioni scribere testamentum secretum & postea illud stipulari. Ob quam rationem strictè in hoc procedendum dicit. Et vere quidem dicendum videtur ipsum Tabellionem testamentum secretum facere non posse, & postea illud approbare, cum inter personam, quæ tanquam privata scribit testamentum, & Tabellionem, qui illud approbat, differentia constituenda sit, siquidem actio & passio in eadem persona concurrere non possunt *L.*
si debitori C. pact. l. 2. *ff. de stipul. servor L. Uranius* 75
ff. de jussorib. cap. ultim. de instit. Camunc. *dec.* 44. *n.* 22. Cyriac. *controv.* 199. *n.* 1. Larrea *alleg.* 113. *n.* 4. Melch. de Valent. *illustr. tract.* 4. *cap.* 7. *ad d. L. Uranius.* Anton. Hering. *de fidejussorib. c.* 6. *n.* 15. *& c.* 7. *n.* 3. *& c.* 10. §. 16. *n.* 13. Alphons. de Olea *de cess. jur. tit.* 4. *q.* 1. *n.* 3. Quod ipsum innuere videtur. *Ordin. d. tit.* 80. §. 1. dum disponit testatorem ignorantem vel impeditum scribere posse per aliam personam testamentum facere, quod coram testibus tradere debet Tabellioni, ut illud approbet. Et sic differentiam constituit inter scribentem & Tabellionem, qui idem, & eadem persona non potest diverso jure censeri *L. eum qui ades ff. de usucapion.* Tiraq. *in L. si unquam verb. donatione largitus n.* 284. *vers. tertia ratio.* Reynos. *observ.* 54. *n.* 5. Giurb. *de success. feudor. præl.* 3. *n.* 42. Præsertim quia inter personam privatam & personam publicam datur repugnantia, Giurb. *in d. præl.* 3. *n.* 44. Si autem testamentum secretum scribat, & idem qui illud stipuletur, & approbet, tota virtus testamenti in Tabellione consistet, cum tamen ei non plus credatur, quam unico testi; & si esset credendum, alii testes servirent de vento, cum ipsi nesciant, quænam sit scriptura, ad quam sit relatio: optimè tradit Gratian. *d. cap.* 973. *n.* 48. Cyriac. *d. controv.* 444. *n.* 45. & 49. Afflict. *dec.* 143. *sub. n.* 5. *vers. sexto.* Et facile poterit Tabellio falsum committere, & illusoria reddetur tam exacta legis provisio in hac materia periculosa testamenti clausi ut considerat Cyriac. *de controv.* 444. *n.* 48. Ac proinde concludendum venit Tabellionem, qui tanquam privatus scripsit testamentum non posse illud aprobare, ipsum testamentum tanquam suspectum viribus carere.

Neque obstat instrumentum approbationis, in quo continetur traditio testamenti à testatore facta coram testibus: quia prædictum instrumentum non probat veritatem scripturæ & mentem testatoris, sed tantum traditionem ab eo factam Tabellioni, Gratian. *d. cap.* 913. *n.* 47. Cyriac. *ubi proximè n.* 44. Maximè cum nullo modo possit constare Tabellionem legisse prædictam schedulam testatori.

Denique etiam erit nullum testamentum, si Tabellio illud non clauserit, & complicaverit, postquam instrumentum approbationis confecerit; quia de forma istius testamenti requiritur, quod sit clausum juxta *d. L. hac, consultissima, Ordinat. d. tit.* 80. §. ibi: *cerrado, & cozido.* Unde quocunque modo testamentum fuerit nullum, testator intestatus decedere dicitur, ut deficientibus legitimis hæredibus fiscus ad ejus bona tanquam vacantia sit admittendus juxta superius tradita.

CAPUT XVII.

Intestatus an dicatur, qui testamentum revocavit & aliud non fecit?

SUMMARIUM.

1 *Testamentum primum non revocatur, nisi per secundum de jure factum, & validum.*

2 *Dubi-*

2 *Dubitatur, quæ voluntas sufficiat ad hoc ut testamentum revocatum dicatur? & refertur opinio Bartholi dicentis revocationem simpliciter factam non sufficere, sed requiri, quod testator dicat nolo valere testamentum, quia volo decedere intestatus. Et afferuntur fundamenta hujus sententiæ.*

3 *Referuntur Doctores, qui prædictam opinionem sequuntur.*

4 *Adducitur contraria sententia Baldi asserentis simplicem revocationem sufficere: & n. 5.* ubi Doctores *eam tenentes recensentur.*

6 *Approbatur opinio Bartholi tanquam verior: & respondetur adductis in contrarium.*

Testamentum primum, in quo sunt instituti extranei rumpitur per secundum, in quo sunt instituti venientes ab intestato, dummodo secundum habeat quinque testes. Ibid.

7 *Interpretatur* text. in L. hac consultissima §. si quis autem C. de testam. & in L. 2. ff. de injust. rupt.

8 *Interpretatur* text. in L. 1. §. si hæres ff. si tab. testam. null. extab.

9 *Revocatum dicitur testamentum si testator illud cancellavit, & incidit, & ita judicatum.*

10 *Intellige, ut procedat conclusio quando testator consulto mutata voluntate testamenti linum incidit: secus alias.*

Cancellatio facta præsumitur de voluntate testatoris, si testamentum reperitur apud eum quia à principio delectum præsumitur. Ibid.

11 *Si quis facit duo testamenta, & secundum cancellavit, vel fregit, valet primum.*

Intellige resolutionem in testamento in scriptis: secus in testamento Nuncupativo redacto in scriptis, quia si testator habebat exemplum, quod cancellavit, non anullatur testamentum, nisi originale cancellari fecerit. Ib.

12 *Interpretatur* text. in L. ejus militis §. militia missus ff. de milit testam.

13 *Interpretatur* text. in L. Clodius de ecquir. hæred.

Error juris non nocet illis, qui in culpa non sunt Ibid.

14 *Interpretatur* text. in L. hæreditas C. de his quib. ut indign.

Verbalis revocatio testatoris dicentis hæredem constitutum esse indignum, & demeritum, sufficit, ut si adierit hæreditatem, ab eo tanquam indigno auferatur à fisco. Ib.

15 *Testamentum illius, qui timore pœnæ, & conscientia delicti sibi mortem conscivit, irritum fit.*

Limita, si testator tædio vitæ, vel dolore infirmitatis vel alia causa sibi mortem conscivit quia non irritatur testamentum. Ib.

16 *Testamentum, ex quo non fuit adita hæreditas, corruit, & reducitur res ad causam intestati.*

17 *Neque legata, neque libertates debentur ex testamento: ex quo hæres scriptus noluit, vel non potuit adire hæreditatem.*

ULterius intestatus decedere dicitur, qui ritè testamentum fecit, sed postea illud revocavit, quamvis enim testamentum primum non revocetur, nisi per secundum jure factum, & validum L. 1. L. *eum in secundo ff. de injust. rupt.* L. *si quis priore, ff. ad Trebell.* §. *posteriore Instit. quib. mod. testam. infirm.* Anton. Gomez qui alia jura cumulat *in L. 3. Tauri num.* 92. Gama *dec.* 209. *n.* 2. ubi flores de Mena. Covarr. *in rubr. de testam. num.* 2. Jul. Clar. *in* §. *testamentum quæst.* 99. Crassus in §. *testamentum q.* 84. Sarmiento *lib.* 5. *select. cap.* 14. *ex nu.* 16. Cancer. *lib.* 1. *variar. cap.* 4. *n.* 9. Cyriac. *controv.* 168. *n.* 18. *cum seqq.* Marescot. *lib.* 1. *variar. cap.* 48. *n.* 1. *& seqq.* August. Barbos. *lib.* 1. *voto* 11. *n.* 11. Angel. Boss. *tom.* 2. *moral. tit.* 13. *n.* 296. Tamen aliquando per contrariam voluntatem testamentum revocatum censetur, & testator ab intestato decedere dicitur.

Sed est valde controversum inter Doctores, quænam voluntas sufficiat ad hoc, ut testamentum revo- 2
catum dicatur in qua controversia, Bart. *in L. Si, jure ff. de legat.* 3. in ea fuit opinione, ut revocatio testamenti simpliciter facta non sufficiat, sed requiratur, quod testator dicat, nolo valere testamentum, quia volo decedere intestatus: tunc enim si aliud non fuit conditum testamentum, sustinetur id quod jure factum fuit. Probatur hæc sententia ex *text. in* §. *ex eo Institut. quibus mod. testam. infirm.* ubi habetur non infirmari testamentum ex eo solùm, quod testator dixit nolle valere. & ad actum externum devenit faciendi secundum testamentum quod perfectum non fuit, secundo probatur ex *tex. in* L. *militis* §. *veteranus ff. de milit. testam.* Ubi miles veteranus moriens testamentum jure communi tempore militiæ factum irritum esse voluit; & tamen hæredis institutiones; & substitutiones in eodem statu manere placuit. Tertio facit *text. in L. sancimus* 27. *Cod. de testam.* Ibi *Sin autem testator tantummodo dixerit non voluisse prius stare testamentum, vel aliis verbis utendo contrariam aperuerit voluntatem, & hoc vel per testes idoneos non minus tribus, vel inter acta manifestavit, & decennium fuerit emensum, tunc irritum est testamentum, tam ex contraria voluntate, quàm ex cursu temporali.* Ex quibus verbis probatur posteriore testamento rite facto, seu contraria voluntate, & decursu decennii rumpi testamentum, non nuda voluntate. Quarto facit *text. in authore hoc inter liberos* §. *si quis autem Cod. de testam.* Quod loci habetur solam revocationem testibus probatam non infirmari testamentum, nisi vocatis venientibus ab intestato. Quinto facit *text. in* L. *si certarum* §. *si eodem ff. de milit. testam.* ubi probatur in testamento paganorum non posse hæreditatem ex hæreditatione adimi: ergo debet alius hæres institui: ut ab hærede instituto hæreditas valeat auferri.

Propter quæ fundamenta hanc partem sustinent 3
ultra Bart. *in d. L. militis* 36. §. *veteranus verb. mansisse* Bald. *in L.* 1. *num.* 66. *C. de sacros. Eccles.* Raphael. Cuman. *in repetit L. si filius qui in potestate n.* 29. *&* 30. *ff. de liber. & posthum.* Joann. Fab. *in d. L. sancimus*, & ibi Riminald. Senior. *nu.* 4. Guillielm. Bened. *in cap. Raynaldus verb. testamentum. c.* 2. *num.* 8. *vers. & hoc verum, dicit communem* Decius *cons.* 582. *n.* 1. Menchac. *de success. creat. lib.* 2. §. 17. *n.* 74. Socin. *junior. cons.* 92. *num.* 1. *lib.* 3. Covarr. *in rubr. de testam.* 2. *p. n.* 21. *in fin.* 5. *conclus. & vers. septima conclusio*, Jul. Clar. *in* §. *testamentum q.* 91. *&* 92. Vincent. de Franch. *dec.* 287. *n.* 1. Mascard. *de probation. conclus.* 1283. *num.* 33. Et hanc sententiam probabiliorem, & communiorem dicit Rubios *cons.* 41. *nu.* 4. *in fin.* Surdus *dec.* 128. *num.* 2. Marescot. *lib.* 1. *cap.* 48. *num.* 4. *&* 5. Gaspar. Ant. Thesaur. *lib.* 1. *forens. quæst.* 55. *num.* 1. *cum seqq.* Ubi pro ea judicatum testatur Anton. Faber. *de errorib. pragmat. decad.* 39. *errore* 6. Sanfelic. *decis.* 196. *à n.* 1. *cum seqq.* Mantic. *de conjectione ultimo lib.* 2. *tit.* 15. *à n.* 18. *cum seqq.* quamvis contrariam sequatur. Hieron. Leo *dec.* 32. *num.* 12. Fachin. *lib.* 4. *controv. cap.* 8.

Contrariam vero opinionem: immo quod testa- 4
mentum revocetur, quod testator dicit simpliciter, revoco, vel nolo valere testamentum tenuit Bald. *in d. L. sancimus in princ.* cujus præcipua fundamenta sunt sequentia. Et primum deducitur ex text. *in hac*

 con-

consultissima §. *siqeis autem vers. nisi forte.* Ubi habe-
tur, quod ex minus solemni voluntate, in qua fue-
runt vocati venientes ab intestato rumpitur prius tes-
tamentum, in quo illi fuerant instituti, quo ab inte-
stato succedere non debebant. Ergo revocatio facta
per minus solemnem dispositionem irritat primam. Se-
cundum ex *L.* 1. *si hæres ff. si tabul. testament. null. ex-
tab.* ibi *Si hæres institutus non habeat voluntatem, vel
quia incisæ sunt tabelæ, vel quia cancellatæ, vel quia
alia ratione voluntatem testator mutavit, voluitque in-
testatus decedere: dicendum est ab intestato rem ha-
bituros eos, qui bonorum possessionem acceperunt.* Ex
quo textu deducitur solam voluntatis mutationem
sufficere ad revocandum testamentum. Tertium pro-
batur *in* L. *ejus militis* §. *milit. testam.* Ubi testamen-
tum à milite factum rumpitur simul atque miles intra
annum amissionis aliud facere incepit licet illud *non*
perficiat. Quartum facit L. *Clodius* 97. *ff. de acquir.
hæred.* Quo loci per secundum testamentum inperfec-
tum prius sublatum censetur, denique facit *text. in
L. hæreditas C. de his, quibus ut indign.*

5 Ex quibus Baldi opinionem sequuntur Immola *in
L. si ita scriptum* §. *regula ff. de hæredib. instit. n.*
5. Barbat. *cons.* 60. *in dub. sub num.* 7. *usque ad fin.
vol.* 3. Angel. Aretin. *in d.* §. *ex eo Instit. quibus mod.
testamentum infirm.* Socin. Jun. *cons.* 145. *num.* 9. *&*
10. *vol.* Conan. *lib.* 9. *comment.* 4. Mantic. qui alios
refert. *de conject. lib.* 2. *tit.* 15. *ad fin.* Crass. *in* §.
testamentum q. 84. *num.* 2. Et hujus sententiæ ratio
est quia clausula quam requirit Bartolus (quippe
volo decedere intestatus) captiosa videtur vulgari-
bus testatoribus, cum necessariò sequatur, si testa-
mentum simpliciter revocetur. Maximè quando tes-
tamentum est Nuncupativum, quod incidi, aut can-
cellari ipso facto potest quemadmodum testamentum
in scriptis ut dixit Bald. *in d. L. Sancimus:* & quia
voluntas testatoris, deambulatoria est usque ad mor-
tem. Et ita ut testamentum fieri potest coram septem
testibus, ita & revocari cum res per quas causas nasci-
tur per easdem dissolvatur.

6 Cæterum prior sententia est longè verior, & à Doc-
toribus approbata: quam ultra supra citatos defen-
fendit Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 55. Ne-
que obstant in contrarium adducta Non primum de
text. in *d. L. hac consultissima* §. *si quis autem*, quia
ibi Imperator voluit limitare resolutionem, de qua
supra *n.* 2. statuendo, quod primum testamentum in
quo hæredes extranei fuerunt instituti, revocetur per
secundam voluntatem, in qua venientes ab intestato
fuerunt vocati interveniente numero quinque testi-
um Ant. Gom. *in L.* 3. *Tauri n.* 9. *& seqq.* Fachin. *lib.* 4.
controv. c. 6. Gaspar. Thesaur. *d. quæst.* 56. *n.* 12. *&* 13.
propter favorem venientium ab intestato quippe, qui
& à lege vocantur, & à testatore. Et quidem in pos-
trema voluntate ipsius. Quam ob rem æquius esse vi-
detur eos hæreditatem obtinere quam extraneos, li-
cet extranei testamentum proferant magis solemne, &
perfectum: ut eleganter tradit Fachin. *d. cap.* 6. *vers.
ego communiorem.* Atque ideo textus ille non fovet
opinionem Baldi.

7 Neque etiam *text. in L.* 2. *ff. de injust. rupt.* qui
eadem ratione nititur. Et quia testamentum militare
de quo ibi propter privilegium militis data ejus vo-
luntate censetur perfectum. Et ideo nil mirum si tol-
lat primum juxta *text. in d. L. hac consultissima*, §. *si
quis:* docent Padilla *in L. naturalis in princ. ff. de
præscript. verb.* Anton. Gomez. *in d.* L. 3. *n.* 97. Jul.
8 Clar. *in d.* §. *testamentum quæst.* 97. Non obstat secun-
dum de *text. in L.* 1. §. *si hæres, ff. si tabul. testam.
null. extab.* Quia respondetur ibi fuisse mutatam tes-
tatoris voluntatem exprimendo quod volebat dece-
dere intestatus: ut insinuant verba *text.* ibi *voluitque
intestato decedere.* Quod aliunde constare non potuit,
nisi ex eo quod testator declaraverit. Et insuper in
specie illius textus testator cancellavit, & incidit te-
stamentum. Quo casu testamentum ruptum censetur 9
*L. Cancellaverat. L. proxime, & L. ult. ff. de his quæ
in testam. delent. d. L.* 1. §. *si hæres ff. si tabel. testam.
null. exta.* *L. ad testium* 22. §. *si signa de testam. L.
pen. C. eodem. L. pen.* §. 5. *ff. de bonor. possess. secund.
tab*, non simpliciter contraria voluntate: sed quia re-
manet ac si factum non esset Graveta *cons.* 208. *n.* 1.
Anton. Gomez. *in L.* 3. *Tauri n.* 94. Covarr. *in rubr.
de testam.* 3. *p. n.* 19. *&* 30. Mascard. *conclus.* 1283.
num. 30. *&* 31. Jul. Clar. *in* §. *testamentum quæst.* 93.
n. 1. Mantic. *de conject. ultim. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 29.
Hieron. Leo *dec. valent.* 32. *n.* 1. Gutierr. *pract. lib.*
3. *q.* 4. Et ita judicatum fuit in supremo Senatu 14.
Aprilis anni 1639. in lite Antonii Martini Rebolla
oppidi de Penamacor, *judicibus Ludovico Pereira de
castro, & Francisco de Mesquita.* Quod intellige, si 10
testator consulto mutata voluntate testamenti linum
incidit; secus alias L. *nostra Cod. de testam.* ubi *gloss.
verb. contingerit*, & Bart. *n.* 2. Hieron. Leo *d. dec.* 2.
n. 1. Cancellario autem præsumitur facta ex volun-
tate testatoris, si testamentum reperit apud eum, nam
tunc delatum à principitur præsumitur, Bald. *in L.*
1. *in fin.* ubi Paul. de Castr. *n.* 6. *ff. de his quæ in tes-
tam. debent.* Imola *in L. proximo n.* 10. *eod. tit.* Man-
tic. *d. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 30. Apud quem *num. seqq.*
invenies qando cancellatio facta intelligatur in favo-
rem venientium ab intestato, vel ut hæreditas fisco
applicetur, ideo siquis fecerit duo testamenta, & se-
cundum cancellaverit vel fragerit primum testamen-
tum omnino valebit quasi secundum non fuisset *L. pe-
nult.* §. 1. *ff. de bonor. possess. secund. tabul.* Donel. *lib.*
6. *comment. cap.* 16. Sed hæc procedunt in testamen-
to facto in scriptis, nam si esset testamentum Nun-
cupativum redactum in scriptis, & testator habens
exemplum authenticum à Notario illud inciderit, 11
vel cancellaverit, non anullabitur testamentum, ni-
si testator originale existens apud Notatum cancella-
ri fecerit: ut notat Jul. Clarus *in d.* §. *testamentum
quæst.* 93. *n.* 2. & melius prosequitur Mantic. *d. titul.*
1. *n.* 33. Non obstat *text. in L. ejus militis misses* 34.
quia licet ubi primum testamentum tollatur ex eo, 12
quod testator voluit facere secundum testamentum,
id non procedit ex simplici voluntate tantum, sed ex
eo quod primum testamentum erat factum jure mili-
tari. Et sic potuit contraria voluntate tolli sine juris
solemnitatibus: contrarium tamen dicendum esset,
si primum testamentum cum solemnitatibus juris com-
munis esset factum, Conan. *lib.* 9. *comment. capite* 7.
Pinel *in L.* 2. *Cod. de recind. vend.* 3. *p.* 1. *n.* 14. Gu-
tierr. *in* §. *qui Instit. de hæred. qualit. & differt.* c. 60.
Tiraq. *in tract. cessante causa limit.* 11. *n.* 4. Alciat.
de præsumpt. reg. 5. *præsumpt.* 36. Donel. *lib.* 6. *com-
ment capite* 10. Cujac *lib.* 4. qq Papinian. *in d. L. e-
jus militis* §. *militia missus ff. de testam. mil.* Ad tex-
tum vero *in L. Clodius ff. de acquir. hæred.* responde- 13
tur textum ibi non probare prius testamentum fuisse
sublatum per secundum imperfectum, sed contrarium
supponere. Et quidem solùm, dicit, quod si idem hæ-
res sit institutus in primo testamento perfecto, & in
secundo imperfecto, posteaque adierit hæreditatem
ex secundo non poterit iterum adire ex primo: & ideo
testator efficitur intestatus, & sibi debet hæres impu-
tare quod cum voluisset hæreditatem acquirere, &
haberet tempus præfinitum ad deliberandum, & ad-
eundum, id non fecit validè, & prout debebat, immo
per aditionem ex secundo testamento visus fuit re-
nuntiasse juri adeundi sibi competenti ex primo testa-
mento ut in simili probat *text. in L. filiumemancipa-
tum* 60. *ff. de acquir. hæred. L.* 3. *in princ. ff. siquidem in
fraud. patr.* Licet alias error juris filiis, qui in culpa 14
non sunt nocere, non debeat *L. qea fideicommiss.* 79.

ff. de

ff. de legat. 2. *L. juris* 7. *enm L. seqq. ff. de jur. & fact. ignor.* Cujac. *lib.* 11. *responsor.* Papion. *in d. L. quæ fideicommissar.* Quidquid aliter prædictum textum intelligat Spino *de testam. gloss.* 30. *n.* 35. Denique non obstat *text. in L. hæreditas C. de his, quibus ut indign.* Quia respondetur, quod ibi non fuit sublata institutio per contrariam voluntatem testatricis, sed ex causa ingratitudinis: ut constat ex verbis textus ibi: *Quia tamen testatrix voluntatem suam non mereri unum ex hæredibus suir declaravit: merito ejus portio non jure ad alium translata fisco vendicata est:* Et sic portio ab hærede ingrato tanquam ab indigno potuit per fiscum auferri, si enim testator, qui testamentum revocavit, dixit quod habebat hæredem institutum indignum & demeritum, sufficit verbalis revocatio, ut adeunte hærede ab eo tanquam indigno hæreditas auferatur Donel. *libro* 9. *capite* 7. & post Accurs. Anton. Gomez *in L.* 3. *Tauri n.*103. Ubi quod sufficiunt duo vel tres testes ad probandam declarationem faciuntque idem Gomez *lib.* 3. *variar. c.* 3. *n.* 51.

Ampliationes, limitationes prædictæ sententiæ, quam amplectimur, videre potest apud Thesaur. *d. libro* 2. *forens. quæstione* 56. *à n.* 9. *cum seqq.*

15 Insuper irritum fit testamentum, si quis cum antea illud faceret timore pœnæ, & conscientia delicti sibi mortem conscivetit *L. si quis* 6. §. *ejus vers. proinde ff. de injust. rupt.* Facit *Ordin. lib.* 2. *tit.* 26. §. 25. Si verò tædio vitæ, vel dolore infirmitatis, aliove modo aut causa id fecerit non irritabitur testamentum *L.* 1. §. *si quis non metu ff. ad Syllanianam, L.* 3. *Cod. qui testam. fac. poss.* Et sic si testamentum nullum fuerit ex defectu solemnitatis, & formæ vel ruptum fuerit, revocatum, vel irritum modis, de quibus supra, & testator sine legitimo hærede decesserit intestatus, fisco locus erit.

Dicitur etiam intestatus decedere is qui testamentum ritè condidit, ex eo quod hæreditas adita non
16 fuit, quia hæres scriptus vel noluit vel non potuit: testamentum autem hæreditate non adita corruit, & res ad causam intestati reducitur *L.* 1. *ff. de suis, & legitim. hæred. princ. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. L. si nemo, ff de testam. intel. L. eam quam L. ex testamento, C. de fideicommiss. L.* 3. *ff. de his quæ in testam. del. L. intestatus* 64. *ff. de verbor. signific. L. si nemo ff. de regul. jur.* Cæphal. *cons.* 88. *n.* 51. *lib.* 1. Cravet. *cons.* 147. *n.* 7. Gutierr. *pract. lib.* 2. *quæst.* 34. *& in* L. *nemo potest ff. de legat.* 1. *n.* 318. Anton. Gomez *lib.* 1. *variar. capite* 11. *n.*18. Menchac. *de succeff. progress.* §. 17. *n.*4. Peralta *in L. omnia n.*15. *ff. de legat.* 2. Donel. *lib.* 6. *comment. capite* 16. Valenz. *cons.* 138. *n.*9. Ita ut neque legata debeantur ex dicto testamento; quia in eo relicta
17 tacitam habent conditionem si adeatur hæreditas L. 3. *ff. de legat.* 3. Et ideo si hæres scriptus non adierit, neque legata præstantur, neque libertates debentur: ut præter jura supra adducta probatur ex *text. in L. Titius* 45. §. *sed verum est ff. de excusation. tut.* L. 2. §. *adeo ff. de vulgar. L.* 1. §. *sed si filius de legat.* 3. *L. si patronus* 12. §. *ex testamento ff. de bon. libert. L.* 2. *ff. de manumiss. testam. L. unic.* §. *libertatibus C. de Caduc. tollend. L. ergo* §. *eadem de fideicommiss. libert.* Et sic quamvis *gloss. in d. L. eam quam* aliquos casus excipiat, in quibus etiam non adita hæreditate legata debentur. Hujus dubitationis resolutio pendet ab alia de qua infra. Ubi discutiemus; An in terminis casus supræpositi, Si ad fiscum bona devenerint tanquam vacantia, teneatur fiscus legata præstare.

CAPUT XVIII.

Legitimus hæres quis dicatur ad exclusionem fisci in specie text. in L. 1. C. de bon. vacant lib. 10. Et Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 17.

SUMMARIUM.

1 *Successio legitima propriè dicitur illa, quæ ab intestato defertur quasi à lege proveniat.*

2 *Successio testamentaria minus propriè legitima dicitur, & à lege obvenire.*

3 *Successio ab intestato ex tribus lineis constat, scilicet ascendentium, descendentium & collateralium.*

4 *Successiones an sint de jure divino, naturali, vel positivo? Varia sunt opiniones quæ concordantur.*

5 *In Successione ab intestato hæreditatis parentum prima causa est filiorum, & descendentium, atque illis defertur hæreditas jure naturali, & communi parentum voto, quamvis forma, & præscriptio quantitatis juris Civilis sit.*

6 *Portio hæreditatis paternæ, quæ liberis debetur legitima appellatur.*

Pater tenetur alimenta præstare filiis etiam naturalibus, & spuriis.

7 *Legitima filiorum quatenus respicit alimenta filiorum à jure naturali descendit, & neque lege neque statuto in totum tolli potest, quota autem legitimæ juris civilis est, & mutationem recipit.*

8 *Legitima ex justis causis non tantum minui, sed & in totum tolli potest.*

9 *Pater instituendo majoratum tenetur relinquere alimenta liberis, quibus debetur legitima, nec valet in contrarium Regia facultas.*

Alimenta liberis debita in locum legitimæ jure actionis debentur. Ib.

10 *Legitimam tenetur pater filiis relinquere bonorabili titulo institutionis expressæ aut subintellectæ.*

11 *Descendentes fiscum excludunt à successione ascendentium, Lege duodecima Tabularum ad paternam hæreditatem vocabantur tantum sui hæredes.* Ib.

12 *Sui hæredes in vita patris bonorum domini censebantur, & ante apertas tabular ipso jure fiebant hæreder.*

13 *De jure Prætorio filii extra potestatem patris vocabantur ad hæreditatem per bonorum possessionem, unde liberi.*

14 *Filiæ fuerunt admissæ ad avi successionem non in totum, sed ad duas partes quantitatis, quam haberent si ex masculo provenirent ex constitutione Theodosii, & Arcadii.*

15 *Justinianus omnes descendentes cujuscumque sexus tam in potestate quam emancipator ad hæreditatem vocavit, ut inter eos ipsa æqualiter divideretur.*

16 *Sui hæredes hæreditatem non agnitam transmittunt ad quoscumque, & non indigent aditione.*

17 *Filius emancipatus etiam hodie ante aditionem non transmittit hæreditatem.*

18 *Emancipatus hæreditatem non aditam patrir, avi, vel proavi, transmittit ad liberor & descendenter ex capite, & potentia sanguinir: non verò ad descendentes, aut alios hæredes.*

19 *Filiur suus, qui ex Prætoris beneficio à paterna hæreditate abstinuit potest abstensionem revocare intra triennium quamvis sit major.*

20 *Filius emancipatus revocare nequit repudiationem ab eo factam hæreditatis paternæ.*

21 Filii

21 Filii succedunt matri sive ingenua, sive libertina eu Senatus consulto Orphitiano, & fiscum excludunt: & mater illis succedit, ex Senatus consulto Tertyliano, & fiscum excludit.

22 Interpretatur text. in L. si matre 11. C. de suis & legitim. hæred.

Mater non habet filios in potestate. Ibid.

Filius maternam hæreditatem non acquirit ipso jure sed interveniente aditione. Ib.

23 Posthumus vocatur ad successionem patris cum filiis jam natis, & succedit tanquam suus.

24 Posthumo conservantur omnia jura, quæ competerent, si natus jam esset tempore, quo erat in utero.

Posthumus in utero admittitur ad hæreditatem & venter mittitur in possessionem ex edicto de ventre in possessionem mittendo. Ibid.

25 Partus editus in septimo mense legitimus est, si vivus nascatur, & sufficit attingere secundum diem septimi mensis.

26 Partus editus in octavo mense si vivus nascatur successibilis est.

27 Partus retineri non potest nisi per decem menses, & editus post decem menses à morte mariti, vel à die, quo certum sit non posse accedere ad uxorem, non est successibilis marito.

Limita, ut non excludatur natus post decimum mensem uno, vel duobus, aut aliis diebus usque ad septimum quando mulier erat honesta. Ibid.

28 Posthumus, qui non erat conceptus tempore mortis illius, de cujus successione agitur, admittendus non est.

29 Filius, qui abscisso ventre matris ereptus fuit, matri successibilis est, & potest matris testamentum impugnare.

Posthumus alienus institui non potest. Ibid.

30 Filius potest querelare testamentum matris, quæ in puerperio decessit, si extraneus fuit hæres institutus; si vero alii filii, habetur pro instituto.

31 De jure Civili inter servos Matrimonium non consistebat, & filii naturales dicebantur.

32 De jure Canonico validum est Matrimonium inter servos immò inter unum servum, & alium liberum: & filii legitimi nascuntur.

Jus Canonicum servandum est in materia Matrimonii. Ibid.

33 Filii naturales plebei succedunt patri etiam cum legitimis in hoc Regno.

34 Filii suscepti ex ancilla propria, vel aliena, succedunt patri plebeio in hoc Regno; & etiam in majoratu instituto à patre.

35 Filii peregrinorum succedunt parentibus, & fiscum excludunt, quamvis inter peregrinos de jure Civili non daretur verum Matrimonium.

36 Filius naturalis de jure Civili dicitur procreatus ex concubina domi retenta.

37 Filius hodie naturalis dicitur, qui natus est ex soluto, soluta, inter quos non datur impedimentum ad contrahendum Matrimonium.

38 De jure Codicis, & Authenticorum, pater, qui habet descendentes legitimos, non poterit relinquere naturalè, plusquam unam unciam hæreditatis, quam filius tenebatur dividere cum matre adhuc vidua.

39 Pater naturalis, qui non habet descendentes legitimos, sed ascendentes, omnia bona filio naturali relinquere potest, excepta ascendentium legitima.

Si pater naturalis nullos habet descendentes legitimos neque ascendentes, potest omnia bona filio naturali relinquere, & in ejus persona majoratum instituere. Ib.

40 Filius naturalis contra patris testamentum nullum habet juris remedium, neque potest illud dicere nullum, neque contra salulure.

41 Filius naturalis non potest patri succedere ab intestato extantibus legitimis, neque ex illius substantia aliquid prætendere.

42 Decedente patre naturali cum ascendentibus, filius naturalis succedit in duabus unciis hæreditatis. Et quid si pater decessit relicta uxore? Vide n. 44.

43 Pater naturalis habens ascendentes, potest de jure Regio relinquere filio naturali tertiam partem suorum bonorum, non sic si habuerit descendentes legitimos.

45 Regnati in successione ab intestato excludunt uxorem.

Si vinco vincentem te, à fortiori vincam te. Ib.

46 Regula, si vinco vincentem te, non procedit, ubi lex contrarium declarat.

47 Dubitatur. An filius naturalis hodie succedat, in duabus unciis? Et resolvitur affirmativè.

48 Filii adopti dicuntur legitimi, quia per legem fiunt, & habent jus suitatis, & successionis, & agnatione adoptivi rumpitur testamentum.

Sufficit adoptivus, ut filius naturalis excludatur à duabus unciis. Ib.

49 Filius naturalis nobilis non succedit patri.

Si pater fuerit plebeius, illi succedit filius naturalis & nepotes avo. Ib.

50 Nepos legitimus ex filio naturali non succedit avo nobili.

51 Filius naturalis plebeii si à patre non fuerit institutus, potest querelare testamentum patris, & revocare alienata in fraudem sua legitima.

52 Filius naturalis legitimatus in hoc Regno succedit patri ab intestato, & fiscum excludit.

53 Filius naturalis ita ut non succedit patri, neque succedit consanguineis ex parte patris.

54 Filii naturales, & spurii non sunt de agnatione domo, aut familia, ut possint jus succedendi habere.

55 Interpretatur text. in auth. de hæred. ab intestato venient.

56 Interpretatur text. in auth. licet C de natural. liber.

Interpretatur text. in principio instit. de servili cognat. Ibid.

57 Jus successionis ab intestato est mutuum, & reciprocum, & si filius non potest succedere patri nec pater illi.

Correlativorum idem est judicium, & dispositum uno censetur dispositum in alia. Ib.

58 Fiscus admittitur ad successionem filii naturalis, vel spurii qui decessit non relicta matre neque consanguineis maternis.

59 In Regno ita ut filius naturalis plebeii succedit patri, ita, & pater filio.

Jus succedendis reciprocum est de parentibus ad filios, & de filiis ad parentes. Ib.

60 Proponitur quæstio an filius naturalis plebeii succedat ab intestato consanguineis ex parte patris, & afferuntur fundamenta partis affirmativa.

61 Legitimatus verè, & per omnia; non solùm patri succedit, sed etiam patris consanguineis.

62 Afferuntur fundamenta partis negativa quam sequitur Author.

Casus omissus in statuto remanet in dispositione juris communis. Ib.

Naturalis legitimatus succedit patri non ejus consanguineis. Ib.

63 Respondetur fundamentis partis affirmativa.

In dispositione favorabili nepotes veniunt appellatione filiorum. Ibid.

64 Filii naturales plebei non sunt legitimi, quamvit

vis quoad succedendum patri legitimis æquiparentur.

Legitimatus in hoc Regno est dispensatus ad succedendum patri, non illius consanguineis. Ib.

65 *Spurii secundum jus Civile dicuntur vulgò quæsiti, qui non habent patrem certum.*

Etiam dicuntur spurii, qui procreati sunt ex parentibus, inter quos matrimonium consistere non poterat. Ib.

66 *Filii spurii non succedunt patri tam de jure Civili, quam Canonico, & Regio: & cùm legibus sint exosi nomen filiorum non merentur.*

67 *Spurii non possunt à patre hæredes institui etiam deficiente legitima prole; neque ex illius substantia aliquid possunt habere, sive ex ultima voluntate, sive ex contractu lucrativo.*

Descendentes ab spurio etiam legitimi, avo succedere nequeunt. Ib.

68 *Nepos ex filio spurio etiam legitimus, avo non succedit ab intestato.*

Spurius non est de domo, familia, aut agnatione, neque lineam, aut stipitem constituit. Ib.

69 *Spurius non succedit consanguineis paternis ab intestato, neque consanguinei illi succedunt.*

Spurius in successione patris, vel ascendentium aut collateralium non excludit fiscum. Ib.

70 *Spurius consequitur alimenta ex substantia patris, qui illa præstare tenebatur.*

Pater potest relinquere legatum ad alimenta filia spurio. Ibid.

71 *Spurius legitimatus, vel dispensatus excludit fiscum.*

Spurius est persona infamis, & saltem notatur infamia facti. Ib.

72 *Legitimatio non tollit cicatricem, & notam à nativitate provenientem spurio, & solùm prodest quoad successionem.*

73 *Naturales, & spurii succedunt matri, & habent legitimam in ejus hæreditate, ac si fuissent legitimi & cum prole legitima.*

74 *Tam naturalis, quam spurius præteritus à matre, & exhæredatus sine causa, potest querelare testamentum matris.*

75 *Naturalis, & spurius in successione matris excludit ipsius ascendentes.*

Item spurius, vel naturalis succedit consanguineis ex parte matris; & è converso mater, & illius consanguinei succedunt filio. Ib.

76 *Spurius procreatus ex coitu damnato, vel punibili per legem, non succedit matri.*

77 *Coitus quis dicatur damnatus, & punibilis?*

Coitus sufficit quod aliqua lege sit damnatus, vel punibilis etiam pœna extraordinaria, ut filius matri non succedat. Ib.

In Castella ut filius excludatur à successione matris debet delictum esse tale ob quod mater incurrat pœnam mortis. Ib.

78 *Filius Clericis sacris initiati spurius est & natus ex coitu damnato, & punibili.*

Immo gravioribus laborat spurietatis defectibus. Ibid.

79 *Filius Clerici non succedit patri neque matri.*

80 *Filius Clerici in minoribus, etiamsi habeat Beneficium, non dicitur procreatus ex coitu damnato, & punibili: & ideo succedit matri.*

81 *Coitus non sufficit, quod sit damnatus, ut filius matri non succedat; sed requiritur quod etiam sit punibilis per aliquam legem Civilem.*

82 *Filius conjugati, & solutæ, succedit matri.*

83 *Est tamen hic filius incapax successionis tam ex testamento, quam ab intestato respectu patris.*

Filius non conjugati ex concubina domi retenta non succedit matri. Ib.

84 *Naturalis, & spurius non succedit matri illustri extantibus legitimis.*

Deficientibus legitimis spurius succedit matri illustri. Ibid.

85 *Quæritur: An spurius ex coitu damnato succedat fratribus ex eadem matre, vel consanguineis maternis? Referuntur Doctores, qui sustinent partem negativam.*

86 *Contrariam opinionem etiam de jure communi tenent plures hic relati, & hanc partem secuta est* Ordin. lib. 44. tit. 93. *quæ ibi confirmatur, atque corroboratur.*

87 *Spurii ex coitu damnato & punibili succedunt consanguineis maternis, ab intestato, etiam avo materno, non paterno.*

88 *Nepos spurius ex filio legitimo potest capere ex testamento avi paterni, & collateralium, & ab eis hæres institui.*

89 *Intellige, nisi avo sit aliqua legitima proles; quia tunc nepotem spurium instituere nequit.*

90 *Nepos spurius non potest institui ab avo contemplatione filii incapacis.*

In dubio non præsumitur avum instituere nepotem spurium contemplatione patris. Ib.

91 *Pater potest instituere eum cum quo filius spurius societatem omnium bonorum contraxit: dummodo fraus non interveniat: tunc spurius consequitur medietatem hæreditatis.*

92 *Clericus an possit instituere maritum filiæ suæ spuriæ?*

Et an spuriæ dotem constituere valeat, vel ipsa aliquid capere possit à consanguineis Patris? Remissivè.

93 *Fiscus admittitur in illis casibus, in quibus filii vel nepotes, cæterique descendentes non possunt succedere ab intestato patri, matri, vel eorum consanguineis: quando autem succedere possunt excludunt fiscum.*

94 *Nepos ex filio legitimo, si agitur de successione avi paterni, excluditur à fisco; si vero agitur de successione ascendentium matris, nepos excludit fiscum.*

Si nepos fuerit naturalis ex filio naturali, excluditur à fisco, nisi avus fuerit plebeius; si de successione avorum paternorum agitur, nepos naturalis fiscum excludit. Ib.

95 *Nepos legitimus ex filio naturali, non succedit avo paterno.*

96 *Nepos legitimus ex filio naturali, aut spurio legitimato succedit avo.*

Intellige, ut procedat conclusio in legitimato verè, & per omnia secus in legitimato, & dispensato secundùm consuetudinem Regni. Ib.

97 *Nepos legitimus ex filio legitimato juxta Regni consuetudinem non succedit avo nobili. Et ita judicatum.*

Sed contrarium est dicendum casu, quo avus ab intestato decessit. Ib.

98 *Fiscum excludit nepotem spurium in successione avi paterni, non in successione avi materni.*

Nepos naturalis, vel spurius, ex filio legitimo legitimatus, per oblationem Curiæ non succedit avo, neque collateralibus. Ib.

99 *Filii adoptivi sunt in duplici differentia, alii enim sunt adoptivi, alii arrogati. Et qui dicantur.*

100 *Adoptivus, vel arrogatus etiam hodie succedunt ab intestato patri adoptanti cum filiis legitimis & naturalibus.*

101 *Tempore Digestorum adoptivi succedebant ab intestato consanguineis agnatis adoptantis, non cognatis.*

102 *De jure Codicis nihil fuit immutatum in arrogatis. Cæterùm respectu adoptivi constituitur diffe-*

differentia inter casum, quo quis datur in adoptionem persona extranea, & inter eum quo datur personæ conjunctæ, scilicet avo paterno, vel materno.

103 *Primo casu adoptivus non succedit agnatis, vel cognatis patris adoptantis.*

104 *Primo casu adoptivus non succedit agnatis, in familiam patris adoptantis; & succedit ejus agnatis.*

Iste adoptivus ab avo paterno, vel materno exhæredatus, potest querelare testamentum adoptantis. Ibid.

105 *Adoptivi in casibus, in quibus succedunt patri adoptanti, & eorum agnatis, excludunt fiscum.*

106 *In hoc Regno adoptiones confirmantur à Rege, & jus eas confirmandi est de Regalibus majoribus.*

107 *Filii adoptivi non veniunt appellatione filiorum in dispositione hominis, vel legis.*

108 *Adoptivus non est verè filius, sed imaginarius, atque fictus.*

Adoptivus non facit deficere conditionem si sine liberis. Ibid.

109 *Verba naturaliter sunt intelligenda, non fictè.*

110 *In potestate gravati non est conditionem extinguere, neque facto suo substitutum diludere.*

Adoptivus non succedit in majoratu. Ib.

Neque succedit in feudo. Ib.

Neque in emphyteusi accepta prole, & filiis. Ib.

111 *Jus competens adoptivo ad succedendum durat, dum adoptio consistit; secus illa extincta.*

Adoptio quia vinculum est juris Civilis extinguitur per modum civilem emancipationis. Ibid.

1 LEgitimus hæres, & legitima successio propriè dicitur illa, quæ ab intestato defertur, quasi à lege proveniat *L. lege obvenire* 130. *ff. de verb. signific. L. capitis ff. de suis, & legitim. hæred. L. legitimam* 8. *ff. de petit. hæred. L. quidam* 7. *ff. si quis omis. caus. testam.* optimus *text. in L.* 3. §. *de illo, ff. pro socio.* Ubi appellatione legitimæ hæreditatis eam tantummodo contineri, quæ ab intestato defertur, docet Paulus. Et tenent Bartol. *in L. is potest. n.* 5. *ff. de acquir. hæred.* Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius verb. & uxorem n.* 37. *de testam.* Menchac. *in præfat. de success. creat. n.* 15. Pichard. *ad tit. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer.* Tamen etiam testamentaria successio legitima dicitur, & à lege obve-
2 nire, quamvis minus propriè: ut probatur ex *text.* in L. *verbis legis* 120. *ff. de verbor. signific. L. hæreditas nihil aliud ff. de reg. juris L. hæreditatis appellatio* L. *pecunia verbum, ff. de verb. signific.* Notant Menchac. *in d. præfat. n.* 15. *post med.* Alciat. *lib.* 4. *parerg. cap.* 7. Covarr. *in rubr. de testam.* 1. *p. n.* 5. Pinel. *in rubr. Cod. de rescind. vend.* 1. *p. n.* 1. *n.* 23. *& in rubr. de bon. matern. n.* 5. Quod interdum fallit ex legis interpretatione ut observat Menchac. *in d. præfat. n.* 16.

3 Successio autem ab intestato ex tribus lineis constat, scilicet, descendentium, ascendentium, & collateralium *Auth. de hæred. ab intest. collat.* ibi. *Quia omnis generis ab intestato successio tribus cognoscitur gradibus, hoc est, ascendentium, descendentium, & collateralium L.* 1. *ff. de gradib.* §. 1. *Instit. eod. tit. L.* 1. *ff. de milit. testam.* Ant. Gom. *lib.* 1. *var. cap.* 1. *n.* 1.

Itaque an successiones essent, ut de jure divino, naturali, & Civili valde controvertitur inter scribentes: Asserentes alii esse de jure divino. Unde originem traxisse probatur ex variis locis sacræ Paginæ adductis à Cevall. *commun. contra commun. q.* 781.
4 *n.* 1. Alia verò à jure naturali descendisse autumant. Et tandem alii esse de jure positivo Civili tenent. Quos refert Cevall. *ubi supra n.* 2. & 5. Et tradit plena manu August. Barbos. *in cap. Raynutius de testam. n.* 4. & 5. Qui *n.* 6. & 7. contrarias opiniones concordare intendit. Ita ut opinio, quæ habet successiones esse de jure naturali, procedat quoad inventionem. Secunda verò quoad modum, & efficaciam, quam successiones accipiunt à jure Civili. Et ipsum antea dixerat Ceval. *dist. quæst.* 786. *nu.* 6.

Circa quæ, cum in successione ab intestato hæreditatis parentum prima sit causa filiorum & descen-
dentium, dicendum est jure naturali, & communi 5
parentum voto, paternam hæreditatem illis deferri L. *nam etsi parentibus ff. de inoffic. testam. L. scripto* 7. *ff. unde liberi L. fin. C. quorum bonorum L. cum ratio in princ. ff. de bon. damnat.* quamvis forma deferendæ hæreditatis, & præscriptio illius quantitatis ad jus Civile pertinere certum sit. Ideoque portio hæreditatis paternæ, quæ liberis debetur, legitima appellatur, quasi à lege delata sit L. 1. 2. & 3. *ff. de petit. hæred. l.* 3. *ff. de testam. L. si filius familias* 18. *ff. ad L. Falcid. L. lex Cornelia* 28. *de vulg. & pupill. d. L. verbis legis de L. lege obvenire*
ff. de verbor. signific. Unde infertur, quod cum pater 6
filiis alimenta præstare teneatur, etiam naturalibus, & spurius Gomez *in L. Tauri à num.* 37. Gama *dec.* 201. Larrea *de* 32. *num.* 36. Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 10. Petr. Barbos. *in L.* 1. *p.* 4. *nu.* 65. *ff. solut. matrim.* Valenz. *cons.* 10. *num.* 38. Hermos. *in L.* 1. *tit.* 4. *partit.* 5. *gloss.* 6. *num.* 40. Tondut. *resol. Civil. cap.* 146. *num.* 1. 2. & 3. ex quodam naturali impulsum, & ratione à jure gentium, & naturali firmata per *text. in L.* 1. §. *jus naturale ff. de just. & jure, princ. Instit. de jure natur. L. si quis è liberis* §. *parens de liber. agnosc. L.* 3. & 4. *C. de alend. liber. L. unic.* §. *taceat vers. sileat. C. de rei uxor. act.* legitima filiorum quatenus respicit alimenta,
à jure naturali descendit *d. L. si quis à liberis* §. 1. 7
Et ideo neque lege, neque statuto in totum tolli potest, licèt quota legitimæ juris Civilis sit & mutationem recipiat Gregor. Lopez *in* L. 32. *tit.* 9. *partit.* 6. *in princ. gloss. magna*, Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 16. Anton. Gomez *in L.* 40. *Tauri n.* 37. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 12. *n.* 41. & 43. Miercz *de Majorat.* 1. *p. q.* 58. *n.* 147. Gutierr. *pract. l.* 3. *q.* 82. *n.* 82. *& seqq.* Osuald. ad Donel. *lib.* 19. *cap.* 4. *litt. V.* Pichard. *in princ. Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. nu.* 61. Fachin. *lib.* 4. *controv. cap.* 32. Andr. Gail. *lib.* 2. *observ.* 122. Covarr. *de sponsalib.* 2. *p. cap.* 8. §. 6. *n.* 4. & 5. Castill. *lib.* 3. *controv. cap.* 5. *n.* 35. Valasc. *de partit. cap.* 17. *n.* 26. & 28. Amendol. ad Vincent. de Franch. *dec.* 63. *n.* 7. & 8. D. Christophor. Cresp. de Valdaura *observ.* 24. *n.* 10. eleganter Præceptor, Melchior de Valentia *illustr. lib.* 3. *tract.* 3. *cap.* 1. *num.* 2. & 11.
Quamvis verè ex justis causis non tantum minui, sed 8
& in totum tolli legitima possit: ut probatur *in L. quisquis C. ad L. Jul. Majest. Auth. ut cum de appellatione cognoscitur* §. *aliud quoque capitulum Ordin. lib.* 4. *tit.* 88. Pichard. *ubi proxim. nu.* 62. Castill. *d. cap.* 5. *n.* 36. Spino *de testam. gloss.* 17. *n.* 22. *& gloss.* 19. *n.* 23. Cresp. *d. n.* 10.

Hinc infertur, quod parentes, qui majoratum inst- 9
ituunt, tenentur relinquere alimenta liberis, quibus legitima debetur; etiamsi aliunde habeant, unde se alere possunt. Cum enim legitima filiorum subrogetur loco alimentorum, quæ actionis jure debentur juxta Doctrinam Cini *in L. sancimus C. de nupt.* Gregor. Lopez *in L.* 11. *tit.* 4. *partit.* 6. *verb. libremente*, Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 6. Suarez *in L. quoniam in prioribus in declarat. leg. Regn. limit.* 2. Valentia *d. cap.* 1. *n.* 15. Ita ut, si Regia facultas concessa fuerit ad instituendum majoratum de omnibus bonis cum clausula, ut non teneatur pater cæteris liberis alimenta relinquere, invalida erit,

inutilis: Non enim potest Princeps ea, quæ juris naturalis sunt, tollere, Molin. *d. lib. 2. cap. 1. n. 14.* Valentia *d. tract. 3. cap. 1. n. 17.*

10 Deinde ita ut filiis debetur legitima patre decedente ab intestato, ita etiam si pater condidit testamentum, tenetur relinquere filiis legitimam honorabili titulo institutionis expressæ, aut subintellectæ, disponendo de tertia hæreditatis juxta *Ordin. lib. 4. tit. 82.* Valasc. *de partit. cap. 17. à n. 28. usque ad 32.* Covarr. *in cap. Raynutius §. 1. à n. 1. de testam.* Anton. Gomez *lib. 1. var. cap. 11. n. 2.* Surd. *dec. 293. n. 4.* Cancer. *lib. 1. var. cap. 3. n. 14.*

Quibus ita positis cum in primò loco descendens
11 ad parentis hæreditatem admittatur, bene sequitur fiscum excludere juxta *text. in* L. 4. *ff. de bon. vocantib. lib. 10.* tanquam legitimus hæres, Verum quia successionis forma, & modus juris Civilis est verius, & secundùm diversa tempora se habuit jus Civile circa vocationem descendentium; lege enim duodecim Tabularum non omnes descendentes vocabantur, sed tantum illi, qui sui hæredes erant; & in potestate defuncti. Et iterum illi, qui primum in linea descendenti locum tenebant, §. *ita demum Instit. de hared. quæ ab intest. defer.* L. 1. §. *suos haredes, & §. sciendum. ff. de suis & legitim. hared.* L. 4. *C. eod.* Pichard, *de hared. qua ab intest. defer. cap. 1. n. 11.* Namque ex jure suitatis filia in vita patris bonorum domici censebantur L. *in suis ff. de suis, & legitim. hared.* Valentia *illustr. lib. 3. tract. 1. cap. 3. num. 5.* Et adeo excludebant fiscum ut sui hæredes sive in solidum, sive pro parte instituti, etiam
12 ante apertas tabulas ipso jure fierent hæredes L. 3. *de jure deliber.* L. 2. §. *si quis ex liberis ff. ad S.C. Tertyl.* Valentia *illustr. lib. 1. tract. 1. cap. 3. n. 8.* Et sic cum dominium in filiis continuaretur, nunquam bona parentum poterant fieri caduca, ut fisco delata censerentur.

Postea Prætor; qui potestatem habebat juris ci-
13 vilis adjuvandi, supplendi, & corrigendi L. *jus antem 7. §. 1. ff. de just. & jure*, filios, qui erant extra potestatem patris, ad successionem vocavit, tam primi gradus, quam sequentium. Et cum eos hæredes facere non posset, quos autem instit. de bon. possess. ipsos fecit bonorum possessores, & ad successionem vocavit per bonorum possessionem unde liberi, Et sic accepta bonorum possessione excludebant fiscum juxta *tit. ff. & C. unde liberi L. 1. ff. si tabul. testam. null. extab. §. emancipati Instit. de hared. qua ab intest. defer.* Non verò prætor ad hanc possessionem bonorum vocavit omnes liberos, sed illos tantùm, qui, si defunctus testatus decessisset, ad bonorum possessionem contra tabulas vocarentur L. 1. §. *recte, & seq. ff. si tabul. testam.* Et ideo quamvis emancipati non essent sui hæredes, remoto emancipationis obstaculo ad bonorum possessionem contra tabulas admisit *L. §. si emancipatus ff. de bon. possess. contra tabul.* L. *cum patrono ff. de bonor. possession.* Alciat. *lib. 3. parerg. cap. 22.* Emmam. à Costa *in L. Gallus §. & quid si tantum 3. p. n. 229.* Donel. *ad tit. Cod. unde liberi* & Duaren *cap. 2.* Et cum filiæ respectu avi numquam possent esse sui hæredes, illis à Prætore non fuit succursum: postea verò ab Imperatoribus
14 Theodosio, & Arcadio fuarunt admissæ ad avi successionem, non in totum, sed ad duas partes tantum quantitatis, quam haberent, si ex masculo provenirent *L. defunctus C. de suis, & legitim. hared. §. item vetustas Instit. de hared. qua ab intest. defer.* Justinianus autem *in L. illam C. de collat.* Theodosii, & Arcadii constitutionem ampliavit ad descendentes ex filiabus, qui succederent in ea parte, quam ipsorum mater, si viveret, esset acceptura *L. fin. Cod. de legitim. hared.* Et postea descendentes ex fœmina aliis descendentibus æquavit *in L. fin. de C. de legitim. hared. §. sed nos,* *& §. cum filius, Instit. de hared. quæ ab intest. defer.* Pichard. *in §. in emancipati n. 2. Instit. de hared. quæ ab intest. defer.* Baldus *in d. §. cum filius,* Petrus Gregor. *syntagm. lib. 4. cap. 18.* Tandem ipse Justinianus omnes descendentes cujuscumque sexus, & ex quocumque provenirent, tam in potestate, quam eman-
cipatos ad hæreditatem vocavit. Ita ut si filii, 15
& filiæ primi gradus concurrerent, inter eos æqualiter divideretur hæreditas: si vero cum filiis concurrerent nepotes ex alio filio prædefuncto, divideretur hæreditas in stirpes: & tantum haberent nepotes ex prædefuncto, quam ipse haberet, si vivus foret, nulla habita consideratione gradus, sexus, vel suitatis, *text. in Auth. de hared. ab intest. venient §. 1. collat. 9. Auth. in successione Cod. de suis, & legitim. hared.* Anton. Gomez *lib. 1. cap. 1. n. 15.* Costa *in d. §. & quid si tantum n. 229.*

Stat ergo, quod emancipatus, & alii, qui extra potestatem defuncti ascendentis existunt, admittuntur ad ejus hæreditatem de jure novissimo Civili, non jam de jure Prætorio; cum respectu successionis sublata sit differentia inter suos, & emancipatos, quamvis quoad alia etiam adhuc jus suitatis plura operetur, scilicèt quoad modum succedendi, & acqui-
rendi hæreditatem. Et enim suus hæres transmittit 16
hæreditatem non agnitam ad quoscunque per *text. in L. apud hostes 8. C. de suis, & legitim. hared.* Noal. *de transmiss. casu 8. n. 97.* Ubi dicit suitatis jura quo ad transmissionem non esse sublata per dispositionem *text. in L. unic. Cod. de his, qui ante apert. tabul.* Anton. Gomez. *lib. 1. var. cap. 9. n. 19. vers. octavo infero,* Caldas *in L. si curatorem verb. sine curatore n. 37.* Gutiert. *in §. sui n. 146. Instit. de hared. qualibet different.* ubi Pichard. *n. 20. & 21.* Surd. *dec. 138. n. 15. & seq.* Gregor. Lopez *in L. 2. tit. 6. gloss. 8. vers. nam si esset.* Crassus *in tit. de transmiss. q. 23. & seqq.* Mantic. *de conject. ultim. lib. 5. tit. 5. num. 19.* Menchac. *de success. creat. §. 21. n. 266. & 268.* Costa *in §. cum in bello verb. bona & in cap. si pater 1. p. verb. habes n. 18. & 19.* Andr. Gail. *lib. 2. observ. 131. n. 6. & 7.* Francisc. Barry *de success. ex testam. lib. 12. tit.*
de transmiss. hared. à nu. 2. Valenz. *cons. 17. num.* 17
22. & 23. Post innumeros D. Joseph. Vela *dissert. 11. num. 28.* Qui eam rationem præstant, quia suus hæres non indiget aditione *L. impuberibus 11. L. ei qui 12. L. cum bonis 87. ff. de acquirend. hared.* Emancipatus verò etiam hodie ante aditionem hæreditatem non transmittit *L. 3. § acquirere vers. denique in fin. ff. de bonor. possess. L. quoniam sororem 7. L. si infanti 18. vers. sin. verò C. de jure deliber. L. unic. §. in novissimo vers. hæreditatem Cod. de caduc. tollend. L. qui liberis §. hac verba* L. *Lucius 45. §. fin.* L. *qui habebat 47. ff. de vulg. L. si ex pluribus 9. in fin. ff. de suis & legitim. hared.* Cujac. *tract. 4. ad African. in L. si filius hæres 16. ff. de liber. & posthum.* Costa *in cap. si pater de testam. in 6. 1. p. verb. habens à n. 17. vers. ergo,* Spino *de testam. gl. 33. à n. 77.* Donel. *lib. 7. comment. cap. 4.* ubi Osuald. *litt. C.* Cancer. *lib. 3. cap. 21. ex n. 2.* Surdus *cons. 341. n. 15.* Valenz. *cons. 17. num. 21.* Linglois *decis. 31. q. 3. per totam*, quam plurimos laudat Vela *d. dissert. 11. num. 3.* & præcipue *num. 67. & 69.* Valasc. *de partit. cap. 15. num. 61.*

Declara filium emancipatum hæreditatem patris 18
avi, vel proavi transmittere ex capite, seu potentia sanguinis ad ipsius liberos, & descendentes; non verò ad ascendentes, neque ad alios hæredes sanguinis, aut extraneos: ut probatur ex *text. in L. unic. C. de his qui ante apert. tabul. L. unic. §. in novissimo vers. exceptis C. de caduc. tollend.* Concordat L. 2. *vers. mas se aquel. tit. 6. par. 6.* ubi Gregor. Lopez *gloss. 8. 9. & 10.* Bart. *in d. L. unic. C. de his qui ante apert. n. 25.* Alciat. *in L. venditor 84. ff. de acquir. hared. num. 35.*

Anton. Gomez *lib.* 1. *variar. c.*9. *à n.* 41. *usque ad* 50. pluribus relatis D. Joseph. Vela *differt.* 11. *à n.* 81. Qui *n.*82. *& seqq.* subjungit in quibus conveniat transmissio ex capite suitatis, & transmissio ex potentia sanguinis, & in quibus differat Noal. *de transmiss. casu* 8. *n.*79.

19 Iterum nota, quod si filius suus ex Prætoris beneficio à paterna hæreditate abstinuerit, poterit abstensionem revocare intra triennium, quanvis sit major L. *fin. C. de repud. hæred.* Costa *in cap. si pater* 2.*p. verb. & consequenter n.*16. eleganter Valasc. *de partit. cap.* 15. *n.*52. 53. *& seqq.* Capyc. Latro *dec.*
20 137.*n.*17. At verò filius emancipatus repudiationem paternæ hæreditatis revocare nequit: ut tenet *in L. si emancipata C. de juris, & fact. ignor.* ubi Bart. *& in d.* L. *fin.* ubi Alexand. *num.* 4. communem dicit, & plures alii relati à Valasc. *d.n.* 59. 60. *&* 61. Boër. *dec.* 350. Gama *dec.*263. Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius verb. mortuo itaque testatore n.* 135. *&* 136. Quod idem procedit in Regno respectu filii uxorati, qui pro emancipato habetur, siquidem per matrimonium liberatur à patria potestate *Ordin. lib.* 1. *tit.*87.§.6. *& lib.*3. *tit.* 42. §.3. Et in Castella probatur ex L. 47. *Tauri* L.8.*tit.*1.*lib.* 5. *Recopil.* Notat Vela *differt.* 1.*n.*13. Caldas *de nomin.q.*13.*n.*15. Barbos. *in* L.2.§. *quod si in princip. de solut. matr.* Cabed. 1. *p. dec.* 72.

21 Superius tradita de filiis respectu patris quoad exclussionem fisci procedunt etiam in filiis respectu successionis maternæ, qui etiam fiscum excludunt quia succedunt matri sive ingenuæ, sive libertinæ, tam novo, quam antiquo jure ex Senatus consulto Orphiciano L.1. *ff. ad Tertylian. princip. inst. de Orphiciano* L. *quin aliena* 6. *vers. sed etsi legitima, ff. de acquir. hæred.* L.2. *in fin. ff. unde legitimi*, Matienc. *in* L.1.*tit.*8.*gloss.*4.*lib.*5.*Recopil.* Belion. *lib.*4.*suppositon. cap.* 6. Petr. Gregor. *syntagmat.* 3.*p. lib.* 45. *cap.* 2. *à n.* 3. Roxas *in epit. success.cap.* 23. Gregor. *in* L.3.*tit.*13. *partit.* 6. Pichard. *ad rubr.d.S.* C.*Orphician. n.* 1. licèt enim lege duodecim Tabularum filii ad matris hæreditatem non vocabantur, postea ex Senatus Consulto Orphiciano fuerunt admissi, quemadmodum per Senatus Consultum Tertyllianum mater ad intestati filii successionem vocata fuit. Unde, ut æqualitas in successionibus obtineret; factum fuit Senatûs Consultum Orphicianum Divi Marci temporibus, & tam filio, quam filiæ data est legitima matris hæreditas.

Observandum tamen est, quod licèt *in* L. *si mater* 11.*C. de suis, & legitim. liber* dicatur filios succe-
22 dere matri ipso jure; attamen id non est intelligendum ut ipso jure fiant hæredes, prout evenit in suo hærede, qui patri succedit, sed succedere matri jure Civili ex dicto Senatus Consulto, quod juris Civilis pars dicitur *in* L. *jus autem* 7. *ff. de just. & jure* §. *constat Instit. de jure natur.* Cum enim mater filios non haberet in potestate L. 4. §. *ad testamenta ff. de bonor. possess. secund. Tabul.* L. *nulla fœmina* 13. *ff. de suis, & legitim. hæred.* L. *mulierem* 5. *C. de adoption.* §. *fœmina Instit. eod. juncto* §. *sui autem vers. cæteri Instit. de hæred. qualit. & different.* nullo modo filii respectu matris sui hæredes esse poterant, ut sine aditione hæreditatem acquirerent. Quod bene probatur ex *text. in* L.2.*C. ad S.C. Orphician.* ibi: *Et hi, qui in potestate patris fuerant, priusquam hæreditatem maternam sibi quærerent rebus humanis exempti sunt.* Ex quibus elicitur filium non quærere matris hæreditatem ipso jure, sed interveniente aditione: ut optime prosequitur D. Joseph. Vela *d. differt.* 11. *n.* 70. *& seqq.* Ubi *n.*78. rectè ait non esse novum in jure, quod verba illa ipso jure accipiantur in prædicto sensu nempe, ut intelligantur de successione juris Civilis.

Præterea posthumi vocantur ad successionem pa- 23
tris, faciuntque partem cum aliis filiis jam natis L. *pen. ff. de stat homin* L.3.§. *utique ff. de suis, & legitim.* §. *ita demum vers. posthumi Instit. de hæred. quæ ab intest.* L. *Titius* 6. *cum* L. *seqq. ff. de suis & legitim.* Ubi probatur, quod posthumus natus post mortem patris, succedit, tamquam suus hæres, si tempore mortis patris, in ejus potestate futurus esset: ut docent Anton. Gomez. *lib.*1. *var. cap.* 1. *n.* 6. *&* 8. Costa *in L. Gallus* §. *& quid si tantum n.*64. *&* 214. *p.*3. Tiraq. *in L. si unquam verb. susceperit liberos n.* 144. Menchac. *de success. creat.* §.19.*n.*65. Pichard. *in d.* §. *ita demum n.*45. Pinel. *in rubr. de bon. matern.* 2.*p.n.*37. Carrança *de part. legit. cap.*2. *limit.*13. *sect.* 4 *n.*274. *vers. cum autem, pag.* 156.

Non obstat posthumum nunquam fuisse in patria potestate, qui durante patris vita adhuc in utero erat, & incapax patriæ potestatis cum autem natus est, jam patrem non habebat, in cujus potestate esset L. *fin. ff. collat. bonor.* L. *fin. ff. de assignand. libert.* Carrança *de part. cap.* 2. §. 1. *limit.*12. *n.*84. Quia respondetur, quod quamvis in veritate posthumus non esset in patria potestate; tamen ei nato conservantur omnia jura, quæ competerent, si natus jam esset tempore, quo in utero erat *L. pen. ff. de stat. homin.* L. *antiqui ff. si pars hæred. pet.* L. *intelligendus* 123. *ff. de verb. signific.* Et sic fictione juris suus dicitur, Osuald. ad Donel. *lib.*7.*cap.*2. *lit. E.* Pichard. *in* §. *post-* 24
humus num. 8. *Instit. de exhæred. liber.* Pinel. *in d. rubr. de bon. matern.* 2.*p.n.*37. Caldas Pereir. *in* L. *si curatorem verb. sine curatore n.*66. Carrança *d. cap.* 2.§.1. *limit.* 13. *sect.* 1. *n.* 142. *&* 15. Et ea propter dum posthumus in utero est, ad hæreditatem admittitur, & venter mittitur in possessionem ex edicto de ventre in possessionem mittendo L. 1. *L. ubicumque* 7. *& fere per totum tit. ff. de ventr. in possess. mittend.* tam si in testamento esset institutus, quam si præteritus, immo, & ab intestato mittitur in possessionem ex capite unde liberi, unde legitimi, & unde cognati *d.*L.1.§. *& generaliter d.L. ubicunque* L. *fin. de ventr. in possess. mittend.* L. *ff. de collat.* L. *fin. ff. assignand. libert.* latè Carrança *in d. cap.*2.§.2.*n.*3. *& seqq.*

Verum prædicta sunt intelligenda de posthumo, qui intra legitimum tempus natus est, Et quamvis variè se habeant Doctores circa tempus, quo partus potest edi, vel retineri in ventre De quo omnibus citatis longa admodum disputatione agit Carrança *de part. legitim. cap.* 10. *& seqq.* Tiraq. *in L. si unquam verb. susceperit liberos*, Giurb. *ad consuetud. Messan. cap.*1. *gloss.* 4. Illud inter omnes constat partum editum in septimo mense legitimum esse, si vivus nascatur per *text. in L. septimo mense, ff. de stat. homin.* L.3. §. *ff. de suis, & legitim. hæred.* Ubi quod
sufficit secundùm diem septimi mensis attingere. No- 25
tant Bald. Bart. & alii *in d. L. septimo mense*, Decius *in cap. de causis n.*42. *de offic. delegati* Thusc. *litt. P. conclus.* 106. *n.* 1. Alexand. Trentacinq. *de substit.* 4. *p. c.* 7. *n.* 77. Peregrin. *de fideicomm. art.* 29. *n.* 24. *& art.*43.*n.*33. Intrigliol. *de substit. centur.* 3. *q.* 56.*n.*21. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 11. *tit.* 6.*n.*10. Polid. Ripa *in tract. de actis in mort. art. cap.*3. *n.*23. & plures alii laudati à Giurb. *gloss.*4.*n.*35. *&* 36. Crassus *in* §. *fideicommissum q.* 33. *in fin.* Paris. *consult.* 56.*n.*9.*vol.*2. Menoch. *de arbitr. casu* 89.*n.*35. Cujac & aliis cum quibus Carrança *cap.*10.*n.*7. Linglois *dec.* 19. *q. n.* 2.

Tota dubitatio est, An partus editus octavo in 26
mense vitalis sit, & successibiles; Quam quæstionem ad partes disputat Carrança *de partu cap.*11. Et affirmativam sententiam tuetur *à n.* 17. *cum seqq.* ubi contrariis satisfacit. Et quidem licèt hujusmodi dubitatio sit valdè controversa; mihi etiam hæc pars

magis

magis arridet, cum nulla lege contrarium sit definitum: & tamen probetur *in L. uxoris abortu, C. de posthum. hæred. instit.* sufficere, quod partus vivus nascatur, licèt illico decedat, & quod non declinet ad monstrum, ut sit successibilis *L. quod certatum C. eod.* Atque ita, si partus editus sit totus vivus, etiamsi octomestris, succedere debet juxta sententiam Alexand. *in d.* L. *quod certatum*, Socin. Jun. *cons.25. lib.2.* late prosequitur Carrança *d. cap. 11. n. 34. & seqq. & n. 38.*

27 Partus autem retineri non potest, nisi per decem menses: ita ut si posthumus nascatur post decem menses à die mortis mariti, vel à die, quo certum fuit maritum non potuisse accedere ad uxorem, illegitimus, & insuccessibilis erit marito text. *in L. intestato 3. §. fin. ff. de suis, & legitim. hæred.* L. *Gallus in princ. ff. de liber. & posthum. Auth. de restit.* & ea, quæ peperit in undecimo mense *§. & unum collat. 9.* ubi Cujac Coras. *lib. 2. miscellan. cap. 22.* Accurs. *in d. L. septimo mense* Torreblanca *de magia lib. 2. cap. 43. n. 35.* Robles *de repræsent. lib. 2. cap. 2. n. 3.* Paponius *lib. 21. tit. 3. in append. § ult.* Sequitur Carrança *de partu cap. 14. n. 12. & seqq* Menoch. *de arbitr. casu* 86. Sed hæc ita temperanda, ut non excludatur natus uno, vel duobus, aut aliis diebus usque ad septimum post mortem patris: ut judicavit noster Senatus apud Gama *dec. 525.* incipit Joannes Blasius. Maxime quando mulier honesta sit & honeste vixerit: sequitur Carrança *d. cap. 1. n. 3. & 25.* ubi Senatus decisionem laudat.

28 Advertendum tamen est, quod si posthumus tempore mortis illius, de cujus successione tractatur conceptus non fuerit, non admittitur L. *siquis filio exhæredato 6. in princ. vers. sed hæc ita ff. de injust. rupt. L. pen. §. quandiu ff. unde legitimi L. Paulus §. 47. §. Paulus ff. de bon. libertor. L. 1. §. siquis proximior ff. unde cognati L. vel si vivo 7. ff. de suis, & legitim. hæred. L. 3. ff. de bonor. possess. secund. Tabul.* Ant. Gomez *d. lib. 1. var. cap. 1. n. 8.* Ex ea ratione quia nullum jus nullamque proximitatis prærogarivam habere potest ille, qui nec spes animantis eo tempore fuerit nec in rerum natura ullo modo fuisse fingi possit *d.* L. 1. *§. siquis proximior d.* L. *vel si vivo è suis, & legit. hæred.* eleganrer Præceptor Melchior de Valentia *illustr. tract. 4. cap. 2 n. 8.* Matienç *in L. 1. tit. 8. gloss. 4. lib. 5. Recopil.* Sed hæc non pertinent ad successionem filiorum primi gradus, cujus respectu filius posthumus concipi debet in vita patris An vero necessaria, est respectu successionis cognatorum, seu agnatorum, de qua inferius.

29 Item respectu matris procedit resolutio supra posita, ut posthumus ei succedat, & sit legitimus hæres, etiam si filius abscisso matris ventre excedatur *L. 1. §. sed si matris, ff. ad S. C. Tertyll.* immò si mater testamentum fecerit illud poterit impugnare *L. posthumus 6. §. similique modo ff. de inoffic. testam.* quamvis enim tanquam posthumus alienus à matre institui non posset ut docet Ulpian. *in d.* L. 1. *§. sed si matris, & in L. 4. ff. de liber. & posthum.* ibi: *Placet omnem masculum posse posthumum hæredem scribere.* Quasi à positione masculorum sequatur exclusio fœminarum L. 1. *C. de legib.* ubi Alberic. & Angel. *L. scripturas in fin. C. qui potior. in pign habeantur* L. 1. *& ibi gloss. verb. viriles C. de vestib. holosericis, & deaurat. lib. 11.* Molin. *de primog. Hispan. lib. 3. cap. 5. n. 30.* Costa *in §. posthumus*, Conan. *lib. 10. comment. cap. 3. n. 3.* Ex ea ratione, quia mater non habet filios in potestate: ut jam diximus supra. Notat Carrança
30 *de part. cap. 2. §. 1. illat. 13. sect. 5. n. 156. & seqq.* Tamen adhuc querelam inofficiosi testamenti intentarè posse docuit Ulpian. *in d. §. similique modo.* Quod intellige, si extraneus hæres fuerit institutus: si verò alii filii instituti sint, & mater in puerperio decesserit, habebitur pro instituto juxta specialem Justiniani constitutionem, de qua *in* L. 3. *C. de inoffic. testam.* Gama *dec. 173. n. 5.* Menchac. *de success. creat. §. 20. n. 173.* Tiraq. *in L. si unquam verb. susceperit liberos n. 173.* Costa *in §. posthumus n. 6.* Conan. *lib. 6. cap. 9.* Anton. Govean. *in L. 1. vers. & fine ff. de vulg.* Carrança *d. illat. 13. n. 161.* Ubi miserationis causa concessum fuisse ait, ut posthumus matris quæ in puerperio decessit, pro instituto habeatur.

Sunt etiam alii filii, qui licet alias legitimi non 31
essent, tamen succedunt patri, ut evenit in filio suscepto ex matrimonio servorum; quamvis enim de jure Civili inter servos mattimonium non consisteret, & eorum conjunctio contubernium diceretur *L. cum ancillis C. de incest. nupt. L. fin. C. de serv. fugitiv. L. servi C. ad Jul. ad adulter.* Alciat. *in lib. 6. parergi cap. 16.* Barbos. *in L. si eum dotem §. fin. n. 5. ff. solut. Matrim.* Qua de causa filii suscepti ex contubernio dicebantur naturales *L. Lucius 43. §. Dama, & amphilo de legat. 2. L. fin. ff. de jur. deliber. L. ex facto §. si quis rogatus n. 1. ff. ad Trebell.* immo spurii dicebantur lato modo *L. ex libera C. de suis, & legitim.* Et ideo dubium esset, An filii servorum, qui postea liberi effecti fuerunt admitterentur ad successionem parentum, & fiscum excluderent ante constitutionem Justiniani *in tit. Instit. de servil. cognat.* Tamen verius est esse admittendos ex dicta Justiniani constitutione. Et hodie sine dubio: quia *text. in d. L. cum* 32
ancillis correctus fuit à jure Canonico, secundum quod validum est Matrimonium inter servos; immo inter unum servum, & alium liberum, & eorum filii legitimi nascuntur *cap. 1. de conjug. serv.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 19. num. 13. circa fin. & disp. 21.* D. Thom. *3. p. 52.* Covarr. *de sponsal. 2. p. cap. 3. §. 7.* Cenedu *ad Decretal. collect. 88. p. 2.* Jus autem Canonicum in materia servandum est *cap. pen. & fin. de secund. nupt.* Joann. Andr. *in d. cap. 1. n. 3. de conjug. serv.* ubi Hostiens. *verb. inter servos.* Sylvest. *verb. matrimonium 8. q. 2.* & aliis quos laudat Sanchez *d. disp. 19. n. 13. in fin.* Et sic hi filii tanquam legitimi excludunt substitutum sub conditione, si sine liberis, Costa *in cap. si pater 1. p. verb. si absque liberis n. 36.* Quod quidem in hoc Regno indubium est in successione patris plebei cui succedunt filii naturales etiam cum legitimis ex *Ordinat. lib. 4. tit. 92.* Gama *dec. 3. n. 3. & dec. 167. n. 7.* Costa *in d. verb. si* 33
absque liberis n. 37. Reynos. *observ. 33. à n. 1.* Pinel. *in rubr. C. de bon. matern. cap. 2. n. 8.* Valasc. *consult. 94.* Phæb. *1. p. dec. 76. n. 1.* Gabr. Pereir. *decis. 12.* optime Cavalho *in cap. Raynaldus de testam. 1. p. n. 173. 208. & 457.* Bened. Ægid. *de privileg. honest. art. 13. num. 35.*

Et non tamen naturales ex libera succedunt pa- 34
tri plebeio; sed etiam suscepit ex ancilla propria vel aliena *Ordinat. d. lib. 4. tit. 92. in fin. princ.* Gama *decis. 86. & decis. 167. n. 6. & seqq.* Bened. Ægid. *de privileg. honest. art. 13. n. 36. & 37.* Et quidem filii ita suscepti ex ancilla propria, vel aliena, succedunt etiam in majoratu instituto à patre plebeio per ea, quæ eleganter tradit Reynos. *observ. 33. n. 51. & seqq.*

Deinde quamvis de jure Civili inter peregrinos 35
verum non daretur Matrimonium, ut notant DD. *in princ. Instit. de nupt. L. 1. C. de nupt.* g[illegible] *Cod. Theodos.* & notat Cajus. *lib. 1. instit. tit. 4.* Tamen cùm hodie inter eos verum detur Matrimonium filii ex eo suscepti perentibus succedunt, & fiscum excludunt, Brison. *de jure connub. pag. 6.* Conan. *lib. 2. comment. cap. 16.* Anton. Augustin. *lib. 3. cap. 2.* Palleot. *de notb. & spur. cap. 2.*

An autem filii naturales, vel spurii ab intestato parentibus succedant. Dubium est. Et quidem facienda est differentia inter casum, quo agitur de successione

patris naturalis, & inter eum, quo tractatur de suc-
cessione matris. Et enim sciendum est de jure Civili
filium naturalem dici qui procreatus est ex concubi-
na domi retenta ex his, quæ Menoch. l. 6. præsumpt.
54. n. 4. Palleot. de noth. & spur. cap. 12. Vvesem-
bec. in paratitl. ad tit. de concubin. Matienc in L.
9. tit. 8. gloss. 2. à num. 2. l. 5. Recopilat. Et probat
text. in L. pen. de concubin. & Auth. quid. mod. na-
tur. efficiantur sui §. quos autem, collat. 7. Auth. li-
cet Cod. de natur. lib. Auth. de trient. & semiss. §. con-
sideremus collat. 3. Gabr. Pereir. dec. 12. Merlin. de le-
gitim. l. 1. tit. 2. q. 5. Robles de repræsent. l. 2. cap. 11. n.
7. Fajard. de legitim. per subseq. matrim. n. 46. Ca-
pyc Latro dec. 166. n. 95. & seqq. Carvall. in d. c. Ray-
37 nald. 1. p. n. 136. At verò hodie de jure Canonico ille
dicitur filius naturalis, qui natus est ex soluto inter
quos non datur impedimentum ad contrahendum Ma-
trimonium, Ordinat. l. 4. tit. 92. L. 9. tit. 8. l. 5. Recopi-
lat. Covarr. de sponsal. 2. p. cap. 8. §. 4. n. 2. Robles
de repræsent. lib. 2. cap. 11, n. 7. & 8. Gabr. Pereir.
d. dec. 12. Carvalho d. n. 136. Ubi n. 137. & seqq.
docet. An tempore Jurisconsultorum apud Roma-
nos naturales fuissent capaces capiendi ex testamento
parentum; Et post longam disputationem eleganter
probat n. 146. & seqq. attento tempore Digestorum,
filios naturales non fuisse capaces hæreditatis paternæ
neque ex testamento, neque ab intestato. Cald. Pereir.
in L. si curatorem verb. sine curatore n. 88. & in §. tam
autem Instit. de inoffic. test. n. 11. 43. & 46. ac seqq.

De jure verò noviori Codicis, & Authenticorum
38 pater naturalis habens descendentes legitimos, uni-
cam tantùm unciam totius hæreditatis potest natura-
libus relinquere, quam filius tenetur cum matre æ-
qualiter dividere, si adhuc vivit; sin minus totam ac-
quirit Auth. quib. mod. natur. effic. sui §. discretis vers.
ne igitur, juncta L. 2. C. de natur. l. ubi Accurs. Co
varr. de sponsal. 2. p. cap. 8. §. 4. n. 4. Ant. Gomez
in L. 9. Tauri n. 5. Caldas in d. L. si curatorem verb.
sine curatore n. 97. Pichard. in rubr. Instit. de hæred.
39 qui ab intest. §. 6. n. 16. Palleot. de noth. & spur. cap.
36. à n. 7. & cap. 38. n. 3. Molin. de just. disp. 166.
concl. 2. Carvalho d. 1. p. n. 179. Si autem pater na-
turalis non habet filios legitimos, & tamen habet as-
cedentes, potest filio naturali omnia bona relinque-
re præter legitimam, quam tenetur relinquere as-
cendentibus d. Auth. quib. mod. natur §. discretis
vers. si verò habuerint Auth. licèt C. de natur. l. Car-
valho d. 1. p. n. 180. Attamen si pater naturalis nul-
los habuerit descendentes legitimos, neque ascen-
dentes, potest naturalibus omnia bona relinquere: ut
probatur in d. §. discretis vers. si vero filios, & in d.
Auth. licet, Anton. Gomez d. n. 5. Caldas d. verb. si-
ne curatore n. 97. Valasc. consult. 94. n. 8. Molin. d.
disp. 166. n. 1. Carvalho in d. 1. p. n. 182. Ubi re-
fert ita tenuisse Præceptorem insignem Ludovicum
à Leyva in manuscriptis ad text. in cap. grandi de
supplend. neglig. Prælat. in 6. Molin. de primog. l. 2.
cap. 11. n. 25. Castill. l. 5. controv. cap. 67. n. 25.
Solorz. de jure Indiar. tom. 2. l. 2. cap. 17. n. 9. &
10. Qui ampliant, ut non extantibus legitimis possit
pater in persona filii naturalis majoratum instituere
Ordinat. lib. 4. tit. 92. §. 3. ubi Barbos. n. 4. Cas-
til. l. 2. c. 30. n. 6.

40 Im[illegible]s naturalis contra patris testamentum
nullum habet juris remedium, neque illud dicere
nullum, vel contra tabulare potest L. ultim. C. de na-
tur. lib. gloss. verb. naturalis in L. 1. de bonor. possess.
contra tabul. Anton. Gomez in d. L. 9. Tauri n. 31.
Covarr. d. 2. p. de sponsal. cap. 8. §. 4. n. 16. Caldas
Pereir. in §. tam autem n. 5. Instit. de inoffic. testam.
Gutierr. pract. l. 3. q. 53. n. 1. & 4. Molin. d. disp. 166.
conclus. 4. Petr. Barbos. in L. 1. p. 4. n. 57. & 82.
ff. solut. matrim. Valasc. consult. 94. n. 4. Carvalh.
in d. cap. Raynaldus 1. p. n. 171. Pichard. de succes-
sionib. ab intest. §. 6. n. 24. Matinc. in L. 8. tit. 8. L.
5. Recopil. gloss. 5. n. 3.

Item ab intestato filius naturalis extantibus aliis 41
legitimis patri succedere non potest, neque ex illius
substantia aliquid prætendere d. Auth. quib. mod. na-
tur. §. discretis vers. siquis igitur habens Auth. de tri-
ent. & semiss. §. consideremus vers. nunc enim Covarr.
d. cap. 8. §. 4. n. 9. Gomez in d. L. 9. Tauri n. 4.
Caldas d. verb. sine curatore n. 96. Pichard. ad rubr.
de successtion. ab intest. §. 6. n. 20. & 25. Ordin. l. 4.
tit. 92. Carvalho d. 1. p. n. 183. Cancer. l. 1. variar.
cap. 5. n. 46. Cabed. 1. p. arest. 17. Et ita intelli-
genda est Ordin. l. 4. tit. 91. 92. §. 1. & 3.

Si vero pater ab intestato decedens ascendentes
legitimos reliquerit, filius naturalis duas uncias hæ- 42
reditatis habebit, Auth. licet C. de natur. l. Auth. quib.
mod. natur. effic. legitim. §. fin. collat. 6. & quib. mod.
effic. sui §. fin. collat. 7. & de triente & semiss. §. con-
sideremus Roxas de success. c. 13 n. 13. Matienc. in L.
9. gloss. 1. n. 3. tit. 8. l. 5. Recopil. Pichard. d. §. 6. n. 25. Et
facit Ordin. d. l. 4. tit. 9. 2. §. 3. Ubi habetur, quod pa- 43
ter naturalis habens ascendentes, potest filio naturali
relinquere tertiam bonorum suorum vel partem illius;
non sic si legitimos habueri descendentes: ut judica-
tum tradit Cabed. d. arest. 47. Barbos. ad Ordin. d.
§. 3. n. 1. Cujus argumento sustinenda est opinio,
quæ habet filium naturalem consequi ex patris hære-
ditate duas uncias, quamvis relictis descendentibus
pater decedat; licèt contrarium teneat gloss. in §. fin.
Instit. de nups. Quoniam prædicta jura à duabus un-
ciis filios naturales excludunt, quando prolem legiti- 44
mam pater reliquit Attamen prædicta de duabus un-
ciis intelligenda sunt casu, quo pater decessit nulla le-
gitima prole relicta, neque uxore; si enim habebat
uxorem, naturalis duas uncias non consequitur: ut
probat expresse text. in Auth. licet. vers. ab intest. C. de
natur. l. Auth. quib. mod. natur. effic. sui §. siquis autem
defunctus coll. 7. d. Auth. de trient. & semiss. §. consi-
deremus.

Sed videtur, quod nulla congrua ratio dari potest,
per quam conjux legitima patris noceat filiis natura- 45
libus, ut ea extante non possint succedere in duabus
unciis: si quidem agnati in successione ab intestato
uxorem excludunt, L. unic. C. unde vir, & uxor. Auth.
de hæred. ab intest. §. si igitur defunctus collat. Qua-
re si naturalis extantibus agnatis duas consequitur
uncias ex paterna hæreditate, idem videtur dicen-
dum extante legitima uxore, ex regula, quæ habet,
si vinco vincentem te, à fortiori vincam te L. de ac-
cessionibus ff. de divers. & temporal. præscript. Molin.
de primog. l. 3. cap. 5. n. 16. Mantic. de conject. ultim. l.
10. tit. 7. n. 6. Ant. Gabriel. commun. opinion. tit. de suc-
cess. ab intest. concl. 4. Robles de repræsent. l. 2. c. 21. n.
5. Castill. l. 3. controv. cap. fin. Cui difficultati respon- 46
dent Ant. Gomez in d. L. 9. n. 4. vers. adde tamen,
Molin. de just. disp. 166. concl. 4. vers. ratio autem, Cas-
till. ubi supra n. 7. Menoch. cons. 234. n. 23. Surd. cons.
138. & 416. n. 25. Carvalh. d. 1. p. n. 185. Dicentes præ-
dictam regulam, si vinco vincentem te, non proce-
dere ubi lex contrarium expresse declarat Sed est
controversum, An etiam hodie filii naturales admit-
tantur ad prædictas duas uncias paternæ hæreditatis,
Quam dubitationem negativè resolvit Petr. Gregor.
syntagm. 3. p. l. 45. cap. 6. Ex eo quod successio in dua-
bus unciis solùm conceditur filio naturali ex unica
concubina domi retenta: Sed veritas est in contra-
rium, quia constitutiones Juris Civilis loquuntur
de naturalibus secundùm tempus illarum Verum
cum hodie naturales etiam dicantur suscepti ex ea,
quæ non fuit concubina Recte sequitur etiam
hodie

hodie duas uncias eis competere Palleot, *de noth. & spur cap.* 38. Molin. *disp.* 166.

Deinde cum filii adoptivi legitimi dicantur; quia
48 per legem nobis fiunt legitimi, Carvalh. *in d. cap. Raynald.* 1. *p. n.* 159. Et ideo legitimæ successionis habent jus, & suitatis. Ita ut adoptivi agnatione rumpatur testamentum, ut omnia perbelle prosequitur Carvalh. *d.* 1. *p. num.* 122. Hæc civilis proles sufficit ad excludendos filios naturales à duabus unciis: ut probat *text in d. Auth. licet*, Palleot *d. cap.* 38. *n.* 8. Matienç. *in L.* 9. *tit.* 8. *gloss.* 1. *n.* 2. *lib.* 5. *Recopil.* Quidquid contrarium dicat Molin *d. disp.* 116.

De jure Regio in hac materia illa distinctio amplectenda est, quod si pater fuerit nobilis, vel saltem talis conditionis ut non habeatur pro pedone, vulgò *Peaon*, & notabiliter vivat, filius naturalis ei non
49 succedit in aliqua hæreditatis parte, ex *Ord. d. tit.* 92. §. 1. Si verò pater plebeius fuerit, filii naturales succedunt patri, etiam cum aliis filiis legitimis, ut diximus supra *n.* 33. Et insuper nepotes succedunt avo, Gama *dec.* 310. *n.* 3. & 4. Emmam. Barbos. *ad Ordinat. d. tit.* 92. *n.* 4. Cabed. 1. *p. dec.* 100. *ex n.* 8. *cum seqq.* Molin. *d. disp.* 166. quamvis alias si pater nobilis sit nepos ex filio naturali, etiam legitimus non succedit avo, Anton. Gomez *in d. L.* 9. *n.* 6. Gama *dec.* 135. *n.* 4. Covarr. *de sponsalib.* 2. *p. cap.* 8. §. 4. *n.* 10. Molin. *d. disp.* 166. *conclus.* 5. Thusc. *litt.*
50 *N. conclus.* 15. *n.* 38. Cabed. *d. dec.* 100. *n.* 8. Solorz. *d. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 24. Carvalh. *d.* 1. *n.* 169. Cyriac. *controv.* 8. *n.* 19. Castill. *lib.* 5. *controv. cap.* 67. *n.* 31. & *cap.* 103. *n.* 13. Mantic. *de conjectur. lib.* 11. *tit.* 12. *n.* 23. Bened. Ægid. *de privileg. honest. art.* 13. *n.* 48. Surd. *cons.* 177. *n.* 26. & *seqq.* Cum enim nepos pervenire debeat ad hæreditatem avitam per mediam personam patris ipsum repræsentando, argument. *in §. cum filius Instit. de hæred. quæ ab intest.* Eadem jura, quæ pater obtineret, si viveret, nepos consequi debet. Et ideo cum filius naturalis patri non esset successibilis, neque etiam nepos succedere valebit.

Filius autem naturalis plebeii ita succedit æqualiter cum legitimis in bonis patris, etsi hæres non fuerit
51 institutus, possit querelare testamentum patris. Et insuper revocare alienata in fraudem suæ legitimæ: ut docent Cald. *in L. si curatorem verb. sine curatore n.* 94. & *in §. tam autem Instit. de inoffic. testam. n.* 4. & 63. Thom. Valasc. *alleg.* 6. *n.* 26. Bened. Pinel. *lib.* 1. *select. cap.* 8. *num.* 23. Carvalh. *in d. cap. Raynaldus* 1. *p. num.* 174. Ubi veriorem dicit. Quidquid contrarium dicat Valasc. *consult.* 94. quem taxat Carvalh. & Benedictum Ægidium, qui eum sequitur *in lib. de privileg. honest. art.* 13. *n.* 49. A quibus etiam recedit Bened. Pinel. *d. n.* 23. Et quod iste filius naturalis plebeii excludat substitutum sub conditione, si sine liberis tradit Valasc. *consult.* 94. *n.* 3. Reynos. *observ.* 33. Carvalh. *d.* 1. *p. n.* 174.

Ex quamvis Ordinatio nostra exæquans filios naturales plebeii ipsius filiis legitimis quid iniquum continere videatur: ut notant Ægid. *d. art.* 13. *n.* 39. Solorz. *de jure Indiar.* 2. *tom. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 18. & 19. illam tamen tuentur Ægid. *d. art.* 12. *n.* 40. & *seqq.*

Ex dictis apparet filium naturalem excludere fiscum eo tantum casu, quo patri succedere valet: Et
52 sic legitimatus per rescriptum Principis in hoc Regno fiscum excludet è patris successione ab intestato; quia ad id dispensatus censetur ex clausula legitimationis, quæ filium ad successionem intestati admittit per ea, quæ latè diximus 2. *p. cap.* 16. *à n.* 14. Ubi etiam latius tractatum fuit de legitimatis per subsequens Matrimonium, & in radice Matrimonii: qui ut patris sunt hæredes legitimi ita fiscum excludunt. An verò filius naturalis sit legitimus hæres consanguineis ex parte patris; Discutiendum est.

In hac quæstione duo casus distinguere placet; nam aut loquimur de filio naturali Nobilis, aut de fi- 53
lio Plebeii. Primo casu minor est dubitatio quia cum filius naturalis non succedat patri, ut supra diximus: ita non debet succedere consanguineis ex parte patris. Anton. Gomez *in L.* 9. *Tauri n.* 47. Gama *decis.* 3. & 317 *nu.* 2. Petr. Gregor. *syntagmat.* 3. *p. lib.* 41. *cap.* 6. & 9. Avendan. *in d. L.* 9. *Tauri gloss.* 6. *num.* 71. Azeved. *in L.* 6. *nu.* 2. & *in L.* 2. *num.* 32, *tit.* 8. *lib. Recopil.* Covarr. *de sponsal.* 2. *p. cap.* 8. §. 5. *n.* 17. Peregrin. *de jure fisc. lib.* 3. *tit. n.* 26. Et ita judicavit Senatus die 29. Augusti anni 1637. in lite Antonii Florim cum Antonio de Mariz Carneiro *Judicibus Joanne Pinheiro, & Georgio de Araujo Staco.*

Probatur hæc resolutio: quia filii naturales, seu 54
spurii, non sunt de agnatione, domo aut familia, ut possint habere, jus succedendi *L. si spurius, ff. unde cognatio. §. vulgo quæsitos Instit. de success. cognat.* Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 44. Gama *dec.* 167. *n.* 2. Phæb. 1. *p. dec.* 30. *n. fin.* Reynos. *observ.* 33. *n.* 12. Sanfelic. *dec.* 56. *n.* 15. Noguer. *alleg.* 28. *n.* 68. Solorz. *d. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 6. Giurb. *de success. feudor.* §. 1. *gloss.* 9. *n.* 9. Et ideo cùm patri succedere nequeant, neque consanguineis ex parte patris successibiles sunt, cum per medium inhabile non conjungantur extrema argum. *text. in L. fin. ff. de flumin.* neque ex radice infecta pullulant rami: notatur *L. fin. C. de nupt. & in cap. cum Paulus* 1. *q.* 1.

Non obstat, quod quamvis illegitimus non habeat 55
agnationem, est tamen de cognatione, & participat de sanguine patris, & hæc participatio tolli nequit juxta *text. in L. jus agnationis ff. de pact. §. sed naturalia Instit. de jure natur. cum simlib.* Atqui Justinianus sublata agnationis differentia omnes cognatos admisit ad hæreditatum acquisitiones *Auth. de hæred. ab intest. venient §. nullam*: Ergo illegitimi tanquam cogniti admittendi sunt. Quia respondetur *text. in d. §. nullam*, intelligendum esse de cognatione legitima, quam, Imperator æquavit agnationi, non de illegitima, quæ quo ad successiones semper fuit incognita, tanquam incerta, & legibus odiosa, Anton. Gomez *in L.* 9. *Tauri n.* 47. Et confirmatur ex eo, quoniam si Imperator Justinianus *in d. §. nullam* admitteret cognationem illegitimam, frustra agendo de illius successione ex indulgentia concederet filio naturali, quod patri succederet in duabus unciis *Auth. quib. mod. natur. effic. sui §. siquis autem filio collat.* 7.

Neque etiam obstat. *text. in Auth. licet C. de natur. liber.* ubi habetur, quod filius naturalis admitta- 56
tur ad successionem paternæ hæreditatis in duabus unciis. Ergo saltem in illis illegitimus succedere debet consanguineis. Sed respondetur hanc duarum unciarum successionem esse limitatam, & restrictam ad hæreditatem patris: Et sic non esse extendendam respectu propinquorum, ut docent communiter Doctores. Neque obstat *text. in principio Instit. de servit. cognat.* Ubi natu ex consortio servili succedit fratribus, & consanguineis paternis. Respondetur enim textum procedere ex constitutione Imperatoris, qui voluit successionem concedere natis ex consortio servili: quoniam licèt illegitimi essent, tamen nati fuerunt ex coitu licito in figura Matrimonii. Et sic ille casu non potest extendi ad natos ex coitu illegitimo, & illicito.

Eodem modo sicut filius naturalis non potest suc-
cedere patri, ita pater non potest succedere filio: quia 57
jus successionis intestatæ est mutuum, & reciprocum Palleot. *de noth. & spur.* & Ludovic. de Sardis, quos refert, & sequitur Bened. Ægid. *de privileg. piæ causæ art.* 13. *nu* 15. Anton. Gomez. *in L.* 9. *Tauri num.* 51. *vers. & in specie* Valasc. *consult.* 29. *nu.* 3. *Auth. quib. mod. natur efficiantur sui §. in quibus enim casibus collat.* 7. *gloss. in §. fin. Instit. de S.*

C. Tertyll. Pichard. de success. ab intestato §. 7. nu. 12. Surd., de alim. tit. 1. q. 22. n. 18. & cons. 142. n. 7. 16. 17. & 27. Carvalh. in d. cap. Raynaldus 1. p. num. 507. Procedit enim in successionibus regula de correlativis, Peregrin. de jure fisc. lib. 5. tit. 8. nu. 29. secundum quam dispositum in uno, eo ipso dispositum censetur in alio L. fin. ff. de acceptilation. L. siquis servo C. de furt. L. 1. C. de express. lib. 11. L. 1. C. de transact. Everard. in topicis loco à correlat. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. nu. 171. & seq. Gabr. Alvarez de Valasc. litt. K. n. 397. & litt. C. n. 235. & seqq. Solorz. d. lib. 2. cap. 21. n. 3. Arias de Mesa lib. 3. var. cap. 24. n. 10. Carlev. de ju-
58 dic. lib. tit. 1. disp. 3. n. 4. Menoch. cons. 60. n. 31. Atque ideo si naturalis, vel spurius decesserit vivo patre non extantibus matre, vel consanguineis maternis fisco locus erit, & similiter idem dicendum, quando filius naturalis decedit relictis tantum consanguineis ex parte patris probat. text. in L. si spurius ff. unde cognati. Pichard. de success. ab intestato §. 7. n. 13. & 14. Gregor. Lopez in L. 11. tit. 3. part. 6. glos. magna ad fin.

Ea prædicta mutua, & reciproca successionis ratione infertur, quod in hoc Regno ita ut filius naturalis plebeii succedit patri ac si legitimus esset, & cum legitimis, ita pater succedit filio, qui absque descendentibus diem clausit extremum juxta cele-
59 brem doctrinam Barr. in L. fin. col. 2. n. 5. C. de his quib. ut indign. ubi ait quod eo modo succeditur filio naturali & ejus descendentibus, quo filius succedit patri, Gama dec. 3. n. 4. & regulariter jus succedendi reciprocum est de parentibus ad filios, & de filiis ad parentes L. nam & si parentibus ff. de inoffic. testam. L. hac parte ff. unde cognati auth. quibus mod. naturales efficiantur sui §. de nepotibus, ubi Gothofr. litt. O. Cujac. lib. 14. quæstion. Papiniani super d. L. num. etsi parentibus, Mangil. de imputation. q. 1. n. 11. Car-
60 valh. in d. cap. Raynaldus 1. p. n. 507. Tota dubitatio est an filius naturalis plebeii succedat consanguineis ex parte patris, & fiscum excludat. In qua quæstione pro parte affirmativa stat primò regula supra posita circa successionem patris plebeii, & ejus filii naturalis, item, & regula correllativorum. Secundò faciat quod Ordinat. d. lib. 4. tit. 9. tantum disponit filium naturalem plebeii succedere patri, & tamen ejus dispositio etiam habet locum in nepotibus naturalibus plebeii, qui avo succedunt, ut diximus supra num. 49. ergo idem dicendum est circa successionem consanguineorum patris. Tertio facit, quod Lex Regia legitimare videtur filios naturales peditis quoad successionem: atqui legitimatus verè, & per omnia non solùm patri, sed & consanguineis efficitur legitimus, Covarr. de sponsa. 2. p. c. 8. §. 10. n. 11. Mantica de conjectur. ultim. lib. 11. tit. 10.
61 nu. 4. 6. 10. 13. 14. 15. & 31. & diximus 2. p. cap. 16. n. 12. ergo legis Regiæ dispositio non tantum procedit in successione patris, sed & illius consanguineorum, & ideo hanc sententiam probat Gama dec. 3. n. 3. & seqq.

Verum contraria sententia negativa in puncto ju-
62 ris verior est, & tenenda, quia naturales secundùm juris regulas non solùm sunt inhabiles ad succedendum parentibus sed etiam ad succedendum consanguineis paternis, ut probavimus supra n. 53. & probat text. in Auth. quibus mod. naturale, offic. sui §. filium verò coll. 7. ubi habetur quod filius naturalis legitimatus succedit patri suo, non verò consanguineis illius, qui non obstante legitimatione reputantur extranei Bened. Ægid. de privileg. honestatis artic. 13. nu. 59. atqui Ordinat. d. tit. 92. tantum respectu patris reddit capacem filium naturalem plebeii; ergo quoad consanguineos adhuc naturalis remanet inhabilis, ut ad eorum successionem non admittatur? maxime quia in d. Lege Regia hic casus fuit omissus, & tanquam talis decidendus est ex dispositione juris communis, per text. in L. commodissime ff. de liber. & posthum. cap. pen. de jure jurand. Bald. in L. si mater C. de institut. & substitut. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 813. n. 15. Amato resolut. 75. num. 22. & 23. Vincent. de Franch. dec. 71. n. 10. Neque ex eo, quod jus commune naturales admittit ad succedendum patri in duabus unciis censetur eos admisisse ad successionem consanguineorum quoniam ipsa duarum unciarum successio, de qua in d. Auth. licet C. de naturali. liber. non extenditur ad consanguineos, Anton. Gomez. in L. 9. Tauri nn. 47. Cabed. 1. p. dec. 110. n. 7. Bened. Ægid. d. art. 13. n. 59. circa fin. Denique facit rubrica Ordinat. d. tit. 92. ibi: Com o filho do piaon succed à sen pay, ex qua bene elicitur successionem permissam filio naturali plebeii non generalem esse, sed restrictam ad patrem & ideo non posse extendi ad consanguineos per regulam text. in L. in agris 12. de adquir. rer. dom. cum similibus. propter quæ hanc sustinet opinionem Bened. Ægid. in d. art. 13. n. 59.

Et ea retenta non obstant adducta in contrarium. 63
Non primum, quia cum Ord. loquatur de successione filii in bonis patris, mutua, & reciproca successio dabitur inter filium, & patrem erga bona filii, non verò pertinet ad collaterales, de quibus lex non loquitur, ut considerat Ægidius d. n. 59. Non secundum de nepote, quia respectu illius datur diversa ratio, cum enim lex quoad successionem filii sit favorabilis nil mirum quod appellatione filiorum in ea comprehendantur nepotes L. filii appellatione 84. L. liberorum 220. ff. de verbor. signific. L. Lucius 85. ff. de hæred. instit. Gama decis. 317. n. 2. 3. & 4. Cabed. 1. p. dec. 100. n. 10. Phæb. 1. p. dec. 59. n. 10. Anton. Gomez in L. 18. Tauri n. 3. Larrea dec. 54. n. 3. M. Ant. Camuncula dec. 58. à n. 2. Peregrin. de fideicommiss. art. 22. à n. 44. Cavall. communn. contra com. q. 694. Sanfelic. dec. 202. à n. 3. Joseph. de Sesse dec. 53. à n. 15. Mantica de conjectur. lib. 8. tit. 8. n. 1. & ideo cum prædictus favor non æque procedat respectu consanguineorum & lex sit exorbitans non est trahenda ad casum omissum. Denique non obstat tertium: quia Ordinatio non facit legitimos filios naturales plebeii; immò semper eos appellat naturales, licèt quoad successionem patris eos legitimis æquiparet: & aliud est esse tale,
aliud haberi pro tali L. 1. ff. de donat. Larrea alleg. 64
108. n. 4. Ultra quod legitimati in hoc Regno non efficiuntur verè legitimi, neque admittuntur ad successionem consanguineorum patris cum tantùm sint dispensati ad succedendum patri ab intestato, aut ex testamento secundùm ejus voluntatem, Anton. Gomez in L. 9. Tauri n. 70. vers. sed his non obstantibus Costa in L. Gallus §. & quid si tantum 2. p. n. 152. Peregrin. de fideicomm. art. 23. n. 34. Unde æquiparatio, quam fecit Ordinatio filiorum naturalium ad legitimos quoad successionem patris quæ nihil aliud est quàm quædam dispensatio trahenda non est ad successionem consanguineorum de qua Ordinatio locuta non fuit.

Nunc de filiis spuriis agendum est. Et non tantum 65
de vulgo quæsitis, qui secundùm jus Civile spurii dicebantur L. vulgo 23. ff. de stat. homin. §. si adversus instit. de nupt. Ubi dicitur spurium habere patrem incertum: ut etiam habetur in proverbiali Carmine.

Cui pater est populus, non habet ille patrem.

Et ideo quasi nati incerto patre spurii solent appellari, Sylvest. Aldobrand. in d. §. si adversus, Robles de repræsent. lib. 2. cap. 13. n. 6. & 8. Covarr. de sponsal. lib. 2. p. cap. 8. §. 5. post alios Carvalh. in d. cap. Raynaldus 1. p. n. 490. eleganter Solorz. de parricid. crim.

erim. lib. 2. cap. 7. verf. & filii ifti pagin. 116. Sed
etiam de illis, qui procreati funt ex parentibus, in-
ter quos Matrimonium confiftere non poterat, hi
enim fpurii dicuntur, licét patrem habeant certum:
ut per fupra dictos.

Et quidem filii fpurii utroque jure attento, Civi-
66 li, Canonico, & Regio patri non fuccedunt Auth.
licet in fin. C. de natur. lib. Auth. ex complexu C. de
incest. nupt. Auth. quib. mod. natur. effic. legit. §.
fin. cap. tanta, cap. per venerabilem, cap. referen-
te qui filii fint legit. Cum enim legibus fint exorfi, fi-
liorum nomen non merentur L. fi fpurius, ff. unde
cognati. Et notatur in d. L. vulgo quæfiti, Gomez in
d. L. 9. Tauri n. 13. & 18. Paleot. de noth. & fpur.
c. 40. Rozas de fucceffion. c. 20. optimè Pichard. in
rubr. de hæred. quæ ab inteft. §. 7. n. 9. Paul. Æmil.
Gallus de fucceff. ab inteft. p. 2. tit. 3. except. 9. n.
12. Gutierr. lib. 3. pract. cap. 55. Molin. de primog.
l. 2. cap. 11. n. 28. & l. 1. cap. 4. n. 46. Carvalh in
d. cap. Raynaldus 1. p. n. 491. Conan lib. 9. Com-
ment. cap. 8. Molin. de juft. difp. 167. conclus. 3.
Quod adeo verum eft, ut fpurius etiam non poffit à
patre hæres inftitui, quamvis filii legitimi non ex-
ient: ut de veriori teftatur Parlad. lib. 2. rer. quoti-
dian q. 10. n. 1. Trentacinq. l. 1. variar. de noth. &
67 fpur. refol. 1. n. 3. Surd. conf. 248. Gail. obferv. 88.
n. 13. Giurb. de feud. §. 2. gloff. 11. n. 45. Neque
aliquid ex bonis patris poteft habere, five in ultima
voluntate, five per contractum lucrativum, per ea
quæ Anton. Gomez in d. L. 9. n. 33. Reynof. obferv.
53. n. 17. & 20. Larrea dec. 95. à n. 1. Cyriac. con-
trov. 8. n. 8. & 9. Alexand. Trentacinq. d. refol. 1.
n. 3. Immo defcendentes ab fpurio, quamvis legiti-
mi avo paterno fuccedere nequeunt L. fin. in fin. C.
de natur. lib. Trentacinq. de noth. & fpur. refol. 2.
n. 19. Cyriac. controv. 8. n. 17. Decian. conf. 8. n.
8. & conf. 310. Cravet. conf. 184. n. 2. Surdus conf.
177. n. 23. Cefar Barz. dec. 3. n. 5.

Quod intellige de fucceffione ab inteftato, ad
68 quam non admittitur nepos ex filio fpurio. Et eft ratio:
quia ille, per quem defcendit nepos, non habetur
pro filio avi, d. Auth. ex complex. Item & nepos le-
gitimus ex fpurio non dicitur nepos, nec legitimus
refpectu avi, Alexand. conf. 74. n. 4. vol. 3. Cæfar
Barz. dec. 3. n. 4. & 16. Trentacinq. conf. 34. num.
14. Cyriac d. controv. 8. n. 20. & feqq. Maxime cum
fpurius non fit de domo, familia, aut cognatione, Mo-
lin. lib. 1. cap. 4. n. 44. Phæb. 1. p. dec. 34. in fin.
Gama dec. 167. n. 2. Reynof. obferv. 53. n. 12. San-
felic. dec. 56. n. 16. Noguer. alleg. 28. n. 68. So-
lorz. d. lib. 2. cap. 17. n. 6. Giurb. de fucceff. feudor.
§. 1. gloff. 9. n. 9. Proindeque nullum jus agnationis
feu cognationis habet, neque lineam, aut ftipitem
conftituit, Pichard. de fucceff. ab inteft. §. 7. Cy-
riac. controv. 8. n. 21. & feqq. ut avo paterno fucce-
dere poffit.

Ex ea eadem ratione infertur fpurium non poffe
fuccedere confanguineis paternis ab inteftato. Nec
è converfo patris confanguinei fpurio fuccedere va-
69 lent per text. in L. fi fpurius, ff. unde cognat. §. vul-
go quæfitos Inftit. de fucceff. cognat. Ubi habetur,
quod inter fe nullo cognationis vinculo conjungun-
tur. Pichard. in d. §. 7. n. 13. Cafcia Lap. in L. fi
qua illuftris n. 71. & feqq. & n. 74. verf. primo cafu,
& num. 79. in princ. Cod. de natur. lib. Covarr. de
fponfal. 2. p. cap. 8. §. 5. conclus. fin. verf. unde na-
turales Gama dec. 3. n. 1. ubi optime Flores de Me-
na. Qui hanc refolutionem communem omnium, &
veram effe dicit Bened. Ægid. de privileg. honeft.
art. 13. n. 17. Gomez in d. L. 9. Tauri fub. n. 46.
Decius conf. 310. Cravet. conf. 138. Cyriac. controv.
8. n. 16. Larrea dec. 96. n. 1. Et fic quoad noftrum
inftitutum refolvendum eft filium fpurium non exclu-
dere fifcum à fucceffione patris, neque aliorum afcen-
dentium, neque etiam à fucceffione collateralium,
qui ab inteftato decefferunt; quamvis pater Nobilis
fuerit, vel plebeius: ut notatur in L. dicunt, ff. de
jure fifc. & in L. 4. & 6. Cod. de incest. nupt.

Sed eft advertendum, quod filius fpurius, licèt
patri non poffit fuccedere, tamen confequitur ali-
menta ex fubftantia patris, qui illa præftare teneba-
tur per text. in cap. cum haberet de eo, qui dux in
uxor. quam poll. per adult. Anton. Gomez in L. 9. 70
Tauri à n. 37. Gama dec. 201. Larrea decif. 32. n.
36. Surdus de aliment. tit. 1. quæft. 10. ad fin. Petr.
Barbof. in d. L. 1. p. 4. n. 65. ff. folut. matrim. Va-
lenz. conf. 1. n. 38. Hermof. in L. 1. tit 4. partit. 5.
gloff. 6. n. 40. Tondut. refolut. Civil. c. 146. n. 1.
2. & 3. Robles de præfent. l. 2. cap. 14. num. 4. Et
ideo quamvis pater non poffit inftituere fpurium,
bene tamen ei relinquere valet legatum ad alimenta
Anton. Gomez in L. 10 Tauri n. 18. Gama dec. 201.
n. 2. & dec. 343. n. 2. & feqq. Barbof. d. 4. p. n.
65. Larrea dec. 96. n. 5. plures laudat Flores de Me-
na ad Gama d. dec. 20. n. 2.

Præterea fpurius legitimatus, vel difpenfatus ad
fuccedendum excludit fifcum: quamvis enim fpurius
fit perfona infamis, Palac. Rub. in repet. cap. per 71
veftras §. 10. incipit. filiam minorem in princ. de do-
nat. inter, Gama dec. 143. n. 1. Reynof. obferv. 53.
n. 18. fiquidem faltem notatur infamia facti, Solorz.
de jure indiar. 2. tomo lib. 1. cap. 28. n. 38. & feqq.
& lib. 2. cap. 5. n. 25. Et fic legitimatio quoad alios
effectus non tollit illam cicatricem, & notam à na- 72
tivitate provenientem, Farinac. de teftib. q. 56. n.
405. tamen quoad fucceffionem legitimatio feu dif-
penfatio, fufficiens eft ad exclufionem fifci; quia ex
ea filius fpurius patri ab inteftato fuccedit Gama de-
cif. 1. n. 2. & dec. 134. & 383. n. 5. Cabed. 2. p.
decif. 69. n. 9. Phæb. decif. 97. n. 26. & feqq.

Circa maternam fucceffionem dicendum eft filios
naturales, & fpurios matri fuccedere, & habere legi-
timam in ejus hæreditate taxatam à lege, ac fi legi- 73
timi forent L. hac parte L. fi fpurius L. Modeftinus
ff. unde cognat. §. noviffimè Inftit. de Orphician. Ubi
quod fuccedunt matri etiam cum prole legitima gloff.
in vulgo quæfitos verb. itaque omnibus Inftit. de fuc-
ceff. cognat. & in d. L. fi qua illuftris verb. cum legi-
timis Rixas de fucceffion. cap. 26. à princ. Paleot. de
noth. & fpur. cap. 41. num. 3. Bened Ægid. d. art.
3. num. 4. Anton. Gomez in d. L. 9. num. 9. Pi-
chard. de fucceff. ab inteft. §. 1. Spino de teftam.
gloff. 16. à n. 31. & à num. 40. & pluribus relatis
Carvalh. in cap. Raynaldus 1. p. n. 495. Gratian. dif-
cept. forenf. cap. 35. nu. 5. 6. & 7. Noguer. alleg.
37. n. 52. & 53. Cancer. lib. 1. var. cap. 5. n. 36.
Vincent de Franch. dec. 47. num. 3. & 7. Giurb. de
feud. §. 1. gloff. 9. num. 18. Jofeph. de Seffe decif.
28. n. 10. Immo tam naturalis, quam fpurius fi fit 74
præteritus, vel fine caufa exhæredatus à matre pof-
fit querelare ipfius teftamentum. Anton. Gomez in
L. 9. Tauri n. 12. Azeved. in L. 7. tit. 8. lib. 5. Re-
copil. n. 19. verf. naturales Gratian d. cap. 35. n.
11. 12. & 13. Valafc. confult. 94. n. 2. Covarr. d. 2.
p. cap. 8. §. 4. n. 16. Duaren. ad tit. ff. de inoffic.
teftam. cap. 6. Robles de repræfent. lib. 2. cap. 13. n.
752. Anton. Faber in jurifprud. Papinian. tit. 8.
princ. 1. illat. 1. Carvalh. d. 1. p. n. 496. Pichard.
de fucceff. ab inteft. §. 8. n. 8.

Iterum tam fpurius, quam naturalis in fucceffione 75
matris excludit ipfius afcendentes, Decius conf.
285. n. 2. Covarr. in d. 1. p. rubr. cap. 8. §. 4. n. 16.
Gratian. d. cap. 35. n. 1. & 4. Vincent. de Franch.
dec. 47. n. 3. & 7. Et infuper naturalis, feu fpurius
fuccedit confanguineis ex parte matris per text. in d.
L. hac parte verf. itaque L. fi fpurius ff. unde cognat.

Et è controverso mater, & ejus consanguinei succe-
dunt filiis naturalibus, & spuriis: quia successio trans-
versalium ex parte matris pertinet ad cognationem,
quæ in naturali, vel spurio conservatur, Roxas *in
epitom. success. c.26. ampliat.* 4. *n.*46. Bened. Ægid.
*d. art.*13. *n.*17. *vers. per contrariam* Anton. Gomez.
in d. L.9. *n.*48. Gama *decis.*167. Molin. *lib.*2. *cap.*13.
*n.*6. Castill. *lib.*5. *controv. cap.*81. *n.*43. *col.*4. Noguer.
*alleg.*25. *n.*5. Cancer. *lib.*1. *cap.*5. *n.*6. Sesse *decis.*281.
*n.*12. Giurb. *de feud.* §. 1. *gloss.*9. *n.*18. Pichard. *in d.* §.
8. *num.* 3.

76 Intellige supra tradita, ut procedant in filio na-
turali, vel spurio nato ex coitu non punibili si enim
procreatus fuerit ex coitu damnato, & punibili per
legem, non succedit matri juxta sententiam *gloss. in
L. si qua illustris C. ad S.C. Orphillian.* Gama *dec.*23.
*n.*3. *& dec.*136. *n.*1. Gomez. in L.9. *Tauri n.*13. Franc.
Vivius *dec.*14. *n.*12. Amend. ad Vincent. de Franch.
dec. 18. *n.*5. *& dec.*47. *n.*3. Robles *de represent. lib.*
2. *cap.*14. *n.*2. *&* 3. Carvalh. *in d. cap. Raynaldus* 1.
*p. n.*502. Pichard. *in d.* §. 8. *n.*11. Surd. *dec.*249. The-
saur. *lib.*1. *qq. forens. cap.*22. *à n.*15. 16. *&* 20. Alex.
Trentacinq. *lib.*1. *var. resolut.* 2. *n.*2. *tit. de noth. &
spur.* Anton. Faber. *in C. lib.*5. *tit.*16. *de naturalib. &
spur. diffinit.* 6. & apud nos probat *Regia Ord. lib.*4.
77 *tit.*93. Quis autem dicatur coitus damnatus, & puni-
bilis vide apud Natta *cons.*421. qui adducit pulchram
distinctionem, nempè quod quidam coitus dicitur
damnatus & non punibilis, quidam damnatus; &
non punibilis de jure Civili, quia de jure Canonico
omnis coitus præter uxorium damnatus est sed illud
certum quod sufficit si aliqua lege de jure communi
coitus sit damnatus, & punibilis aliqua pœna etiam
extraordinaria, ut voluerunt Anton. Gomez. *in d.
L.*9. *n.*13. Paleot. *de noth. & spur. cap.* 16. *n.*5. Va-
lasc. *cons.*29. *n.*10. Ægid. *de privileg. honest. art.* 11.
*n.*6. Gaspar. Thesaur. *d. lib.*1. *cap.* 22. *n.* 16. Gama
*dec.*23. *n.*3. Roxas *in epitome de success. cap.*19. *n.*7. *&*
8. Pichard. *d. c.* 8. *n.* 16. Quamvis in Castella, ut fi-
lius à matris successione excludatur: hujusmodi esse
delictum oportet, ob quod mater pœnam mortis in-
currat, juxta *L.* 9. *Tauri.* Ubi notat Anton. Gomez. *n.*
14. & ibi Avendan. *gloss.*9. *n.*9. Pichard. *d.* §. 8. *n.*14.
& 15.

78 Ex qua resolutione infertur filium Clerici sacris
initiati, ex quocunque coitu suscipiatur ex damna-
to, & punibili coitu natum dici, & esse spurium te-
net Vincent. de Franch. *dec.* 28. *n.*2. ubi Amendol.
num. 12. & Riccius, itaque Novarius. Et vere talis
filius gravioribus laborat spurietatis defectibus *gloss.
pen. in L.* 2. ubi Bald. *n.*3. *C. de Episc. & Cleric.* So-
cin. Jun. *cons.*48. *n.*2. *vol.*4. Bartasol. *cons. civili* 50.
*n.*3. *cum seqq.* Cæphal. *cons.*410. *num.* 11. *cum seqq.*
Surdus *de alim. tit.*1. *q.*10. *n.*28. Suarez *in leg. fori
tit. de todo homem n.* 29. Cyriac. *controv.*8. *n.*8. Et
ideo cum coitus Clerici utroque jure sit damnatus, &
punibilis, filius ex eo susceptus neque patri, neque
matri succedit: ut probat apud nos *Ordinat. lib.*4. *tit.*
79 93. *in princ.* ibi: *Algun filho de Clerigo:* & ibi: *&
que o pay ou may naon pode succeder.* Anton. Gomez.
*in L.*9. *Tauri num.* 15. Molin. *de just. & jure tract.*2.
*disp.*167. *n.*8. Spino *de testam. gloss.* 16. *n.*17. 19. 89.
& 90. Gutierr. *pract. l.*2. *q.*102. & cum aliis Emman.
Barbos. *ad d. Ordinat. in princ.*343. dicit judicatum
Gama *dec.* 136. *n.* 3. Bened. Ægid. *d. art.*11. *num.*
26. Cyriac. *controv.* 8 *n.* 9. Pichard. *de success. ab
intest.* §. 7. *n.* 10. Quidquid aliud sustineant plures,
quos refert Emmam. Barbos. ubi supra *n.*4. Qui con-
trarias sententias fœdere distinctionis componere
conatur. Sed in Hispania, & in hoc Regno distinc-
tè servanda est supra posita resolutio ex dispositione
Ordin. d. tit. 93. Filius tamen Clerici in minoribus,
etiamsi habeat Beneficium, non dicitur susceptus
ex coitu damnato, & punibili, per ea quæ tradit
Vincent. de Franch. *dec.*47. *n.*4. Et ideo matri suc-
cedit. Gratian. *c.*35. *n.*48. Emman. Barb. *ad Ord. d. c.* 80
93. *n.* 5. *in fin.*

Ad hoc autem ut filius non succedat matri, non
sufficit quod coitus sit damnatus, sed requiritur quod
sit damnatus, & punibilis per aliquam legem civi- 81
lem secundùm Bart. *in L. fin. n.* 2. *ff. de his quibus,
ut indign.* Socin. *cons.* 148. *n.* 5. Covarr. de *sponsal.*
2. *p. c.*8. §. 5. *num.*3. Valasc. *cons.* 29. *num.* 10. Immo
debet esse punibilis non solum quoad patrem, sed
etiam quoad matrem ut tenent Bart. *n.*4. Bald. *in L.
eam quam n.*15. *C. de fideicommiss.* Valasc. *d. n.* 10.
Gabr. Pereir. *dec.* 12. *n.*7. Unde cum coitus conju-
gati cum soluta non sit aliqua lege punibilis, filius
conjugati, & solutæ, matri succedit, ut scribunt Bart.
in d. L. fin. num 4. Bermend. *de pub. concub. prope fin.* 82
tractat. in verbo qui etiam filius num. 73. Barboss.
*in tit. de coit. damnat. n.*38. Covarr. *d.* 2. *capite* 8.
§. 5. *n.* 15. *in fin.* Clar. *in* §. *fornicatio vers. frequen-
ter.* Valasc. *consult.*29. *in* 10. Gomez. *in* L.9. *Tauri
num.*1. Et hæc est verior opinio, ut per Thesaur. *lib.*
1. *forens. cap.* 22. *num.* 18. Surdus *cons.* 456. *num.*
14. *&* 15. *& cons.* 487. *num.* 11. *& seqq.* Paleot. *de
noth. & spur. capite* 42. Emmam. Barbos. *ad Ordin.
lib.*4. *tit.*93. *n.*6. *&* 7. Molin. *de just. & jure disp.*165.
vers. illud. Cancer. *lib.*3. *cap.*15. *num.*12. *&* 13. Sar-
mient. *lib.*1. *select. cap.*5. *n.*10. Gabr. Pereir. *dec.*12.
*n.*3. Valasc. *consult.*29. *n.* 10. August. Barbos. *voto*
67. *in prin.* Quamvis talis filius omnis successionis tam
ex testamento, quam ab intestato respectu patris in- 83
capax, sit ex *text. in* L. *ex complexu C. de intest. nupt.
Auth. quib. modis effic. sui* §. *fin. Auth. quibus modis
effic. legit.* Guid. Pap. *dec.*280. ubi judicatum testa-
tur, Menoch. *cons.*60. *n.*15. post alios Barbos. *de voto*
67. *n.*1. *& seqq.* Natus verò ex conjugato, & concu-
bina domi retenta non succedit matri, Caccia Lup.
in d. L. si qua illustris col. 1. *num.* 4. *vers. item adde
quod pluralitas.* Gratian. *cap.* 35. *n.*27. Valasc. *con-
sult.*29. *n.*6. Peregrin. *de jure fisc. lib.* 3. *tit.*18. *n.*36.
vers. contrarium, & vers. concordando. Flores de Me-
na ad Gama *decis.*23. *vers. primus in fin.* Barb. *ad Ord.
l.* 4. *tit.*93. *n.* 7.

Dum autem dicebamus filios naturales, & spurios 84
regulariter succedere matri etiam cum legitimis, de-
clara, ut non habeat locum si mater sit illustris, quia
extantibus legitimis, neque naturales neque spurii
matri erunt successibiles, ut expressè decedit *text. in
L. si qua illustris C. ad Orphician.* per quam limitata
fuit dispositio *text. in d. L. si spurius,* secundùm quam
indistinctè spurii simul cum legitimis matri succede-
bant sive illustri, sive non illustri, ut observarunt Ro-
xas *in epitome success. cap.*26. *à princip.* Bened. Ægid.
d. articulo 13. *n.* 5. Carvalh. *in d. capite Raynaldus*
1. *p. num.* 500. Thesaurum *libro* 1. *forens. cap.* 22. *n.*
25. legitimis verò deficientibus spuriis matri illustris
succedet, quia in hoc casu jus antiquum incorrectum
reliquit Imperator *in d.* L. *si quis illustris,* ut docent
proximè citati, & Paleot *de notha, & spur. capite* 11.
nu. 5. Matienç. *in* L.7. *titulo* 8. *libro* 5. *recopil. gloss.*
6. *num.* 2. Azeved. *in d. L.* 7. *num.*15. Spino *de tes-
tamento gloss.* 16. *num.*71. Gregor. Lopez *in* L.11. *ti-
tulo* 3. *partit.* 6. *verbo cum legitimis,* quidquid in
contrarium teneat Gomez *numero d.* L. 9. *Tauri
num.* 9.

An verò spurius ex coitu damnato succedat fratri-
bus ex eadem matre, vel consanguineis maternis ar-
dua est quæstio in terminis juris communis, ut dicit
Anton. Gomez *in d. L.* 9. *num.* 50. qui pluribus ad-
ductis fundamentis eam negativè resolvit *num.* 51.
vers. sed teneo, Roxas *d. capite* 26. *num.* 26. Surd.
decis. 149. *num.* 20. Afflict. *decis.* 96. & plures alii
relati à Thesauro. *d. libro* 1. *forens. capite* 22. *n.*23.

Ægi-

Ægidium d. articul. 13. num. 18. Robles libro 2.
capite 14. num. 50. Fachin. libro 6. capite 10. Con-
trariam tamen affirmativam sententiam tenuit Joan-
86 nea de Petrucio Doctor antiquus, & eam sequutus
fuit Senatus Neapolitanus, ut per Afflict. de decis.
96. & Nicolaus de Ubald. de success. ab intestato p. 3.
num. 9. Cynus in auth. itaque C. commun. de succes-
sion. Peregrin. de jure fisci libro titul. 18. num. 43.
Covarr. de spons. 2. p. capite 8. §. 5. num. 19. Flo-
res de Mena ad Gama decis. 3. num. 1. Vincent. de
Franch. dec. 238. & eam tanquam humaniorem esse
sequendam in judicando, & consulendo tradit The-
saurum d. capite 22. n. 24. Robles d. capite 14. à n.
8. pro qua stat Ordin. libr. 4. titulo 93. ob quam dicit
Ægidius supra num. 19. apud nos cessare disputatio-
nem Carvalh. d. 1. p. num. 503. Sesse dec. 281. num.
14. Quod quidem optima cum ratione procedit. Quam-
vis inter filium, & matrem non detur Successio, quia
extat medii inhabilitas; tamen hæc inhabilitas me-
dii non provenit ex natura rei: cum etiam in bis ter-
minis detur cognatio cum matre certa, & legi non
incognita, sed in odium, & pænam talis coitus fuit
sublata successio: pæna autem tenere debet suos au-
thores, non verò extendi ad alios consanguineos.

Ex eadem ratione fluit filios spurios etiam ex coitu
87 damnato, & punibili succedere ab intestato non so-
lùm consanguineis maternis; sed etiam avo materno.
Quidquid aliud sit respectu avi paterni. Et hæc est
communis opinio: ut per Covarr. de sponsal. 2. p. ca-
pite 8. §. 5. n. 26. Petr. Gregor. syntagm. libro 45. ca-
pite 11. n. 11. Azeved. in L. 1. titulo 8. libro 5. Reco-
pil. à num. 34. Bened. Ægid. d. articulo 13. num. 19.
Veriorem dicit Carvalh. d. 1. p. n. 116. Ubi docet
Ordinat. d. lib. 4. tit. 93. solùm reddere incapaces suc-
cessionis maternæ filios natos ex coitu damnato, &
punibili; non verò respect. avorum. Et idem prose-
quitur n. 517. & n. 518.

Nepos autem spurius bene potest capere ex testa-
mento avi paterni, & collateralium, ita ut hæres ab
88 eo institui possit: ut probat textus in Auth. quibus
modis natur. effic. sui §. filium, versu si vero L. ultim.
C. de natur. liber. ubi Gotofred. litt. D. Jason. in L.
Gallus ff. de liber. & posthum. Marta de successione le-
gal. 1. p. quæst. 20. artic. 7. à n. 1. & 3. p. q. 7. artic.
1. num. 7. Bart. in L. si is qui ex bonis, ff. de vulgar.
& pupill. Anton. Gomez in L. 9. Tauri num. 51. cir-
ca finem. Covarr. d. capite 8. §. 5. num. fin. vers. ex
quibus, Bened. Ægid. d. articulo 13. num. 24. Gama
decis. 136. num. 4. Flores de Mena ad eundem Gama
decis. 27. vers. tertius casus, Boër. decis. 26. num. 16.
Pichard. de successione ab intestato § 7. num. 27. Car-
valh. in capite Raynaldus 1. p. num. 512. & 513. ubi
rationem præstat Caldas de nominat. emphyt. quæstio-
ne 19. à num. 35. cum seqq. Roxas in epitome succes-
sion. capite 21. à num. 22. Quod tamen intelligendum
89 est, nisi avo sit aliqua legitima proles; tunc enim
nepotem spurium instituere, non potuit per text. in
fin. C. de natural. liber. Surd. consil. 117. numer.
21. & seqq. Paleot. de noth. & spur. cap. 53. in fin.
Pinel. in L. 3. C. de bon. matern. n. 22. Bened. Ægid.
d. art. 13. n. 24. col. 2. in fin. Pichard. d. n. 27. & 28. So-
lorz. de jure Indiar. tom. 2. lib. 2. capite 17. n. 26. Gail.
lib. 2. observ. 115. n. 5. Cabed. 1. p. decis. 135. n. 2. Cy-
riac. controv. 9. n. 12.

Deinde intellige, ut nepos spurius non possit ins-
90 titui ab avo contemplatione filii incapacis, Franch.
dec. 27. n. 2. 4. & 7. ubi Amendol. n. 7. & 8. Menoch.
lib. 4. præsumpt. 96. n. 20. Cresp. de Valdaura obser-
vat. 18. à n. 5. Peregrin. d. tit. 18. n. 45. & 46. Ca-
bed. d. decis. 35. num. 2. Gail. ubi supra n. 8. Solorz.
d. n. 26. Cyriac. controv. 8. n. 19. & 90. & controv.
9. num. 54. & 55. Sed hoc in dubio non præsumitur;
quia avus nepotem censetur instituere propria, non
filii contemplatione, L. fin. C. de usufruct. L. si verò
§. 1. ff. mandat. Bart. in L. Gallus §. quod si his cir-
ca fin. vers. tertius casus ff. de liber. & posthum. Surd.
cons. 177. n. 10. Caldas d. q. 19. n. 44. Ægid. d. n. 24.
col. 3. Et quamvis Pichard. in d. §. 7. n. 28. Fachin. lib.
3. cap. 98. Flores ad Gam. dec. 23. vers. tertius casus,
doceant spurium ex incestu non posse capere ex tes-
tamento avi, justè reprehenduntur ab Ægid. d. art. 13.
n. 22. vers. atque ideo, & à Carvalh. d. p. 1. n. 513. circa
fin. Ex ea ratione quia incapacitas quoad causam tes-
tati cessat in avis ex text. in d. L. unic. C. de natural.
liber.

Notabis tamen, quod licet filius spurius non possit 91
institui à patre, bene poterit pater instituere illum,
cum quo filius spurius societatem omnium bonorum
contraxit. Quo casu ex vi societatis dimidiam bono-
rum consequetur spurius juxta cautelam, quam ex
Dyno tradidit Bart. in L. si is, qui duos nu. 6. ff. de
lib. leg. Cæpol. cautel. 38. Peregrin. cons. 120. n. 6. vol.
5. Peralta in L. qui duos n. 33. ff. de legat. 2. Mantic.
de tacit. & ambig. lib. 6. tit. 15. n. 12. & pluribus de
more relatis Giurb. ad consuet. Messan. cap. 1. gloss.
3. p. 1. n. 12. dummodo fraus non interveniat, quæ
ex conjecturis probatur: ut advertit Bart. d. n. 6. &
Giurb. d. n. 12. in fin.

Et An Clericus possit instituere maritum filiæ suæ 92
spuriæ; Vide Larrea dec. 95. Et an filiæ spuriæ Cle-
rici possit pater dotem constituere; Vel ipsa à con-
sanguineis patris aliquid capere; Vide eundem Lar-
rea dec. 96. Et conclude, quod illis in casibus, in qui-
bus filii, vel nepotes, cæterique descendentes non
possunt succedere patri, matri, vel ejus consangui-
neis ab intestato admittitur fiscus: quando verò suc-
cedunt, fiscum excludunt. Et sic circa filios natura-
les, vel spurios constitue casus sequentes. Primus sit. 93
Quando quis decedit relicto nepote naturali ex filio
legitimo prædefuncto. Et distingue: aut enim agitur
de successione avorum paternorum, vel maternorum.
Et in primo membro si fiscus concurrat cum nepote,
erit admittendus, excluso nepote, qui neque patri,
neque avo succedere potest ex dictis supra. Si verò 94
agatur de successione ascendentium matris, nepos
excludit fiscum. Ludovic. de Sardis de natur. liber.
tit. de successione natur. num. 3. Secundus casus est,
quando qui decedit relicto nepote naturali ex filio
naturali. Et hoc casu fiscus excludit nepotem, si aga-
tur de successione ascendentium patris nisi avus fue-
rit plebejus, ut de jure Regio habetur in Ordinat. l. 4.
tit. 92. Si autem quæstio fuerit de successione avo-
rum maternorum, nepos excludet fiscum per ea, quæ
supra dicta sunt. Tertius casus est: quando relictus
fuit nepos legitimus ex filio naturali. Et tunc licet
iste legitimus patri succedat non tamen succedere
valet avo paterno; quia illius pater ei est insucces- 95
sibilis: atque ita cum detur inhabilitas medii non
potest dari extremorum conjunctio L. fin. ff. de flumi-
ne. Tiraq. de retract. lignat. §. 1. gloss. 8. n. 1. & in L. si
unquam verb. susceperit lib. n. 47. Attamen bene suc-
cedet aviæ seu aviæ maternæ, cui mater ipsius natu-
ralis erat subcessibilis ex supra traditis.

Quartus casus est: quando quis decedit relicto ne- 96
pote legitimo ex filio, vel filia legitimatis naturali-
bus, aut spuriis: & tunc iste nepos fit legitimus hæ-
res avo, juxta text. in Auth. quibus mod. natur. effic.
sui §. generale collat. 6. Covarr. de sponsal. 2. p. cap.
8. §. 10. num. 5. Gama dec. 312. nu. 4. & decis 317.
num. 3. Dubium tamen est, An idem sit dicendum
in dispensatis, seu legitimatis secundùm consuetudi-
nem Regni? Et quidem prædicta quæstio procedit
in legitimato verè & per omnia; non verò in legiti-
mato, & dispensato secundum consuetudinem Regni.
Hoc enim casu nepos legitimus ex filio legitimato
non succedit avo, si nobilis erat: ut judicatum dicit
Gama

Gama *decis.* 312. *num.* 4. *vers. in causa tamen.* Quod
idem judicavit Senatus in prædicta causa Antonii
97 Florim. cum Antonio de Mariz Carneiro anno 1634.
die 24. Augusti *Judicibus Joanne Pinheiro: d'A-*
raujo Estaço, & Antonio d'Abreu. Coelho, Verum
adhuc pro nepote quæstio resolvenda videtur, si
avus intestatus decesserit: quia cum pater legitima-
tus suo parenti succedere deberet, nepos ingre-
diendo locum patris successionis capax reputatur.
Si verò avus testamentum fecerit, & alium institue-
rit hæredem; ita ut filius legitimatus ei non pote-
rat succedere, ita nepos legitimus ex legitimato suc-
cedere nequit, Matienc, *in L.* 1. *gloss.* 1. *cum seqq. ti-*
tulo 8. *libro* 5. *Recopil.* Costa *in L. Gallus* §. *& quid si*
tantum 2. *p. n.* 152. Molin. *de primog. lib.* 3. *capite* 3.
num. 38.

Quintus casus est: quando quis decedit relicto
nepote spurio: & tunc iste excluditur à fisco succes-
98 sionis avorum paternorum ipse tamen fiscum exclu-
det, si agatur de successione avorum maternorum
per ea, quæ supra notavimus. Sextus casus est:
quando quis decedit relicto nepote naturali, vel
spurio legitimato ex filio legitimo: is enim si fue-
rit legitimatus per oblationem Curiæ non succedit
avo, nec aliis ascendentibus, aut collateralibus
Auth. quibus mod. effic. sui §. *filium vero collatione* 7.
Anton. Gomez. *In L.* 9. *Tauri n.* 47. *&* 51. Gama *dec.*
11. *n.* 102. Costa *in d.* §. *& quid si tantum n.* 143. *&*
144. Molin. *de just. disp.* 173. Phæb. *p.* 1. *decis.* 87.
num. 28.

An autem filius adoptivus, seu adrogatus fiscum
99 excludat? incipiendum est. Pro notari oportet, fi-
lios adoptivos esse in duplici differentia: alii enim
sunt adoptivi, alii adrogati, Adoptivi sunt, qui
cum essent filii familias dari fuerunt in adoptionem
ab ipso patre naturali, Adrogati veró sunt illi, qui
cum jam essent patres familias sese dederunt in adro-
gationem adoptanti Robles *de repræsent. lib.* 2. *cap.*
8. *n.* 1. Et inter unum alium modum de jure antiquo
plures erant differentiæ, & solemnitates, de quibus
in L. 1. *&* 2. *ff. de adoption.* §. *adoptio. Institut. eo-*
dem titulo ubi Aldobrand. *n.* 6. Ascan. *de patr. po-*
test. cap. 5. *n.* 5. Mynsinger. *in rubr. de adoption.* Vve-
sembeq. *in paratil. ad tit. de adoption.* Anton. Pi-
chard. *ad rubrum Instit. eodem tit. n.* 3. *& seqq.* Pe-
tr. Gregor. *syntagm. lib.* 11. *cap.* 6. Othoman. *ad tit.*
Instit. de adoption. Conan. *lib.* 2. *comment. c.* 4. *&*
15. Carvalh. *in d. cap. Raynaldus* 1. *p. n.* 121. Cabed.
2. *p. dec.* 70. *n.* 3. Robles *de repræsent. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 2.
Donel. *lib.* 2. *comment. cap.* 22. *&* 23. Anton. Fab. *in*
jurisprud. Papin. tit. 10.

Quibus ita positis pro resolutione quæstionis di-
100 cendum est tam filium adoptivum, quam adroga-
tum ante Justinianum, & hodie succedere ab intes-
tato patri adeptanti cum filiis legitimis, & naturali-
bus §. *sed ea omnia Institutione de hærede quæ ab in-*
testato ubi Pichard. §. *adoptio. &* 5. *sed hodie Insti-*
tut. de adoption. Valentin. Forster *de success. ab in-*
test. cap. 2. *n.* 1. *&* 9. *vers. hac vero.* Robles *d. cap. n.*
18. *&* 20. At vero quoad successionem consangui-
neorum distinguenda sunt tempora. Namque tempo-
re Digestorum adoptivi succedebant consanguineis
adoptantis, quia in patris adoptivi familiam transi-
bant, L. 2. §. *parvi autem ff. de suis, & legitim. hæred.*
101 intelligendo respectu agnatorum patris; non vero
cognatorum. Cum enim agnatio, quæ per adoptio-
nem inducebatur, esset legalis tantum & Civilis, so-
lùm obtinuit respectu agnatorum propter qualitatem
civilem, quæ in eis considerabatur. Etenim adopti-
onem de potestate patris naturalis exibat, & transi-
bat in potestatem patris adoptivi *princ. inst. de adop-*
tion. Ulpian. *in fragment. tit.* 8. *in princ.* ubi Pichard.
Et sic omnia jura habebat: quæ legitimus nempe
agnationis, & suitatis *L.* 1. §. *suos de suis & leg. hæ-*
red. §. *sui instit. de hæred. qualit. & differt.* Carvalh.
d. 1. *p. n.* 122. Vvesembeq. *ad tit. de adoptione n.* 6.
Robles *d. cap.* 8. *n.* 16. *&* 17. Attamen cum patris
adoptivi cognatis nullum jus filius adoptivus habe-
bat neque conjunctionem; siquidem per adoptionem
non consequitur jus sanguinis, cujus mutatio dari ne-
quit. *L. jura sanguinis ff. de regul. jur.* L. *jus agna-*
tionis ff. de pact. L. qui in adoptionem 35. *ff. de adop-*
tion. Vvesembeq. *ad illum tit. n.* 6. Et ideo adopti-
vi non succedebant cognatis *d. L. qui in adoptionem*
L. quoniam filius 26. *de adoptione L.* 1. §. *cognatio-*
nem ff. unde cognati. Duaren. *lib.* 2. *disput. capite*
14. Cujac. *lib.* 35. *Pauli ad edictum in d.* L. *qui in*
adoptionem. Cald. Pereyr. *in L. si curatorem verb. sine*
curatore n. 45. Conan. *lib.* 2. *cap.* 15.

Sed de jure Codicis nil immutatum est in adroga- 102
tis quorum respectu adhuc procedunt omnia supra
tradita quoad adoptivos facienda est differentia inter
casum, quo quis datur in adoptionem personæ ex-
traneæ, & inter eum, quo datur personæ conjunc-
tæ, scilicet avo paterno, vel materno. Et primo ca-
su dicendum est tales filios adoptivos nullum jus suc-
cedendi habere respectu consanguineorum partis
adoptantis quam agnatorum. Ex ea ratione quia licèt
jure antiquo filii transissent in potestatem patris ado-
ptantis, & ejus familiam, ac solum retinuissent cogna-
tionem patris naturalis amissa agnatione, & jure succes-
sionis *L.* 1. §. *cognatione ff. unde cognati L. pen.* §. *neque*
ea C. de adoption. Hodie verò nullo modo transeunt
in familiam adoptantis *c. L. pen. C. de adoption.* §. *sed*
hodie Instit. eod. §. *sed ea omnia Instit. de hæred. quæ ab*
intest. Neque familiam patris naturalis mutant, sed
ipsis omnia jura patriæ potestatis illibata manent.
Quare adaptantis suus hæres esse nequit ille, at pa-
tris naturalis, in cujus potestate est, & cujus sequi-
tur famdiam L. *pen. ff. liber. agnosc.* Anton. Fab. *de*
errorib. pragmat. tom. 3. *decad.* 55. *error.* 3. Carvalh.
d. 1. *p. n.* 122. Robles *d. c.* 2. *n.* 10. Ideoque nulla inter
adoptivos, & consanguineos agnatos adoptantis da-
tur successio.

In secundo casu quando quis datur in adoptionem 103
avo paterno vel materno, adhuc hodie adoptatus
transit in famdiam adoptantis, & poterit succedere
ipsius agnatis, quia omnia jura illi competenda de ju-
re antiquo ei fuerunt reservata *in d. L. pen. C. de A-*
doption. §. *sed hodie Instit. eod.* Aldobrand. ibi, &
Mynsinger, ac post eos Valasc. *de partit. cap.* 32. *n.*
40. Mangil. *de imput. quæst.* 8. *n.* 13. *&* 15. Carvalh.
d. 1. *q. n.* 126. Martha *de success. legal. quæst.* 19. *art.*
1. *n.* 2. Et ea propter si à patre adoptivo injuste fue-
rit exhæredatus: poterit querelare ejus testamentum
ex textu expresso *in* §. *tam autem Instit. de inoffic.*
testam. Carvalh. *d.* 1. *p. n.* 127. Ubi *n.* 128. reprobat
Cald. Pereyr. quatenus in repetitione illius textus
scripsit *num.* 47. *&* 73. Verbum *adoptivum* intelli- 104
gendum esse de adrogato. Subindeque quoad nostrum
institutum dicendum est adoptivos excludere fiscum
in eis casibus in quibus ab intestato succedere valent
patribus adoptivis, & eorum agnatis, quia legitimi
sunt hæredes & successores *L.* 1. §. *fin. L.* 2. §. *hæredi-*
tas ff. de his quæ sunt sui L. *cum in adoptivis C. de*
adoption. notant in specie Peregrin. *de jure fisc. lib.*
4. *titul.* 3. *n.* 6. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 3. Ca-
mill. Borrell. *de præst. Reg. Cathol. cap.* 14. *n.* 30.

In nostro autem Regno adoptiones non reproban-
tur, illarum confirmationes de Regalibus majoribus 105
esse certum est, & à solo Rege concedi posse, vel
officialibus ad id deputatis: ut probatur ex *Ordin.*
lib. 1. *tit.* 3. §. 1. Et de illis fit mentio *in Ordin. lib.* 2. *tit.*
3. §. 12. *& tit.* 56. *in princ. & l.* 3. *tit.* 9. §. 2. *& tit.* 85.
§. 2. notab. Cabed. 2. *p. dec.* 70. *n.* 4. qui ait adoptio-
nes non esse in usu Emm. Alvar. Pegas *ad Ordin. l.* 1.
tit.

tit. 3. §. 1. *gl.* 5. *n.* 6. Qui optimè advertit adoptiones
posse ad praxim reduci ex dictis Ordinationibus, vel
ipsas leges delendas. Et verè cum leges semper sint
in viridi observantia non potest dici per non usum
fuisse abrogatas, quando non constat de usu contra-
rio ut alibi diximus. Et ego ipse jam vidi in hoc Re-
gno quandam adoptionis confirmationem. Et posse
concedi dubium non est.

Et obiter nota filios adoptivos non contineri in dis-
107 positione vel legali appellatione filiorum *text. in L.
fideicommiss.* 72. *ff. de condit. & demonstr.* Tiraq. *in
L. si unquam, verb. susceperit l. n.* 3. & 60. Mangil.
de imput. q. 125. *n.* 12. Peregr. *de fideicomm. art.* 22.
n. 93. Carvalh. *in c. Raynald.* 4. *p. c.* 3. *n.* 107. ubi res-
pondet ad *text. in L.* 1. *ad fin. ff. de legat. præst.* Pegas
d. gloss. 5. *n.* 8. Et ideo quia adoptivus non est verè fi-
lius, sed fictus, & imaginarius: ut docet *gloss. in L.*
108 *filio quàm pater* 23. *verb. imagine, ff. de liber. & post-
hum.* Bald. *in L. si arrogator n.* 13. *ff. de adoption.* Va-
lentin. Forster *de success. ab intest. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 7.
Robles *de repræsent. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 3. Fusar. *de subs-
tit. quæst.* 526. *n.* 1. Costa *in cap. si pater p.* 1. *verb. si
absque liberis n.* 46. *de testam. in* 6. Non facit talis
filius deficere conditionem si absque liberis *L. si ita
quis testamento* 51. §. *fin. ff. de legat.* 2. *d. L. fidei-
commissum, ff. de cond. & demonstr.* Tiber. Decian.
cons. 34. *vol.* 1. Cacheran. *decis. Pedemont* 126. *n.* 16.
Mantic. *de conject. ultim. lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 19. & 20. Fu-
sar. *d. quæst.* 316. Ubi ampliationes, & limitationes
adducit Aug. Barbos. *appellat.* 79. *n.* 75. Menoch. *lib.*
4. *præsump.* 82. *n.* 2. Sarmient. *lib.* 5. *select.* Robles *d.
cap.* 8. *n.* 7. Roxas *de incompat. majorat.* 1. *p. cap.* 6. §.
10. *n.* 134. & *seqq.* Quod procedit tam ex eo, quod
verba naturaliter sunt intelligenda, non fictè. *L. ult.
Cod. de his qui ven. ætat. impetr.* Alex. *cons.* 4. *l.* 4.
109 Valasc. *consult.* 27. *n.* 7. Gabr. Pereir. *decis.* 116. *n.* 3.
Larrea *alleg.* 36. *n.* 14. Anton. Thesaur. *decis.* 65. *n.*
2. Anton. Fab. *in jurisprud. Papian.* 1. *p. tit.* 10. *princ.*
4. *illat.* 11. August. Barbos. *d. appellat.* 99. *n.* 76. Et
ideo cum filius adoptivus non sit verè filius, non fa-
cit deficere prædictam conditionem. Tum etiam
quia si adoptivi excluderent substitutum, esset in po-
testate gravati conditionem extinguere, filium adop-
tando. Et debitoris an debeat necne: Contra *text. in
L.* 2. §. 1. *ff. de eo, quod certo loco, & gravati
facto suo substitutum diludere* L. *nec ei* 17. *ff. de adop-
110 tion.* eleganter Robles *d. cap.* 8. *n.* 8. August. Barbos.
n. 76. Menoch. *de præsumt.* 82. *n.* 10. Roxas *d.* §. 10.
n. 138. ubi quod nec in majoratu succedit adoptivus,
ex Bald. *in d. L. fideicommiss.* Tiraq. *de primogen. quæst.*
94. Molin. *de primog. lib.* 1. *capite* 4. *n.* 50. & 51. Mie-
rez *de major.* 2. *p. q.* 2. *n.* 1. Prout etiam non succedit
in feudo *capite* 1. §. *adoptivus si de feud. fuer. contr. in-
ter domin. & agnat.* Menoch. *cons.* 925. & 975. Man-
tic. *de tacit. & ambig. lib.* 23. *titul.* 13. Robles *d. ca-
pite* 8. *num.* 9. Carvalh. *d.* 4. *p. cap.* 3. *n.* 107. Roxas *d.*
§. 10. *nu.* 136. Neque adhuc succedit in emphyteusi,
suscepta pro se, & filiis, Ripa *in L. ex facto* §. *si quis
Rogatus n.* 32. *ff. ad Trebell.* Tiraq. *in d. L. si umquam
verb. susceperit liberos n.* 11. Peregrin. *d. artic.* 22. *n.*
93. Cald. *de nomin. emphyteu. q.* 13. *n.* 7. Carvalh. *in d.
n.* 167. Roxas *d. c.* 1. 10. *n.* 137.

Advertendum tamen superius tradita circa succes-
111 sionem filii adoptivi procedere dum durat adoptio,
illa enim finita per emancipationem, vel alio modo,
nullum jus succedendi remanet apud adoptivum,
quia illud vinculum civile adoptionis extinguitur per
modum civilem emancipationis *L. sed & nepos* 44. *ff.
de adoption. L. pen. C. eod.* Vvesembeq. *in paratit. ad
tit. de adoption. n.* 6. Et denique notabis, quod licet
agnationis, & cognationis sublata sit differentia *au-
th. de hæred. ab intest. venient.* §. *nullam collat.* 9.
tamen respectu adoptivorum nihil fuit immutatum;
quoniam *textu in* §. *nullam*, & ibi Imperator dispo-
suit circa cognationem naturalem sanguinis, quæ non
datur in adoptivis: & sic in casibus ubi succedere pos-
sunt adoptivi, agnatis tantum, non cognatis succe-
dent.

CAPUT XIX.

De Secunda, & Tertia Linea ascendentium collateralium in materia successionis ab intestato.

SUMMARIUM.

1 *Ascendentes sunt pater, mater avi, aviæque, & cæteri. Et appellatione ascendentium veniunt tam masculi quàm fœminæ.*

2 *De jure antiquo quando: & quomodo ascendentes descendentibus succedebant ostenditur.*

3 *De jure noviori sublata differentia patria potestatis, emancipationis, atque sexus, hæreditas descendentium defertur hæredibus paternis, & maternis, ita ut proximior remotiores excludat, si verò sint æquali gradu, æqualiter succedant.*

4 *In linea ascendentium non habet locum repræsentatio: & proximior tam ex parte patris quàm matris remotiores excludit.*

5 *Concurrentibus avo paterno, vel materno, patre vel matre, æqualiter ad successionem filii, vel nepotis ipsi admittuntur.*

6 *Proponitur quæstio. An in concursu avorum tam ex parte patris, quàm matris, bona quæ ex parte patris provenerunt paternis sint adjudicanda, & quæ ex matre maternis avis. Et refertur sententia Bartholi affirmativa, quàm plures sequuntur.*

7 *Contraria sententia fuit Baldi asserentis nullam esse faciendam differentiam inter bona paterna, & materna: sed omnia æqualiter dividenda. Et afferuntur fundamenta hujus partis, quæ verior est in puncto juris.*

8 *Sed Bartholi opinio communis est, quæ in hoc Regno limitatur, quando defunctus contraxit Matrimonium juxta Regni consuetudinem, per quam omnia communicantur inter virum & uxorem, sequenda tamen erit, quando Matrimonium contractum fuit per dotem & arrhas.* Ibid.

9 *Parentes ad bona liberorum miserationis ratio admittit: liberos natura simul, & commune parentum votum.*

Dantur aliquæ differentiæ inter legitimam ascendentium, & legitimam filiorum. Ib

10 *Successiones ascendentium, & descendentium à pari procedunt, & legitima ascendentium in multis æquiparatur.*

Legitima patri, aut matri relinquenda est honorabili titulo institutionis. Ib.

Parentes si non sint exhæredati habent jus dicendi nullum, si exhæredati cum legitima causa, habent querelam. Ib.

11 *Fratres vel sorores ex utroque latere conjuncti concurrunt cum ascendentibus in successione descendentis.*

Item filii fratris prædefuncti concurrunt cum aliis fratribus, & ascendentibus.

12 *De jure Regio pater, mater, & quilibet ascendens præfertur fratribus & eorum filiis, quos excludit ipsorum quicunque omnino.*

Ascendentes sunt hæredes necessarii in hoc Regno:

Et

Et in casibus, ubi possunt succedere excludunt fiscum. Ib.

13 *Mater quæ intra annum luctus post mortem viri convolavit ad secundas nuptias, efficitur infamis, & insuccessibilis.*

14 *Pœna nubentium intra annum luctus, sublata sunt à jure Canonico.*

15 *Pœna imposita favore filiorum contra matrem, quæ secundo nupsit, non fuerunt sublata à jure Canonico, sed tantum illæ quæ fuerunt inducta in odium ejus, quæ festinanter nupsit.*

16 *Mater quæ habens filios ex priori Matrimonio secundo nupsit, privatur filiorum successione quoad proprietatem, si alii ex priori Matrimonio, tantum habet usufructum pro ejus vita.*

17 *Pater secundò nubens privatur proprietate bonorum filiorum prioris Matrimonii, si alii extant fratres.*

18 *Amplia sive filius decesserit post secundas nuptias, sive ante illas.*

Intellige ut mater reservare teneatur filiis prioris Matrimonii, quæ habuit ex successione filii si tempore mortis matris alii extent filii ejusdem matrimonii: non si jam vita sint functi licet extent nepotes. Si verò unus extet filius, & ex alio nepotes, omnes succedunt.

19 *Mater succedit etiam in proprietate, si filii prioris Matrimonii ante matrem decesserunt.*

20 *Limita ut mater tantum reservare teneatur bona filii, quæ pervenerunt à priori marito, non aliunde filio quæsita.*

21 *Limita secundo, ut reservatio locum habeat: quando mater successit filio ab intestato: non verò si ex testamento.*

Si mater à filio fuit instituta in legitima, & ipsa tertiam bonorum fratri reliquit, qui postea ab intestato decessit, mater bona illius tertiæ reservare non tenetur. Ib.

22 *De ratione differentiæ inter casum quo mater successit ab intestato, & inter eum qui successit ex testamento.*

23 *Pater, vel mater, aut alius ascendens, qui mortua uxore, vel marito non confecit inventarium intra duos menses, privatur successione descendentium: & pater usufructu bonorum. Et pœna incurritur ipso jure.*

24 *Hæres tenetur conficere inventarium intra spatium trium mensium.*

25 *A pœna non conficiendi inventarium non liberatur pater, aut mater, ex eo quod sit rusticus, vel imperitus.*

Si mater sit minor, excusabitur beneficio restitutionis in integrum, nisi quando nupsit, erat in ætate viginti annorum. Ib. & n. 26.

26 *Restitutio minoribus competens numquam censetur exclusa, nisi de illa facta sit expressa mentio.*

27 *Si mater confecit inventarium intra bimestre, in eo tamen bona calavit, non privatur hæreditate filiorum: sed tenetur ad duplum calatorum.*

Inventarium non facere, vel non rite facere paria sunt. Ib.

Inventarii beneficio non juvatur, qui in eo omisit descriptionem omnium bonorum. Ib.

28 *Mater excusatur à pœna inventarii non confecti quando fuit impedita, & de impedimento protestata fuit.*

29 *Mater privatur successione filii impuberis, si intra annum tutorem illi non petierit. Et idem dicendum in avia & consanguineis, qui post eam succedere possunt.*

Eadem pœna punitur mater, quæ cùm esset pregnans curatorem bonis non petiit. Ib.

30 *Item privatur mater successione filii quando tutorem petiit, sed ille non administravit.*

Ad hoc ut ex illa causa mater privetur filii hæreditate requiritur, quod filius impubes decedat: secus si jam pubes obierit. Ibid.

31 *Mater quæ post susceptam tutelam filii impuberis secundo nupsit non petendo tutorem & non redditis rationibus, neque restituendo reliqua, privaturSuccessione filii, & fideicommisso, vel legato relicto à patre pupilli.*

32 *Leges quæ privant matrem successione filii sunt odiosæ, & extendi non debent.*

33 *Limita supra positam resolutionem: ut mater data tutrix in testamento cum alio non privetur successione filii, quamvis tutorem non petat. Quod locum habet etiam casu quo adesset legitimus tutor.*

34 *Secundò limita in matre, quæ secundò nupsit ex permissione viri, vel dispensatione Principis.*

Tertio limita in matre minore viginti quinque annorum: quæ non petiit tutorem. Ib.

35 *Quarto limita in matre quæ non erat tutrix legitima sed de facto administrabat.*

36 *Si mater vel proximiores consanguinei privantur successione, admittuntur sequentes in gradu, & eis deficientibus fiscus matrem excludit.*

37 *Extrema conjungi non possunt per medium inhabile.*

Media persona sublata admitti non potest sequens persona. Ibid.

38 *Matre exclusa à successione, filii avi materni succedere possunt: quia mater inhabilis mortua reputatur.*

39 *Intellige, ut per medium inhabile non possint conjungi extrema, quando medium natura sua est inhabile: non verò quando casualiter, & ratione pœnæ.*

Matre exclusa à successione in favorem alterius seu agnationis, etiam descendentes ab ea, & ascendentes, censetur exclusi. Ib.

40 *Exclusus successione majoratus ob contraventionem, filius ejus admittitur, tanquam proximior in gradu.*

41 *Deficiente linea ascendentium, & descendentium in successione ab intestato, admittitur linea collateralium & proximior in gradu.*

42 *In linea collateralium variæ fuerunt dispositiones secundùm diversa tempora, de quibus hîc.*

43 *De jure noviori cognati, & agnati tam masculi, quàm femina, secundùm gradûs prioritatem ad hæreditatem intestati admittuntur, & præfertur proximior.*

Proximior dicitur, quem nemo antecedit. Ib.

44 *Graduum computatio facienda est secundùm formam, & modum à jure civili inductum respectu successionum, non secundum jus Canonicum.*

45 *Collaterales vocantur ad hæreditatem intestati intra decimum gradum, non ultra.*

46 *Repræsentatio inducta fuit inter fratres, fratrumque filios.*

47 *Repræsentatio duplex est, una quæ repræsentat gradum, altera personam. In prima nepos repræsentat patrem in successione avi: & quia repræsentat gradum, succedit ex propria persona, & procedit in successione ascendentium.*

In secunda filius fratris repræsentat personam patris in successione patrui, & succedit ex persona patris, non propria. Ib.

48 *Proponitur quæstio: An filii fratrum in successione patrui admittantur in stirpes, vel in capita, quando succedunt sine patrono.*

Verior

Verior est sententia filios fratrum inter se succedere beneficio repræsentationis in hæreditate patrui in stirpes, non in capita. Ib.

49 *Deficientibus consanguineis intra decimum gradum maritus ab intestato succedit uxori, & è contra uxor marito, & excludunt fiscum.*

De jure Regio, ut detur reciproca successio, requiritur simultanea habitatio, & uxoris. Ib.

50 *Dubitatur, an sufficiat Matrimonium durare licèt conjuges non cohabitent, ut reciproca successioni sit locus, vel necessarium sit divortium.*

De jure Civili sufficit, quod duret Matrimonium licèt non detur inter conjuges simultanea habitatio: secus si per divortium vinculum Matrimonii, sit solutum. Ibid.

51 *De jure Regio non sufficit durare Matrimonium, sed requiritur, quod conjuges simul cohabitent, & non detur, inter eos separatio.*

Matrimonium per divortium dissolvi nequit, quia individuam vitæ consuetudinem retinet, & morte tantùm dissolvitur. Ib.

52 *Matrimonium non separatur in perpetuum, nisi ex causa adulterii, propter quam maritus potest dimittere uxorem, & sine illius consensu ingredi Religionem, & ad sacros Ordines promoveri.*

53 *Divortia antiquitùs duobus modis fiebant, & de jure Civili matrimonii vinculum dirimebant.*

At verò Christus Dominus declaravit divortia esse contra naturam Matrimonii, quod neque per adulterium dissolvi potest. Ib,

54 *Plures sunt causæ, ob quas durante vinculo Matrimonii fieri valet separatio, quoad torum: veluti propter adulterium, & propter sævitias viri, vel propter periculum, in quo vertitur periculum animæ.*

55 *Limita prædictam conclusionem, quando separatio quoad torum facta fuit culpa viri, quia tunc uxor ab intestato succedit viro, quamvis cum eo non cohabitet, at vir culposus non succedit uxori.*

56 *Uxor separata à viro quoad torum propter illius sævitias mortuo viro manet in possessione, & capite casalis; licet cum eo non cohabitet.*

57 *Datur successio reciproca inter virum, & uxorem etiamsi matrimonium verè contractum, non fuisset carnali copula consummatum.*

58 *Successio reciproca non habet locum in uxore putativa.*

59 *Socius liberalitatis Principis excludit fiscum respectu donationis, non aliorum bonorum.*

60 *Patronus, qui jus habet ad successionem liberti.*

Consanguinei patroni intra quintum gradum excludunt fiscum, non ultra. Ib.

1 SEcunda causa successionis ab intestato est ascen-
dentium. Hi autem sunt pater, mater, avi, &
aviæ, & cæteri *L. quicumque §. parentes ff. de jus
vocand.* Roland. à Valle *cons.* 34. *n.* 11. & 12. Ubi
quod appellatione ascendentium veniunt tam mas-
culi, quàm feminæ, August. Barbos. *appell.* 27. *n.*
Et quamvis jus antiquum variè se habuerit circa suc-
cessionem ascendentium in bonis descendentis: se-
2 cundùm quod si filius, vel nepos erat in sacris pater-
nis, pater vel avus occupabat bona jure peculii tan-
quam propria *L.* 2. *ff. de castrens. pecul.* L. *servum* 44.
ff. de legat. 1. *L. filius familias ff. ad L. Falcid.* Anton.
Gomez *in L.* 6. *Tauri n.* 1. & 2. Si verò filius, vel ne-
pos jam erant emancipati, pater, seu avus, illis non
succedebant; quia non erant agnati, quibus tantùm
deferebatur hæreditas §. *fin. Instit. de legit. agnat.
success. L. tutelas, ff. de capit. minut.* nisi contracta
fiducia emancipatio esset facta: prout generaliter de
jure noviori semper factum intelligi contraria fiducia
statutum fuit, *in L. si ab eo C. de legitim. hæred. L.
fin. C. de emancipat. liber.* Et insuper quamvis ma-
ter, seu avi materni, quia non erant agnati, ad de-
functi hæreditatem illo jure antiquo non admitteren-
tur: ut docet Gomez *in d. L. 6. Tauri.* Tamen de
jure noviori Authenticorum sublata differentia pa-
triæ potestatis, & emancipationis, item & sexus des-
cendentium hæreditas delata fuit ascendentibus pa-
ternis, & maternis, *Auth. de hæred. ab intest. venient.* 3
§. *nullam collat.* 9. *aut defuncto C. ad Tertyll.* ut be-
ne prosequitur Gomez *in d. L.* 6. *Tauri à n.* 2. Ita ut
proximior in hac linea remotiores excluderet; si
verò æquali sint gradu, æqualiter succedant: at-
que ita si sunt, pater & mater, pro æquis partibus ad-
mittuntur: si solus est pater, solus succedat, & si sola
mater remotioribus præferatur, *aut de hæred. ab in-
test. venient.* §. *si igitur defunctus vers. si autem plu-
rimi, d. Auth. defuncto C. ad Tertyll.*

Et inde fit, quod in hac linea ascendentium non 4
habet locum repræsentatio ex *d. Auth. defuncto C.
ad Tertyll. Auth. de hæred. ab intest.* §. *si igitur de-
functus*, ubi *gloss. verb. proximi:* docent Bald. Cy-
nus. & Salicet, *in d. Auth. defuncto*, ubi Paulus *n.*
7. Marta *de succes. legat.* 2. *p. quæst.* 1. *art.* 1. *n.* 5.
Gregor. Lopez *in* L. 4. *titulo* 3. *partit.* 6. *verbo ó ab-
vela*, Costa *de success. Regni pag.* 178. *vers. hinc in-
fero*, Molin. *de just. & jure tom.* 3. *disputatione*, 626.
n. 1. Castill. *lib.* 3. *controv. cap.* 29. *n.* 54 Cancer.
libro 1. *variarum cap.* 1. *n.* 9. & 19. Giurb. *de success.
feudor.* §. 2. *gloss.* 1. *n.* 33. & 34. Crassus *in* §. *Succes.
ab intest. q.* 2. *n.* 6. Subindeque concurrentibus pa-
tre avo paterno vel avia pro avo, vel pro avia, ita
ut pater præfertur omnibus, quia in proximiori gra-
du existit: ita si idem pater concurrat cum avo, seu
avia ex linea materna mortua matre, ipse pater præ-
fertur avo materno, & omnibus aliis ascendentibus
ex dicta linea materna; quoniam avus maternus, non
repræsentat personam filiæ mortuæ. Quod idem di-
cendum, si reperiatur mater, & ex linea paterna avus,
vel avia, quippe mater præfertur omnibus, ex eo quod
reperitur in proximiori gradu: ut eleganter docet
Anton. Gomez *in d.* L. 6. *n.* 5. & 6.

At verò si concurrant avus paternus in successione 5
nepotis, vel pater, aut mater, æqualiter ad successio-
nem admittuntur, *Auth. de hæred. ab intest.* §. *si igi-
tur, Auth. defuncto C. ad Tertyl. L. maximum vitium
C. de hæred. instit.* Sed si bona ab uno ex ascenden- 6
tibus, utriusque sexus profecta fuerint, non levis est
controversia. Qualiter bonorum divisio facienda sit?
Nam Bart. *in Auth. itaque, n.* 2. *Cod. commun. de suc-
cess. & in* L. *quod scitis* §. *fin. autem C. de bon. quæ
liber.* regulam constituit, quod in bonis præferantur
in successione avi ex latere paterno; in maternis verò
ex latere materno. Et hanc regulam deducit ex *text.
in d. L. quod scitis*, quam ad hoc dicit singularem esse;
& facit *text. in* L. *de emancipatis C. de legitim. hæ-
red.* L. *sancimus C. commun. de success.* sequuntur
Paul. *in d. L. quod scitis*, ubi Imola Angel. & alii Vi-
vius *lib.* 2. *commun. opin.* 218. Roman. *cons.* 40. *à n.*
4. Boër. *dec.* 192. *n.* 5. Covarr. *in epitom. de success. ab
intest. n.* 2. Crottus *cons.* 63. *à n.* 20. *lib.* 1. & plures
alii relati ab Anton. Gomez *in L.* 6. *Tauri n.* 7. The-
saur. *dec. Pedemont.* 27. *à n.* 3. Flores de Mena ad
Gam. *dec.* 9.

Cæterùm Bald. *in Auth. defuncto C. ad Tertylian.* 7
contrariam tuetur sententiam, asserens nullam posse
constitui differentiam inter bona paterna, & ma-
terna; immò patrem, & matrem, & his deficien-
tibus, ascendentes paternos, vel maternos indistinctè,

& æqualiter esse admittendos ad bona defuncti descendentis, salva gradus prærogativa. Et hanc partem sequuntur Alberic. Cuman. Jason, & Nicol. de Ubald. in tract. de success. ab intest. 2.p. n. 4. Anton. Faber. lib.4. commun. tit. de success. ab intest. concl. 3. n. 3. Hieronym Gabr. cons. 136. Valentin. Forster de success. ab intest. lib. 3. casu 1. conclus. 4. vers. neglecta autem, Tiraq. de retract. lignag. §. 14. gl. 2. n. 12. Mauenç. in L. 1. gloss. 3. n. 17. tit. 8. lib. 5. Recopil. Et pro hac sententia plura adducit Petr. Barb. L. post dotem n. 66. post med. & seqq. Et pro ea dicunt, quod bona provenientia à linea paterna, postquam fuerunt acquisita filio, efficiuntur proprium matrimonium ipsius filii §. 1. instit. de hæred. qualit. & different. Ita ut jam non considerentur tanquam bona ascendentium per lineam paternam: sed tanquam bona ipsius adeuntis: neque separationem recipiant à patrimonio ipsius filii L. sed si plures §. filio meo ff. de vulgar. Et sic cum idem non possit habere duo patrimonia, L. Jurisperitos §. 1. de excus. tut. non procedit divisio quoad prædicta bona. Secundo facit, quod text. in d. Auth. de hæred. ab intest. §. si igitur, & in Auth. defuncto Cod. ad Tertyll. simpliciter dicunt patrem, matrem, & alios ascendentes æqualiter succedere in bonis defuncti. Propter quæ fundamenta hanc sequuntur opinionem Tiraq. d. §. 14. gl. 2. nu. 12. Covarr. de success. ab intest. n. 2. Menchac. de success. resolut. §. 13. n. 21. Molin. de just. tract. 2. disp. 163. col. 3. Corneus Cuman. & Bollognet, cum quibus Petr. Barbos. in d. L. post dotem n. 66. 67. & seqq. Et in eandem sententiam inclinant Flores de Mena ad Gama d. dec. 9. Et verè hæc opinio in puncto juris verior videtur: textus enim in d. L. quod scitis, non probat Bartoli fundamentum. Cui satisfaciunt precitati Doctores & maximè Petr. Barbos. Anton. Gomez, & Flor. de Mena.

Verùm tamen Bartoli opinio communis est, ut fa-
8 tentur Barbos. & alii supra relati, quam ultra citatos defendunt Vincent. de Franch. dec. 59. n. 4. & seqq. Franch. Vivius dec. 173. à n. 1. Thesaur. d. dec. 27. n. 4 & seqq. Alex. qui communem dicit cons. 150. quàm etiam probat Cancer. lib. 2. var. c. 5. n. 20. & 21. ac 22. An in nostro Regno limitanda est casu quo defunctus contraxit, Matrimonium juxta Regni consuetudinem, secundum quam inter virum, & uxorem communicantur omnia bona undequaque provenientia, sive ex linea paterna, sive materna: dicit judicatum Gama d. dec. 9. Et probat Ordin. lib. 4. tit. 46. Et ait Barbos. in d. L. post dotem n. 74. in casu proximè proposito in hoc Regno inutilem, esse doctrinam Bartoli. Quæ tamen sequenda erit quando Matrimonium fuit contractum per dotem, & arrhas: ut advertit Gama d. dec. 9. n.... Cùm ex prescripto Legis Regiæ lib. 3. tit. 63. Bartoli opinio sequenda sit, si non fuerit communiter reprobata, & pro opinione Bartoli Senatum pluries judicasse dicunt Gama, & Barbos. ubi proximè. Ita etiam judicatum Neapoli, & in Senatu Sabaudiæ testantur Vincent. de Franch. Vivius, & Thesaur. ubi supra. Et quomodo, & quando consideretur, à qua linea bona provenerunt? Videndus est Petr. Barbos. in d. L. post dotem. n. 75. 77. & 78.

Et est advertendum, quod successio ascendentium quamvis legitima, non tamen eodem jure de-
9 betur, quo descendentibus defertur, cùm parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittat liberos natura simul & parentum commune votum text. in L. cum, & si parentibus ff. de inoffic. testam. jure succursum ff. de jure dot. ibi: Jure succursum est patri, ut filia amissa solatii loco: succederet: Anton. Gomez in L. 6. Tauri n. 4. Ideoque variæ constituuntur differentiæ inter legitimam ascendentium, & legitimam filiorum, de quibus Jason. in Auth. novissima, C. de inoffic. testam. Roxas in epitom. success. c. 31. à n. 4. Valasc. de partit. cap. 17. nu. 34. Caldas in §. sed hæc instit. de inoffic. testam. num. 59. Surd. cons. 341. num. 17. Carvalh. in d. cap. Raynaldus 1. p. n. 113. Ex quo dicit Anton. Gom. in L. d. 6. Tauri num. 4. quod lex, vel statutum potest tollere successionem, immo etiam legitimam ipsis parentibus, & penitus eos excludere à successione liberorum tanquam de
jure positivo. Sed vere legitima parentum in multis 10
æquiparatur legitimæ filiorum, & à pari procedunt successiones ascendentium & descendentium d. L. nam & si parentibus Auth. de hæred. & Falcid. §. 1. Ord. lib. 4. tit. 82. §. 4. Costa in cap. si pater 3. p. verb. privare non possit. n. 34. Et ideo honorabili titulo institutionis relinquenda est legitima patri, aut matri, sicut liberis, Salicet. in Auth. novissima col. 2. in fin. C. de hæred. instit. Paul. in Auth. ex causa n. 11. C. de liber. præter. Suarez. in L. quoniam in prioribus ampliat. 16 num. 1. pag. mihi 387. Valasc. d. cap. 17. n. 32. Costa in d. cap. si pater 3. p. verb. privare n. 35. Qui omnes docent: quod parentes, si non sint exhæredati, habent jus dicendi nullum: si verò sint exhæredati cum legitima causa, habebunt querelam Auth. ut cum de appell. cognosc. §. aliud quoque capitulum, & §. sive autem vers. sancimus, & §. hæc autem disposuimus vers. considerantes collat. 8. Ord. lib. 4. tit. 89. Et facit rubr. Ordin. d. tit. 82. ibi: Quando no testamento o pay naon faz mençaon do filho, ou o filho do pay: Surd. d. cons. 342. n. 32. Mart. de success. legal. Carvalh. qui plures refert d. 1. p. n. 114.

Verùm quamvis in materia successionum sit se- 11
cunda causa ascendentium; non tamen semper collaterales excludunt: si enim defunctus simul cum ascendentibus relinquat fratres, vel sorores ex utroque latere conjunctos; ipsi concurrunt cum ascendentibus, juxta text. in Auth. de hæred. ab intest. §. siquis igitur de Auth. defuncto C. de Tertyllian. Avendan. in L. 6. Tauri gloss. 2. Covarr. de success. ab intestato num. 2. & 3. Mend. à Castr. in L. cum oportet 1. p. n. 50. Cod. de bon. quæ liber. Matt. de success. legal. 2. p. q. 1. à n. 1. P. Molin. de just. tract. 2. disp. 149. Cald. Pereir. lib. 2. recept. sentent. q. 43. n. 1. & 2. Etenim licet dubium esset. An si defunctus simul cum ascendentibus, & fratribus relinquat filios alterius fratris predefuncti, isti essent admittendi quemadmodum admittuntur cum fratribus, quando deficiunt ascendentes juxta, text. in Auth. de hær. ab intest. venient. §. si igitur, n. 2. Collat. 9. Anton. Gomez in L. 8. Tauri n. 10. Covarr. de success. ab intest. n. 11. Sed hanc dubitationem substulit Justinianus in Auth. ut fratrum filii in princip. & §. 1. collat. 9. disponendo hos fratris filios esse admittendos cum ascendentibus, & fratribus: ut scribunt Bald. in d. Auth. defuncto, Boer. dec. 180. & 186. Covarr. ubi supra n. 5. Marta de success. legal. 2. p. q. 1. art. 2. n. 25. Roxas in epitom. de success. c. 29.

Prædicta procedunt attento jure communi: at 12
de jure Regio dispositum fuit patrem, & matrem, cæterosque ascendentes exclusis fratribus ad hæreditatem filii, vel nepotis admittendos: ut probat Ordinat. d. lib. 4. tit. 91. in princ. juncto §. 1. vers. E isto mesmo. Ubi etiam filiis injungitur necessitas instituendi ascendentes, saltem in legitima, quæ constat ex duabus hæreditatis partibus. Unde ascendentes apud nos sunt hæredes necessarii, quos apellamus, Forçados: intelligendo de filiis legitimis, & de naturalibus, qui parentibus succedere valent in casibus de quibus latè legimus: in illis enim etiam parentes naturales filii sunt successibiles ex regula, quæ habet, jus succedendi esse reciprocum de parentibus ad filios, & è contra, ut dictum est supra. Atque ita tunc ascendentes fiscum excludent, quando descendentibus succedere valent; & fiscus veniet admittendus, quan-

quando afcendentes jus fuccedendi non habuerint.
Sunt autem aliqui cafus in quibus afcendentes def-
13 cendentibus fuccedere nequeunt. Quorum primus
eft: Si mater intra annum luctus poft mortem viri
ad fecundas convolarit nuptias: tunc enim efficitur
infamis, & infucceffibilis, aliafque pœnas incurrit,
de quibus *in L. 1. C. de fecund. nupt.* §. 1. *collat.* 4.
eleganter Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *difp.* 87. à *n.*3.
Gregor Lopez *in* L. 3. *tit.*6. *partit.* 7. Tiraq. *in L. fi
unquam, verb. revertatur n.*76. Proindeque cum mu-
lier infucceffibilis efficiatur, videbatur dicendum non
poffe fuccedere filiis, & fifco locum effe. Sed pœ-
næ nubentium intra annum luctus funt fublatæ per
text. in c.fin. de fecund. nupt. Paul. *ad Corinth. c.* 7.
14 Et hæc communis opinio ex Covarr. *de fponfal. 2.p.
c.3.§.9. n.*4. 6. & 7. Anton. Gabr. *lib.*3. *commun. tit.
de fecund. conclus.*5. Verall. *dec.*25.*n.*3.*p.*2. Gutierr.
in L. *nemo poteft ff. de legat.* 1. *num.* 19. & 20. &
lib. 2. *pract. q.* 95. *num.* 5. Sanchez *de Matrim. lib.*
7. *difp.* 88. *num.* 3. Cardof. *in prax. verb. mulier n.*
22. Petr. Barbof. *in rubr. ff. folut. Matrim.* 2.*p. n.*73.
Auguft. Barbof. *in d.L.*1.*C. de fecund. nupt. n.*3. Va-
lafc. *confult.* 16. *n.*9.
15 Advertendum tamen eft non cenferi fublatas à ju-
re Canonico pœnas impofitas in favorem filiorum:
fed tantùm illas, quæ fuerunt impofitæ in odium
mulieris feftinantis ad fecundas nuptias intra annum,
in quibus non vertitur favor filiorum, quorum in-
tereft, ut mater fecundo non nubat: non verò in
eo quod breviter aut tarde nupferit. Ideoque *in d.*
L. 1. quando agitur de pœnis fecundarum nuptiarum
propter feftinationem, non diftinguitur, an mulier
habeat filios ex priori Matrimonio, vel illis careat:
quia in dicto cafu mulier punitur ex eo, quod con-
tra bonos mores fecundo nupfit intra annum At verò
refpectu pœnarum inductarum in favorem filiorum
diftinguitur inter mulierem, quæ filios habet, & in-
ter eam, quæ ipfis caret. Unde pœna infamiæ, &
cæteræ inductæ in odium ejus, quæ intra annum luc-
tus fecundò nupfit, à jure Canonico fublatæ funt, non
autem illæ, quæ refpiciunt favorem filiorum, Sur-
dus *de alim. tit.* 9. *q.* 30. *n.* 1. Peregrin. *de jure fifc.
lib.* 3. *tit.* 15. *n.* 1. Petr. Barbof. *in L.*2. *in princ. ff. folut.
Matrim. n.*66. Innocent. & alii in *cap. fin. de fecund.
nup.* Corn. *in L. fi qua mulier Cod. ad Trebell.* & plu-
res laudati à Gutierr. *d.q.*95. *n.*5. Cumq; jam hodie
mulier fe[illegible]dò nubens intra annum luctus infamiæ,
pœnas non incurrat, neque efficiatur infucceffibilis:
ut probat apud Nos *Ordinat. lib.*4. *tit.* 106. fifco lo-
cus effe non poteft. Ultra quod etiamfi pœnæ fu-
blatæ non effent, mulier ita nubens tantum refpectu
cognatorum poft tertium gradum inhabilis efficie-
batur juxta *d.* L. 1. Atque ideo cum filius fit in
primo gradu, nullo modo excludebatur à fucceffio-
ne matris.
Secundus cafus eft, quod mater habens filios ex
priori Matrimonio poft annum luctus fecundo nup-
16 fit. Quibus in terminis non incurrit pœnas, de qui-
bus *in L.* 1. *Cod. de fecund. nupt.* Tamen privatur
fucceffione filiorum quoad proprietatem, fi extant
alii fratres ex priori Matrimonio: & folummodo ad
eam pertinet ufusfructus pro ipfius vita *L. fœminæ
3. Cod. de fecund. nupt. L. & generaliter, L. fi quis C.
eod. L. mater C. ad Tertyllian. Auth. de nupt.* §. *fi
verò collat.* 4. Anton. Gomez *in L.* 74. *Tauri nu.* 1.
Phæb. *dec.*87. à *n.*5. Gratian. *difcept. forenf. cap.*140.
à *n.*9. Valafc. *confult.*16. *n.*7. Reynof. *obferv.*43. à
*n.*1. Cancer. *lib.*1. *cap.*5. *n.*25. & *feqq.* Afflict. *dec.*75.
Vincent. de Franch. *dec.*18. *n.*1. Capyc. Latro *dec.*
131. *n.*7. Auguft. Barbof. *in d.* L. *fœmina.*
Quod idem procedit in patre, qui habens filios
17 ex priori Matrimonio ad fecundas nuptias convola-
vit: quia etiam privatur proprietate bonorum filio-
rum prioris Matrimonii, fi extant alii fratres, Boër.
dec. 187. à *princip.* & *dec.*190. *n.*1. Covarr. *de fpon-
fal.* 2.*p. cap.*3. §.9. *n.*7. Molin. *de primog. lib.*2. *cap.*
10. *n.* 59. Gutierr. *d. lib.*2. *q.*95. *n.*3. Cancer. *d. cap.*
5. *n.*16. Caftill. *de ufufruct. cap.*2. *n.*14. Cald. Pereir.
*de domin. emphyt. q.*14. *n.*39. Sanch. *de Matrim. lib.*
7. *difp.*89. *n.*10. Franc. Ferrer. *in conftit. de los im-
pubres gloff.*6. *n.*20. Auguft. Barbof. *in d. L. fœmina
n.*14. Et probat *text. in L. & generaliter C. de fecund.
nupt. Ordinat. lib.*4. *tit.* 91. §. 4.
Hæc autem pœna non tantum procedit, quando 18
filius mortuus eft poft fecundas nuptias; fed etiam
quando ante illas: Utroque enim cafu mater privatur
fucceffione proprietatis. Probat *text. in d. L. mater,
C. ad Tertyllian. Auth. de nupt.* §. *fi vero*, Bened. Ægid.
in repetit. L. Titiæ ff. de cond. & demonftr. 3.*p. n.*62.
Sanches *d. lib.* 7. *difp.* 80. *num.*3. *Ordinat. d. tit.*91.
§. 2. ibi: *E ella fe cazar com outro marido, ou jà
do tempo que fuccedeo era cafada.* Intellige fuperius
tradita, ut mater teneatur refervare filiis prioris Ma-
trimonii, quæ habuit ex fucceffione filii, fi tempore
mortis matris alii extiterint liberi ejufdem Matrimo-
nii: fi enim jam fuerint vita functi, quamvis extent
nepotes, ad matrem pertinebunt bona filii defuncti.
Si verò unus manferit filius, & ex aliis nepotes, tunc
ifti cum patruo fuccedent: ut expreffè probat *Ordi-
nat. d. tit.* 91. §. 2.
Secundò intellige, quod fi unus tantùm: vel plu- 19
res remanferunt filii, qui ante matrem deceflerunt,
fuccedit mater etiam in proprietate, Bart. *in Auth.
de non elig. fecund. nubent.* §. *hoc autem n.* 2. Et eft
communis opinio ex Alex. *conf.* 66. *n.* 7. *vol.* 3. &
conf. 63. *n.* 1. exornat latè Cevall. *commun. contra
commun. q.*671. *verf. fed contrariam*, Surdus *dec.* 99.
*n.*2. Pafchal. *de virib. patr. poteft* 3.*p. cap.*10. *n.*41. Boer.
*dec.*185. Gafpar. Thefaur. *forenf. lib.*1. *q.*30. Anton.
Faber. *in Cod. lib.*5. *tit.* 5. *diffin.* 16. Capyc. Latro
dec. 13. *num.* 9.
Tertio intellige, ut mater tranfiens ad fecunda
vota teneatur refervare filiis prioris Matrimonii, 20
in quibus fucceffit filio, quæ provenerunt à priori
marito, non aliunde filio quæfita, quia in iftis fuc-
cedit tam refpectu ufusfructus quam proprietatis,
Rota apud Farin. *in pofthum. tom.*1. *decif* 171. Capyc.
Latro *d. dec.*131. *n.*8. Vincent. de Franch. *decif.* 18.
Anton. Gomez *in* L. 14. *Tauri n.*2. Et probat. *text. in
d. L. mater C. ad Tertyl. de Auth. de nupt.* §. *hinc nobis.*
Quarto intellige, ut prædicta refervatio procedat,
quando filius, cui mater fucceffit, inteftatus decef-
fit quia fi teftamentum condidit, & matrem hære- 21
dem inftituit, ceffat refervationis obligatio: etiamfi
alii extent filii: ut probat *text. in Auth. ex teftamen-
to C. de fecund. nupt.* Anton. Gomez *in d. L.* 14. *Tau-
ri n.*2. Franch. *dec.*18. *n.*13. ubi Amendol. Joan. de
Garronib. *in d. Auth. ex teftamento n.* 7. Sanchez *d.
lib.* 7. *difp.* 89. *n.*41. Bened. Ægid. *in d. L. Titia p.*
3. *num.*62. Auguft. Barbof. *in d. Auth. ex teftamento
n.* 1. & 2. Quam juris communis difpofitionem fer-
vari jubet *Ordin. d. tit.*91. §.2. Atque ita fi mater filio
fuerit inftituta in legitima, & alii fratri etiam bo-
norum reliquerit qui poftea ab inteftato deceffit; tunc
mater illi fuccedit pleno jure in ea bonorum parte,
in qua fucceffit ex teftamento primo fratri: jam enim
hæc tertia pars immediatè ex paterna fubftantia
non provenit: fed ex patrimonio fratris. Et ideo
mater illam refervare non tenetur filiis prioris Ma-
trimonii ut optimè Auguft. Barbof. *in d. L. fœmina
n.*4. Franch. *dec.* 18. *n.*6. Corneus *conf.* 286. *col.* 2.
*lib.*1. Caftill. *de ufufruct. cap.* 2. *n.* 60. *cum feqq.* San-
chez *difp.* 89. *n.* 22.
Ratio differentiæ inter fucceffionem ab intef- 22
tato, vel ex teftamento, in eo pofita: eft: quia ex
teftamento, fuccedit mater: ficut quilibet extraneus

succedere posset secundùm testatoris voluntatem, qui de bonis suis liberè disponere poterat. At verò ab intestato succedit ex dispositione Legis, quæ proprietatem bonorum servari voluit filiis prioris Matrimonii: ut tradit Salicet *in d. Auth. ex testamento ad fin.* Ant. Gabr. *lib. 6. commun. tit. de secund. nupt. conclus. 3. n. 20. & seqq.* Sanch. *d. disp. 89. n. 41.* August. Barbos. *in d. Auth. ex testam. n. in fin.* Ægidius *in d. L. Titia p. 3. n. 62.* Et notat August. Barbos. *ut proximè n. 5.* dispositionem *text. in d. L. fœmina*, restringendam esse ad bona, quæ filius habuit ex substantia materna, aliorumve ascendentium; hæc namque quæruntur matri ex successione filii tam quoad usumfructum, quam quoad proprietatem. Et ita tenent Ant. Gomez *in d. L. 14. n. 2.* Ant. Gabr. *d. concl. 3. n. 16.* Sanchez *d. disp. 89. n. 23.* Azeved. *in L. 4. n. 43. tit. 1. & in L. 3. n. 3. tit. 9. l. 5. Recopil.*

23 Subindeque cum in terminis casus propositi mater excludatur à successione filii quoad proprietatem, quando secundo nupsit si alii extant filii; succeditque pleno jure, si non extant nullo modo fisco locus esse potest; utroque enim casu datur legitimus hæres.

Insuper pater, aut mater, seu alius ascendens qui superstes fuerit, & habens filios minores, aut descendentes, non confecerit inventarium intra duos menses, privatur successione descendentium juxta *Ordinat. l. 1. tit. 87. §. 8. & lib. 4. tit. 98. §. 6.* quam exornant Pinel. *in L. 1. p. 1. nu. 23. C. de bon. matern.* Cald. Pereir. *in L. si curatorem habens lasit nu. 52.* Bened. Ægid. *in L. 1. p. 5. §. 1. C. de sacros. Eccles. n. 12.* Phæb. *1. p. dec. 88. n. 9.* Gabr. Pereir. *dec. 55. n. 10.* Cancer. *l. 1. var. cap. 9. n. 29.* Ubi etiam probatur, quod si pater sit superstes, privatur etiam usufructu bonorum filii; qui alias ad eum pertineret: præsumitur enim in dolo, qui inventarium non confecit, Surdus *dec. 116.* Gratian. *discep. forens. cap. 28. n. 8.* Bened. Ægid. *d. nu. 12.* Quæ privationis pœna incurritur ipso jure: ut notant Gabr. Pereir. *d. dec. 55. n. 10. & 11.* expendens verba Ordinationis ibi: *Por esse mesme feito.* Phæb. *d. dec. 88 n. 11.*

24 Et est advertendum, quod tempus præfinitum ab Ordinatione currit parentibus à die mortis, alterius conjugis; ut ipsa declarat, quamvis terminus trium mensium, qui à jure communi præfinitur hæredi ad conficiendum inventarium per *text. in L. fin. §. sin autem dubius C. de jure deliber.* incipiat à diæ aditæ hæreditatis *d. L. fin. §. fin. verò*, Camil. Borrel. *in summa dec. l. 3. tit. 19. n. 14.* Anton. Faber. *in Cod. tit. de jure deliber. diffin. 9.* Et est communis opinio, quam probavit *gloss. in d. §. sin autem dubius verb. delatam*, ubi Bart. Bald. & communiter DD. Magon. *dec. Lucens. 40. n. 3.* Valasc. *consult. 52. sub n. 5.* sequitur Cyriac. *controv. 127. n. 5.* Capic. Latro *dec. 129. n. 4. & 16.*

25 Notabis tamen, quod licet pater, aut mater sit rusticus, vel imperitus, nihilominus non excusabitur à dicta pœna, quia in conficiendo inventario non parcitur imperitiæ, rusticitati, vel sexui, Natta *consil. 574. n. 9.* Bald. *in Auth. sed cum testator n. 8. vers. alii dicunt, C. ad L. Falcid.* & alii, cum quibus Cyriac. *d. controv. 127. n. 13.* Excusabitur autem mater, si fuerit minor beneficio restitutionis in integrum per *Auth. de hæred. & Falcid. §. pupillis gloss. in L. auxilium verb. cessabit ff. de minorib.* Cancer *d. lib. 1. var. cap. 9. n. 30.* Quæ resolutio confirmatur ex

26 eo, quod restituto minoribus competens nunquam censetur exclusa, nisi de eo expressa mentio facta sit *glossa recepta in L. ultim. Cod. si de momentan. possess.* Gama *decis. 291. n. 1.* Phæb. *dec. 16 n. 6.* Mend. à Castr. *in prax. Lusit. lib. 3. cap. 21. n. 70.* Valasc. *consult. 112. n. 7. & seqq.* Gratian. *forens. cap. 74. num. 9. & 10.* Raynof. *observ. 30. n. 2.* Vincent. de Franch. *dec. 431. n. 3.* Fontan. *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 12. n. 93. 96. & 97.* D. Joseph. Vella *dissert. 5. n. 12. 13. & 14.* Sed obiter advertere, quod si mater, quæ nupta fuit, minor fit viginti annorum, juvabitur restitutionis beneficio, si verò nupsit in ætate viginti annorum in hoc Regno restitui non debet; quia per Matrimonium efficitur major & restitui non debet adversus actus post Matrimonium gestos, *Ordin. l. 1. tit. 87. §. 28. & l. 3. tit. 42. §. 3.* & diximus *l. 1. p. 2. c. 19. n. 40. 41. & 42.*

Cæterùm si mater intra bimestre inventarium confecit, & in eo aliqua bona occultavit, excusatur 27 à pœna privationis hæreditatis filiorum, & solùm tenetur ad duplum bonorum quæ cælavit juxta doctrinam Paul. de Castr. *in L. fin. §. cum igitur n. 5. C. de jur. deliber.* sequitur Roman. *cons. 396. n. 8.* Cancer *d. cap. 9. n. 28.* & probat *Ordin. d. l. 1. tit. 87. §. 9.* quamvis contrarium videretur dicendum ex eo quo paria sunt, non facere inventarium, vel non ritè facere Valasc. *de partit. cap. 8. n. 44.* Cevall. *comm. contra commun. q. 731. n. 4.* Cancer. *l. 3. variar. cap. 2. n. 51.* Fachin. *l. 4. contr. cap. 37.* Cyriac. *controv. 160. n. 91. & 92.* Et quidem qui in inventario omisit descriptionem omnium bonorum, non juvatur ejus beneficio, Phanuc. *de inventar. n. 51.* Menoch. *cons. 89. n. 146.* Honded. *cons. 33. n. 55. l. 1.* August. Barbos. *in Authent. sicut alienatio n. 4. C. de sacros. Eccles.* Fachin. *l. 4. cap. 37.* Peregr. *de fideicomm. art. 3. n. 82.* Carvalh. *in cap. Raynald. de testam. p. 2. nu. 423. & seqq.* Capyc. Latro *dec. 129. n. 6. & 7.* Sed hæc procedunt respectu privationis beneficii, quod competit ex confectione inventarii; ut non teneatur quis ultra vires hæreditarias. Si inventarium non ritè fecerit, illius beneficio juvari non debeat non verò respectu privationis successionis, de qua non loquuntur jura, neque Doctores supra relati.

Item excusabitur mater à pœna inventarii non confecti, si fuerit impedita & de impedimento pro- 28 testata sit, ut cum Surd. Becc. & aliis docet Cancer. *d. cap. 9. n. 31.* His igitur casibus, in quibus pater, aut mater privatur hæreditate filiorum, si cum eis concurrat fiscus, & alii non extent consanguinei, fiscus præferendus est.

Sunt etiam alii casus in quibus mater privatur successione filiorum. Et primus est si filio impuberi tu- 29 torem non petierit intra annum *L. 2. §. si mater, ff. ad S. C. Tertyllin. L. 2. §. 1. vers. mater enim, ff. qui petant tutores, L. matris 6. in princ. L. cum à matribus in fin. C. qui petant tutores, L. omnem C. ad S. C. Tertyll. §. penult. Instit. eodem*, Joan. Bapt. Plot. *de in lit. jurand. §. 5. n. 27.* Anton. Gomez *in L. 15. Tauri n. 18.* Roxas *in epitom. de success. cap. 30. n. 36.* Baeça *de decim. tutor. cap. 4. n. 33.* D. Joseph. Vella *dissert. 7. n. 32.* Gutierr. *de tutel. cap. 16. à nu. 32.* Quæ resolutio nedum habet locum in matre, sed in avia, & omnibus consanguineis, qui post eam succedere possunt, *L. sciant qui C. de legitim. hæred.* Anton. Gabr. *commun. de tutel. concl. 1.* Ozasc. *dec. Pedemont. 58.* Francisc. Viv. *dec. 432.* Joan. Gutierr. *d. cap. 16. n. 33.* Capic. Latro *dec. 131. n. 4.* Et eadem pœna punitur mater prægnans, quæ curatorem bonis non petiit *d. L. 2. vers. si cum prægnans, ff. ad Tertyll.* Gutierr. *d. cap. 16. n. 49.* qui num. 50. bene ostendit dispositionem *text. in d. vers. qui si cum prægnans*, restringendum ad casum quo loquitur de curatore bonis petendo; non verò extendendam, ut mater curatorem ventri petere teneatur, quidquid aliud sentiant plures ab eo relati, & D. Joseph Vella *d. n. 32.*

Item eadem pœna punitur mater quando petiit tutorem, & ille non administravit; quia sollici- 30 tare

tare debet, ut administret; quod si non faciat, pupilli successione privatur *d. §. si mater vers. quod si patet, & vers. si non compulit*, & ibi *gloss. verb. nec legitimè*, Bartol. *in L. ultim. §. personis C. de administrat. tutor.* Marant. *in L. [illegible] potest n. 221. ff. de acquir. hæredit.* & cum Greg. Lopez tenet Gutierr. *d. cap. 16. n. 41. & 42.* Et in casu quo tutor non est idoneus D. Joseph. Vella *d. n. 32.* Quibus in terminis si impubes decesserit ante pubertatem successione privantur mater, & alii qui intra annum tutorem non petierunt: secus si jam pubes factus decesserit: quia si filii moriantur puberes, non amittunt eorum successionem, quamvis tutorem illis non petierint *L. matres C. ad S.C. Tertyllian.* Ant. Gom. *in L. 15. Tauri. 18. vers. item etiam limit.*

31 Deinde mater, quæ post susceptam filii impuberis tutelam ad secundas convolavit nuptias non petendo tutorem filio, neque rationem administrationis reddendo, & restituendo reliqua, privatur filii successione, L. *omnem 6. C. ad S.C. Tertyllian.* L. *sciant. C. de legitim. hæredib. Auth. eisdem pœn. C. de secund. nupt. L. si minores, ff. qui petant tutores*, L. 2. §. *si mater ad Tertyll.* Gutierr. *de tutel. cap. 16. n. 134.* Fabr. Alvarez de Valasco *de privileg. pauper. 2. p. q. 60. n. 6. cum seqq. & q. 3.* n. 93. Roxas *de successión. cap. 30. n. 36.* Gomez *in d. 15. Tauri num.* 18. Cancer *lib. 1. var. cap. 7. num.* 66. Ciriac. *controv. 135. n.* 16. Capyc. Latro *dec.* 131. *n. 1.* Sive mater suscepit tutelam tanquam legitima tutrix, sive tanquam testamentaria, Bart. *in d. L. omnem* n. 7. Roman. *singul.* 104. & 121. Tiraq. *in tract. cessante causa limit.* 4. Cacheran. *dec. Pedemont.* 57. Capyc. Latro *supra* n. 2. Immò non tantum privatur successione filii, sed etiam fideicommisso, & legato relicto à patre pupilli, L. 1. *§. omnium, juncta Auth. eisdem omnis vers. item ca. Cod. de secund.* nupt. Maranta *in d. L. is potest n.* 232. Gutierr. *d. c.* 16. *n.* 134.

32 Sed quia leges, quæ privant matrem successione filii sunt odiosæ, & extendi non debent. *L. cum quidam ff. de liber. & posthum.* Salicet. *in d. L. matres vers. sed juxta hoc quæritur, & in L. nepotibus col. 1. vers. hoc confirmo, C. qui petant tutores*, Franch. *dec.* 167. *n.* 4. Capyc. Latro *d. dec.* 131. *n.* 10. Quæ supra diximus circa matrem, quæ intra annum tutorem non petiit filio impuberi & circa eam, quæ post susceptam tutelam secundo nupsit, aliquas patiuntur limitationes.

33 Et est prima: quod si mater data fuit tutrix in testamento simul cum alio, quamvis secundo nubat non petito tutore, in pænam privationis successionis filii non incidit, si cum tutore rationes reddiderit juxta sententiam, Bald. *in d.* L. *omnem sub n.* 9. ubi Paul. de Castr. *num.* 3. Decius *cons.* 591. Guid. Pap. *cons.* 179. *sub* n. 3. *vers. secundo casu*, Anton. Gabr. *commun. opin. tit. de secund. nupt. col. fin.* n. 31. Cyriac. *contr.* 135. *n.* 20. Immo sufficit, quod alius remaneret tutor *L. 2. §. his illud. & L. matri Cod. quando mulier*, Surdus *cons.* 175. *num.* 26. Socin. Junior. *cons.* 16. *n.* 6. *vol.* 2. Fontanell. *dec. nupt. claus. 5. gloss. 8. p. 1. n.* 11. Cancer. *d. cap. 7. n.* 40. Capyc. Latro *ubi supra n.* 11. Qui ampliat etiam ad casum, ubi adesset tutor legitimus: siquidem pœna prædicta non habet locum, nisi quando tutori dativo locus est, non si legitimo Socin. Junior. *d. cons.* 16. *n.* 12. Paschal. *de virib. patr. potest 3. p. cap.* 10. *n.* 34. *& seqq.* Capyc. Latro *d. dec.* 131. *n.* 12.

34 Insuper prædicta pœna non procedit in matre, quæ secundo nupsit ex permissione viri, vel obtenta dispensatione à Principe ad nubendum, Joan. de Garronib. *in rubr. C. de secund. nupt. 1. p. n. 14. & 15. & 2. p. num.* 15. Cyriac. *de controv.* 135. *nu.* 11. *juncto n. 21. & 22.* Item non privatur mater, quæ non petiit tutorem si erat minor viginti quinque annorum, per text. *in* L. 2. *C. si adversus delict.* Maranta *in d. L. is potest* n. 237. *de acquir. hæred.* eleganter Marian. Socin. Junior. *d. cons. 8. n. 10. & seqq. lib.* 1. Anton. Gomez *in d. L. 15. Tauri n.* 18. Gutierr. *d. c. 16. n.* 90. Ubi *n.* 91. *& seqq.* idem procedere ait, licet mater postea efficiatur major.

35 Præterea non habet locum dicta privationis pœna, quando mulier de facto administrabat tanquam tutrix, & non erat legitima: ut per Bald. *in d. L. omnem col. 11. vers. quid si minor*, & ibi Paul. de Castr. *num.* 5. Socin. *d. cons.* 8. *num.* 13. ibi: *Quia jura loquuntur in matre tutrice: & non in ea quæ se gesserit pro tutrice:* Surd. *cons.* 428. *nn. 4. & 5.* Cyriac. *ubi supra num. 18. & 19.* Et vide de materia Anton. Gomez. *in L. 15. Tauri num.* 18. & Gutierrez, qui omnia adducit *d. c. 16. num. 32. cum seqq.* Et quidem hoc casu, quo mater privatur successione, vel consanguinei Proximiores, admittuntur sequentes in gradu; quibus deficientibus fiscus matrem excludet: ut probat *text.* in *d. L.* 2. *§. fin. ff. de Tertyll*, ibi: *Ergo & agnati, cæterique succedent: aut si nemo sit, bona vacabunt.* 36

37 Potest autem dubitari, An in his casibus in quibus mater privatur successione filiorum, avi materni succedere possint? Movet dubitationem, quod cum mater inhabilis sit effecta, extrema conjungi non possunt per medium inhabile, argum. *text. in L. fin. de flumin.* L. *tria prædia ff. de servitut. rustic.* nec veniunt admittendi illi, quorum authores sunt exclusi *cap. licet ex quadam de testib.* Qua ratione neque legitimi ex filio spurio, avo succedere possunt *L. fin. in fin. C. de natural. liber.* & diximus supra *cap.* 18. *num.* 67. Non enim debet esse avi melioris conditionis quàm mater à qua causam habent *L. in his §. 1. L. quod ipsius ff. de reg. juris:* Si quidem sublata media persona non potest sequens persona admitti *L. meminimus C. de legitim. hæred. L. nullus C. de Decurion. lib.* 10. L. *Divo Marco C. de quæst.* L. *hæredi in princ. §. 1. ff. de pœn.* Bart. *in L. 4. §. nunc videndum ff. ad Tertyllian.* Decius *in L. illam C. de collat.* & cum pluribus Tiraq. *de primog. qu.* 2. *à n.* 5. *cum seqq. & n.* 10.

38 Verum contraria sententia tenenda est, quoniam exclusio matris non nocet avis: illa enim tanquam inhabilis, & incapax pro mortuo habetur: siquidem incapax, & inhabilis mortuis reputatur *L. 1. §. filium ff. de bonor. possess. contra tab. L. 1. §. sed si patronus ff. de conjug. cum emancip. liber. ejus L. necem §. deportatus ff. de bonor. libert.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 9. n.* 27. Castill. *lib. 6. controv. cap. 137. n. 46. & seqq.* Giurb. *de successor. feudor. §. 2. gloss. 6. n.* 65. Et cum reputetur, ac & si non adesset, Borrel. *cons.* 17. *n.* 27. Cyriac. *controv.* 205. *n.* 24. neque constituit gradum neque obstat sequentibus in gradu *d.* L. 1. *Auth. habebat de bonor. possess. contra tabul.* August. Barbos. *voto* 30. *n.* 46. Giurb. *d. gloss.* 6. *n.* 65. Molin. *d. cap. 9. n.* 17. Castill. *ubi supra & lib. 5. cap.* 110. *n.* 30. Unde sublata de medio persona matris, avi materni admittendi sunt.

39 Non obstant in contrarium adducta; quia procedunt quando medium natura sua erat inhabile: at verò in præsentiarum mater non erat inhabilis natura sua, sed casualiter, & ratione pœnæ. Neque etiam obstat Bartoli, & aliorum doctrina, quia tunc habet locum quando exclusio à successione fuit facta ad favorem alterius, scilicet agnationis. Tunc namque mater exclusa, etiam descendentes ex ea, & à fortiori ascendentes censentur exclusi Bartol. *in L. liberorum* n. 16 *ff. de verbor. signif.* Decius *cons.* 584. *nu.* 5. Ruin. *cons.* 130. *n.* 1. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 132. *n.* 32. Castill. *lib. 2. controv. cap.* 15. *n.* 59. *& 60.* Tiraq. *d. q.* 12. *à n.* 5. Mantic. *de conjectur. lib. 8. tit. fin. à n.* 72. Valenz. *cons.* 113. *n.* 61. *& seqq.* idem Castill.

cap.91.à n.82. Mater verò in hoc casu non fuit simpliciter, & indistinctè exclusa, ita quod nullo casu possit succedere, quia verè, & realiter successibilis erat, sed fuit exclusa in casu quo non peteret tutorem intra annum, vel inventarium conficeret intra duos menses à morte viri: & tunc neque descendentes ab ea, neque ascendentes exclusi censentur *Cost. de success.Regn.p.3.n.44.& seqq.*Cald.Pereir.*de nominat.q.14. n.7.* Valasc.*de jur. emphyt. q.41.* Castil.*d. cap.15.n.76.*Solorzan.*de jur.Indiar.tom.2.lib.2.cap. 19. n.34. & 35.*

40 Similiter exclusus ab institutore majoratus in casu alienationis: vel alterius conditionis implendæ, ut eo casu majoratus deveniat ad proximiorem sequentem in gradu, si conditio deficiat, vel alienatio sequatur; non docet excluso filio ejus, qui conditionem non servavit, qui admittendus est, ut scribunt Tello Fernand. *in L.27. Tauri n.10.* Mierez *de majorat.part.4.qu.19.n.25. & 26.* Bursat.*cons.13. n.65. lib.1.* Joann. Cephal.*cons.283. in fin. lib.2.* Castill. *d. cap 15. n.27.* Solorz. *d. c.19. n. 35.* Ac proinde non excluduntur avi materni à successione nepotum, quando mater fuit exclusa ratione pœnæ in dictis casibus.

41 Tandem deficientibus linea ascendentium, & linea descendentium in successione, ab intestato, sequitur linea collateralium, quorum proximior ad defuncti hæreditatem admittitur. *Auth. de hæred.ab intest. venient. col. 9. L. 1.ff. de gradib. §. 1. Instit. eod. L.2.§. hæreditas ff. de suis & legitim. hæred. L. 1. §.proximus ff. unde cognatis L. lege duodecim tabularum vers. hujus modi C. de legitim. agnat. success.* Anton. Gomez.*lib.1. var. cap.1.n.1. & in L.8. Tauri n. etiam 1.*

In hac verò linea collateralium variæ fuerunt dis-
42 positiones secundùm diversa tempora: nam lege duodecim tabularum tantùm agnati vocabantur ad hæreditatem: Erant illius verba in hunc modum: Si intestatus moritur, cui nec suus hæres extabit, tunc proximus agnatus familiam habeto: ut refert Balduin. *ad leg.12. tabul. cap.28.* Et illo jure deficientibus agnatis bona non deferabantur cognatis, sed tanquam vacantia ad fiscum pertinebant. Ita Ulpian. *in fragm. tit.26.* Paulus *lib.4. sentent.tit.8.* Admittebantur autem illo jure agnati proximiores, sive masculi, sive fœminæ. Postea verò media jurisprudentia fœminis exosa introduxit, ut fœminæ agnatæ non admitterentur, nisi essent sorores; ita ut fœminæ ulterioris gradus non succederent, & fiscus admitteretur: cùm tamen agnati succederent prædictis fœminis. Quod satis absurdum erat, & contra regulam correlativorum. Et ea de causa Prætor, qui cognatos admisit juxta *text.in L.1. & per totum unde legitimi, & in L.1. & per tot. ff. unde cogn. ac in §.1. Instit.de legitim. agnat. success. & in §.1.institut. de success.cognat.* fœminas agnatas admisit non tanquam agnatas, sed tanquam cognatas, quæ hoc jure Prætorio solùm admittebantur post omnes agnatos, & post cognatos illis proximiores. Unde Justinianus sublata media jurisprudentia æqualitatem *leg.12. tabu.* observari jussit *in L. lege 12. tabularum, C. de suis, & legit.hæredib.* Anton.Gomez *in L.8. Tauri n.3.* Et tandem novo jure Authenticorum sublata fuit differen-
43 tia agnationis, & cognationis, & indifferenter agnati, & cognati secundùm gradus prioritatem ad hæreditatem fuerunt admissi, tam masculi, quam fœminæ, ut probatur *in Auth. de hæred.ab intest.venientib.§.nullum vero collat. 9.* Anton. Gomez. *in d. L. 8. Tauri n.1.* Menchac.*de success. creat. §. 19.num.9.* Atque ita proximior ex natis, vel cognatis præfertur indicta successione *L.2.§. hæreditas de suis, & legit.hæred. §.1. & §. proximo Instit.de legit. agnat. success. Ordinat. lib.4.tit.96.in princip.* Gama *decis.174.n.5.* Valasc. *de jure emphyt. q. 50. tom. 34.* Phæb. *decis.104. n. 5.* Proximus autem dicitur quem nemo antecedit *L. ex duobus 32. ff. de vulgar.L. qui duos 4. in princip. ff. de reg. dub. L.1. §. proximus ff. unde cognati, L.proximus 92.L.proximi 155.ff.de verbor.signif.* Gratian.*forens.cap.161.n.10.* August.Barbos.*diction.293. n.2.* Tondut.*resolut.Civil. c.23.n.4.* Melch.de Valent. *Illustr. lib. 2. tract. 3. cap. 11. n. 10.*

Cum proximitas consideretur respectu gradus, 44
computatio facienda erit juxta formam & modum a jure Civili constitutum *in L.1. & in L. Jurisconsultus 10.ff. de gradib.principio Instit. eod. tit.* Surd.*cons.5. n.23.* Cresp.*observ. 96. à n.1.* quæ juris Civilis computatio propria est, & naturalis, Socin. *cons.94. n. 16. lib. 1.* Gratian. *cap. 77. nu. 3.* Hieron. Leo *dec. 4. nu. 17.* probat in terminis *Ordin. l. 4. tit. 94.* Et quidem quando Ord.ita non expressisset, semper quod successionis computatio facienda erat secundum jus Civile; non verò secundùm jus canonicum Covar. *de sponsal. p. 2. §.6. n.8.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. num.23. ad med.* Gratian. *d. c.77 n.1. & seqq. & n. fin.* Surd. *cons.5.n.20.& seqq.* Hieron. Leo *dec.4. n.16.* Cevall. *commun.contra commun. q.398. n. 18.* Sanch. *de matrimon. lib. 7. disp. 50. n. 8.* D. Christ. Cresp. de Valdaur. *observ. 96. à n. 1. usque ad 7.* Computatio enim juris Canonici tantùm procedit circa matrimonium, ut supradicti docent, & in aliis casibus in quibus expressè Ordinatio declarat, ut *lib. 5. tit. 124. §. 4.* at vero quoad successionem etiam in terris Ecclesiæ; computatio gradnum fieri debet secundùm jus Civile Corn. *cons. 248. col. 2. in fin. vers. & idem in materia succession. nu. 3.* Surd. *cons. 568. n.13. ad med.* Gratian. *d.c.77. n.4.* idem Surd. *cons. 5. n. 21.*

Planè collaterales vocantur ad hæreditatem intra 45
decimum gradum *§. fin. Instit.de success. cognator. L. 1.§. hac autem ff. unde cognati.* Vignius *de success.n. 91.* Molin.*de justit.disput.164.* Cabed. *p.2.dec.51. n. 8. Ordin. d.lib.4.tit.94.* Et ideo dum extant consanguinei intra decimum gradum fiscus admitti non potest *L.1.C.de bon. vacantib.* Quod intelligendum est si consanguinei sunt habiles, non si naturales, vel spurii, de quibus latè diximus supra.

Diximus in hac linea collaterali præferendum esse 46
proximiorem in gradu exclusis ulterioribus. Verum Justinianus inter fratres, fratrumque filios repræsentationem instituit; Ita ut si cum fratre defuncti concurrant filii aliorum fratrum, isti subintrent in locum patris defuncti, & succedant cum fratre, seu Thico, divisa hæreditate in stirpes; & filii fratrum præmortuorum tantum habeant ex hæreditate, quantum haberent parentes, si in humanis essent tempore mortis fratris defuncti *Auth. de hæred. ab intest. venient. §. si igitur vers. hujusmodi, & in §. si vero neque: Auth. post fratres Cod. de legitim. hæred.* Petr. Gregor.*syntagmat.5.p.cap.11. n.6.* Anton. Gomez. *in L.8. Tauri num. 18.* Tiraq. *de primog.q.401. n.4.* Baduin. *ad leg. 12. tabul. cap.28.* Roxas *in epitom.success. cap. 132.* Gama *decis.307.* Gabr. Pereir. *decis. 116. num. 18.* Phæb. *2.p. decis.104. num. 17. & seqq. & 1. p. decis.39.* Castill.*lib.3.controv.cap.19. n.71.* Valasc. *de jure emphyt. q. 50. n.30.* Covar. *de success. ab intest. n.5. vers. tertio est notandum,* Cancer.*lib.1.var.cap.5.n.7.* Reynos. *observ. 36. num. 3,* Franch. *decis. 24. n. 6.* ubi Novar. & Amendol. *nu. 1. & 2.* Franc. Valasc. à Gouvea *de just. acclam. 2. p. punct. 1. §. 4. n. 55.* Et est notandum, quod re-
præsentatio duplex est: altera quæ repræsentat gra- 47
dum, altera, quæ repræsentat personam. In prima nepos repræsentat patrem in successione avi, vel proavi: & dicitur repræsentare gradum, non personam; quia non ex persona patris de medio sublati, sed ex propria succedit. Et hæc procedit in successione

ascen-

ascendentium. In secunda verò filius fratris repræsentat personam patris in successione patrui, & succedit non ex propria, sed ex persona patris, Capyc. *dec.* 21. *n.* 6. Cavalcan. *dec.* 9. *num.* 39. *p.* 2. cum pluribus Giurb. *de success. feudor.* §. 2. *gloss.* 5. *n.* 18. & 19.

Tota dubitatio est, An consobrini defuncti con-
48 currentes in ejus successione sine patruo admittantur in stirpes, vel in capita. Hanc quæstionem disputat ad partes Francisc. Valasc. *ubi supra punct.* 2. §. 5. & antea communis Præceptor Marçal Casad. *in manuscript. ad text. in L.* 1. *C. de bon. vacant. n.* 450. & *seqq.* Qui relatis utriusque partis fundamentis veriorem dicunt sententiam, quæ habet filios fratrum inter se succedere, beneficio repræsentationis in hæreditate patrui in stirpes non in capita. Quam opinionem tenuit Accurs. *in L.* 1. §. *ult. verb. ut puta ff. si pars hæred. pet.* & *in L. lege duodecim tabularum gloss. ult. C. de legitim. hæred.* & *in Auth. cessante verb. in stirpes, Cod. eod.* & *in Auth. de hæred. ab intest. venient.* §. *si autem verb. fratres collat.* 9. Bart. *in* L. 2. §. *hae hæreditas, ff. de suis, & legitim. hæred.* & *in L. liberorum n.* 15. *ff. de verbo significat.* Molin. *lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 31. Roxas *d cap.* 32. *n.* 17. post alios Franc. Valasc. *d.* §. 5. *n.* 1. Alvar. Valasc. *d. q.* 50. *n.* 3. Peregrin. *de fideicomm. art.* 30. *n.* 25. Robles *de repræsent. lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 15. *usque ad* 92. Et pro ea in Regno judicandum est, cum sit Accursii Gabr. Pereir. *dec.* 30. *n.* 14. Et illius fundamenta pete à supra citatis.

49 Deficientibus consanguineis intra decimum gradum in hac successione ab intestato maritus succedit uxori; & è converso uxor marito, & fiscum excludunt, ex *text. in L. unic. ff. unde vir, & uxor, L. unic. Cod. eod. L.* 1. ubi: *Vel uxori, vel marito: C. de petition. bonor. sublat. lib.* 10. *Ordinat. lib.* 4. *tit.* 94. *L.* 23. *tit.* 11. *partit.* 4. ubi Gregor. Lopez *gloss.* 7 Anton. Gomez *in L.* 8. *Tauri n.* 20. Paleot. *de nothis & spur. cap.* 41. *n.* 3. *ad fin.* Rosentald. *de feud. cap.* 5. *conclus.* 52. *n.* 4. Valasc. *de partition. cap.* 6. *n.* 55. Tiraq. *in tract. le mort* 4. *p. declarat.* 15. *n.* 1. & *de jure mariti gloss.* 2. *n.* 19. Thomas Valasc. *alleg.* 37. *n.* 2. Cancer. *lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 38. Cresp. de Valdaur. *observ.* 96. *n.* 34. & 35. Amaya *in L.* 1. *C. de bon. vacant. lib.* 10. *n.* 31. Arnisæus *de jurib. Majest. lib.* 3. *cap.* 6. *n* 18. Quod lege duodecim tabularum cautum fuisse probat Balduin. *ad leg. Romul. c.* 12. Osuald. ad Donel. *lib.* 9. *comment. c.* 1. *litt. K.* Requiritur tamen de jure Regio simultanea cohabitatio viri, & uxoris, ut inter eos detur reciproca successio ex *Ordinat. ad tit.* 94. ibi: *A qual juntamente com elle estava, & vivia em caza tenda, & mantenda, como mulher com seu marido.*

50 Unde dubitari solet, An sufficiat durare Matrimonium, licet conjuges simultaneè non cohabitent, ut reciprocæ successioni locus sit, Vel divortium requiratur? Pro cujus rei declaratione sciendum est attento jure Civili sufficere, quod duret Matrimonium, licet non detur inter conjuges simultanea habitatio, ut vir, & uxor invicem sibi succedant: si verò per divortium Matrimonii vinculum sit dissolutum, non babeat locum successio, quamvis dissoluti Matrimonii aliqui durent effectus juxta *text. in L. penult.* & *ultim. ff. de divort.* & *probat. d.* L.
51 *unic. ff. unde vir, & uxor.* Attamen de jure Regio non sufficit, quod duret Matrimonium, ut habeat locum prædicta successio; sed requiritur, quod non detur inter conjuges separatio, & simul cohabitent secundùm *Ordinat. d. tit.* 94. ibi: *Tenda, & mantenda.* Cæterùm hæc declaratio aliqua supponit, quæ sustineri non possunt. Et primum est, quod Matrimonium per divortium potest dissolvi, & hoc est contra naturam Matrimonii, quod solùm morte dissolvitur, & individuam vitæ consuetudinem præ se fert *Concil. Trident. sess.* 24. *de reform. Canon.* 7. & habetur *Matth. c.* 19. Et insuper prædicta declaratio supponit aliquas esse causas, propter quas conjuges separantur; cum tamen sola causa adulterii perpetuam inducat separationem Barbos. *in rubr.* 52
ff. solut. Matrim. 2. *p. n.* 18. & *seqq.* Cyriac. *controv.* 171. *a n.* 1. Nam propter adulterium licitum est marito dimittere uxorem juxta doctrinam Christi Domini *Matth. d. cap.* 19. ibi: *quicunque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur.* Taliter quod potest vir sine consensu uxoris ingredi Religionem, & ad sacros Ordines promoveri, Sylv. *in summa verb. divortium n.* 20. Petr. Barbos. *in d. rubr.* 2. *p. n.* 25.

Qua ratione ad intelligentiam hujus materiæ scien- 53
dum est licita fuisse divortia apud Romanos, quæ dum fiebant utriusque conjugis consensu, bona gratia dicebantur: si verò unius tantùm, mala gratia censebantur: fuerunt tamen constitutæ, certæ causæ ob quas licita erant divortia, de quibus *in L. consensu, & in L. in causis Cod. de repud.* divortia autem de jure Civili Matrimonii vinculum dirimebant: ita ut liceret conjugibus alia Matrimonia contrahere. *L.* 1. & 2. *ff. de divort. L.* 3. & 6. *C. de repud.* Palat. Rub. *in cap. per vestras* §. 19. *de donat. inter* latissimè insignis Barbos. *in d. rubr.* 2. *p.* à *n.* 1. *cum seqq.* Sanch. *de Matrimon. lib.* 10. *disp.* 1. & Alex. ab Alexand. *lib.* 4. *dier. Genial. cap.* 8. At verò Christus Dominus declaravit *Matth. d. cap.* 19. divortia esse contra naturam Matrimonii, & nullo modo per divortium posse dissolvi: neque per adulterium, ut optimè fundat Sanch. *d. lib.* 10. *disp.* 2. à *n.* 2. Ubi quod hæc est veritas Evangelica: & probat *text. in c. ex parte de sponsal.* Navar. *in manual. c.* 22. *n.* 21. Covarr. *de sponsal.* 2. *p. c.* 7. §. 6. *n.* 11. Gutierr. *lib.* 1. *Canonic. cap.* 21.

Nihilominus tamen plures sunt causæ, ob quas 54
admittitur separatio quoad totum, & cohabitationem inter conjuges durante vinculo Matrimonii: prout sunt adulterium, Sanchez *d. lib.* 10. *disp.* 17. Barbos. *d.* 2. *p. rubr. n.* 18. & *seqq.* Cyriac. *controv.* 171. *n.* 1. Covarr. *de sponsal.* 2. *p. c.* 7. §. 5. *n.* 8. Clarus *in* §. *adulterium n.* 12. Surdus *de aliment. tit.* 7. *q.* 16. *n.* 23. Farin. *in prax. q.* 143. *n.* 9. Item propter sævitias viri Barbos. *d.* 2. *p. rubr. n.* 23. & *seqq.* Sanchez *de Matrim. lib.* 10. *disp.* 18. Gutierr. *de Matrim. c.* 129. *n.* 28. August. Barbos. *voto* 9. *n.* 1. vel propter crimen, in quo vertitur periculum animæ, per quod conjux alium potest trahere ad peccatum *cap. cum locum de sponsal. cap. ex transmissa* 8. *c. litteras* 13. *de restit. spoliator. Trident. d. sess.* 24. *cap.* 8. Barbos. *ubi supra*, & Sanch. *d. disp.* 17. *n.* 9. Quibus in casibus Judices Ecclesiastici separationes quoad torum solent concedere. Subindeque *Ordinat. d. tit.* 94. quæ supponit successioni inter conjuges locum non esse, quando seorsum habitabant, intelligenda est de separatione quoad torum facta ex justis causis à Judice Ecclesiastico: non verò de separatione quoad vinculum Matrimonii, Valasc. *d. partit. cap.* 6. *n.* 54. & 55. non obstantibus juris communis legibus, in quibus circa divortium aliud erat statutum: quia post legem Evangelicam cessavit earum dispositio non tam respectu fidelium; sed etiam infidelium, & Hæbreorum: ut docet Sanch. *de disp.* 2. *n.* 9.

Ex quibus descendit quæstio, An si separatio quo- 55
ad torum facta fuerit culpa unius ex conjugibus, illi possit succedere alter, qui culpa caruit? Quam dubitationem affirmativè resolvunt Insignis Barbos. *in rubr.* 2. *p. ff. solut. Matrim. n.* 58. Valasc. *d. cap num.* 55. & 56. Costa *in cap. si pater* 1. *p. ver'* *rem num.* 23. Decius *in d. L.* 1. *C. unde vir*

n. 10. *verſ. primus caſus*, *& ibi* Accurſ. Junior. *n.* 14. Non ſic ſuccedere poteſt vir culpoſus uaori, Cald. Pereyr. *lib.* 1. *forenſ. q.* 17. *n.* 5. Coſta *d. ver-*
56 *bo uxorem n.* 23. Et eodem modo declaranda *eſt Ordinat. l.* 4. *tit.* 45. quatenus diſponit, ut uaor mortuo viro maneat in poſſeſſione bonorum. Quod Nos dicimus *ficar empoſſe, & cabeça de cazal* dum requirit, quod ſimul habitent, nt ſcilicet uaor ſeparata culpa viri: & propter illius ſævitias, gaudeat illius legis beneficio: tunc enim uxor cenſura juris perinde habeatur, ac ſi cum viro habitaret *L. Mævia* 13. *ff. de ann. legat. L. ſi quis ita* 8. *L. jure Civili ff. de condition. & demonſt. L. Caio* 13. §. *Imperator ff. de alim. leg. L. labeo* 10. *ff. de contrab. empt.* & its illam Ordinationem intelligunt, Barboſ. *in d. rubr.* 2. *p. n.* 59. Valaſc. *d. c.* 6. *à n.* 49. *cum ſeqq.* Emman. Barboſ. *ad Ordin. d. tit.* 95. *§.* 2. Quamvis dubitet Gama *dec.* 97.

Iterum ampſianda eſt diſpoſitio *Ordin. d. tit.* 94.
57 *& L.* 1. *ff. & C. unde vir, & uxor.* ut procedat, etiamſi Matrimonium verè ſit contractum, non tamen copula conſumatum: quia cum hoc Matrimonium verè, & propriè ſit Matrimonium: prædicta ſucceſſio inter virum, & uxorem locum habere debet quin obſtet legem Regism requirere, quod inter conjuges detur ſimulianea cohabitatio. Reſpondetur enim Ordinationem, dum negat ſucceſſionem inter conjuges non habitantes intelligendam eſſe de illis, inter quos poſt cohabitationem facta fuit ſeparatio. Attamen in hoc caſu non poteſt conſiderari ſeparatio, cum adhuc incæpta non fuiſſet cohabitatio: & ſic caſus decidendus venit juata jus commune à quo cohabitatio non deſideratur: ut ex Curt. Bald. & aliis tradit Barboſ. *d.* 2. *p. rubr. n.* 58. & facit quod nuptias facit conjugium, non copula, aut cohabitatio L. *cum bis ſtatus* §. *ſi mulier cum ſimilib. ff. de donat. inter L. nibil ff. action. rer. amotar. c. cum initiamur* 27. *q.* 2.

Deinde declaranda eſt ſuprapoſita concluſio circa ſucceſſionem viri, & uxoris, ut non haheat locum in
58 uaore putativa, quamvis enim Matrimonium putativum varios producat effectus nempè quoad legitimationem prolis *c. pennlt. qui filii ſint legitimi* Covarr. *de ſponſal.* 2. *p. cap.* 6. §. 10. *n.* 13. *& cap.* 8. §. 1. *à n.* 9. Conan. *lib.* 8. *comment. cap.* 2. *& cap.* 8. *nu.* 6. Tamen ad effectum ſucceſſionis Matrimonium putativum non ſufficit, cum requiratur verum Marta *de ſucceſſ. legal.* 3. *p. q.* 12. *art.* 1. Nota tamen, quod uaor non ſuccedit viro in majoratu, cujus erat poſſeſſo: quia juxta conſuetudinem Regni extincta familia inſtitutoris majoratus pertinet ad Regiam Coronam, ut poſſit ſucceſſorem eligere Gama *dec.* 193. quamvis aliud de jure communi procederet ex Gama *ubi proxime n.* 5. & latius dicemus alibi.

Ulterius excluditur fiſcus à ſocio liberalitatis, ſeu
59 donationis à Principe factæ reſpectu donationis tantum, non aliorum bonorum *L.* 1. *C. ſi liberalit. ſoc. lib.* 10. & ſcribunt *gloſſ. in L.* 1. *C. de bon. vacant.* Jaſon *in L. ſi mibi, & tibi ff. de verbor. obligat. & in L. re conjuncti n.* 223. *ff. de legat.* 3. Sixtin *de Regal. l.* 2. *c.* 9. *n.* 8. Camill. Borrell. *de præſt. Reg. Cath. cap.* 14. *n.* 17. Bellamer. *conſ.* 23. *n.* 5. Pe-
60 regrin. *de jure fiſc. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 8. Item patronus in ſucceſſione liberi fiſcum eacludit; quoniam inter alios juris patronatus effectus præcipuus eſt jus ſuccedendi, quod patronis competit in bonis libertorum *L.* 1. *cum ſeqq. ff. de bon. libert.* §. *ſed noſtra Inſtit. de ſucceſſ. libert. L. ſi quis Preſbyter C. de Epiſcop. & Cleric.* Atque ita cum patroni ſucceſſio legitima ſit, eacluditur fiſcus: ut tenet *gloſſ. in d. L.* 1. *& in L. vacantia C. de bon vacant. lib.* 10. Conan. *lib.* 2. *comment. cap.* 9. *numer.* 2. Menchac. *de ſucceſſ. creat.* §. 10. *num.* 224. *&* 228. Menoch. *de arbitr. caſu* 61. *n.* 4. Peregrin. *d. tit.* 3. *n.* 9. Camill. Borell. *d. cap.* 14. *n.* 18. Siatin. *d. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 9. Sed adverte, quod licet in ſucceſſione collateralium admittantur conſanguinei intra decimum gradum, §. *fin. Inſtit. de ſucceſſ. cognator.* Tamen ad ſucceſſionem liberti admittuntur patroni conſanguinei intra quintum gradum, non ultra §. *multis Inſtit. de ſucceſſ. libert.* & poſt eos fiſco locus datur ex *d. L.* 1. *C. de bon. vacant. l.* 10.

CAPUT XX.

De variis Queſtionibus in materia ad excluſionem Fiſci.

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopo, ſeu Prælato defuncto ab inteſtato ſine conſanguineis intra decimum gradum, bona ipſius patrimonialia pertinent ad Eccleſiam, non ad fiſcum.*

2 *Bona Epiſcopi quæſita ex redditibus Eccleſiæ remanent in dominio Eccleſiæ.*

3 *Amplia idem procedere in Clerico Beneficiato, qui habet Eccleſiam, vel altare, cui inſervit, quia in dictis terminis ejus bona pertinent ad Eccleſiam, vel altare.*

4 *Limita, ut non habeat locum reſolutio in Hiſpania, ubi de conſuetudine Beneficiati teſtari poſſunt, etiam de bonis acquiſitis ex redditibus Eccleſiæ, quæ ab inteſtato eorum conſanguineis deferuntur.*

5 *Inter Prælatum, & Eccleſiam contrahitur Matrimonium ſpirituale.*

6 *Clerico defuncto, qui non habebat Eccleſiam, abſque conſanguineis intra decimum gradum ſine teſtamento ſuccedit Epiſcopus ad eroganda bona in opera pia. Sed contrarium verius, & admittitur fiſcus: ut n.* 7.

8 *Bona Clerici condemnati propter hæreſim tam patrimonialia, quam quæſita ex redditibus Eccleſiæ, pertinent ad fiſcum ſaltem in Hiſpania: & n.* 9.

10 *Bona ejus, qui ingreſſus Religionem bonorum capacem de ſuis non diſpoſuit, fiunt monaſterii.*

11 *Fratres Minores Ordinis Beati Franciſci ſunt incapaces cujuſcumque ſucceſſionis, & non poſſunt poſſidere bona, neque in communi, neque in particulari.*

12 *Si quis ingrediens Religionem incapacem non diſpoſuerit de bonis, profeſſione emiſſa, bona pertinent ad proximiores conſanguineos, eis vero non extantibus intra decimum gradum, pertinent ad fiſcum tanquam vacantia.*

Profeſſus in Religione bonorum incapaci dicitur mortuus Mundo.

13 *Fideicommiſſum relictum poſt mortem ejus, qui profeſſus eſt in Religione bonorum Incapaci, ſtatim debetur, & peti poteſt.*

14 *Majoratus poſſeſſore profeſſo in Religione incapaci, ſtatim profeſſione emiſſa tranſit in vocatum, vel ſequentem in gradu: & is dicitur proximior, non ſpectata morte naturali poſſeſſoris ingreſſu.*

15 *Proponitur queſtio: An bona novitii, qui deceſſit abſque conſanguineis intra decimum gradum, pertineant ad monaſterium capax bonorum vel ad fiſcum?*

Et adducitur diſtinctio Abbatis. Ib.

16 *Monachus non dicitur propriè ingreſſus Religionem ante profeſſionem emiſſam.*

17 *Addu-*

17 *Adducitur alia Parisii distinctio, quæ magis probatur.*
18 *Et quid stante dispositione* Concilii Trident. sess. 25. de Regul. cap. 16.
19 *Resolutio quæstionis.*
20 *Hospitale succedit Rectori, qui ab intestato decessit sine consanguineis intra decimum gradum, & æquiparatur Ecclesiæ.*
22 *Hospitale an succedat expositis: Ponitur affirmativæ sententia. Sed contraria verior, & succedit fiscus.*
23 *Item succedit in hæreditate captivi, licet consanguineos habeat, qui eum redimere neglexerunt.*
24 *Is, qui suscepit curam furiosi, ipsi succedit excluso fisco, & consanguineis, qui praecedente notificatione illius curam non habuerunt.*
25 *Quæritur: An tutor excludat fiscum ab hæreditate pupilli, qui caret consanguineis intra decimum gradum? Et fundatur affirmativa. Sed contraria pro fisco verior est: ut numero 27.*
26 *Interpretatur* text. in L.1. §.fin. ff. de obseq. parent. &c.
28 *Affines non excludunt fiscum ab hæreditate affinis.*
29 *Decurionum hæreditates, qui sine consanguineis decesserunt intra decimum gradum, non ad fiscum, sed ad alios Decuriones pertinent: & num 31.*
30 *Decuriones unde dicti.*
31 *Navicularii qui sint, & excludunt fiscum ab hæreditate alicujus, qui sine hærede decessit.*
32 *De legionibus, & numero militum, ex quibus constabant: & unde dicta sit legio.*
33 *De militibus, qui dicebantur Comitatenses, & intellectu* text. in L. 2. C. de hæred. Decur.
34 *Interpretatur* text. in L. 2. ff. de veter. milit. success.
35 *De militibus cohortalibus: & interpretatur* text. in L. 3. C. de hæred. Decur.
36 *Agitur de Fabricensibus, qui fabricam publicam armorum tractabant, & de eorum successione: & interpretatur* text. in L. ultim. C. de hæred. Decur.
37 *Collegia licita, & universitates excludunt fiscum à successione collega, vel alicujus de universitate decedentis sine hærede de legitimo: & num. 40.*
38 *Civitas non excludit fiscum à successione civis.*
39 *Patria omnibus charissima, & non minus patriæ, quam parentibus subjecti sumus.*
41 *Civitates habentur loco privatarum personarum.*
42 *Jus succedendi in bonis vacantibus non pertinet ad Dominos vassallorum, etiamsi illis concessa sit jurisdictio cum mero, & mixto Imperio.*
43 *Intellige prædicta de civitatibus subjectis, non de illis, quæ superiorem non recognoscunt: quia ista habent jura Imperii.*
44 *Jus succedendi in bonis vacantibus, an civitates subjectæ, præscriptione possint acquirere? Remissivè.*

QUæro primo: An mortuo Episcopo, vel Prælato
inferiori absqoe consanguineis intra decimum
1 gradum ab intestato fiscus admittendus sit: In qoa
quæstione fisco locum nonesse dicendum & per *text.*
in L. si quis Presbiter juncta Authent. nunc autem C.
de Episcop. & Cleric. quoniam bona patrimonalia
Episcopi, qui decessit ab intestato absque consangui-
neis intra decimum gradum pertinent ad Ecclesiam,
juxta *text.* sic intelligendum *in cap. 1. de success. ab*
intest. cap. quicunque 12. quæst. 3. cap. fin. 12. quæst.
5. Authent. de sanctiss. Episcop. §. interdicimus & §.
si quis autem Episcopus collat. 9. Abbas, & commun.
DD. *in d. cap. 1.* Roxas *in epitom. success. capit fin.*
nu. 57. Quod à fortiori procedit in bonis quæsitis in-
tuitu Ecclesiæ, & ex illius redditibus; quæ mortuo.
Prælato remaoent in dominio Ecclesiæ; siquidem
Episcopus quoad prædicta bona non habet activam
testamenti factionem *cap. 1. cap. ad hæc cap. cum in* 2
officiis de testam. cap. 2. & seqq. de pecul. Clericor. Spi-
no *de testam. gloss. rubr. p. 14. numero* 21. Covarr. *in*
cap. 11. de testam. Valasc. *de partit. c. 35. n. fin.* Gabr.
Pereir. *dec. 95. n. 3. & seqq.* Solorz. *de jure Indiar.*
tom. 2. lib. 3. cap. 10. numero 9. & 12. Oliva *de fo-*
ro Eccles. 2. p. q. 31. num. 10.
Quæ omnia ampliantur. in Clerico Beneficiato,
qui habet Ecclesiam, vel altare, cui inservit; si enim
ab intestato decesserit sine consanguineis intra deci- 3
mum gradum, in ejus hæreditate succedit Ecclesia,
vel altare *d. L. si quis Præsbyter*, Guillelm. Bened.
in cap. Raynucius verb. & uxorem nomine Adelasi-
am tit. de success. ab intestat. n. 171. Sed hæc reso-
lutio de consuetudine Hispaniæ non procedit, jox-
ta quam Beneficiati disponere valent de bonis quæ- 4
sitis intuitu Ecclesiæ, Navarr. *in Manual. c. 25. n.*
129. Gama, *dec. 323. n. fin.* Valasc. *consult.* 165. *n.*
11. *& de partit. cap. 25. n. 7.* Barbos. *ad Ordinat. lib.*
2. tit. 18. §. 7. n. 3. Pereir. *dec. 95. n. 20. & seqq.* Spi-
no, *d. p. 14. n. 12. & seqq.* Covarr. *in d. cap. cum in*
officiis à n. 23. Solerzan. *d. cap. 10. n. 11.* Oliva *d.*
q. 31. n. 1. & q. 8. n. 21. Cresp. *observ. 11. n. 4.* Quare
cum Beneficiatus de bonis non disposuisset, neque
consanguineos haberet, succedit Ecclesia in omnibus
excluso fisco, ut præter relatos tradit afflict. *in c. unic.*
tit. quæ sint Regalia verb. vacantia n. 6. Covarr. *lib.*
2. var. c. 9. n. 11. Thom. Valasc. *alleg. 27. n.* 3. &
post plures August. Barbos. *in d. L. si quis Præsbiter*,
n. 3.
Confirmatur: quia inter Prælatum, & Ecclesiam
contrahitur Matrimonium quoddam spirituale *c. 2.*
de translat. Præl. cap. sicut 7. q. 5. Atque ita quemad- 5
modum vir, & uxor reciproce inter se succedunt,
non extantibus consanguineis: eodem modo Ecclesia
succedere debet Prælato ratione Matrimonii spiritu-
alis; Si autem Clericus neque Ecclesiam, neque Be-
neficium habuerit, eo decedente absque consangui-
neis succedit Episcopos, non ut bona convertat in
proprios usus, sed ut illa distribuat in opera pia Ita 6
Abbas *in d. cap. 1. de success. ab intest. n. fin. gloss.*
in cap. quia diversitatem de concess. præb. Innocent.
in cap. insinuata qui Cleric. vel vovent, Et probat
text. in Authent. de Eccles. titul. §. si quis Episcopo
collat. 9. Perez *in L. 20. tit 19. lib. 8. Ordinam.* Ro-
xas *de success. cap. 34. n. 37. &* 28. Thom. Valasc. *al-*
leg. 37. n. 5. & 6. Peregrin. *de jure fisc. lib. 4. tit. 3.*
n. 10. vers. si autem & vers. attende. Ubi subdit, quod
in bonis stabilibus fiscus sæcularis succedere debet:
at vero in mobilibus, & nominibus debitorum, suc-
cedit Episcopus. Tandem ait pro fisco judicatum
fuisse contra Ecclesiam.
Verum quantumvis Abbatis sententia communis
sit; tamen de juris rigore sustineri nequit. Prout ne- 7
que distinctio Peregrini inter mobilia, & immobilia:
qooniam nullibi in jure dispositum reperitur Episco-
pum jus habere ad successionem, com verè successio
non inducatur, nisi ex legis dispositione *§. 1. instit.*
de hæredit. quæ ab intestat. defer. Et ideo fiscus ex-
cludi non debet ab authoritate Doctorom, sed à le-
ge, Peregrin. *d. tit. 3. n. &* 13. Horat. Montaot. *de*
Regal. verb. vacantia n. 7. Quare com nulla sit lex,
quæ, Episcopo deferat hæreditatem Clerici in ter-
minis propositis, fiscus admittendus est. Quid quid
teneat Fragos. *de regim. Reip. 1. p. disp. 5. §. 2. n.* 8
1. vers. Quibus accedit, & seq. & vers. Quod si Cle-
ricus. Et fecit, quod bona patrimonalia Clerici coo-
demnati propter hæresim non ad Ecclesiam, seu
Episco-

Episcopum pertinent, sed ad fiscum, si ad extraneos hæredes possunt transire, Covarr. *lib. 2. var. cap. 9. n.* 12. Pegna *in direct. Inquisit. 3. p. comment.* 161. Simanc, *de Catholic. tit. 9. num.* 92. & Sanchez *ad præcept. Decalog. cap.* 20. *n.* 22. *&* 25. Ubi tradit prædicta procedi in bonis patrimonialibus? non verò in quæsitis intuitu Ecclesiæ, quæ ad ipsam Ecclesiam pertinent: *cap. communicamus c.* 1. §. *damnati vero de hæretic.* & ibi *gloss. verb. stipendia.* Sed hæc opinio declaranda est, ut non procedat in Hispania quoad Beneficiatos, quia de consuetudine disponere possunt de prædictis bonis, & ab intestato consanguinei in eis succedunt: Et sic cum sint transitoria ad hæredes etiam extraneos, fisco adjudicanda sunt. Sine eo quod obstet bona fuisse Clerici; quoniam cum per ejus mortem dominium sit extinctum
9 *Auth. de nupt.* §. *deinceps collat.* 4. jam bona non possunt diei Clerici, sed vacantia. Neque obstat *text. in d c. excommunicamus* §. *damnatio*: quia dum decidit bona Clerici condemnati pertinere ad Ecclesiam intelligandus est de bonis quæsitis intuitu Ecclesiæ, Cened. *ad Decret. p. 2. collect.* 55. *n.* 5. Et in hoc Regno prædicta resolutio à fortiori, procedit, siquidem fisco Ecclesiastico locus non est, prout quotidie experimur.

Neque etiam obstat bona Clericorum hæreditate jacente exemptionis privilegio potiri, quia hæreditas jacens defunctum repræsentat: namque respondetur repræsentationem tantùm dari, quatenus hæreditas potest adiri. Sed Nos supponimus nullum dari hæredem: Ergo cessat repræsentatio, & bona tanquam secularia judicanda sunt juxta doctrinam Bald. *in L. fidejussor ff. de fidejussor. & in Auth. ingressi Cod. de sacros. Eccles.* Hanc quæstionem tractat Fajardo post hæc scripta visus *alleg. fiscali* 45. & eam resolvit pro nostra opinione.

Quæ dicta de Prælato decedente sine hærede, &
10 consanguineis, à fortiori dicenda sunt de Monacho, qui ingressus Religionem bonorum càpacem de propriis non disposuit bonis: & professione emissa mortuus est absque consanguineis intra decimum gradum: non enim bona tamquam vacantia fisco deferuntur, sed propria fiunt Monasterii juxta *text. in Auth. ingressi Auth. si qua mulier C. de sacros. Ecclesi.* ubi Communiter DD. & Roxas *de success. cap. fin. n.* 36: Ubi quod Monachus, qui de bonis non disposuit se, & sua Deo dicare censetur; & Monasterium habetur loco filii, Gama *dec.* 316. *n.* 2. *& dec.* 375. *n.* 3. Gomez *in L.* 36. *Tauri n.* 2. *vers.* 4. Caldas *de nomin. q.* 6. *n.* 1. Cancer. *l.* 1. *var. cap.* 24. *n.* 22. Valenz. *cons.* 135. *n.* 36.

Si vero ingressus in Religionem bonorum incapa-
11 cem, ut est Religio Fratrum Minorum Beati Francisci, qui omnis successionis hæreditariæ tam ex testamento, quam de intestato sunt incapaces *Clement. exivi* §. *quia ergo de verbor. signific. cap. exiit qui seminat eod. tit. in* 6. Anton. Gabr. *commun. l. 4. tit. de hæred. instit. conclus.* 1. *n.* 1. *& seqq.* Emman. Roderic. *regular. tom.* 2. *q.* 126. *art.* 4. Castill. *de alim. c.* 5. *n.* 13. *&* 16. ita ut non solum sint incapaces bonorum in particularis sed etiam in communi *Clement. exivi cap. unic. de Religios. domib. in* 6. Jul. Clar. in §. *testamentum, q.* 29. Peregrin. *de jure fisci l. tit.* 14. *n.* 1. Thusc. *litt. M. conclus.* 467. *n.* 1. 4. *& seqq.* Surdus *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 7. *n.*
12 11. Castill. *d. cap.* 5. *n.* 9. Si is, unquam, ita ingressus de bonis non disposuit ante professionem, & consanguineos intra decimum gradum non habuerit, tunc fiscus bona illius tanquam vacantia occupare poterit: quia ita professus in Religione incapaci dicitur mundo quia ita professus in Religione incapaci dicitur mundo civiliter mortuus: ut scribunt Imola *L. cùm pater* §. *hæreditatem ante n.* 19. *ff. de legat.* 2. Peregrin. *de fideicomm. art.* 28. *n.* 63. Camuncul. *dec.* 58. *n.* 1. Qua de causa, si fideicommissum relic- 13
tum fuerit ab eo, qui ingressus est Religionem bonorum incapacem, post mortem illius emissa professione fideicommissum statim debetur, & peti potest non expectata morte naturali gravati secundùm Bart. *in L. cum pater*, §. *hæreditatem*, Surdus *cons.* 90. *n.* 9. Stephan. Gratian. *cap.* 102. *n.* 8. Covarr. *in cap.* 2. *n.* 11. *de testam.* Camuncul. *d. dec.* 58. *n.* 1. Mantic. *de conjectur. ultim. l.* 11. *tit.* 7. *n.* 8. Peregrin. *d. art.* 28. *n.* 63. Prout etiam majoratus, quem posside- 14
bat Monachus Religionis incapacis, statim facta professione defertur sequenti in gradu, tanquam si possessor verè mortuus esset, Molin. *de primogen. l.* 21. *cap.* 13. *n.* 70. alter Molin. *de just. tom.* 3. *disp.* 623. *n.* 1. *&* 2. Castill. *l.* 3. *controv. cap.* 12. *n.* 93. August. Barbos. *in Auth. ingressi n.* 19. *&* 22. *Cod. de sacros. Eccles.* Crassus: *in* §. *fideicomm. q.* 40. *n.* 2. Giurba *de feud.* §. 1. *gloss.* 7. *à n.* 23. Olea *de cession. jurium tit.* 3. *q.* 4. *n.* 27. Ita ut proximior possessoris verè dicatur, qui tempore professionis reperitur proximior non expectata morte naturali Monachi, Castil. *d. cap.* 12. *n.* 105.

Ex dictis infertur ad quæstionem de novitio, qui ingressus Religionem bonorum capacem decessit in probationis anno nullis consanguineis relictis intra 15
decimum gradum: An, scilicet, bona acquirantur Monasterio, vel fiscus illi præferatur? Hanc quæstionem posuit Abbas *in cap. in præsentia de probation.* Ubi resolvit, quod si novitius expressè bona obtulit, & dedicavit Monasterio, ad illud pertinent bona novitii: si verò non dedicavit expressè, pertinent bona ad venientes ab intestato. Et quidem primum distinctionis membrum probari videtur *in d. c. præsentia* ibi: *Quare cum constet, quod idem his Monasterio vestro obtulerit se, & sua, nec ex adverso probetur: &c.* Secundùm probatur quia Monachus non dicitur pro- 16
priè ingressus Religionem, antequam in illa expressè, vel tacitè sit professus, *cap. Religioso de sentent. excommun. in* 6. Et ita intelligitur verbum *ingressi in d. Auth. ingressi C. de sacros. Eccles.* ut scilicet ingressi dicantur cum effectu, qui professionem emittunt, Gutierrez *l.* 2. *Canonic. cap.* 1. *n.* 21. *& seqq.* Tiraq. *de tract. lignag.* §. 1. *gloss.* 8. *n.* 34. *& seqq.* Molin. *d. l.* 1. *c.* 9. *n.* 53. Menoch. *de arbitr. casu* 436. *n.* 4. Petr. Gened. *pract. & Canonic. quæst. l.* 1. *q.* 6. *n.* 17. August. Barbos. *in d. Auth. ingressi n.* 3. ubi malè citat Bened. Ægid. utpote contrarium tenentem *in L. 1. C. de sacros. Eccles. p.* 4. §. 2. *nu.* 19. quia Ægidius verè, & expressè hanc firmat resolutionem: ut constat ex verbis illius ibi: *Ingresso, inquam: cum effectu: sic enim semper de Religionis ingressu intelligimus, quem subsecuta est professio. Qua ratione novitio defuncto nullo modo possunt bona pertinere ad Monasterium.*

Parisius autem *in d. cap. in præsentia* aliter distinguit asserens, quod si ingrediens Monasterium habuit 17
animum absolute mutandi vitam, idque evidenter constet, tunc bona ad Monasterium pertineant: Si verò de hoc non constet, vel simus in dubio, deferantur bona venientibus ab intestato. Quam distinctionem amplexi sunt Fachin. *lib.* 6. *contr. cap.* 19. *vers. mihi probatur*, Menoch. *cons.* 396. *n.* 3. *& seqq.* Et sibi placere dicit Augustin. Barbos. *in d. Auth. ingress. n.* 5. Et bene explicat Thom. Sanch. *ad præcept. Decalog. tom.* 2. *l.* 7. *cap.* 3. *n.* 93. *& seqq.*

Cæterum quidquid sit de jure post dispositionem Concilii Tridentini *sess.* 25. *de regularib. cap.* 16. 18
prædictas distinctiones cessare puto: disponit enim nihil expressè, taciteve dari posse Monasterio ante professionem, ut ei acquiratur. Unde cum novitius in terminis propositis decessisset ante professionem, nihil Monasterio acquisitum dici debet: ut optime

cum

cum pluribus resolvit Sanchez *d. lib. 7. cap. 3. n. 92.*
& seqq. Addentes ad Molin. *lib. 2. cap. 9. n. 48.* Et
inde insinuare videntur Menoch. *cons. 396. n 6. 7. &*
12. & lib. 6. præsumpt. 84. *n.* 7. Sanchez *d. cap. 3.*
n. 96. Ubi se remittit ad ea, quæ dixerat *cap. 4. ejus-*
d. lib. Ubi *n. 27. & 28.* edocet oblationem bonorum
factam Deo, Beatæque Virgini ab ingrediente Re-
ligionem non comprehendi in decreto Concilii: Et
ideo si novitius expresse dicaverit Deo omnia bona
sua, acquirentur ipsa Monasterio. Et sic est casus,
19 de quo Menoch. *d. cons. 397. n. 3.* Fachin. *d. c. 19.*
in princ. August. Barbos. *in d. Auth. ingressi n. 5.*
Sanchez *d. cap. 7. n. 97.* Et in terminis illius Mo-
nasterium fisco præferendum, in cæteris verò fis-
cum excludere Monasterium dicendum est. Eman.
Roderic. *de Regularib. tom. 2. q. 47. art. 12. & q.*
80. *art.* 12. Gregor. Lopez *in* L. 17. *tit. 1. partit.* 6.
verb. extrado, optimè Gutierrez *lib. 2. Canonic. c.*
1. à n. 105. cum seqq. Ex quorum dictis manifestè
apparet bona novitii decedentis ante professionem
non pertinere ad Monasterium, nisi expressè ante in-
gressum illi bona donaverit, vel Deo dicaverit: in
illis autem casibus pertinere ad consanguineos no-
vitii; & eis non extantibus, ad fiscum per supra
dicta.

Inferunt etiam Doctores ex supra traditis ad ca-
sum, quo Rector Hospitalis decedit sine legitimo
20 hærede, & tunc hospitale succedere in ejus hæredi-
tate, ad exemplum Ecclesiæ, cui æquiparatur *Auth.*
de Eccles. titul. §. hæc omnia collat. 9. & notatur *in*
L. omnia C. de Episcop. & Cleric. ubi Bald. & Bart.
in Auth. quas actiones Matthesilan *de success. ab intest.*
art. 4. n. 29. Item dicunt Doctores hospitale succede-
re expositis excluso fisco: ut per Bald. *in L. si qua*
illustris vers. & ideo expositis, C. ad Orphitian. Pere-
grin. *de jure fisc. lib. 4. tit. 3. n. 16. gloss. in L. nutri-*
toribus C. commun. de success. Camille. Borelle. *de*
præst. Reg. Cath. cap. 14. n. 31. Pro qua opinione fa-
cit Cyrum expositum in Persarum Regno successisse,
ut scribit Herodot. *lib.* 1. Lamissio puer in lacuna, à
matre positus ab Agilmundo Longobardorum Rege
educatus, eo mortuo educatoris Regnum sortitus
est: ut tradit Paul. Diacon. *de reb. gest. Longobard.*
21 *cap.* 3. Alex. & Alexand. *dier. Genial. lib. 2. cap. 31.*
Sed hæc opinio placere non potest: quia ista succes-
sio nulla lege fuit introducta. Immò contrarium pro-
bat *text. in d. L. nutritoribus*, ubi idem Baldus ait,
quod educatio jus succedendi minimè tribuit, Bor-
rel. *d. cap. 14. n. 32.* Neque obstat prædictos ex-
positos Regnis fuisse potitos, quoniam non jure
successorio, sed electione, vel sortitione ad Reg-
na fuerunt evecti. Unde fiscus expositorum qui ab
intestato decesserunt, bona occupare potest: ut con-
cludit Borrel. *n.* 35. qui refert Anton. Sola *in de-*
cret. Sabaud.

Insuper infertur Episcopum succedere in bonis
22 peregrinorum decedentium in suo Episcopatu ad bo-
na dispensanda in operibus piis, fisco excluso, *Auth.*
omnes peregrini C. commun. de success. Greg. Lopez
in L. 31. tit. 1. partit. 6. & in L. 4. tit. 25. eod. partit.
Guillelm. Bened. *in c. Raynutius verb. & uxorem*
n. 819. *de testam.* Peregrin. *de l. 4. tit. 3. n. 14.* Six-
tin. *de Regal. l. 2. cap. 9. n. 10.* Camill. Borrell. *d.*
cap. 14. n. 15. Ubi *n. 52. & 53.* declarat, de quibus
23 peregrinis resolutio intelligenda sit: Idem tenet
Fragos. *d. disp. 5. §. 2. n. 1. vers. Rursum.* Pertinebunt
etiam ad Episcopum bona captivi, qui in captivitate
decessit; etiamsi hæredes habeat, qui captivi redem-
ptionem neglexerunt, *Auth. si captivi C de Episcop.*
& Clericis. Et iterum excludit fiscum in hæredita-
te furiosi, qui illius curam suscepit: quæ successio
potest etiam habere locum extantibus consanguineis,
24 si præcedente attestatione, & notificatione cu-
ram furiosi neglexerunt, *Auth. de liber. & de Ep. au-*
dient. junct. corpor. unde sumitur Rebuff. *ad leg.*
Gall. in proœm. gloss. 5. n. 38. Peregrin. *d. l. 4. tit.*
3. num. 17. Guillelm. Bened. *in d. cap. Raynaldus*
verb. & uxorem dec. 5. n. 259. Molin. *de just. tract.*
2. disput. 176. vers. duodecima est, Camill. Borell.
d. cap. 14. n. 55. & probat *Ordin. l. 4. tit. 88. §. 15.*

Dubitari tamen solet, An tutor præferatur fisco,
quando illius consanguinei non existunt intra deci- 25
mum gradum? Et partem affirmativam tenent Ac-
curs. *in L. quo tutela ff. de regul. jur.* Bald. *in L. nu-*
tritoribus, Cod. commun. in success. Alberic. & Cor-
neu *in L. 1. Cod. unde vir, & uxor.* Afflict. *in cap.*
unic. verb. bona vacantia n. 19. tit. quæ sint Regalia,
& alii relati à Tiraq. *in tract. le mort. 2. p. declarat.*
15. n. 4. Quorum fundamentum consistit in magno nu-
tritionis affectu secundùm Osuald. ad Donel. *lib. 9.*
commem. cap. 1. litt. X. Vis enim educationis magnam
generat affectionem, ut dixit Aristot. *Ethicor. l. 8.* &
Stat. *lib. 2. Sylvar.* ibi:

Quid referam altricum victos pietate parentes. Go-
tofred. *in* L. 1. *Cod. quæ res pignori.* Tiraq. *in L. si* 26
unquam verb. susceperit liberos à nu. 49. eleganter
Præceptor. D. Franc. de Amaya *l. 3. observat. cap.*
1. §. 3. n. 11. Ubi lucem præstat decisioni *text. in*
L. 1. §. fin. ff. de obseq. parentib. quatenus ubi Con-
sultus probat indignum esse militia, qui patrem, &
matrem, à quibus se educatum dixerit, maleficos ap-
pellavit: ut scilicet non intelligatur de parentibus na-
turalibus, sed de nutritoribus, qui ob morem educa-
tionis causa parentes solent appellari. Ad quid enim
illa verba, *à quibus se educatum*, necessaria erant
si de veris parentibus Jurisconsultus loqueretur:
cum eorum respectu sufficeret ad delictum parentes
esse.

Verùm contraria sententia, scilicet, ut fiscus tu-
torem excludat, longè verior est: quam tenuit Bart.
in d. L. quo tutela, & in d. L. nutritoribus, quem se- 27
quitur Angel. Roman. & Jason *in d. L. 1. C. unde vir,*
& uxor. Et ipse Baldus sibi contrarius *in L. 1. col. 4.*
vers. item quæritur cum tutor. Cod. unde legitimi, &
in L. cum in eo, ff. de pact. Ciraq. *in tract. le mort.*
2. p. declarat. 15. n. 5. Anton. Gomez *in L. 8. Tau-*
ri n. 24. Spino *de testam. gloss. 1. n. 38.* Osual. *in d.*
cap. 1. litt. X. Farinac. *in fragm. verb. fiscus n. 112.*
& seqq. Amaya *in L. 1. C. de bon. vacant. n.* 30. Ca-
mill. Borell. *d. cap. 14. n. 39. & seqq.* Peregrin *d.*
titul. 3. n. 18. vers. contra verò, Sixtin. *d. l. 2. cap.*
9. n. 13. Qui omnes dicunt, quod non debet ille nu-
tritionis affectus tanti æstimari, ut fiscum excludat.
Neque admittenda est concordia Cavalcani *in tract.*
de tutor. n. 36. qui dimidium fisco, & dimidium tu-
tori tribuendum opinatur. Sed justè reprebenditur à
Borrell. *d. cap. 14. n. 40. & 41.*

Similiter affines neque succedere possunt, neque 28
fiscum excludunt: quia inter eos non datur successio
L. amitæ L. affinitatis 7. C. commun. de success. &
ea propter socer, privignus, & similes excluduntur
L. 3. *& 5. C. eod* notant Fulgos. Roman. Paul. &
Alex. *in L. 1. C. unde vir & uxor* & post alios Pe-
regrin. *d. l. 4. tit. 3. n. 5.* Sixtin. *d. l. 2. cap. 9. n.*
6. & 7. Farinac. *in fragm. verb. fiscus n.* 121. O-
suald. ad Donel. *l. 9. cap. 1. litt. V.* Amaya *in d. L.*
1. C. de bon. vacant. n. 29. quidquid contrarium di-
cat *gloss. in §. mariti Instit. de nupt.* quia ab omni-
bus reprobatur, ut per supra citatos.

Decurionum hæreditates, qui sine hærede deces-
serunt, non ad fiscum, sed ad alios Decuriones ejus- 29
dem ordinis pertinere certum est. Et probat textus
expressus *in L. 4. de hæred. Decur.* Quæ resolutio
non tam respectu Decurionum, sed & aliarum
personarum, de quibus in legibus illius tituli.
Quæ omnes fisco præferantur secundùm *gloss. in*
L. 1.

L. 1. C. de bon. vacant. lib. 10. & in L. 1. de hæredit. Decur. ubi Cujac. *in paratit.* Roxas *do success. ab intestat. c. fin. n. 22.* Peregrin. *d. tit. 3. n. 12. &* 13.

30 13. Itaque, ut in hac materia clarius procedamus, dicendum est antiquitus Decuriones in multiplici esse differentia. Etenim Decuriones dicti sunt inde: quod cum initio coloniæ dicerentur, decima pars eorum; qui deducebantnt, publici Concilii gratia scribebatur *L. pupillus 139. §. Decuriones ff. de verb. signific.* & Curiales etiam appaliati à Curia, in qua consulunt *L. Curiales L. 2. 21. & 25. 39. & 47. Cod. de Decurion. lib. 10.* vel à decem, vel à cura, quam debent habere patres civitatum: ut cum Cassiodor. Accurs. Platea, Pirrho, Valenz. tradit Amaya *in rubr Cod. de Decurion. lib. 10.* Coras. *lib. 3. miscellanearum cap. 1. n. 24. & c. 6. n. 3.* Et de his agit titulus de Decurionibus, & filiis eorum. Hi municipales Decuriones extra Romam constituebant certam Curiam, & Ordinem ad Pauli regimen, Quemadmodum enim Romanus Senatus de Orbis negotiis tractabat, ita ad exemplum ejus institutus fuit Senatus in municipiis, vel oppidis, qui negotia publica patriæ curaret *L. exemplo 36. C. de Decurion. lib. 10. Auth. de Decur. in princ. quæ est Novell. 38.* ibi: *Qui Rempublicam olim disposuerunt, existimare oportere secundum Regiæ Urbis instar adunare in quacunque Civitate nobiles viros, & unicuique Senatus dare curiam, per quam debuissent agi, quæ publica sunt* Petr. Gregor. *syntagmat. lib. 18. cap. 13. n. 2.* Pancirol. *lib. 2.* Thesaur. *c. 152.* Amaya *in d. rubr. C. de Decurion. n. 3.*

Et quidem de his Decurionibus municipalibus agit titulus *Cod. de bæred. Decurion. in L. intestatorum 4. Cod. eod.* Ubi disponitur Decurionum intestatorum hæreditas pertinere, ad Curias, vel Ordines patriæ. Et non est in illo titulo alia lex; quæ de Decurionibus loquatur: namque *in L. 1.* agitur de naviculariis, quibus navium gubernatio pertinebat. Et apud Nos dicuntur *Pilotos*: ut notatur *ad tit. C. de navicul. lib. 12.* inter quos erant aliqui, qui ex obligatione inserviebant publicæ annonæ, & exportabant frumentum certumque ordinem & societatem inter se constituebant cum pluribus privilegiis: ut probatur ex *text. in L. semper negotiatores ff. de jure immun. L. bis qui naves ff. de vacat. muner.* Duaren. *lib. 2. dispunct. c. 22.* Straca *de mercat. p. 1. n. 61.* Camill. Borrell. *de præst, Reg. Cath. c. 14. n. 48.* Qui collegium fuisse horum Naviculariorum scribit: & istis concessit Imperator Constantius *in d. L. 1.* quod decedente aliquo sine hærede non fiscus, sed alii ejusdem Ordinis, vel Collegii, defuncto succederent: ut suadetur ex inscriptione ejusdem legis ibi: *Imperator Constantius Mastichiano Præfecto annonæ. Sed in L. 2. ejusdem tituli* continetur aliud diversum; scribit enim idem Imperator Bonoso Magistro Equitum, & in illa lege de diversis multum ordinibus agitat: quoniam ita ut hodie exercitus constat ex diversis ordinibus, & partibus, ita & olim constabat *L. 2. §. exercitum ff. de bis, qui non infam.* Dicebantur autem milites Legionarii illi, ex quibus legio constabat, quæ secundùm temporum varietatem varios militum numeros continebat: ut tradit Alex. ab Alexand. *dier. Genial. lib. 1. c. 5. fol. mihi 8.* Et Romuli tempore erat legio trium mille peditum, & Equitum tercentarum, dictaque fuit Legio ab eligendo: ut refert Marc Varro *l. 4.* Et erant decem Cohortum, distinguebatur à vexillatione, quæ constabat ex equitibus, legio verò ex peditibus: notat Alex. ab Alexandr. *ubi supra*, Lexicon juris *verb. Legio*, Brisonius *verb. vexillatio*, Sigonius *de antiquit. Quirit. cap. 15.* Camill. Borrell. *d. cap. 14. n. 48. & 49.* Qui tradit postea legionem ascendisse ad octo mille, & quingentorum; vel ut ait Livius *lib. 7.* quamlibet legionem habuisse quinque millia, & quadringentos. Alii erant 33
milites Comitatenses, qui constituebant Ordinem inservientem comitatui Principis, & ea ratione aliquando vexillatio dicebantur Comitatenses: ut tradit Connan. *l. 4. cap. 15. n. 4.* & de his agitur *in L. 2. §. ignominiosè ff. de his qui non infam.* Cuneus autem de quo *in d. L. 2.* erat quidam Ordo constans ex peditibus, qui primò angustior, deinde latior procedebat, & in primò agmine adversariorum Ordines rumpebat. Lexicon juris *verb. Cuneus.* His igitur militibus concessit Imperator, quod si aliquis sine hærede decederet, bona ejus non ad fiscum tanquam vacantia, sed ad Ordinem, seu commilitones pertinerent; ut Dux bona illa divideret inter eos argum. *text. in L. pro redemptione C. de donat. L. si quis filio §. ejus ff. injust. rupt.*

Sed obstat *text. in L. 2. ff. de veteran. milit. success.* Ubi habetur, quod si miles decedat sine hærede usque ad quintum gradum, non ordo militaris, sed fiscus succedit. Pro cujus difficultatis responsione facienda est differentia inter militem condemnatum ob crimen militare, & non condemnatum. Ita ut in primò casu specialiter sit concessum militi testamentum condere, vel si non fecerit quod ei succedunt cognati usque ad quintum gradum, *L. 1. ff. de veteran. milit. success. L. si quis 6. §. si quis de injust. rupt. L. cum hic status §. si miles ff. de donat. inter, L. & militibus C. de milit. testam. L. si quis 22. ff. de legat. 3.* Unde meritò constituitur, quod deficientibus consanguineis bona deveniant ad fiscum, ad quem pertinerent, si tale privilegium condemnatis militibus concessum non fuisset. Et in his terminis procedit *text. in d. L. 2. ff. de veteran. milit. success.* Nostra autem resolutio procedit in milite, qui non criminosus decessit. Neque hic intellectus divinatorius dici debet: quia in *d. L. 2.* non agitur de milite criminoso, sed satisfit dicendo textum illum positum esse continuativè *ad L. 1.* in qua de criminoso actum fuit. Et probatur apertè: quoniam ille textus deductus fuit ex *lib. 16. Respons. Papiniani* ut constat ex illius inscriptione. Ubi Papinianus solùm de criminosis tractabat: ut eleganter notat Cujac. *ad illum lib. in d. L. 2. & in paratil. ad tit. C. de bæred. Decurion.*

In *L. 3. ejusd. tit.* agitur de cohortalibus, qui etiam 35
constituebant certum ordinem cohorti, vel alteri provinciæ inservientem: & hi dum durabat obligatio, similes erant adscriptitiis. *L. 1. & per tot. de Cohortalib. in Cod. lib. 12. Auth. de defensorib. civitat. §. deinde collat. 3.* & eorum curæ committebantur equi ad cursum publicum *L. publici 14. C. de cursu public. lib. 10.* Atque illis concessa fuit successio reciproca exclusò fiscò. *In L. ult.* agitur de Fabricensibus, qui fabricam publicam armorum tractabant: ut notatur *in tit. 1. de fabricensib. lib. 11.* Et in eadem 36
conditione, ut si aliquis ex eis decedebat, superstites ad locum de mortui alium nominarent. Quæ nominatio creatio dicebatur, & illius ratione nominatores tenebantur tanquam fidejussores nominati: refertur *in L. 1. C. de pericul. nominat.* Lexicon juris *verb. Fabricenses.* Quare bene notat Cujac. ibi, quod ubi *in d. L. ult. C. de hæredit. Decurion.* legitur in vulgatis codicibus, *Creditores*, legendum est *Creatores*, quasi textus diceret, quod fabricenses tenentur pro illis, quos elegerunt, creaverunt, & nominaverunt: ob quam causam istis fabricensibus concessum fuit, ut inter se ab intestato succederent exclusò fiscò: ut disponitur *in d. L. ultim.* Ex quibus jam patet totum illum titulum *Cod. de hæredit. Decurion.* loqui in casibus diversis ordinum, qui ibi enumerantur, ad quos tantùm referendus est, non ad confraternitates, & collegia, communitatesque, à quibus non excluditur fiscus, cum sit vocatus deficientibus legi-

legitimis successoribus: prout notat Camill. Borell. *d. cap.* 14. *n.* 50. Ubi excipit colegia pia.

Attamen Doctores ex dictis inferunt collegia lici-
37 ta, & universates excludere fiscum à successione collegæ, vel alicujus de Universitate decedentis sine legitimo hærede per *d. L.* 1. *Cod. de hared. Deeurion.* Ubi Bart. *& in L. siquis filio §. siquis ff. de injust. rupt.* Bened. Capra *cons.* 156. 2. *dub.* Ubi concludit, quod congregatio monialium Tertii Ordinis Sancti Francisci jure approbata, in successione monialis defunctæ fiscum excludit. Sequitur Peregrin. *de jure fisc. l.* 4. *tit.* 3. *n.* 11. Farin. *in fragmeut litt. F. u.* 135. Unde etiam dicunt, quod si scholasticus decedat sine hærede legitimo, universitas ei succedere debet, saltem in bonis, quæ ibi habebat, Tiraq. *iu tract. le mort. p.* 2. *deelarat* 15. *n.* 16.

38 Sed obstat, quod civitas excluditur à fisco in successione civis per *text. in L.* 1. *C. de bon. vaeantib. l.* 10. *L.* 3. *§. mnuieipibns ff. de bonor. possession.* Ergo etiam fiscus, præferendus est collegio, vel universitati. Augetur difficultas, quod civitas vocari videtur ad Decurionis intestati bona *in L.* 4. *C. de hared. Deeurion. & in L. unic. Cod. Theod. de bon. Deeurion.* ibi: *Si Decurio sine liberis intestatus diem vita solverit, eui neque voluntas postrema legibus fulta, neque aliquo jure, gradu proximior hæres extiterit, bona ejus Curia sua commodis cedant.* Ex quibus videbatur permissum civitatem esse admittendam excluso fisco: & tamen civitas non succedit, immo excluditur à fisco: ut tenent Amaya *in d. L.* 1. *Cod. de bon. vaeant.* Peregrin. *d. tit.* 3. *num* 19. Ergo neque collegium, neque universitas fiscum excludit: maximè
39 cum patria omnibus charissima sit *L. qni habebat* 101. *ff. de legat.* 3. Et non minus patriæ, quàm parentibus subjecti sumus L. 2. *ff. de just. & jure* ibi: *Veluti erga Deum religio, ut parentibus, & patria pareamns, non enim minns patria, quam parentibns nascimur. L.* 1. *§. & generaliter ff. de ventr. in possess. mittend. L. Cicero, ff. de pan.* Peregrin. *d. tit.* 4. *num.* 20. Spino *in rubr. de testam. gloss. p.* 14. *n.* 69. Giurb. *ad consuetnd. Messan, eap.* 1. *gloss.* 4. *n.* 1. *observ.* 75. *n.* 10. *circa fin.* Valer Max. *memorab. l.* 1. *eap.* 6.

Nihilominus tamen verius est collegium, & com-
40 munitatem excludere fiscum, non vero civitatem. Et ad supra dictam difficultatem respondetur cum Peregrin *d. tit.* 3. *n.* 20. *vers. augetur*, quod ideo civitas non succedit per se, quia Princeps ejus caput loco ejus succedit: vel quia nemo sucedere potest, nisi ex legis dispositione, Peregrin. *d. tit. n.* 5. Cumque nulla lege caveatur civitatem succedere; imò contrarium disponatur *in d. L* 1. *Cod. de bon. vacant.* nullo modo civitas admitti potest: præsertim quia civitates habentur loco privatarum personarum *L.* 2. *C. de jur. Reipub. lib.* 10. ibi: *Causa ejus non separa-*
41 *tur à eateris creditoribus*: *L. bona* 15. *cum* L. *seqq. ff. de verbor. signific. L. simile* 10. *ff. ad municip.* L. *nihil. ff. ad S.C. Macedon.* Mantic. *de taeit. & ambig. lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 24. Mantic. de Pæn. *in L.* 1. *C. de bon. vacant n.* 7. ubi Valenz. *nn.* 13. & Amaya *n.* 34. Unde cum hoc jus succedendi in bonis vacantibus sit de Regalibus, & competat Principi ratione dignitatis; non possunt illud habere civitates, quæ recognoscunt superiorem. Ideoque hoc jus non pertinet ad Dominos terrarum & vassallorum, quamvis eis concessa sit jurisdictin com mero; & mixto imperio: non enim pertinet jos succedendi ad effectus jurisdictionis, sed ratione Regalis dignitatis, Bovad. *in sua Polit. l.* 2. *eap.* 16. *n.* 216. *litt.*
42 *B. & C.* Amaya *in d. L.* 1. *num.* 39. Rosentald. *de fend.* 5. *conclus.* 52. *n. fin.* nisi specialiter eis concessom sit, Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *eap.* 9. *n.* 59. Declara autem, quæ dicta sunt de civitatibus, ut non procedant in illis, quæ spuriorem non cognoscunt,

& habent jura imperii: prout sunt Respublicæ Ve- 43
netorum, & Genuensium, Camill. Borell. *d. eap.* 14. *num.* 6. Mastrill. *de Magistr. lib.* 3. *eap.* 10. *num.* 391. Et fuit sententia Bart. *in L. ex quibusdam num.* 2. *ff. de jure fisc. & in L. item veninnt* 20. *§. ait Senatus ff. de petit. hæred.* & alii cum quibus Amaya *in d. L.* 1. *C. de bon. vacant. n.* 35.

Et an hoc jus succedendi possunt præscriptio- 44
ne acquirere civitates subjectæ, & Barones? Vide Amaya *in d. lib.* 1. *num.* 37. Boss. *tit. de fiseo n.* 7. Decian. *respons.* 35. *n.* 63. & 64. Alex. *cons.* 13. *u.* 18. Sixtin. *d. c.* 9. *n.* 59. Montan. *de Regalib. in pralud. n.* 32.

CAPUT XXI.

Quo jure succedat fiscus in bonis vacantibus. Et an teneatur solvere legata? Item ut succedat in bonis majoratus instituti ad conservationem certa familia, & nullus extat consanguineus Institutoris tempore mortis ultimi possessoris?

SUMMARIUM.

1 *Fiscus non succedit in bonis vacantibus tanquam hares, per oecnpationem,*
2 *Refertur contraria opinio.*
3 *Qnando bona deferuntur fiseo ex eausa confiseationis propter delictum, vel ob restitutionem faciendam ineapaci, fiseus non succedit nti hares, sed tanquam successor nniversalis.*
4 *Fiseus sueeedit quasi hares, & ex voluntate testatoris, si à defuncto fidei commissum relictnm, sit, easu, quo bona vacaverint, & tenetur fideieommissnm restituere.*
5 *Proponitur quastio An fiscus teneatur solvere legata, quando hares scriptus nolnit adire hareditatem, & fiscus eam oeenpavit, quia non erant consanguinei nsque ad decimum gradum? Et refertnr opinio affirmativa. Sed negativa verior: ut u.* 6.
6 *Nolente adire hareditatem omnia in testamento relicta corruunt, & ueque libertates debentnr.*
7 *Fiscus tenetur solvere creditoribus, & alia bonorum onera subire.*
Fiseus tenetur ereditoribus, qnando bona fuerunt eonfiscata ob delictum, vel ea fiscns abstnlit ab indigno. Et hoe easu etiam tenetur prastauda legata, qua delinqnens prastare tenebatnr. Ib.
8 *Fiscns occupat bona majoratus tanquam vacantia, si fuerit institutus ad eonservationem eerta familia: & tamen tempore mortis ultimi possessoris neque illius, neque institutoris erant consanguinei.*
9 *Et qnid si institutoris non erant eonsangninei, extabant tamen eonsanguinei possessoris intra decimnm gradum ex alia familia.*
In majoratibus sueceditur jure sanguinis, non hareditario. Ib.
10 *Sueeessio majoratus defertur proximiori eonsanguineo nltimi possessoris.*
11 *Proximitas eonsideranda est ea parte, ex qua pratenditnr successio, hoc est respectu sanguinis institntoris.*
Bona majoratus censentnr bona institutoris, si quidem majoratus non ab nltimo possessore, sen à primo institutore capitur.
12 *Fundatur contraria opinio.*
Bona majoratus, sen fideieommissi relicti pro conservatione familia cum perpetua alienationis pro-

bibitione

bibitione, familia extincta efficiuntur bareditaria, & ultimus de familia ea reliuqnere potest extraneo. Ib.

13 *Probibiuus alienare extra familiam, nou probibetur relinquere ei, qui ab intestato successnrus est.*

14 *Respondetur ad coutraria opinionis suudamenta.*

Mortuo institutore dominium bonorum majoratus vel fideicommissi trausit in successorem, qui potest boua vendicare. Ib.

15 *Majoratns possessor interim dum vivit, dominus est bonorum majoratus pleno jure.*

16 *Interpretatur* text. in L. peto §. fratre ff. de legat. 2.

17 *Ad successiones bareditarias non admittitur nisi is, qui datus est, vel saltem conceptus iu vita ejus, de cujus agitur successioue: secns iu snccessionibus sanguinis.*

Alienans rem fideicommissi, in quo erat expressa alienandi probibitio amittit fideicommissum: sed si nullus alius de familia fuerit, iterum admittitur. Ib.

18 *Renuntians paternam bæreditatem in favorem fratrum, iterum admittitnr, si fratres vivo parente decesserunt.*

19 *Juxta Regni consuetudinem extincta familia institutoris fideicommissi, seu capellæ, boua nou pertineut ad consauguineos nltimi possessoris, sed ad Principem uti libera, sed ut possit nominare administratorem.*

Testator intelligitur se conformare cum juris dispositione. Ib.

20 *Item potius censetur vel conformare cum jure municipali, & consuetudinario.*

21 *Iu majoratu succednnt cousanguinei usque ad millesimum gradum.*

22 *Filius nauralis regulariter non succedit in majoratu.*

23 *Deficientibus omnibus consanguineis succedit naturalis in majoratn, ne boua efficiantur caduca.*

24 *Naturalis continetur appellatione consanguineorum: & de jure communi non omnino excluditur à successione majoratus, & fideicommissi.*

25 *Majoratus non inducit Missarnm oneris impositio, vèl alterius.*

26 *Bona relicta cum aliquo onere sine probibitione alienationis possunt alienari, & dividuntur iuter bæredes per æstimationem.*

27 *Bona majoratus extiucta familia institutoris ita pertinent ad Principem: quando ultimus possessor ab intestato decessit, prout quando de illis per testamentum disposuit.*

28 *Quæritur: An Princeps possit sibi retinere majoratum, seu capellam omuiuo extinctam? Et de jure communi id licere dicitur.*

29 *Sed de jure Regio nou potest Princeps bona sibi retinere, sed tenetur eligere administratorem.*

30 *Princeps prædictos majoratus, seu capellas concedere potest ad vitas: tenetur administratorem eligere, qui babeat qualitates in institutione requisitas.*

31 *Fiscus non tenetur creditoribus nltra vires, neque inventarium conficere.*

32 *Boua vacantia ex concessione Regum nostrorum applicantur redemptioni captivorum.*

QUibus ita positis observandum est fiscum non
succedere in bonis vacantibus, ut hæredem,
1 sed per occupationem; quia in eum ipso jure transfertur dominium: *L. 4. §. eadem constitutio ff. de fideicomm. libertat.* Ubi habetur, quod libertas fideicommissaria conservatur ex constitutione Divi Marci, bonis fisco delatis; & tamen constitutio locum nou habebat, nisi quando nullus hæres defuncto existebat *L. 2. ff. eod. junct. Priuc. Instit. de eo, cui libertatis causa*, Deinde probatur *ex L. 4. C. de bou. vacant.* in qua admittitur fiscus nullo extante legitimo hærede: ergo fiscus non est hæres: si enim esset, non diceretur legitimum non extare hæredem cum ipse ex legis dispositione suceedat Probatur etiam ex *text. iu L. si. coustante §. fin. ff. solut. Matrim.* Ubi dote confiscata non transit in fiscum instantia, vel judicium dotis. Quod non esset, si fiscus hæres foret; transit namque instantia in hæredem: ut diximus 2. *p. cap.* 20. *n.* 30. Denique melius probatur *ex L. fin. C. de bon. vacantib.* ibi: *Ut jussu nostro nomiue occupentur ærarii.* Quæ sententia verissima est & eam post antiquiores tenent Peregrin. *de jure fisc. lib. 4. tit. 1. n.* 28. Farinac. *iu fragm. verb. fiscus n.* 16. Petr. Barbos. *in. d. L. si coustante §. fin. n.* 16. Cevall. *commun. coutra commun. q.* 812. *n. 1. & seq.* Amaya *in d. L. 1. C. de bon. vacant. n. 7. & seqq.* Quidquid contrarium opinetur Salicet. & alii *in L.*
nuic. §. cum autem n. 9. C. de caduc. tollend. Qui 2
tenent fiscum succedere jure hæredis, & legatis atque oneribus hæreditariis obstringi ex fuudamentis, de quibus Amaya *ubi supra n.* 8. Qui *n.* 9. distinctionis fœdere dissidentes opiniones componit asserens, quod si fiscus succedit jure hæreditario nulla est controversia: ut evenit, quando Princeps fuit hæres institutus: *in. L. 1. in princ. vel quod Priuceps ff. de jure fisc. L. ex imperfecto 3. L. nou dubium 16. L. volumus 20. C. de testam. L. si quis Imperatorem, L. cum bæredes 7. Cod. qui testam. fac. poss. L. si legatus 30. §. fiu. ff. Trebellian. §. fiu. Iustit. qnib. mod. testam. infirm.* Crassus *in §. bareditas quæst. 5. n. 3.*

Si verò bona deferuntur fisco tanquam confisca-
ta ex aliquo delicto, vel restitutione facienda inca- 3
paci, aut ex inulta morte defuncti ex Senatus Consulto Syllaniano: vel quia bona auferuntur ab indignis L. 1. *& tot tit. ff. de bis, quibus ut indign. L. ex facto 43. §. Julius ff. de vulgar.* L. *si sequens ff. ad Syllaniau.* veluti vacantia juxta *text. in d.* L. 1. *C. de bou. vacant.* non potest dici fiscum succedere uti hæredem, cum indignus adhuc maneat hæres: Et si tanquam successor universalis bonorum admittitur fiscus juxta doctrinam Bart. *in rubr. ff. de acquir. bared. n.* 4. Petr. Barbos. *iu d. L. si. constaute §. fin. n. 7. in fin.* Sanchez *ad præcept. Decalog. lib. 2. cap. 24. n. 4. Bellon. de jure accres. c. 7. q. 45. n. 7.*

Attamen si à defuncto specialiter fideicommissum
relictum sit, eo casu, quo bona vacaverint, ut in 4
specie *text. in* L. *filius familias* 114. §. *qui intestato de legat.* 1. tunc fiscus quasi hæres succedere videtur, quia ex voluntate testatoris consequitur hæreditatem quèm testator ei relinquere visus est, dum eam non ademit *L. conficiuntur* 8. *de jure codicill.* Ideo fiscus tenebitur præstare fideicommissum cum ex judicio defuncti consequatur hæreditatem *L. qui liberis 8. §. bæc verba ff. de vulgar. L. sed etsi 6. §. fin. de legat.* 3. non verò hæreditatem occupavit fortuito, quasi bona vacantia. Amaya *in d.* L. 1. *C. de bou. vacant. n.* 13. Sixtin. *d. c. 9. n.* 43.

Major dubitatio est, An fiscus teneatur exsolvere
legata relicta ab hærede, qui noluit adire hæredi- 5
tatem, & non erant viventes ab intestato usque ad decimum gradum. Namque eodem modo bona tanquam vacantia pertinent fisco, ac si defunctus decessisset intestatus, quam si decessisset cum testamento, sed hæres noluit adire: ut jam tetigimus suprà *c.* 17. *n.* 16. Et probant Bossius *de bon. vacant. nu.* 2. Ulpian. *in fragm. tit. 28. vers. si nemo sit ad quem bouorum possessio pertinere possit, aut sit quidem, sed jus suum omiserit* Refert, & sequitur Sixtin *d. cap. 9. num.* 21. Igitur in prædicta quæstiono duæ sunt
contra-

contrariæ Doctorum opiniones, altera affirmativa, altera negativa. Probatur affirmativa ex *text. in L. cum fisco 9. ff. ad Syllan. L. recusare 6. §. si fisco, ff. ad Trebellian. L. quidam 96. §. quoties ff. de legat.* 1. & facit *text. in L. 2. §. fin. ff. de suis, & legitim. hæred.* Ubi si hæres gravatus fideicommissa repudiaverit hæreditatem, transit illa ad legitimum hæredem cum onere fideicommissi: Ergo eodem modo, & in fiscum bona transeunt cum onere legatorum. Propter quæ fundamenta hanc partem tuentur, Bald. *in L. eam quam C. de fideicommiss.* ubi Menesius *num.* 5. Fachin. *lib. 6. cap.22. vers. caterum,* Sixtin. *d. cap.* 9.*n.*44.Cevall. *commu. contra commun.q.*144.*in fin.*

6 Sed contraria sententia probatur ex eo, quod relicta in testamento tacitam habent conditionem, si adeatur hæreditas *L. 3. ff. de legat.* 3. Et ea propter si hæres scriptus nolit adire hæreditatem, omnia corruunt & reducitur res ad causam intestati: Ideoque neque legata præstantur, neque libertates debentur *L. si nemo 9. C. de testam. tutel. L. Titius 45. §. sed verum est, ff. de excusat. tutor. L. 1. ff. de injust.rupt. princ. Instit. de hæred. quæ ab intest.* L. 2. §. *adeo ff. de vulgar. L.* 1. §. *sed si filius de legat.* 3. *L. si patronus* 12. §. *ex testamento ff. de bon. libertor. L.* 1. *in princ. ff. de suis, & legitim. hæred. L. 2. ff. de manumiss. testam. L. intestatus* 60. *ff.de verb. signific.* L. *si nemo* 181. *de reg. jur.* L. *unic.* §. *libertatibus Cod. de cadnc. tollend. L. eam quam C. de fideicomm. libertat.* Atque ita cum fiscus capiat bona vacantia uti vacantia, non ut hæreditaria L. 1. *C. de bon. vacant.* re ad causam intestati devoluta succedens, quia nullus existit hæres, non tenebitur præstare legata. Propter quæ, & alia fundamenta hanc sententiam amplectuntur, Ripa *in L. ex facto ff. ad trebellian.* Jul. Clar. *in* §. *fin. q.* 78. *num.* 28. *vers. sed an teneatur fiscus:* dicit communem Farinac. *tom. 1. q. 25. num.* 186. *vers. ad secus, & num.* 187. *& in frag. vers. fiscus quando succedit in bonis vacantibus num.* 20. Spino *de testam. gloss.* 33. *num.* 16. Pichard. *in princ. Instit. de eo cui libert. causa, & c.* Peregrin. *de jure fisc. lib. 4. tit.* 3. *num. 26. vers. contra tenuerunt:* Idem Peregrin. *de fideicomm. art. 2. n.* 40. veriorem dicit Amaya *in d. L. 1. C. de bon. vacant. n.* 16. Ubi *n.* 17. *& seqq.* contrariæ partis fundamentis satisfacit Carvalh. qui latè fundat *in cap. Raynaldus 2. p. nu.*483. *& seqq.* Quæ etiam mihi placet; quia melioribus fulcitur fundamentis.

7 Creditoribus autem fiscus solvere tenetur, & alia subire bonorum onera *L. si maritus in princ. ff. solut. Matrim. L.2. Cod.ad L. Jul. de vi publ* Farinac.qui plures laudat *d. q. 25. n.*170. Sixtin. *de Regal. cap.* 9. *n.*45. Peregrin. *d. lib.*4. *tit.* 3. *n.* 25. Prout etiam fiscus tenetur creditoribus, quando bona fuerunt confiscata ob delictum, vel ea fiscus obstulit, tanquam ab indigno. Et in hoc casu confiscationis, vel indignitatis non solum tenetur fiscus creditoribus, & oneribus, sed etiam ad præstanda legata, ad quæ tenebatur delinquens, ut utrumque probant Farinac. *d. q. 25. num.* 170. *&* 186. Peregrin. *de lib. 4. tit. 3. num. 26. vers. ad jura autem,* Amaya *in d. L. 1. n.*9. Fontan. *de pact.nupt. clauf. 5. gloss.*4.*n.*61. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 12. *tit.* 18. *num.* 17. Becc. *cons.* 8. *per tot. lib.*2. Surd. *de alim.tit.*1.*q.*31. *n.* 16. cum enim indignus adhuc hæres remanet *d. L. ex facto* §. *Julius ff. de vulgar.* & fiscus bona habeat tanquam universalis successor per anihilationem personæ, Mantic. *d. tit. 12. n.* 18 Alex. Trentacinq. *L. 1. var. tit. de jure fisc. resolut.* 2. *n.* 2. Fontan. *d. clauf.* 5. *gloss.* 4. *n.* 64. Amaya *in d. L.* 1. *n.* 10. & bona transeant cum sua causa, debet fiscus ea onera subire, ad quæ delinquens ratione bonorum erat adstrictus.

Tertio quæro, An fiscus, seu Princeps occupet 8 quasi vacantia bona majoratus instituti ad conservationem certæ familiæ, quando tempore mortis ultimi possessoris nullus extat consanguineus institutoris, neque ultimi possessoris, qui ab intestato decessit? Et in hoc casu majoratum ad Principem pertinere, dubium non est per supra tradita. Non tamen levis est dubitatio, An idem dicendum sit, casu quo tempore mortis possessoris nullus adest consanguineus institutoris, extant tamen consanguinei possessoris ex alia familia intra decimum gradum. In qua quæstione pro fisco stat certissima conclusio, quod in majoratibus succeditur jure sanguinis non hæreditario, ut probatur per *text. in L. unum ex Familia* §. *si de Faleidia ff. de leg.*2. ubi communiter Doctores *L. co-* 9 *hæredi* §. *cum filiæ ff. de vulgari,* L. 3. *ff. de interd. & relegatis,* Bart. *in L. mortis causa capimus ff. de donat. caus. mortis,* Tiraq. *de primogen. q.* 35. *n.* 2. Molin. *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 2. *&* 21. & cum pluribus diximus *lib.* 1. *p.* 2. *cap.* 3. *n.* 9. Unde fit, quod licet mortuo professore successio majoratus deferatur proximiori consanguineo illius, Molina *lib.* 3. *cap.* 9. post plures Gam. qui judicatum dicit *dec.* 7. & ibi latè Flores de Mena, *& dec.* 354. *num.* 18. Gabr. Pe- 10 reir. *dec.*5. *n.*4. Valasc. *cons.*121.*n.*7. *& de jure emphyt. q.* 50. *num.* 34. Castill.*lib.*3. *cap.*15. *n.*51.Cyriac. *controv.* 414. *n.*7. Gutierr. *lib.* 3. *pract. q.* 66. *n.*7. *& seqq.* Antonin. Amat. *resolut.* 10.*n.*21.*& seqq.* D. Joseph. Vela *dissert.* 49. *n* 76. Tamen proximitas consideranda est ex ea parte, ex qua prætenditur 11 successio, hoc est respectu sanguinis institutoris: in quibus terminis loquuntur DD. supra citati, & in expresso declarant Gama *dec.* 258. *n.*4. Anton. Gomez *in L.* 40. *Tauri n.*44. Molin. *lib.* 3. *cap.* 9. *n.*2. Valasc. *cons.*123. Pereir. *dec.*5. *& dec.*48. Gama *dec.* 115. *n.*1. Et probat *Ordinat. lib.* 4. *tit.* 100. §. 2. ibi *Sendo do sangue do instituidor.* Atque ita consanguinei possessoris defuncti, qui non sunt de sanguine institutoris, succedere nequeunt & fit locus fisco, ut bona majoratus tanquam vacantia occupare valeat. Secundo facit quod bona majoratus censentur bona institutoris, siquidem majoratus non ab ultimo possessore, sed à primò institutore capitur *d. L. cohæredi* §. *cum filia, ff. de vulgari, d. L. unum ex familia* §. *si de Faleidia,* Molin. *lib.* 1. *cap.* 8. *n.*2. Surd. *cons.* 29. *num.* 4. *& cons.* 31. *n.* 2. Cyriac. *controv.* 402. *n.* 28. *& controv.* 57. *n.* 43. *& contr.* 98. *num.* 7. *& seqq.* Valenz. Valesquez *cons.* 113. *num.*78. Menoch. *cons.* 357. *num.* 4. Francisc. à Souza *in L. fæmina p.*1. *n.*28. *ff. de reg. jur.* Solorzan. *de jure Indiar. tom.*2. *lib.*2. *cap.*16.*n.*19.*& seqq.* Ergo extincta linea institutoris, cujus bona majoratus reputantur, succedere non possunt consanguinei possessoris penitus extranei, & fit locus fisco, Gam. *dec.* 193. *num.* 4.

Contraria tamen sententia, quæ favet consanguineis possessoris, licet extraneis, verior est, quia bona majoratus, seu fideicommissi relicti pro conservatio- 12 ne familiæ, etiam cum prohibitione alienationis in perpetuum, extincta familia efficiuntur libera, & hæreditaria, ac si numquam fuissent vinculata, & ultimus de familia potest illa relinquere penitus extraneo, ut probat *text. in L.qui solidum* §. *prædium, L. cum pater* §. *liberis, ff. de legat.* 2. Gama *decis.* 193. *num* 2. ubi Flores de Mena, *& dec.* 206. *num.* 20. Molin.*lib.* 1. *cap.* 2. *n.*1. *& seqq.* Pinell.*in Auth. nisi triennale num.* 54. *Cod. de mat.* Castil. *lib.* 2. *controvers. cap.* 22. *num.* 54. Neguerol. *alleg.* 25. *num.* 10. Cyriac. *controv.* 142. *num.*27. *&* 31. Tondut. *resolut. civilium cap.* 47. *n.* 25. *& seq.* Secundo pro hac parte facit *text. in L. pater* §. *Julius Agrip-* 13 *pa,* & ibi *gloss. ff. de leg.* 3. ubi probatur quod pro-

hibitus alienare extra familiam non prohibetur relin-
quere ei qui ab intestato successurus est Alex. *cons.*
59. vol. 3. Jason *cons. 31. vol.* 3. Gama *dec.* 193. *n.*
2. ergo consanguinei possessoris præferendi sunt fisco
cum ab intestato decedens censeatur illis bona majo-
ratus relinquere, de quibus disponere valebit post fa-
miliam extinctam L. *conficiuntur* 8. *ff. de jure codicil-*
lorum cum similibus.

Qua opinione retenta non obstant in contrarium
adducta. Non primum: quia respondetur argumentum
14 bene procedere, dum vinculum durat, sed eo extin-
cto, quoniam deficiunt consanguinei de familia ins-
titutoris, & de ejus sanguine, nil mirum, si venien-
tes ab intestato ultimi possessoris admittantur. Non
etiam urget secundum: respondetur enim, quod mor-
tuo primo institutore, & fideicommitente, statim do-
minium bonorum majoratus transit in successorem,
vel fideicommissarium: ut optimè tradit Peregrin *de*
fideicomm. art. 31. *n.* 2. Et iste tanquam dominus bo-
na potest vendicare à quocumque possessore *L. fin.* §.
penult. Cod. commun. de legat. Auth. res quae C. cod.
& facit *text. in L. peto* §. *fratre vers. quod si cautio ff.*
de legat. 3. Anton. Faber. *in suo Cod. lib.* 6. *tit.* 22.
diffinit. 13. *num.* 9. Et inde dicitur, quod possessor
majoratus interim dum vivit, dominus est bonorum
15 majoratus pleno jure *L. species ff. de auro & arg. leg.*
L. generaliter §. 1. *ff. qui, & à quid L. fin.* §. *sed quia*
nostra, C. commun. de leg. Valasc. *cons.* 122. *num.*
6. *& consult.* 116. *num.* 5. & 194. *num.* 22. Giurb.
dec. 69. *num.* 37. *& seqq.* Salgad. *in labyrinth.* 1. *p.*
cap. 14. *num.* 59. Et diximus 2. *p. cap.* 7. *num.* 23.
& cap. 11. *num.* 74. *& cap.* 29. *num.* 100. Unde
quamvis verum sit, quod majoratus à primo in-
stitutore capitur, non inde sequitur, quod bona ad-
huc illius reputentur: siquidem jam mortuus domini-
um eorum habere nequit, sed tantùm procedit, quoad
successionem; ut juxta ejus dispositionem, & secun-
dum vocationes institutoris reguletur; bona autem
possessoris sunt ex superius dictis, Molin *l.* 1. *cap.* 19.
n. 4. Et ideo licet successor esse debeat de sanguine,
& familia institutoris, cum extincta ejus generatione
bona sint ultimi possessoris, si iste de illis non dispo-
suit, ad ejus sanguineos pertinebunt.

16 Neque obstat *text. in d. L. peto* §. *fratre. ff. de le-*
gat. 2. ex quo notant Doctores, quod etiam extincta
familia non extinguitur vinculum: siquidem adhuc
ultimus de familia cavere tenetur de restituendo fi-
deicommisso; & quidem cessaret cautio, si vinculum
esset extinctum. Sed respondetur, quod cautio ibi
desideratur ratione doli; quamvis enim actualiter
non daretur aliquis de familia, poterat tamen dari:
& ut bene notat Cujac. *l.* 19. *quæst. Papinian in d.*
L. peto ipse, qui possidet fideicommissum, licet de
præsenti esset ultimus de familia, poterat postea filios
procreare, quibus fideicommissum restituere debe-
ret; nam licet ad successiones hæreditarias non admit-
17 tatur, nisi qui natus sit, vel saltem conceptus in vita
ejus, de cujus agitur successione L. *Titius ff. de suis,*
& legitim. hæred. in successoribus sanguinis admitti-
tur consanguineus quocunque tempore nascatur. Vel
potest responderi, quod in illo textu petebatur fidei-
commissum, quia possessor domum alienaverat, &
præstatur cautio de restituendo fideicommissi ipsi
alienanti, si nullus alius de familia superesset, quam-
vis enim alienans rem fideicommisso, in quo erat ex-
pressa prohibitio alienandi amittat fideicommissum
ita ut amplius non admittatur ad illud L. *cum pater*
79. §. *libertus ff. de legat.* 2. L. *nihil proponitur de*
leg. 1. Attamen id intelligendum, si supersunt ali-
qui de familia; nam si illa extincta sit omnino, iterum
admittatur tanquam ad novum fideicommissum, ar-
gument. *text. in* L. 3. *& 5. ff. quib. mod. usufruct.*
amitt. L. creditor 3. L. creditor 12 ff. qui pot ior. in
pignor. L. jure mariti C. ad L. Jul. de adulter. L. 1. §.
sed videndum ff. de success. edict. notat Anton. Faber.
l. 14. *conjectur. cap.* 9. Sic videmus, quod filius re-
nuncias paternam hæreditatem in favorem fratrum, 18
iterum admittitur ad illam, si fratres vivo parente
mortui sunt, ut post antiquiores scribit Covarr. *in*
cap. quamvis pactum p. 3. §. 3. *n.* 4. *&* 5. Cancer.
l. 3. *var. cap.* 15. *n.* 24. *& seqq.* post plures Cyriac.
controv. 475. *à n.* 3. *cum seqq.* Giurb. *de success. feu-*
dor. §. 2. *gloss.* 8. *à n.* 49. Olea *de cess. jur. tit.* 3. *q.*
n. 48. & faciunt quæ Castil. *l.* 3. *controv. cap.* 12.
n. 123.

Ex quibus jam verissima apparet prædicta resolu-
tio in terminis juris communis: at verò juxta Regni 19
consuetudinem contrarium dicendum est, quia in ca-
su nostræ inspectionis bona majoratus non pertinent
ad consanguineos ultimi possessoris, neque efficiuntur
libera, sed spectant ad Principem, non ut illa tan-
quam libera valeat possidere, sed ut nominet novum
administratorem majoratus, fideicommissi, seu Ca-
pellæ institutæ de bonis laicalibus absque Episcopi
authoritate. Quod jus apud Nos ad Regem pertinet,
& ex vetustissima consuetudine: ut per Gama *decis.*
193. Cabed. 2. *p. def.* 51. *&* 52. Camill. Borell. *de*
præst. Reg. Cath. cap. 50. *n.* 65. & hoc jure utimur.
Fragos. *de regim. Reip. p.* 1. *disp.* 5. §. 2. *num.* 15.
vers. sed quid dicendum de Capellis. Quapropter
cum hæc sit Regni longissima consuetudo, jus nomi-
nandi administratorem competere Principi ex testa-
toris voluntate dicendum est: namque testator, qui
in casu; quo deficerent illius consanguinei, nil dispo-
suit circa majoratus successionem, censetur voluisse
cum juris dispositione se conformare, argument.
text. in L. hæredes mei §. *cum ita ff. de Trebel.* Gama
decis. 7. *num.* 4. *decis.* 173. *num. fin. decis.* 206. *n.*
26. *& dec.* 222. *num.* 18. Anton. Gomez in *L.* 8.
Tauri n. 9. Spino *in rub. de testam.* 1. *p. gloss. n.* 49.
Mantic. *de conject. ultimi. l.* 6. *tit.* 6. *n.* 7. Fusarius
de substit. q. 312. *n.* 7. *& q.* 325. *n.* 9. *& q.* 402.
n. 62. *item q.* 481. *n.* 7. Menoch. *cons.* 95. *num.* 93.
Peregrin. *de fideicomm. art.* 25. *n.* 5. Quod non so-
lum procedit respectu juris communis de quo loqu-
untur citati Doctores, sed & respectu juris munici-
palis, cum quo testator censetur potius se velle con-
formare secundùm Bart. *in d. L. hæredes mei* §. *ita,* 20
Gama *dec.* 193. *n.* 6. Amato; qui alios laudat *reso-*
lut. 39. *n.* 22. Capyc. Latro *dec.* 3. *n.* 4. ubi additio
Michael. Angel. *observat.* 3. *n.* 4. Item etiam cen-
setur se conformare cum jure consuetudinario, Alex.
cons. 16. *in fin. vol.* 4. Gama *dec.* 193. *num.* 6. At-
que ita Principi hoc jus competere ex voluntate de-
functi.

Sed adverte eo casu ad Principem devolvi majo-
ratum, seu Capellam, quo nulli omnino extant con-
sanguinei institutoris etiam ultra decimum gradum;
qui licet in ordinariis successionibus hi tantum con-
sanguinei fiscum excludant, qui sunt intra decimum
gradum, ut sæpe diximus; tamen in majoratibus suc-
cedunt consanguinei usque ad millesimum gradum 21
Covarr. *l.* 3. *var. cap.* 5. *n.* 4. *vers. quinto,* Gom. *in* L. 8.
Tauri n. 6. Menoch. *cons.* 117. *n.* 17. *& cons.* 378. *n.* 7.
& cum aliis Barbos. *ad Ord. l.* 4. *tit.* 100. §. 2. *n. fin.* Et
hoc est adeo verum, ut quamvis filius naturalis non
succedat in majoratu, Molina *de primog. l. cap.* 4. *n.* 22
46. *& seqq.* Flores de Mena *l.* 1. *var. q.* 16. *à n.* 13.
Pereir. *dec.* 14. *à n.* 4. Larrea *decis.* 32. Noguerol
alleg. 9. *n.* 22. *& seqq.* Castil. *l.* 5. *controv. cap.* 82.
num. 24. *&* 25. Solorzan. *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *n.*
13. Parlador *l.* 2. *rer. quotid. q.* 6. *num.* 5. Reinos.
observ. 33. *à n.* 4. Phæb. 2. *p. dec.* 171. *nu.* 28. Ga- 23
ma *dec.* 167. *n.* 7. Fusar. *q.* 314. *n.* 1. Caldas Pereir.

cons.

conſ.9.à n.40. Tamen deficientibus omnibus conſanguineis ne bona efficiantur caduca, admittitur filius naturalis ad ſucceſſionem majoratus, Decius *conſ.171. n.12.& 13.* Mierez *de majorat.2.p.q.2.n.27.* Gutierr. *pract. lib.2. q.52.* Flores de Mena *d.q.16. art.2. n.8.* Larrea *dec.32. n.27. & ſeqq.*

Neque obſtat naturalem in ſucceſſione patris, vel conſanguineorum non excludere fiſcum, ut diximus ſupra. Quia reſpondetur univerſam dari rationem differentiæ inter ſucceſſionem ab inteſtato, & fideicommiſſariam: in illa nanque ſolum admittuntur conſanguinei intra decimum gradum, in hac uſque in
24 infinitum. Ultra quod naturalis continetur appellatione conſanguineorum, & de jure communi non excluditur omnino à ſucceſſione majoratus, vel fideicommiſſi; immo admittitur in certis caſibus, juxta *text in L. ex facto §. ſiquis rogatus ff. ad Trebellian.* & per ea, quæ notant ibi Interpretes, & Cald. Pereir. *d. conſ.9. n. 80. & 81.*

25 Hæc, quæ diximus procedunt in Capella, ſeu majoratus inſtituto cum prohibitione alienandi in perpetuum; non verò in bonis, quæ fuerunt alicui relicta cum onere miſſarum, vel alio, abſque vocatione familiæ, & alienationis prohibitione: quia in his bonis ſuccedunt conſanguinei poſſeſſoris excluſo fiſco, etiamſi non ſint conſanguinei inſtitutoris, & extincta ſit familia illius. Et eſt ratio quoniam majoratum non inducit miſſarum oneris impoſitio, vel alterius *L. nihil proponitur ff. de legat. 1. L. fundi Trebaciani ff. de uſufr. leg.* Gama *deciſ.30. & dec.224. n.8.* Caſtill. *lib.4. controv. c.9. & 10. & lib.5. c.93. §.11. à n.2.* Valaſc. *conſult. 82.* Reynoſ. *obſerv. 68. n.7.* Valenz. *conſ. 111. à num. 1.* Lara *de anniverſ. lib.1. cap.4. num. 15. & ſeqq.* Et ideo poſſunt bona
26 alienari cum dicto onere, & iterum dividuntur inter hæredes per æſtimationem *Ordinat. lib. 4. tit. 96. §. 23.* Gama *d. dec. 30. n.1. & ſeqq. & dec. 286. num. 1.* Flores *lib. 1. var. q. 17. per totam.* Valaſc. *conſult. 82. num. 2. & 4.* Lara *d. cap. 4. num. 15. & ſeqq.* Quidquid contrarium velit Reynoſ. *obſerv. 69.* Contraria nanque opinio verior eſt, & pro ea judicavit Senatus me referente die 21. Junii anno 1663. in lite Sacerdotis Nonthel Martini cum Emmanuele do Cabo Civitatis Eborenſis, *Scriba Julio Fulco Pacanha.* Et iterum die 30. Decembris ejuſdem anni in lite Mariæ Mendez oppidi de Soure cum Emmanuele Vaz leaon, *Scriba Joanne Baptiſta Chaves.* Atque ita prædicta bona pertinent ad quoſcunque hæredes poſſeſſoris, non ad fiſcum.

27 Tandem adverte, quod licèt ultimus poſſeſſor de familia inſtitutoris faciat teſtamentum, in quo bona majoratus relinquant hæredi ſcripto, nihilominus ſi nulli extant conſanguinei inſtitutoris ad Principem devolvitur majoratus modo, de quo ſupra, atiamſi aliud de jure communi eſſet dicendum pro ſupra tradita *num.* Non obſtat quod fiſcus occupat bona vacantia, quando defunctus deceſſit ab inteſtato, non quando cum teſtamento obiit. Quia reſpondetur id verum eſſe reſpectu bonorum, quæ erant propria teſtatoris qui de illis poterat diſponere ad ſuam voluntatem, At nos ſupponimus in caſu prædicto durare vinculum, & principem cenſeri vocatum ab inſtitutore juxta Regni conſuetudinem: & ſic teſtamentum nihil operatur, ut in terminis notat Flores ad Gama *d. dec. 191.*

Aliud eſt dubium, An ſcilicet Princeps, ad quem
28 devolvitur majoratus, ſeu capella ob generis, ſeu familiæ extinctionem, poſſit ſibi habere, & retinere bona tanquam libera, uel teneatur illa dimittere, & adminiſtratorem eligere? In qua quæſtione attento jure communi extincta familia, bona tanquam libera apud fiſcum remanere debent; qui de illis poteſt diſponere juxta *text. in L. cum pater §. libertis ff. de legat.2.* Si verò principaliter ſint vinculata ad oneris implementum, etiamſi deveniat ad fiſcum: vel ad quemcumque alium, ſemper durat vinculum, & oneris obligatio *d. L. nihil proveniente de legat. 1.* Atque ideò vinculum cum onere miſſarum judicatur capella, & cauſa pia, & de implemento oneris, & circa ejus bona poſſunt Proviſores cognoſcere, quamvis de majoratu judicare non valeant *Ordin. lib.2. tit.62. §.50. & ſeqq.* Bened. Ægid. *in L.1. q.2. n.15. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

In Regno autem cum neque majoratus, neq; ca- 29
pella cenſeantur extincta, quando Princeps ſuccedit in defectum conſanguineorum inſtitutoris, non poterit princeps bona ſibi retinere tanquam libera, ſed debet, nominare adminiſtratorem Gama *d. dec. 193. Cabed. 2.p. dec.51.* Non enim Princeps occupat bona majoratus ſeu capellæ tanquam vacantia juxta terminos *text. in L.1. C. de bon. vacant.* Sed ſuccedit ex antiquiſſima conſuetudine, verùm ut poſſeſſorem eligere valeat. Ideoque de cauſa horum majoratuum non cognoſcit Judex fiſci: ſeu Procurator Cæſaris, ſed Judex proceſſuum Regiæ Coronæ.

An autem princeps poſſit hos majoratus, ſeu capel- 30
las in perpetuum concedere vel ad vitas? Magna fuit in Senatu controverſia, ut refert Gama *dec.288.* Hodie verò ſolet Princeps uno, & altero modo majoratus: ſeu capellas concedere ſecundùm merita Donatarii, juxta Doctrinam, quam in ſimili tradit Garcia *de Nobil. lib.1. gl.1. n. 26. 27. 80. & 90.* Et an Princeps teneatur eligere adminiſtratorem, qui habeat eaſdem qualitates in inſtitutione requiſitas? Videndus eſt Cabed. *2. p. dec.52. à n.5.* qui affirmativè reſolvit.

Obſerva tamen, quod licèt fiſcus, qui occupa- 31
vit bona vacantia, teneatur creditoribus defuncti, ut diximus ſupra: non tamen tenetur ultra vires hæreditarias; neque debet inventarium conficere prout docent Alexand. & alii Doctores communiter *ad rubr. ff. de acquir. hær.* Bart. *in L.1. §. an bona de jure fiſc.* Peregrin. *d. lib.4. tit.3. n.25.* Quæ ſententia eſt communiter recepta teſte Jaſon. *in L. ſcimus num. 11. Cod. de jur. deliber.* Clar. *§. fin. q.78. n.30.* Farinac. *de delict. lib. 1. tit. 3. q. 52. n. 183.* Amaya *in d. L.1. C. de bon. vacant. n.11.* Sixtin. *d. lib. 2. c.9. n. 46. & 47.*

Et an, & quando bona vacantia poſſunt præſcribi, & quando dicantur incorporata: Dicemus infra cum de præſcriptione bonorum Regalium actum fuerit.

Denique, & pro coronide obſervandum eſt, quod quamvis bona vacantia de Regalibus ſint ut latè probatum manet: Tamen Reges noſtri piiſſimi illa 32
omnia conceſſerunt in redemptionem captivorum, quorum exactoribus cura injuncta fuit bonorum vacantium: ut probat *Ordinat. lib. 1. tit. 89. §. 1.* Nihilominus tamen omnia ſuperius tradita locum obtinent in dictis bonis, ac ſi fiſci patrimonio acquirerentur.

CAPUT XXII.

De confiſcatione bonorum condemnatorum, & proſcriptorum; aliorumque delinquentium.

Ad interpretationem Ord. lib. 2. tit. 26. §. 18. 21. 22. 28. 29. 30. & 31.

SUMMARIUM.

1 *Datur diſcrimen, & diverſum jus inter bona vacantia, & bona confiſcata.*

Bona damnatorum, & delinquentium ab antiquissimo tempore à Regibus publicari consueverunt. Ib.

2 *Jus confiscandi est maximi Imperii, & de Regalibus majoribus, & ad solum Principem non recognoscentem superiorem competit.*

3 *Hoc jus non potest à Principe, alienari, neque donari.*

Potest tamen donari jus exigendi confiscationes, postquam per sententiam fuerint judicata, non ante, num. 4.

4 *Reprobatur opinio* Cald. Pereir.

5 *Jus exigendi pœnas, & bona confiscata potest competere conductoribus redditnum Regalium.*

6 *Confiscationes sunt fructus jurisdictionis, & majoris dominii.*

Princeps potest committere potestatem confiscandi alicui Magistratui, dummodo id verbis expressis fiat.

7 *Confiscatio dividitur inter ordinarium, & extraordinariam, & dicitur extraordinaria, quæ fit in casu à jure non expresso: & hæc soli Principi licet superiorem non recognoscenti.*

8 *Ordinaria est, quæ vel à jure communi, vel municipali est statuta: & hæc fieri potest à quocumque Judice etiam inconsulto Principe.*

9 *Extraordinaria confiscatio non potest fieri à Principe, nisi ex gravi causa.*

10 *Bona damnatorum, quæ partim non fuerunt adjudicata, vel ad aliquem usum, & pœnæ simpliciter imposita pertinent ad Regalia, quamvis fisco expressè non applicentur.*

11 *Unde proscriptio dicta fuit, & homines proscriptis & de crudelitate aliquorum Imperatorum circa materiam.*

12 *Justinianus bona damnatorum ascendentibus, & descendentibus adjudicavit.*

13 *Jure antiquo duobus modis pœna confiscationis contingebat, generaliter scilicet, & specialiter. Et ibi quando generaliter.*

14 *Secundo modo specialiter, & expressè erat imposita confiscationis pœna in certis casibus, non in consequentiam mortis.*

15 *Dubitatur: An pœnæ confiscationis fuissent sublatæ per Authent. bona condemnatorum?*

Ea invaluit opinio, ut fuerint sublatæ pœnæ confiscationis, quæ in consequentiam veniebant; non verò quæ principaliter, & expressè antiquo jure erant imposita. Ibid.

16 *Secundum communem Doctorum sententiam hodie non habet locum confiscatio, nisi in casibus læsæ Majestatis Divinæ, vel humanæ, aut in crimine sodomiæ.*

17 *Interpretatur Authent. bona damnatorum* C. de bon. præscript. *quatenus bona damnatorum non fisco, sed ascendentibus, & descendentibus, collateralibus intra tertium gradum. Et resolvitur Hirnerium contra decisionem Justiniani adjecisse collaterales, quamvis opinio communis sit in contrarium.*

18 *Ordinatio Regia secuta opinionem Jacobi de Bellovise bona damnatorum non collateralibus, sed ascendentibus, & descendentibus intra tertium gradum deferenda statuit, in casibus, in quibus condemnatus, vitam, statum, aut libertatem amittit.*

19 *Pœna, quæ non applicatur accusatori, aut alteri, in dubio fisco applicata censetur.*

20 *In casu quo condemnatus non amittit vitam, statum, aut libertatem, si de jure communi pœna confiscationis expressè erat imposita, bona non applicantur fisco, sed descendentibus in infinitum, quibus deficientibus fisco applicantur.*

21 *In casibus: in quibus leges Regiæ imponunt amissionem bonorum expressè secutâ condemnatione, confiscantur bona, etiamsi delinquens ascendentes, vel descendentes habuerit: nisi lex circa bona aliud disposuerit.*

22 *Leges sacratissimæ sunt omnino servandæ, & eas transgredi, vel fraudare ad instar sacrilegii est.*

Interpretatur Ordin. lib.2. tit.26. §. 30. Ibid.

23 *Referuntur leges Regiæ, in quibus pœna amissionis bonorum imponitur simpliciter: & num.* 24. *&* 25.

25 *Declaratur casus, legum Regiarum, in quibus pœna confiscationis applicatur fisco, etiam extantibus ascendentibus, & descendentibus.*

26 *Quæritur: An confiscationis pœnæ locus sit, quando delinquens ob defectum probationis non in pœna ordinaria, sed extraordinaria condemnatus fuit? Et probatur affirmativa opinio.*

27 *Sed contraria, quæ habet non habere locum confiscationem veriorem dicit* Author.

28 *In delictis, ut reus condemnetur in pœna ordinaria, necessaria est probatio luce meridiana clarior, certa, & concludens per necesse.*

29 *Probationes sunt Judici arbitrariæ.*

Quando reus condemnatur ex indiciis & præsumptionibus, regulariter non imponitur pœna ordinaria, sed extraordinaria juxta arbitrium Judicis. Ibid.

30 *Confiscare non potest Judex vigore cujuscumque arbitrii.*

31 *A confiscatione recedendum est in casibus, ubi ex causa minoratur pœna delicti.*

Condemnatus in pœna extraordinaria ob delictum, quo irrogatur infamia, non efficitur infamis. Ib.

Maritus lucratur dotem uxoris, quæ propter adulterium ad mortem fuit damnata: sed si mulier in pœna extraordinaria condemnata fuit, non amittit dotem. Ib.

32 *Reprobatur contraria opinio Didaci Antonii Fajardo: quæ tamen admittitur in crimine læsæ Majestatis, ubi reus causa minoris ætatis, vel sexus: mitius punitur: quia adhuc bona confiscantur.*

33. *Confiscatis bonis nobilibus alicujus veniunt in confiscationem mobilia semoventia, jura, & actiones.*

34 *In condemnatione amissionis bonorum mobilium, & immobilium, non veniunt jura, & actiones, quæ tertiam bonorum speciem constituunt.*

35 *Amplia, etiamsi dicatur in publicatione omnia bona mobilia: & immobilia.*

Dictio omnia non operatur circa bona diversæ speciei. Ibid.

36 *Intellige prædicta, quando bona publicantur per sententiam: secus si pœna irrogatur ipso jure, quia veniunt omnia bona, jura: & actiones.*

37 *Quæritur: An confiscatio extendatur ad bona futura.*

Condemnatus in bonorum confiscatione, integro manente statu, non prohibetur postea bona acquirere. Ibid.

38 *Bona quæsita à condemnato post publicationem, ad eum pertinent non ad fiscum.*

39 *Amplia, etiam in crimine læsæ Majestatis.*

40 *Interpretatur* text. in L. 2. C. de bon. proscript. *Et declaratur supra posita resolutio cum distinctione, de qua ibi.*

41 *Proponitur quæstio: An quando à lege imponitur confiscationis pœna: ipso jure confiscentur tantum bona, quæ delinquens habebat tempore commissi delicti, vel etiam quæ habebat tempore sententiæ declaratoriæ? Et refertur opinio* Thom. Sanchez.

42 *Probatur contraria sententia, quæ habet confiscari bona etiam quæsita post delictum, quæ reus*

possi-

possidebat tempore condemnationis, Et hac opinio secunda est tam in delicto notorio, quàm in delinquenti non notorio. Ibid.

43 *Quæritur, An jura conditionalia futura veniant in confiscationem? Constituitur triplex differentia inter jura conditionalia: aliud enim dicitur delatum, aliud futurum ex causa de futuro. Quæ omnia explicantur.* Ibid.

44 *Jura futura conditionalia regulariter non veniunt in confiscationem.*

45 *Jura futura conditionalia competentia delinquenti ex ultima voluntate confiscantur, si conditio extiterit ante confiscationem: si verò post eam exstiterit conditio; relicta in ultima voluntate non confiscantur.*

46 *Jura conditionalia, quæ proveniunt ex ultimis voluntatibus non transeunt ad hæredes.*

47 *Quæ ad extraneos heredes transire non possunt, non transeunt ad fiscum.*

48 *Conditio potestativa illa dicitur, quæ pendet à potestate, & voluntate ejus cui adscribitur.*

Casualis conditio dicitur, quæ à casu, & fortuna pendet. Mixta vero, quæ pendet à potestate, & voluntate honorati, partim à casu, & potestate tertii. Ibid.

49 *Conditio de sui natura suspendit actum, & impedit transmissionem.*

50 *Mortuo legatario, vel fideicommissario sub conditione vivo testatore, vel pendente conditione, inutile redditur fideicommissum, vel legatum.*

51 *Interpretatur* text. in L. ex facto §. fiscus ff. de condit. & demonstr.

52 *Jura passiva conditionalia, ut puta fideicommissum à delinquente relictum sub conditione, transeunt in fiscum, ut ipso restituere teneatur fideicommissum etiam adveniente conditione post confiscationem.*

53 *Jura conditionalia futura, quæ proveniunt ex contractibus, tam activa, quam passiva, transeunt in fiscum, etiamsi conditio impleatur post condemnationem.*

54 *Actio descendens ex contractu conditionali transit ad hæredes, etiam extraneos.*

55 *Creditor statim dicitur is, cui sub conditione debetur ex contractu.*

56 *Promissum sub conditione potestativa non transit ad hæredes.*

57 *Conditio potestativa non retrotrahitur, sed vires accipit à die implementi.*

58 *Refertur quædam distinctio Thomæ Sanchez inter jus activum, & passivum quæ reprobatur n. 59.*

59 *Jus implendæ conditionis potestativæ non transit ad hæredes.* Ibid.

60 *Limita, si per eum non stetit, cui conditio potestativa fuit adjecta, quominus impleretur veluti si stipulator, qui decem dare debebat Titio, paratus fuit, Titius vero in mora recipiendi, quia tunc hæres satisfacere poterit.*

Conditio potestativa habetur pro impleta ad commodum gravati, quando defecit per casum, quo honoratus fuit impeditus implere. Ibid.

61 *Datur differentia inter jura conditionalia ex ultimis voluntatibus, & inter ea, quæ proveniunt ex contractibus.*

62 *Quæritur: An publicatis bonis emphyteuta veniant in confiscationem bona emphyteutica? Et distinguitur inter Emphyteusim privati, & Ecclesiæ.*

Emphyteusis à privato simpliciter concessa venit in confiscationem. Ibid.

63 *Emphyteusis Ecclesiastica simpliciter concessa non venit in confiscationem quia non potest ad extraneos transire.*

64 *Emphyteusis Ecclesiastica, quæ potest ad extraneos transire, venit in confiscationem publicatis bonis emphyteuta. Et rejicitur contraria opinio.*

65 *Fiscus tenetur intra biennium emphyteusim Ecclesiasticam vendere, vel alium transferre juxta legem Regiam.*

66 *Interpretatur* text. in cap. Fœlicis de pœn. in 6.

67 *Interpretatur* in Authent. de alienat. emphyt. §. 2. vers. si verò contigerit. collat. 9.

68 *Princeps sæcularis non potest circa res Ecclesiæ statuere.*

Intellige, ut non possit statuere contra privilegia Ecclesiæ: benè tamen illi privilegia potest indulgere: ut n. 71.

69 *Jus competens Ecclesiæ ad avocandam emphyteusim à fisco intra biennium, non tantum competit Ecclesiæ Constantinopolitanæ, sed etiam cuilibet aliæ: ut n. 70. & 71.*

72 *Quæritur: An Ecclesia post biennium juvari possit restitutionis auxilio contra fiscum? Et negativæ partis fundamenta subjiciuntur.*

Privilegiatus contra privilegiatum non utitur privilegio suo Ibid.

73 *Intellige ut non habeat locum conclusio, quando unus ex privilegiatis agit de damno vitando, alius verò de lucro capiendo.*

74 *Resolvitur pro affirmativa Ecclesiæ beneficium restitutionis competere contra lapsum termini.*

75 *Emphyteusis sive sæcularis, sive Ecclesiæ concessa Titio, sibi, filiis, & descendentibus, aut certo generi personarum, non transit in fiscum publicatis bonis emphyteutæ.*

76 *Emphyteusis de pacto, & providentia ex primi acquirentis acceptatione pertinet ad vocatos irrevocabiliter.*

77 *Concessiones emphyteusis ut dicuntur, quot sunt personæ vocatæ.*

Pater non potest præjudicare filiis in emphyteusis de pacto, & providentia, maximè si non fuit primus acquisitor.

78 *Emphyteusis liberæ nominationis tam Ecclesiastica, quam sæcularis, publicatis bonis Emphyteutæ, non transit in fiscum sed revertitur ad dominum.*

79 *Emphyteusis liberæ nominationis tam Ecclesiastica, quàm sæcularis, potest ad extraneos, transire.*

80 *Commoditate Emphyteusis, quæ ad fiscum transire nequit; pertinent ad fiscum durante vita condemnati.*

81 *Fructus bonorum majoratus possessi à delinquente pertinent ad fiscum durante vita delinquentis licet ipse majoratus non veniat in confiscationem.*

82 *Fructus Emphyteusis Ecclesiastica transitoria ad hæredes pertinent ad fiscum secundùm veriorem opinionem durante vita emphyteutæ.*

83 *Publicatis bonis Emphyteutæ pertinent ad fiscum melioramenta, quocumque casu Emphyteusis ad dominum revertitur, vel non confiscatur, & illi solvenda est æstimatio. Et hæc est verior opinio,*

84 *Melioramenta facta eb emphyteuta inter ejus bona connumerantur, & pertinent ad ejus hæredes sive emphyteusis sit Ecclesiastica, sive sæcularis; nisi melioramenta sint parvi valoris.*

85 *Melioramenta regulariter pertinent ad eum qui ea fecit, vel ejus hæredem.*

86 *Amplia: etiamsi in investitura pactum sit adjectum quod finita emphyteusis revertatur ad dominum cum melioramentis.*

Intellige, nisi emphyteusis fuisset concessa eo pacto quod

quod certa, & talia fierent melioramenta, ista enim non recuperantur.

87 *Expendens in rei meliorationes, creditor est æstimationis earum, non verò proprietatis rei.*

88 *Quæritur: An fiscus possit recuperare melioramenta facta ab emphyteuta delinquente, qui cecidit in commissum.*

Emphyteuta, qui cecidit in commissum culpa sua non recuperat melioramenta à domino directo. Ibid.

89 *Commissi pœna non incurritur, antequam dominus voluntatem suam declaraverit.*

Non sufficit extrajudicialis declaratio, sed requiritur, quod dominus agat de caducitate in judicio. Ibid.

90 *Ut emphyteuta privetur emphyteusi, & melioramentis, necessaria est sententia declaratoria caducitatis.*

Si melioramenta facta fuerunt ante litem contestatam super caducitate, potest fiscus illa recuperare: si verò post litem contestatam facta sunt, cedunt domino directo, non fisco. Ibid.

91 *Declara, quod si melioramenta facta post litem contestatam erant necessaria ad rei conservationem, potest fiscus ea recuperare.*

92 *Non qualis culpa sufficit, ut emphyteusis cum melioramentis revertatur ad dominum nulla soluta æstimatione, sed talis debet esse culpa, contra leges, & pacta emphyteusis.*

93 *Æstimationem meliorationum solvere tenetur, is, ad quem transit emphyteusis habito respectu ad id, quod expensum est, si res in plus fuit meliorata; quia tunc id solùm repetitur, in quo res meliorata fuit.*

Æstimatores meliorationum tales eligendi, qui sint informati de statu rei ante meliorationes: aliàs nulla erit æstimatio. Ibid.

94 *Dominium directum venit in confiscationem bonorum domini directi.*

95 *Neque emphyteusis, neque feudum acquiruntur fisco, qui occupat bona alicujus tanquam vacantia.*

96 *Bona censualia, in quibus possessor habet plenum dominium, veniunt in confiscationem, & etiam occupantur tanquam vacantia à fisco cum onere solvendi pensiones.*

Amplia in censu reservativo. Ibid.

97 *Census reservativus constituitur, quando quis rem suam alteri tradit cum reservatione annuæ pensionis, transferendo in censualistam, omne jus, & dominium, quod habet in re.*

Item iste censuarius potest de re liberè disponere absque metu commissi. Ibid.

98 *Vendens censum consignativum super re propria, non transfert dominium in emptorem: sed tantum jus exigendi annuam pensionem ex bonis quæ supposuit.*

Bona censui supposita veniunt in confiscationem, & efficiuntur vacantia possuntque à fisco occupari. Ibid.

99 *Feudum an veniat in confiscationem? Remissivè.*

100 *Majoratus an veniat in confiscationem? Remissivè.*

DIximus capite superiori de bonis vacantibus,
& quo jure ad Principem pertineant, nunc de
bonis confiscatis sermo erit, inter quæ, & bona vacantia magnum dari discrimen, & diversum jus esse
constituendum optimè tradit Alfar. *de offic. fiscal. gloss.*
1 20. §. 10. *n.* 148. Itaque ab antiquissimo tempore bona damnatorum, & delinquentium à Regibus publicari consuevisse constat ex *lib. Tob. cap.* 2. *Esdr.*
cap. 7.

Cum verò confiscandi jus Populo Romano competeret, antequam in Imperatoriam potestatem, &
omne jus transtulisset, Duaren. *lib.* 2. *disput. cap.*
22. postea soli Imperatori hoc jus competere cœpit:
Est enim jus confiscandi maximi imperii, & de Regalibus majoribus, & competit Regibus ratione majoris
dominii, & dignitatis: ut scribunt Castill. *de tert. cap.*
41. *n.* 156. novissimè Fajard. *alleg. fiscal.* 3. *n.* 14.
Petra *de Princ. potest. cap.* 10. *n.* 8. Isern. *in c. si verò violator de pac. tenend.* Giurb. *observat.* 90. *n.* 8. 2
Seraphin. Massin. *de confiscat. q.* 1. *n.* 14. Pertinet igitur hoc jus confiscandi ad solum Principem, qui non
recognoscit superiorem, & ad hos, qui in summa sunt
administratione, Cassan. *in consuetud. Burgund. tit.*
de confiscat. §. 1. *gloss.* 4. Tepar. *variar. tit. de confiscat. bonor. capite* 6. Roland. *cons.* 99. *n.* 28. *vol.* 1.
Peregrin. *de jure fisc.* 1. *tit.* 2. *n.* 85. & 90. Mastril.
de Magistr. lib. 3. *cap.* 10. *n.* 397. & *dub. seqq.* Rosentald. *de feud. cap.* 5. *concl.* 62. Giurb. *cons.* 58. *n.* 2. &
latè *observ.* 90. *n.* 1. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 12. *n.*
8. Horat. Montan. *eod. tract. verb. bona contrahentium n.* 7. & 17. Amaya *in rubr. C. de jur. fisc. lib.* 10.
n. 24. Alfar. *de offic. fiscal. gloss.* 20. *n.* 149. & 152. Ramirez, & alii cum quibus Castill. *de tert. cap.* 41. *n.* 156.
& 157. Fermosin. *de confiscat. bonor. alleg.* 1. *n.* 3. Et
ea propter prædictum jus confiscandi à Principe alienari nequit, neque donari, Petr. Gregor. *de Repub.* 3
lib. 3. *c.* 8. *n.* 11. per *text. in L. mulctarum Cod. de mod. mulct.* ibi: *Mulctarum compendia severè ærario suo protinus voluerunt esse quærenda.* Massin. *d. q.* 1. *n.* 14.
Giurb. *observ.* 90. *n.* 6. & *seqq.* Ubi sibi contrarius videtur cum his, quæ dixerat *cons.* 58. *n.* 3. nisi intelligas per ea infra: quamvis enim jus confiscandi à
Principe alii donari non possit, tamen jus exigendi
confiscationes benè potest donari, & vendi: ut dixit
Isern. *de probib. feud. alienat. per Federic. n.* 3. Giurb.
d. observ. 90. *n.* 12. Massin. *d. q.* 1. *n.* 15. Et videtur
intelligendus Giurb. *d. cons.* 58. *n.* 3.

Quod est intelligendum, ut bona confiscata, & 4
jus exigendi confiscationes benè possit donari, ut
proventus habeantur, postquam per sententiam confiscationes fuerint judicatæ, non ante sententiam,
juxta Regium rescriptum, quod extat in Senatu Domus supplicationis fol. 118. In quo cavetur neminem posse impetrare bona confiscata à Principe ante sententiam, Cabed. 2. *p. dec.* 57. *n.* 2. Qua de
causa non benè consuluisse Regi videtur Caldas Pereira *cons.* 35. ut concederet Abbati Monasterii de
Rendufe hæreditatem Henrici de Sousa, ut eam evocaret à fratribus hæredibus, quos indignos esse dicebat ob inultam defuncti mortem. Verùm benè potest
competere conductoribus reddituum rerum fiscalium
Principis jus exigendi pœnas, & bona confiscata,
per ea quæ tradit Bald. *in L.* 1. *n.* 16. *C. de fruct. &* 5
lit. expens. Peregrin. *de jure fisc. lib.* 6. *tit.* 5. *n.* 42.
Gnazin. *de confiscat. conclus.* 12. *n.* 64. Giurb. *observ.*
90. Qui omnes id intelligunt, si locationis verba
sunt universalia, & à fortiori, si in illa specialiter
confiscationes sint concessæ.

Confiscationes autem sunt fructus jurisdictionis, 6
& majoris dominii, *L. usufructu legato ff. de usufruct.*
Bart. *in L. fin. n.* 2. *ff. solut. Matrim.* Bajard. *ad Clar.*
§. *fin. q.* 78. *n.* 144. Boer. *dec.* 280. *n.* 4. Palac. Rub.
in rubr. de donat. inter §. 62. *n.* 11. Boss. *in pract.*
tit. de pœn. n. 25. & *tit. de Regal. n.* 3. Thesaur. *dec.*
132. *n.* 3. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 41. Horat. Montan. *d. verb. contrahentium n.* 18. Giurb. *d.*
observ. 90. *n.* 13. Surd. *cons.* 227. *n.* 21. Petr. Cabell.
resolut. crimin. casu 267. *n.* 2. Larrea *alleg.* 37. *n.*
11. Tondut. *de prævent.* 1. *p. cap.* 47. *n.* 9. Et quamvis à Principe donari non possint: tamen rectè potest
alicui Magistratui committere potestatem confiscandi: Calvacan. *de brach. Reg.* 1. *p. n.* 166. & 167. dummodo id verbis expressis fiat, Jason *cons.* 46. *n.* 1.
vers.

verſ. præſertim volum. 3.Nata *conſ.* 594. *numero* 8.& 594. *n.* 21. & 44. *volum.* 4. Guazin. *de confiſcat concluſ.* 12. *n.* 34. Giurb. *conſ.* 58. *n.* 10. 11. & 12. Seraphin. Maſſin. *d. q.* 1. *n.* 16. & 17. Quia illa poteſtas non cenſetur conceſſa Magiſtratui, etiamſi ei liberum arbitrium concedatur: ut declarant ſupra citati, & Maſſin. *d. q.* 1. *n.* 17. Et ſic nunquam hoc jus cenſetur à Rege donatum, neque comprehenditur in donatione etiam generaliſſimis verbis facta.

Deinde confiſcatio duplex eſt, ordinaria ſcilicet, &
7 extraordinaria: extraordinaria dicitur, quæ ſit in caſu à jure nonexpreſſo, & hæc ſoli Principi licet ſuperiorem non recognoſcenti: ut ſcribunt Bald. Ang. & alii *in L.* 1. *C. ſine jus Princip.* Roſentald. *de feud. c.* 5. *concl.* 62. *n.* 1. & 4. Boër. *dec.* 264. *n.* 1. Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 25. Sixtin. *d. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 10. Giurb. *obſerv.* 90. *n.* 2. Guazin. *de confiſcat. concluſ.* 12. *n.* 29. Maſſin. *d. q.* 1. *n.* 10. & 11. Ordinaria verò confiſcatio eſt, quæ vel à jure communi,
8 vel à monicipali eſt ſtatuta: & hæc fieri poteſt quocumque Judice etiam inconſulto Principe, Puerperat *in L.* 1. *n.* 646. *ff. de offic. ejus* Bart, & Jaſon. *in L. Imperium de juriſd. omn. Judic. n.* 24. Sixtin. *d. cap.* 12. *n.* 9. Menoch. *de arbitr. q.* 93. *n.* 4. Peregrin. *d. l.* 5. *tit.* 1. *n.* 115. Guazin. *de confiſc. concl.*
9 2. *n.* 1. Giurb. *d. conſ.* 58. *n.* 4. & 5. *obſerv.* 90. *n.* 3. Maſſin. *d. q.* 1. *n.* 12. & 13. Sed eſt advertendum confiſcationem extraordinariam non poſſe fieri à Principe, niſi ex gravi cauſa, ut notarunt Guazin *de confiſ. concluſ.* 12. *n.* 29. Roſentald. *d. concluſ.* 62. *n.* 1. & 2. Sixtin. *d. cap.* 12. *n.* 11. Giurb. *obſerv.* 90. *n.* 3. & Maſſin. *d. q.* 1. *n.* 13.

Quibus ita poſitis deveniamus ad bona damnatorum, ſeu condemnatorum, vel proſcriptorum, de quibus *Ordinat. d. l.* 2. *tit.* 26. §. 18. Ubi diſponitur bona delinqoentium condemnatorum, quæ parti non fuerunt adjudicata, vel ad aliquem uſum, ad Regalia pertinere, quamvis pœnæ ſimpliciter impoſitæ ſint, neque expreſsè fiſco fuerunt applicatæ. Verba textus ita ſe habent: *Item, os bees de raiz, & moveis em que es malfeitores ſaon bondenados pelos male ficios, que cometaraon, que naon forem julgados para alguna parte ou uſo, ainda que as penas ſajaon poſtas ſimplexmente, ſem ſerem applicadas expreſſamente ao fiſco.*

Ordinatio autem *eodem tit.* 26. §. 28. ita loquitur ibi: *Os bees dos condemnados no caſo onde partem a vidâ, on o eſtado, ou a liberdade das peſſoas, & por ſua morte, ou condennaçaon, nan ficon algum ſen aſcendente, on deſcendente té o terceiro grao.*

Pro explicatione harum legum Regiarum, ſcien-
10 dum eſt, quod ut ipſæ Leges declarant, ad jura Regalia pertinent condemnatorum, & proſcriptorum bona *cap. unic. tit. quæ ſint Regalia* Camill. Borell. *de præſtant. Reg. Cathol. cap.* 17. *n.* 1. Sixtin. *de Regalib. l.* 2. *cap.* 12. *n.* 1. qui edocet, quod tam jure veteri, quam novo jure conjunguntur condemnati, & proſcripti & ait *num.* 3. proſcriptorum appellatione venire deportatos, ex communi DD. ſententia *in Authent. bona damnatorum C. de bonis proſcriptorum* At verò Camill, Borell. *d. cap.* 17. *n.* 2. & *ſeq.* differentiam inter condemnatos, damnatos, & proſcriptos eleganter conſtituit & *n.* 7. *cum ſeqq.* tradit unde proſcriptionem dictam, ac homines proſcriptoa 1 & ex Ciceronis authoritate, aliorumque antiquorum bene comprobat Alex. ab Alexand. *dier. genial. lib.* 3. *cap.* 23. & tandem aſſerit *num.* 13. proſcriptum hominem eſſe, quem nos hodie vacamus bannitum.

Secundò ſciendum eſt, quod reſpectu hujus joria
11 confiſcandi, & bonorum delinquentium, plures ex Imperatoribus crudelitatis ſpecimen exhibnerunt, præſertim Tiberius, cujus inter ſpecies crudelitatis recenſet Sueton. *in Tiber cap.* 61. quod nemo punitorum in Germania non ſit adjectus, uncoque tractus quia huic ſupplicio erat injuncta bonorum publicatio Tacit. *l.* 6. *annal.* & *cap.* 49. à Suetonio notatur idem Tiberius, quod Galliarum, Hiſpaniarum, & Græciæ Principes confiſcarunt ob tam leve, ac impudens calumniarum genus, cum quibuſdam nil aliud ſit objectum quàm quod partem in pecunia rei familiaris haberent: Domitianus bona vivorum, & mortuorum cujuſvis criminis poſtulatorum publicavit ſub ſpecie cujuſque facinoris, procuratis ad id teſtimoniis, vel uno tantùm, qui diceret defunctum in humanis agentem dixiſſe Cæſarem ſibi hæredem futurum, Sueton. *in vit. Domitian. c.* 12, Poſtmodum verò Trajanus, & Antoninius Pius à confiſcationibus mirum in modum abſtinuerunt. Et denique Juſtinianus quamvis bona condemnatis non eſſe relinquenda putavit tamen fiſcum ditare noluit, ſed ea aſcenden-
tibus, & deſcendentibus adjudicavit, Authent. *ut* 12
nulli judicum, quæ eſt *novella* 134. §. *fin. Authent. bona damnatorum C. de bon. proſcriptor.* ne magis illi punirentur, quam damnatus contra rationem legis, ut per Jul. Clar. §. *fin. q.* 78. Fachin. *l.* 1. *controv. cap.* 35.

Jure autem antiquo duobus modis confiſcationis
pœna contingebat, vel quando generaliter, vel 13
quando ſpecialiter pœna amiſſionis bonorum imponebatur: generaliter in omni caſu, in quo quis pœna mortis naturalis; vel deportationis afficiebatur. Et his in terminis Judex in conſequentiam pœnæ mortis, vel deportationis bonorum confiſcationis pænam imponebat L. 1. *ff. de bon. damnat.* L. *fin. C. de bon. proſcript.* Farinac. *in prax.* 1. *p. q.* 25. *num.* 7. Ita ut pro omni delicto, ex quo quis civitatem, libertatem aut vitam amitteret, illius bona publicarentur, etiamſi in ſententia condemnatin à Judice non fuiſſet expreſſa, niſi Judex in ſententia reſervaſſet damnatorum bona quod facere poterat, & adhuc poteſt ſaltem in parte, juxta ſententiam gloſſ. quam Bald. dixit ſingularem, *in L. ſi quo in lite.* §. 1. *ff. ex quib. cauſ. major.* Aretin. *in L. ejus* §. *ſicut col.* 2. *ff. de teſtam* Coraſ. *in annot. ad arreſt. Tholoſ. annot.* 95. *in fin.* Petr. Gregor. *l.* 3. *ſyntagmat. cap.* 17. *n.* 3. Roſentald. *de feud. cap.* 5. *concluſ.* 59. *n.* 4. & ibi *gloſſ. litt. D.* Montan. *de Regal. verb. bona contrahentium n.* 7. *pag.* 96.

Secundò modo ſpecialiter, & expreſſe erat impoſita confiſcationis pœna in certis caſibus, non in con-
ſequentiam mortis, vel deportationis quos congerit 14
Caſſan. *in conſuetud Burgund.* in *rubr.* §. 1. *à n.* 20. Clar. *l.* 5. §. *fin. q.* 879. *n.* 2. & 29. *verſ. multa alia ſunt. Et ait* Fermoſin. *ad cap. vergentis de hæretic.*
& confiſcat bonor. alleg. 1. *n.* 6. quod penè impoſſi- 15
bile eſt enumerare caſus, in quibus prædicta bonorum confiſcatio infligebatur. Unde in dubium venit. An per *Authent. ut nulli Judicum* §. *fin.* & *per Auth. bona damnatorum ſublatæ ſunt confiſcationes juris antiqui.* Et ea inter Doctores invaluit communis opinio, quod per dictum jus novum Authenticorum fuerunt ſublatæ confiſcationes, quæ in conſequentiam veniebant: non verò illæ, quæ principaliter, & expreſsè antiquo jure erant impoſitæ in certis caſibus: ut poſt Bart. *in L.* 1. *n.* 3. *ff. de bon. damnat.* ſcribunt Boer. *dec.* 264. *poſt n.* 15. & *tract. de ſeditioſ.* in 7. *præſuppoſ.* Bald. *in tit. de pac. tenend. n.* 11. *in uſib. feudor* Boſſius *in tit. de bonor. publ. poſt n.* 1. *verſ. & primo ſcias, & in tit. banniti quid amittant poſt n.* 10. *in fin.* Cephal. *conſ.* 59. *nu.* 4. *lib.* 1. Farin. qui alios citat *q.* 25. *n.* 8. Horat. Montan. *d. verb. bona contrahentium n.* 7. Roſentald. *de feud. cap.* 5. *concluſ.* 59. *n.* 4. & *ibi gloſſ. litt. E.* Et ſic conſtituunt Doctores hodie confiſcationi locum eſſe in duobus tantum caſibus, ſcilicet delicti læſæ Majeſtatis Divinæ, vel

humanæ

humanæ Alfar. de offic. fiscal. gloss. 20. §. 10. n. 151.
Et ita totum mandatum servare, nisi aliud sit statu-
16 tum in aliquo Regno, tradunt Cæpol. cons. 17. nu.
32. Decius cons. 442. nu. 6. Cagnolus in L. ea sola
ff. de regul. jur. Decian. cons. 56. n. 64. vol. 2. Ho-
rat. Montan. d. verb. bona contrahentium n. 7. Clar.
§. fin. q. 78. n. 1. Seraphin. Massin. q. 3. n. 24. Farinac.
d. q. 25. n. 10. Rosentald. d. conclus. 59. n. 3. Fermosin. d.
alleg. 1. n. 7. Qui etiam tradit confiscationi locum esse
in delicto sodomiæ, Quod apud Nos probat Ordinat.
lib. 5. tit. 13. Ubi confiscationis pænam imponit, etiamsi
delinquens habet descendentes; & filios, nepotes ne-
que inhabiles, & infames reddit, prout in crimine læ-
sæ Majestatis ibi: E todos seus bẽes sejaõ confiscados
para a Corao de nossos Reynos, posto que tenha descen-
dentes, & pello mesmo caso seus filhos, & netos fica-
raon inhabiles, infames, assim comoos d'aquelles, que
commettem crime de lesa Majestade. Gaspard. Tesaur.
lib. 3. forens. q. 17. Alfar. d. gloss. 20. n. 161.

Sed quia text. in d. Auth. bona damnatorum statuit
17 condemnatorum bona non esse deferenda fisco, sed as-
cendentibus, & descendentibus, atque collateralibus
usque ad tertium gradum: & ita etiam circa collate-
rales servat communis opinio, ut per Bart. & alios in
d. Auth. bona damnatorum, Jul. Clar. d. §. fin. q. 78.
in princ. Peregrin. de jure fisc. lib. 5. tit. 1. nu. 4. Ro-
sentald. d. conclus. 59. nu. 1. & ibi gloss lit. B. Tamen
verè in d. Authent. ut nulli Judicum §. fin. Justinia-
nus de collateralibus non meminit, sed tantùm de
ascendentibus, & descendentibus. Ideoque Imerius,
qui ex d. §. fin. desumpsit Authent. bona damnato-
rum. & eam transtulit in Codicem Justiniani, minùs
benè, & contra Justiniani decisionem collaterales
admisit: ut scribunt Jacob. de Bellovisо, in d. §. fin.
& Francisc. Trigin. item Part. cons. 157. super his
Alberic. in 3. p. statut. q. 21. Fabian. in Authent.
novissima nu. 264. C. de inoffic. testam. quos, & alios
referunt Peregrin. d. lib. 5. tit. 1. nu. 4. Clarus d. q.
78. nu. 1. Farinac. lib. 1. tit. 3. q. 25. nu. 6. Sixtin.
d. lib. 2. cap. 12. n. 25. Et confirmatur ex eodem Justi-
niano in d. Auth. ut nulli Judicum §. si quando. Ubi
loquens de bonis eorum, qui condemnantur in cri-
mine adulterii, de ascendentibus, & descendentibus
tantùm meminit, non de transversalibus. Et non est
credendum, quod constituens regulam universalem in
d. §. fin. de collateralibus non meminisset, si compre-
hendi voluisset. Ea ea ratione Sixtin. d. cap. 12. n. 24.
contra communem, amplectitur opinionem Jacobi de
Bellovisо. Quam in puncto juris veriorem dicit: se-
quitur Montan. d. verb. bona contrahentium incestuo-
sas nuptias sub nu. 1. licet in judicando à communi
opinione non esse recedendum asserat, quia Irnerii
lecturam passi sunt, & approbaverunt imperatores,
& Reges in præjudicium fisci per spatium quadra-
gintorum annorum.

Cæterùm legislator noster in Ordin. d. tit. 36. §.
28. secutus veram litteram text. in d. Authent. ut nulli
18 Judicum §. fin. statuit bona condemnatorum ad Re-
gium fiscum pertinere, nisi extent ascendentes, vel
descendentes usque ad tertium gradum: Et sic am-
plexus est opinionem Jacobi de Bellovisо contra
communem, quæ in hoc Regno sequenda non est.
Atque ita in casibus in quibus condemnatus vitam,
statum aut libertatem amisit bona generaliter appli-
cantur fisço, nisi eatent ascendentes, vel descenden-
tes intra tertium gradum, temperato rigore juris an-
tiqui, secundùm quod applicabantur fisco bona dam-
natorum, qui maximam, vel mediam capitis diminu-
tionem patiebantur per text. in L. 1. ff. de bon damnat
ibi: Damnatione bona publicentur, cum aut vita adi-
mitur, aut civitas, aut servilis conditio irrogatur, L.
in metallum 8. C. de bon. proscript. Quæ pœna juris
antiqui etiam hodie locum habet in condemnatis di-
ctis casibus; quamvis de confiscatione in sententia ni-
hil dictum sit, si ascendentes vel descendentes non
extiterint. In quo consonat cum jure communi per
text. in L. deportatorum, L. cum ratio. §. fin. & L.
seq. §. bona damnatorum ff. de bon. damnat.

Infertur etiam Ordinat. d. tit. 26. §. 18. juri etiam
communi esse conformem, per eam enim declaratur
bona delinquentium, qui fuerunt condemnati in a- 19
missione eorum, vel ad pœnas pecuniarias, simplici-
ter pertinere ad jura Regalia, etiamsi fisco expressè
non fuerint applicata: quia secundùm jus commune,
quando pœna imposita non applicatur accusatori, ne-
que alteri, aut fisco, in dubio fisco applicata cense-
tur juxta doctrinam gloss. in L. jubemus §. his quoque
verb. bonorum omnium C. de sacros. Eccles. Grammat.
cons. 8. nu. 19. Perez ad lib. 8. Ordin. in princ. tit.
19. pag. 359. Aug. Barbos. in d. §. his quoque num.
30. Alphons. de Olea de cession. jur. tit. 2. q. 4. nu-
mer. 31. Et ita declaratur dispositio illius Ordina-
tionis.

In eo autem casu, in quo condemnatus non amittit,
vitam, statum, aut libertatem, & de jure communi
erat imposita pœna confiscationis expressè, bona non 20
fisco applicantur, sed descendentibus in infinitum:
quibus omnino deficientibus pertinent ad fiscum: Et
ita disponit Ordin. d. tit. 26. §. 29. Et confirmatur ex
his quæ Giurb. cons. 58. nu. 25. & in text. in L. de-
portatorum C. de pœnis L. deportati C. de bon. pros-
cript. L. fin. §. fin. Cod. de sentent. pass.

Prosequitur legislator noster in Ordin. d. tit. 26. §.
30. & regulam constituit, quod in casu ubi quis bona 21
amittere debet ex dispositione alicujus Legis Regiæ
non ex condemnatione, sed quia lex ita expressè dis-
ponit, tunc secuta condemnatione bona publicentur
juxta legis formam: etiam ascendentes, vel descen-
dentes habuerit: nisi lex circa bona aliud disposuerit.
Sunt ejus verba, quæ sequuntur: En todo o caso onde
por ley do Reyno algum deve perder es beens, noan
porvia ede condenaçaon, mas por a ley expressamen-
te dizer que os porea, porque tanto que for condemna-
do, seroon seus beens confiscados secundo forma
da dida ley por assin a traspassar, & nossos manda-
dos, posto que tenha ascendentes, ou descendentes e
solvo se a dita ley outra cousa acerca dos ditos bens
dispuzer. Et sane hæc Ordinatio exorbitans est, &
contra regulam text in d. Authent. ut nulli judicium
§. fin. & in d. Authent bona damnatorum; & gene-
ralem totius orbis consuetudinem, secundùm quam
exceptis duobus criminibus læsæ Majestatis Divinæ,
vel humanæ, extantibus ascendentibus, vel descen-
dentibus, non habet locum confiscatio. Verùm præ-
dicta legis dispositio confiscationis pænam imponit
ex causa transgressionis legum, & Principis manda-
torum: & quidem justè. Sunt namque leges sacra-
tissimæ omnino servandæ. L. hæres meus §. fin. ff. de 22
condition. & demonstr. Surd. dec. 7. n. 16. August.
Barbos. voto 19. num. 29. & diximus 2. p. c. 10. n.
131. Cum instar sacrilegii sit legis observantiam trans-
gredi, & fraudare L. fin ff. de appell. L. fin. C. de le-
gib. L. disputare C. de legib. L. disputare Cod. de cri-
min. sacrileg. L. sacrilegij C. de divers. rescript. Lar-
rea alleg. 5. n. fin. Et nota quod verba Ordinationis
ibi: Tanto que for condenado: Intelligi debent non
de condemnatione circa bona, quæ necessaria non
est, sed condemnatione circa quamcumque aliam
pænam delicti: Vel declaratum fuerit per sententiam
reum tale delictum perpetrasse: ut tunc bonorum
confiscatio fiat. Et hæc intelligentia bene elicitur ex
verbis ibi: Naon por via de condençaon: & ex eo,
quia ipsa Ordinatio ait: Porque tanto que for conde-
nado, seraon seus beens confiscados. Unde non re-
quirit, quod in sententia confiscari jubeantur; sed
quod declaretur delictum commissum, & quando con-
fiscatio

fiscatio à lege principaliter inducta est, sufficit sententia declaratoria delicti.

Occasione prædictæ Ordinationis non erit incon- 23 gruum recensere leges Regias in quibus, ultra crimen læsæ Majestatis Divinæ & humanæ, pæna confiscationis imponitur. Primo: Confiscatio indicitur cum pœna relegationis, ei qui aperit epistolas ad Regem missas, in quibus agebatur de custodia Regis, Reginæ, aut Principis si secretum non revelavit. Secundo: incidit in amissionis bonorum pœnam scriba, seu officialis, qui in subscriptione aliquid de substantia scribere omisit in rescripto, privilegio, aut donatione, quam Rex signare debet cum relegatione perpetua in Brasiliam *Ordinat. d. lib. 5. tit. 51. in princ.* Tertio cudentes falsam monetam *Ordin. d. lib. 5. tit.* 12. Quarto committentes nefandum sodomiæ peccatum, etiamsi descendentes habeant vel ascendentes *Ord. lib. 5. tit.* 13. Quinto: Ille, qui carnaliter cognoverit fæminam commorantem in Regis Palatio, Reginæ, vel Principis *Ordinat. lib. 5. titulo 16. in princ.* Sexto concubinarii conjugati, qui quadragesimæ partis bonorum amissionis pæna afficiuntur *Ordin. lib. 5. titulo 28. in princ.* Septimo Lænones amissione bonorum plectuntur *Ordinat. lib. 5. tit. 35. in princ. & §. 1. 2. 3. & 5.* Octavo: assassinus *Ordin. lib. 5. titulo 35. §. 3.* Et consonat. *text. in cap. 1. de homicid. in 6.* Nono: is, qui occidit alium cum sclopo minoris quatuor palmis *Ordin. d. tit. 35. §. 5.* Decimo: qui ex animo, & proposito alium vulneravit in facie, vel per alium vulnus inferre mandavit *Ordinat. d. titulo 35. §. 7.* Sed hoc casu confiscationi locus non est extantibus descendentibus, vel ascendentibus: ut ipsa Ordinatio declarat. Undecimo: qui proditoriè dominum occidit *Ordinat. lib. 5. tit. 37. §. 2.* Duodecimo: qui coram Rege, vel in ipsius Palatio, ubi residet, alium vulneravit *Ordinat. lib. 5. tit. 39. in princ.* Si verò gladium evaginaverit in Palatio aut coram Rege quamvis non vulnerasset medietatis bonorum jacturam patitur juxta eandem Ordinationem. Decimotertio: provocans ad duellum amissionis bonorum pænam incurrit ipso jure *Ordinat. lib. 5. tit. 43.* Hæc pæna adaucta est à nostro Serenissimo Principe lege lata.

25 Decimoquarto: eximens à carcere delinqoentem condemnatum, vel confessum in judicio ultra pænam capitis punitur amissione bonorum si non habet ascendentes, vel descendentes *Ordinat. lib. 5. tituto* 48. §. 1. Decimoquinto: qui signum Regis falsificaverit, bona amittit, non extantibus ascendentibus, vel descendentibus *Ordinat. lib. 5. tit. 52. in princ.* Quod idem procedit in falsificante signum alicujus Senatoris in scriptura tangente ad ejus officium *Ordin. d. tit. 52. §. 1.* Decimosexto: conficiens falsam scripturam *Ordinat. lib. 5. titulo 53. in princip. & §. 1.* Utens verò falsa scriptura privatur bonis, non extantibus ascendentibus, vel descendentibus *Ordinat. d. titulo 53. §. 2.* Decimoseptimo: dicens falsum testimonium *Ordinat. lib. 5. tit. 54. in princip.* Ubi quod eadem pæna punitur testem corrumpens. Decimooctavo: committens crimen partus suppositi *Ordinat. lib. 5. titulo 55. in princip.* Decimonono aurifex; qui falsos lapides auro includit, vel in operibus falsum committit. *Ordinat. lib. 5. tit. 55. §. 4. in fin.* Vigesimo Mauri Granatenses conversi ad fidem, & eorum descendentes ingredientes in hoc Regnum. *Ordinat. lib. tit. 69. §. 2.* Vigesimoprimo: is qui Magistratibus, vel Regis officialibus munera præstat. *Ordinat. lib. 5. tit. 71. in princip. vers. E aquelles, que o tal presente.* Vigesimosecundo: Officialis, qui alterius superioris est factor, seu institor, & pro illis emit, aut vendit, vel illis mutuas dat pecunias *Ordinat. d. tit. 71. in princip. vers. & os officiales, qua assim derem.* Vigesimotertio: Magistratus, qui crimen repetendarum admisit *Ordinat. d. titulo 71. §. 1.* Vigesimoquarto: qui domi retinet, vel expendit venenum: dummodo non sit pharmacopola *Ordinat. lib. 5. tit. 89. in princip.* Vigesimoquinto: qui falsò sibi assumpsit arma, & insignia nobilium, quæ ad eum non spectant *Ordinat. lib. 5. tit. 92. in princ.* Vigesimosexto: navium magistri aliive officiales navigantes naturales hujus Regni, qui extra Regnum in alienis classibus officia exercent *Ordinat. lib. 5. titul. 98.* Vigesimo septimo navigantes in Indiam, aliasve Regiones ad Regnum, pertinentes absque Regis licentia *Ordinat. lib. 5. tit. 107. in princ.* Vigesimo octavo euntes ad terras Maurorum sine Regis licentia *Ordinat. lib. 5. tit.* 108. Vigesimonono: deferentes arma ferrum, & alia, quæ possunt deservire ad bellum vel ad fabricanda navigia in Maurorum usum *Ordinat. lib. 5. tit.* 192. Trigesimo: qui deferunt ad Mauros triticum, vinum, oleum, & alia de quibus *Ordinat. d. tit. 109. §. fin.* Trigesimoprimo: conversi ex Judæis, & Mauris qui è Reguo transeunt ad terras Maurorum *Ordin. d. tit. 111. in princ.* Et qui eos deferunt *Ordin. d. tit. 111. §. 1. & 3.* Trigesimosecundo, qui ex hoc Regno extrahunt aurum argentum & pecuniam *Ordinat. lib. 5. tit.* 113. Trigesimo quarto, qui vendunt naves vel navigia exteris: vel qui eorum expensis illa fabricant *Ordin. lib. 5. tit.* 114. Trigesimoquinto extrahens ex hoc Regno ad aliud armenta, oves, vel quodlibet aliud animal *Ordinat. lib. 5. tit.* 115.

Hi sunt casus, in quibus à legibus Regiis imposita 26 est pœna confiscationis, & in quibus procedit Ordinationis dispositio *d. lib. 2. tit. 26. §. 30.* etiam extantibus ascendentibus, descendentibus nonnullis exceptis, in quibus leges Regiæ declarant pœnam non habere locum, si ascendentes, vel descendentes existant de quibus numeris præcedentibus. In cæteris, verò eo ipso quod delinquens condemnatur ob delictum in pœna corporali imposita, amissioni bonorum locus datur sive extent, sive non ascendentes, vel descendentes.

Nunc videndum, An confiscationis pœnæ locus 27 detur casu quo delinquens ob defectum probationis fuit condemnatus in pœna extraordinaria; non verò in ordinaria delicti? Et quidem Mastrill. *dec.* 271. *n.* 28. in ea fuit opinione, quod licet in delicto, in quo ultra corporalem imposita sit pœna confiscationis bonorum, in sententia minuatur pœna corporalis nihilominus confiscatio locum habeat; & quod judex eam declarare debet: Tamen contraria sententia, quæ babet non esse locum pœnæ confiscationis, quando reus non potuit condemnari in pœna ordinaria delicti: sed extraordinaria, verior est: & sequenda secundùm Bald. *in L. unic. n. 2. C. ne sine juss. Princip.* Guazin. *de confiscat. conclus. 13. limit.* 28 7. *num.* 2. Farinac. *con.* 185. *num.* 71. Bajard. *ad Clar. §. fin. quæst. 64. num. 125. & q. 38. num. 40.* Massin. *de confiscat. quæst. 3. num.* 49. Giurb. *cons.* 59. *n.* 8. *& seqq.* Capic. Latro *consult.* 131. *num.* 9. *&* 10. novissimè Fajard. 2. *p. alleg. fiscal.* 46. *n.* 74. Quæ confirmatur ex eo, quia in delictis ad infligendam pœnam ordinariam necessaria est probatio luce meridiana clarior *L. fin. C. de probation.* Mascard. *conclus.* 832. *n.* 28. Et hæc certa esse debet *L. Lucio* 29 *§. pater ff. de legat.* 2. Item debet concludere per necesse, ut condemnatio sequi possit L. *matrem C. de probatione* L. *non hoc C. unde legitimi, Ordinat. libro 3. titulo 53. in princ.* Mendez à Castr. *in prax lib. 3. cap. 21. n. 56. vers. probatio autem,* Surdus *cons.* 51. *n.* 46. Camunc. *dec.* 44. *num.* 12. Ramon. *cons.* 5. *nu.* 8. Valenz. *cons.* 105. *n.* 56. Et sic eum pœna extraordinaria infligitur, ob probationis defectum non potest dici probatum delictum, neque habere locum confiscatio,

Ve-

29 Verùm cum probationes Judicis sint arbitrariæ.
Petr. Cabell. resolut. crimin. casu 331. num. 25. &
Reipublicæ interest, ne delicta remaneant impunita
L. ita vulnerains ff. ad Aquill. concurrentibus indi-
ciia, & præsumptionibus, regulariter eatraordinaria
pœna & arbitraria imponitur, non ordinaria juata
judicis arbitrium L. absentem §. 1. ff. de pœnis, Nat-
ta cons. 597. n. 24. Scaccia de judie. l. 2. capite 97.
n. 1. Hieronym. Magon. decis. Lueensi 39. num. 10.
Mascard. concl. 1221. num. 47. 51. 59. & 73. Surd.
cons. 132. n. 94. Farinac. q. 86. num. 110. Cevall,
commun. q. 337. Clar. §. fin. q. 20. post plures
Giurb. cons. 58. n. 9. Noguerol. alleg. 12. num. 67.
Cumque Judex vigore cujuscumque arbitrii confis-
care nequeat, ut dixit Bald. in L. unic. n. 2. Cod. ne
sine jussu Principis Marsil. in L. quæstionis modum n.
69. ff. de quæstion. Puteus de sindicatu tit. de arbitr.
30 corrupt. n. 13. Guazin. de confiscat. conclus. 13. lim.
7. n. 2. Giurb. cons. 58. n. 10. Dum eatraordinariam
pœnam ea arbitrio imponit, confiscationi locus non
est, Noguer. alleg. 12. n. 68. & 181.

Hinc diait Ruginel. practic. q. 35. n. 69. quod in
31 casibus ubi ea causa minoratur pœna delicti, etiam
à confiscatione bonorum recedi debet, quam reso-
lutionem bene fundat Giurb. d. cons. 58. à n. 8. cum
seqq. ubi n. 18. & 19. satisfacit dictis per Mastrill. d.
decis. 271. n. 8. & confirmatur ea eo quod condem-
natus in pœna extraordinaria ob delictum quod tale
est, ut irroget infamiam, non fit infamis juxta doc-
trinam Bart. in L. & si severior in 2. lectura vers. cir-
ca quod dicas, & ibi Bald. n. 22. vers. quarta digres-
sio est, C. ex quibus caus. infam. irrogetur, Gama dec.
139. n. 6. ad fin. Secundo confirmatur ex Ordinat.
lib. 5. tit. 25. §. 6. juncto §. 8. ubi habetur, quod si
mulier accusata de adulterio ad mortem fuerit con-
demnata, maritus lucratur dotem quam mulier ami-
sit, si autem in eatraordinaria pœna condemnatur
dotem non amittit Ordinat. de titulo 25. n. 7.

32 Sed contra proximam resolutionem insurgit Dida-
cus Anton. Fajard. 2. p. alleg. fiscali 46. à n. 68. cum
seqq. asserens quod constituto de delicto ex quo con-
fiscationis pæna incurratur, licet ex causa minoris
ætatis, vel aliàs pæna ordinaria minuatur; confis-
cationi locum fore, & respondet Ruginel. quod Plo-
tus in cujus authoritate se fundat tale non dicit. Ve-
rùm hæc Fajardi opinio tenenda non est: quia est
contra aliorum magni nominis Doctorum sententiam
receptam, de qua Farinac. cons. 185. n. 71. venit ta-
men amplectenda Fajardi opinio in crimine læsæ
Majestatis quia si delictum probetur, & ea causa mi-
noris ætatis, vel seaus, pæna extraordinaria reus
tantum plectatur, confiscationi locus erit secundùm
Octavian. Cacheran. dec. 80. n. 16. Qui tradit ita
esse de mente Bart. & Bald. Sequitur cons. 13. sub n.
6. vers. & talit rebellis volum. 6. Alex. Capic. La-
tro cons. 6. n. 218. & seqq.

Publicatis igitur alicujus bonis veniunt in confis-
33 cationem bona immobilia, mobilia se moventia,
jura, & actiones, quia omnia sub simplici bonorum
appellatione continentur, L. bonorum, L. Princeps
bona ff. de verborum significat. L. nam quod §. fin. ff.
ad Trebellian. latè Pinel. in rubr. C. de bonorum ma-
tern. à princ. Bened. Ægid. in L. ex hoc jure p. 2. cap.
13. claus. 13. n. 3. Giurb. ad statut. Messan. cap. 1.
gloss. 1. à. n. 2. cum seqq. Merlin. de pignorib. lib. 2.
q. 29. n. 2. Noguerol. alleg. 35. num. 3. Franch. dec.
93. n. 1. Atque ita prædictam conclusionem sequun-
tur Peregr. de jure fisci lib. 5. tit. 1. n. 50. Surd. de
alim. tit. 8. privileg. 59. n. 22. Simanc. de Cathol.
instit. l. 1. cap. 9. n. 7. Insignis Barbos. in L. si cons-
tante §. fin. n. 2. solut. Matrim. Bajard. ad Clar. §.
fin. quæst. 78. Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 2.
cap. 14. num. 2. Castro Paleo p. 2. tract. 4. disp. 5.
punct. 2. n. 1. Si vero per sententiam quia fuerit con- 34
demnatus in amissione bonorum mobilium & immo-
bilium non veniunt jura & actiones, quæ tertiam
bonorum speciem constituunt L. quam Tuberonis §.
in peculio ff. de peeul. L. à Divo Pio §. in venditione
ff. de re judic. Covarr. in cap. relatum c. 2. n. 2. &
3. de testam. Tiraq. de tract. lignag. §. 1. gloss. 7.
n. 9. Merlin. de pignor. d. q. 29. n. 50. & seqq. latè
& optimè Alphons. de Olea de cession. jur. tit. 2. q.
1. n. 16. maaimè n. 20. Fermosin de confisc. alleg.
31. n. 28. Cumque in pœnis stricta fieri debeat inter
pretatio capite in pœnis de regul. jur. in 6. in confis-
catione mobilium & immobilium venire non debent
jura, & actiones: ut scribunt Tiraq. d. num. 9. Petr.
Barbos. in L. si constante §. fin. n. 2. Jul. Clar. §. fin.
qu. 78. n. 9. & ibi Bajard. n. 28. Pinel. in rubr. C.
de bon. matern. 1. p. n. 16. Farinac. d. 1. p. q. 25.
num. 109. Cevall. commun. contra commun. q. 320.
n. 3. & q. 638. in fin. Peregrin. de jur. fisc. l. 5. tit.
1. n. 49. Sanchez d. lib. 2. cap. 14. nu. 2. Olea de
q 1. n. 24.

Quæ resolutio procedit, etiamsi in publicatione,
seu confiscatione dictum sit omnia bona mobilia, 35
& immobilia: quia adhuc non veniunt jura, &
actiones: non enim dictio omnia operatur circa bona
diversæ speciei à nominatis, Farinac. d. quæst. 25. n.
109. Tiraq. d. gloss. 7. n. 9. Pinel. ubi supra n. 26. &
Barbos. in d. fin. n. 3. Sanchez d. cap. 14. n. 2. Ubi cum
Pinel. Jul. Clar. & Barbos. reprendunt Cassan, con-
trarium dicentem, Sed hæc intelligenda sunt, quan-
do bona per sententiam publicantur: non verò in
casibus: ubi confiscationis pœna irrogatur ipso jure,
vel facto, quoniam tunc cum nulla sit necessaria sen- 36
tentia condemnatoria omnia bona, jura, & actiones
veniunt in confiscationem: & cum sententia decla-
ratoria delicti solum desideretur, ut privatio bono-
rum sequatur L. 1. ubi gloss. ff. ad Turpill. Sarmient.
lib. 1. select. cap. 13. nu. 3. Salgad. de protect. 4. p.
cap. 7. n. 9. & 70. Fermosin. alleg. 30. n. 19. Si in
sententia dicatur, quod confiscantur bona mobilia,
& immobilia, etiam venient jura, & actiones tum
quia sententia lata contra jus expressum nulla est,
Ordinat. lib. 5. tit. 75. in princ. tum etiam quoniam
ante sententiam declaratoriam jam à lege lata
erat sententia condemnatoria L. quisquis. C. ad
L. Jul. Majest. L. quicumque L. si quis Cod. de bon.
proscript. L. ex judiciorum 20. ff. de accusat. Fermo-
sin. alleg. fiscal. 30. n. 19.

Verum quæstionis est, an confiscatio eatendatur 37
ad bona futura, ut puta si aliquis fuerit damnatus ad
mortem civilem, deportatus, seu in perpetuum re-
legatus aut condemnatus bonorum publicatione, bo-
na quæsita post condemnationem pertineant ad fis-
cum cum enim hodie non efficiatur servus pœnæ
Auth. sed hodie Cod. de donat. inter. Non prohibetur
statu integro manente post publicationem bonorum
alia acquirere. Farinac. d. q. 25. à n. 138. Anton.
Gomez libro 3. var. cap. 14. à n. 1. Fachin. lib. 9.
controv. 51. Amaya lib. 1. observat. c. 11. à nu. 25.
& in L. Certa forma num. 33. C. de jur. fisc. lib. 10.
Fermosin. post hæc scripta ad text. in cap. vergen-
tis de hæretic. allegat. 30. n. 12 Bened. Pin. lib. 2.
select. c. 10. n. 20. & 25. Atque ita bona quæ con-
demnatus acquirit, non pertinent ad fiscum, sed ea
tantum quæ delinquentis erant tempore condemna-
tionis per text. in L. si mandavero tibi §. is cujus bo-
na ff. mand. ibi: Is cujus bona publicata sunt man-
dare alicui potest, ut ea emat, & si emerit, utilis erit
mandati actio, si non præstet fidem, quod ideo recep- 38
tum est, quia publicatis bonis quidquid postea ac-
quiritur non sequitur fiscum text. id L. ejus qui 8. §.
1. de testam. ibi Bona quæ tunc habuit, cum damna-
retur, publicabuntur: L. 2. ff. de pœn. L. certa for-
ma

ma C.de jure fisc. faliciis vers. cum talis de pœnis.l. 6. ibi: *De postmodum adquisitis repetitio non denegatur*: notat *gloss. in L. non ad ea verb. præsens ff. de condit. & demonstr.* & scribunt Bald. Angel. Alex. & Decius *in L. 3.§. illud ff. quod quisque juris* Bossius *in tit. de bonor. publicat. n. 15. & 66.* Peregrin. *de jure fisci lib. 5.tit. 1. n. 132.* Nellus *de bannitis 1. p. tempore 2. q. 18. n. 30. & 31.* Bart. *in L. 1. ff. de bonis damnat.* Uvcsembeq. *in paratiel. ad tit. ff. de bon. damnat. n. 6.* & cum pluribus Anton. Gomez *l. 3. var. cap. 14. n. 1.* communem dicunt Jason. *in L. si stipulatus fuerim §. cum stipulamur n. 7. ff. de verb. oblig.* Menoch. *consf. 101. n. 13. & 14.* Clar. *5. fin. q. 78. n. 24.* Farin. *d. q. 25. n. 138.* Guazin. Jun. *in tract. moral. lib. 2. cap. 49. num. 1. 2. 17. & 18.* Bellon. *de jure accresc. cap. 7. q. 46. n. 29.* Sixtin. *de Regal. l. 2. cap. 12. n. 80.* Seraphin. Maffin. *de confisc. quæst. 36. n. 26.* Fachin. *lib. 9. c. 51.* Carleval. *de judic. tom. 2. disp. 19. n. 18.* Alfaro *de offic. fiscal. gloss. 20. §. 10. n. 181.* August. Barbos. *in d. capite faliciis. n. 22.* Noguerol. *alleg. 22. num. 58.* Sanchez *ad præcept. Decal. l. 2. c. 14. n. 8.* Fermosin. *confiscat. alleg. 30. à n. 1.* Quæ resolutio ampliatur; ut procedat etiam in crimine læsæ Majestatis; Boss. *tit. de publicat bonorum n. 27. vers. & si sit con-*
39 *demnatus*, Gigas *de crimin. læs. Majest. tit. de pæn. admittent crimin. læs. Majest. quæst. 7. num. 1.* & probat *Ordin. l. 5. tit. 6.* ibi: *E todos seus bens que tiver ao tempo da condenaçaon sejaon confiscados para a Corxo do Reyno.*

Verum prædictæ resolution. 1. obstat *text. in L. 2. Cod. de bon. proscript.* Ubi bona deportati quæsita post condemnationem publicantur; quia hæredem habere non potest. Quæ difficultas Doctorum torsit
40 ingenia: ut tradit Ofvald. *ad Doucl. lib. 17. cap. 4. litt. G.* Fachin. *d. cap. 51.* Sed omissis aliis Respondendum est cum Cujac. *l. 6. observat. cap. 23.* quem sequuntur Ant. Faber. & Fachin. *lib. 9. c. 51.* Amaya *in L. Certa forma n. 34. C. de Jur. fisc.* faciendam esse distinctionem inter eum casum, quo deportationis pœna conjungitur cum publicatione bonorum, & inter eam, quo sola publicationis pœna irrogatur: ita ut primo casu licet deportatus bona post deportationem quæsita possit retinere tamen quia est capite minutus, & hæredem habere non potest, ita ab eo quæsita ad fiscum pertinebunt. Quod quidem nostro tempore exemplificari valet in bannito cum publicatione bonorum, qui civitatem Romanam amittit ex Andr. Gail. *de pac. public. lib. 2. c. 12. n. 5.* Vel in eo, qui loco deportationis quæ jam non est in usu, aliam pœnam Judicis arbitrio cum publicatione bonorum passus est. In quibus terminis procedit *text. in L. 2. C. de bon. damnat.* Secundo verò casu, quando publicationis pæna irrogatur cum relegatione, vel alia, ex condemnati status manet illæsus, & civitas non amittitur, ut *in L. 3. de sent. pass.* tunc bona quæsita post publicationem ad hæredes ejus pertinebunt quoniam factionem testamenti non amisit. Et in hac specie procedit *text. in L. si mandavero tibi §. is cujus bona*: ut colligitur ex illius verbis ibi: *Quia publicatis bonis quidquid postea acquiritur non sequitur fiscum* Et hanc distinctionem probat Paul. *in L. cum ratio §. fin. ff. de bon. damnat.* secundùm Cujac. *d. cap. 23.* Et addit Amaya *in d. L. Certa forma*, quod si hic Pauli locus ex defectu authoritatis non fuerit probatus, cùm illum restituerit Cujacius ex Basilicis comprobatur prædicta distinctio ex *L. 4. ff. de interd. L. 3. C. si pend. appell. mors interven. L. fin. C. si reus vel accus. mort. fuer.* Et eandem distinctionem sequitur Fermosin.

Restat videre, An solùm publicentur bona delin-
41 quentis, quæ habebat tempore commissi delicti vel etiam quæsita post delictum usque ad sententiam

facti declaratoriam, quando confiscationis pœna à lege imponitur ipso jure? quam quæstionem ponit Sanchez *ad præcept. Decalog. lib. 2. cap. 14. n. 9.* Et relatis aliis opinionibus tradit n. 10. ea sola bona publicari quæ tempore commissi delicti habebat hæreticus, sodomita, vel quisvis alius, cujus bona ipso jure publicantur. Quam sententiam probat ex *text. in L. 1. ff. de pœn.* Cujus verba sunt: *Sed eam causam sustinere quam sustinuisset, si eo tempore esset sententiam passus cum deliquisset.* Et addit quod ita delinquens per legis sententiam censetur condemnatus, quia Judex postea; nihil aliud facit, quem declarare hoc legis pœnam incurrisse. Ergo sola bona possessa tempore delicti lex ipsa publicat, cum tunc sententiam ferat; & ex authoritate, Burlat *consf. 298. n. 10.* Quod idem videtur sentire Gutierr. *l. 2. pract. q. 39. num. 6. & 8.*

Cæterum alii constanter tenent hæreticum omnia bona amittere, quæ habet tempore condemnationis; 42
& sic etiam confiscati quæsita post delictum. Quod idem dicendum in quocumque alio delinquente, cujus bona ipso jure confiscantur. Et hanc opinionem probant ex *text. in L. ejus qui §. 1. ff. de testam.* ibi: *Bona quoque quæ tunc cum damnatetur publicabuntur.* Et probat apud Hispanos *L. 77. Tauri* quæ hodie est *L. 10. tit. 9. l. 5. Recopil.* & apud nos melius probat. *Ordinat. l. 5. tit. 6. §. 9.* ibi: *E todos seus beens, que tiver ao tempo da condenaçaon, seraon confiscados para a Coroa de Reyno.* Quam sententiam tenet Boss. *tit. de bono public. n. 80.* Jul. Clar. *§. fin. 78. n. 24.* Azeved. *in d. L. 10. tit. 6. l. 5. Recopil. n. 15.* Simanc. *de Catholic. instit tit. 9. n. 61.* Peregrin. *de jure fisc. l. 5. tit. 1. n. 182.* Farinac. *d. q. 25. n. 138.* Et quidem hæc sententia mihi vera videtur non tam in hæretico, quam in reo læsæ Majestatis humanæ non Notorio: quia in hæretico, dum non reconciliatur Ecclesiæ, præsumitur error durare, usque quo reus confessus ab illo absolvatur per Inquisitores: ut bene avertit Fermosin. *d. alleg. 30. n. 20.* & in reo læsæ Majestatis non notorio idem dicendum ex *d. Ordinat. §. 9.* ibi *Seus beens, que tiver ao tempo da condençaon.* In quo etiam præsumitur durare animus delicti quo usque sit condemnatus, & punitus. In eo verò qui est reus notorius criminis læsæ Majestatis, bona ipso jure confiscantur nulla alia expectata sententia: ut probat. *Ordinat. d. titulo 6. §. 10.* ibi: *E sendo o tal crime notorio, seraon seus beens confiscados por esse mesme feito sem, outra alguma sentença.* De cujus interpretatione diximus *2. p. capite 29. n. 49. usque ad 53.* Et sic in hoc casu notorii delicti cum confiscatio fiat ipso jure legis sententia, subintrat opinio Sanchez ut bona tantum, quæ criminosus possidebat tempore commissi delicti, censeantur confiscata, non quæsita post delictum commissum: ut docet idem Sanchez, & Tello Fernand. *in L. 4. Tauri n. 48.* Sequitur Fermosin *d. alleg. 30. nu. 22.* Et idem dicendum in aliis delictis, in quibus pæna ipso jure irrogatur. Sed adhuc indistinctè confiscanda esse bona, quæ delinquens habebat tempore condemnationis dicendum esse ex *d. Ordin. §. 9.* Cujus resolutionem sequitur Gama *dec. 207. n. 9.* Petr. Caball. *casu 264. n. 17.* August. Barbos. *in d. cap. feliciis n. 33.* Azor *instit. moral. tom. 1. l. 5. cap. 7.* Alfaro *de offic. fiscal. gloss. 10. §. 10. n. 183.* novissimè Fajardo *alleg. fiscal. gloss. 20. §. 10. n. 183.* novissimè Fajardo *alleg. fiscal. 3. n. 24.*

Subsequitur quæstio, an jura conditionalia futura veniant in confiscationem; Pro cujus resolutione scire oportet jura futura, quæ nobis competunt in triplici esse differentia. Aliud enim jus dicitur delatum 43
aliud jus futurum ex causa de præsenti; aliud jus futurum ex causa de futuro. Quam distinctionem sequitur Paul. Galerat *de renunt. tom. 1. l. 4. c. 3. n. 38.* &

58. *& tom. 2. centur. 1. renunt. 4. à num. 1.* quem refert, & sequitur Olea *de cession. jur. titul.* 3. ait jus delatum esse, cujus acquisitio pendet ex nostra voluntate & *num.* 4. tradit jus futurum ex causa. Per præsenti quærendum esse quo licet de præsenti acquirere non possimus, spes tamen est, ut acquiri possit, quæ fundatur in aliqua causa de præsenti: ut puta debitum in diem, vel sub conditione: quod competere dicitor spe tantum, non re, & effectu. Jus autem de futuro ex causa de futuro illud esse dicit *n.* 5. quod nec re, nec spe competit, sed speratur acquiri superveniente aliqua nova causa veluti hæreditas viventis, successionis spes nullam habet causam de præsenti.

Quibus ita positis deveniendo ad quæstionem di-
44 cendum quod jura futura conditionalia regulariter non veniunt in confiscationem: ut docent gloss. Paul. de Castro & commun. scribentes *in L. non ad ea ff. de condition. & demonstr.* Angel. & Imol. *in L. quoties ff. de novation.* Peregrin. *de jure fisci lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 132. Clarus §. *fin. q.* 78. *n.* 23. *vers. scias, tamen,* Plot. *in consil. crimin. cons.* 103. *n.* 55. *lib.* 1. Pinel. *in rubr. Cod. de bon. matern.* 1. *p.* Surdus *de alim. tit.* 8. *privileg.* 69. *n.* 19. Anton. Gomez *lib.* 3. *var. cap.* 14. *n.* 2. Bossius *in titulo de public. bonor. n.* 14. Amaya *in L. certa forma n.* 36. *C. de jur. fisc. lib.* 10. Arias de Mesa *lib.* 3. *var. cap.* 42. *n.* 1. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 82. *& seqq.* Guaxin. *de confisc. conclus.* 13. *limit.* 25. *n.* 1. *& seqq.* Seraphin. Mallin. *eod. tract.* *q.* 35. *n.* 5. *& q.* 36. *n.* 26. Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 14. Altograd. *cons.* 95. *n.* 44. *vol.* 1. Castr. Palao 1. *p. tract.* 4. *disp.* 5. *n. punct.* 4. *n.* 1. Fermosin. *de confiscat. alleg.* 31.

45 Attamen in hac materia distinguendum est inter jura conditionalia competenti delinquenti ex testamento, vel alia ultima voluntate, & inter competentia ex contractu. Primo casu si conditio extiterit ante confiscationem, & condemnationem, confiscabuntur jura; quia impleta conditione illa conditionalis dispositio plura effecta fuit, *L. hac conditio eum filiis, ff. condit. & demonstr* & diximus *lib.* 1. *p.* 1. *prael.* 2. §. 2. *n.* 65. Si verò conditio impletur post condemnationem, non pertinebunt ad fiscum hæreditas, legatum, seu fideicommissum delinquenti sub conditione relicta quia in ultimis voluntatibus conditionis implementum non retrotrahitur, & solùm inspicitur tempus quo conditio impletur *L.* 1. §. *servi ff. ad Syllanian. L.* 4. *ff. quando dies leg. cedat. L. quæ legata* 18. *ff. de reg. jur.* & diximus *p.* 1. *prælud.* 2. §. 2. *n.* 6. Atque ita jura illa tanquam bona futura quæsita post condemnationem non pertinent ad fiscum ex dictis supra *num.* 34. Præsertim quia jura conditionalia provenientia ex ultimis voluntatibus non transeunt
46 ad hæredes *L. legata* 41. *ff. de condit. & demonstr.* L. *uni* §. *fin. autem C. de caduc. tollend.* Sixtin. *d. cap.* 12. *n.* 84. Arias de Mesa *d. cap.* 42. *n.* 3. Nicolaus Naolis *de transmiss. casu* 10. *n.* 11. D. Joseph Vella *discert.* 11. *n.* 43. & consequenter neque in fiscum, quoniam ea quæ ad hæredes extraneos non transeont, in fiscum transire nequeunt Barthol. *in L.*
47 *eum qui in princip. ff. de interdict. & relegat.* dicens omnes ita tenere gloss. Bald. & alii *in L.* 1. *C. de bon. libertor.* Decius *in L. ea sola ff. de regul. jur.* Socin. Jun. *cons.* 51. *n.* 3. *volum.* 2. Et post plures Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 5. *titulo* 1. *n.* 68. Sanchex *ad praecept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 5. Et ita prædictam resolutionem sustinent Accurs. *in d. L. non ad adverb. præsens*, Farinac. *d. q.* 25. *n.* 143. Barbos. *in L. si constante* §. *fin. n.* 4. Peregrin. *d. tit.* 1. *n.* 132. Pinel. *in rubr. Cod. de bon. matern. p.* 1. *n.* 3. Anton. Gomez *in L.* 4. *Tauri n.* 4. *& lib.* 3. *var. cap.* 14. *n.* 2. Sanchez *d. cap.* 14. *n.* 15. Sixtin. *d. cap.* 12. *n.* 84. Arias de Mesa *d. cap.* 42. *n.* 2. *&* 3. Scaccia *de judic. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 1098. Castr. Palao *p.* 1. Fermosin. *de confiscat. allegat.* 31. *n.* 6. *&* 7. Fajard. *alleg. fiscali* 3. *n.* 16. *& alleg.* 8. *n.* 9.

Et licet aliqui resolutionem intelligant, quando conditio est potestativa, quæ tunc dicitur, quando à voluntate & potestate pendet ejus, cui adscribitur Anton. Gomez *lib.* 1. *variar. capite* 12. *n.* 60. 48
Castill. *de aliment. cap.* 41. *n.* 1. Surdus *eodem tract. titulo quæst.* 4. *n.* 10. Arias de Mesa *lib.* 1. *variar. cap.* 3. *n.* 3. Sanchez *d. c.* 14. *n.* 13. Non verò si conditio sit casualis, vel mixta, quæ scilicet casualis dicitur quando à casu, & fortuna pendet. Mixta verò quæ partim pendet à potestate, & voluntate honorati: partim à casu, vel potestate, & voluntate tertii, ut per supra citatos. Tunc enim dicunt relicta sub casuali, vel mixta conditione in fiscum transferri, moti ex *text. in* L. *in facto* 59. §. *fiscus ff. de condit. & demonstrat.* in illis verbis ibi: *Fiscus eisdem conditionibus parere debet: quibus persona à qua ad ipsum quod relictum est pervenit*; in quorum numero sunt Roman, *singular.* 70. *n.* 1. Cassan. & Horotius, quos citat Sanch. *d. cap.* 14. *n.* 17. Tamen prædicta intelligentia seu limitatio sustineri nequit; quia relictum in testamento sub conditione casuali, vel mixta mortuo honorato ante eventum conditionis non transmittuntur ad hæredes, ut expressè probant *in* L. *unica* §. *fin. autem Cod. de caduc. tollend.* Covart. *practicar. capite* 39. *in fin.* Anton. Gomez *libro* 2. *var. cap.* 11. *n.* 36. Sanchez *d. cap.* 14. *n.* 17. Conditio enim de sui natura suspendit actum, & impedit transmissionem etiam in filiis *d. L. unic.* §. *fin. autem sub condi-* 49
tione Cod. de caduc tollend. Gomex *lib.* 1. *var. c.* 3. *n.* 15. Lattea *allegat* 29. *n.* 8. *& seqq.* Caldas Pereir. *lib.* 1. *forens. q.* 6. *n.* 37. Capyc. Latro *cons.* 139. *n.* 17. & diximus *p.* 1. *prælud.* 2. §. *n.* 25.

Propter quæ mortuo fideicommissario, vel lega- 50
tario sub conditione vivo testatore, vel pendente conditione inutile redditur legatum vel fideicommissum, & remanet apud eum à quo fuit relictum *d. L. uni* §. *cum triplici*, & §. *pro secundo C. de Caduc. tollend.* Menoch. *cons.* 95. *n.* 2. *& cons.* 105. *nu.* 67. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 22. *num.* 4. post alios Lattea *dec.* 67. *n.* 4. Gratian. *forens. cap.* 815. *num.* 19. Costa *lib.* 1. *selectar. c.* 18. *nu.* 5. Cassanat *cons.* 32. *num.* 20. idem Menoch. *libro* 4. *præsumpt.* 201. *n.* 441. *&* 49. Galganet. *de condit. p.* 2. *cap.* 6. *quæst.* 8. *n.* 19. Cresp. de Valdaur. *observat.* 41. *nu.* 126. Michel. Angel. Gizz. ad Capyc. Latro. *observat.* 31. *n.* 1. *&* 2. Franch. *decis.* 525. *n.* 1. *&* 3. Et ea propter legata, vel fideicommissa conditionalia non transeunt in fiscum, si bona legatarii, vel fideicommissarii publicantur ante conditionis eventum ut præter gloss. *ind. L. non ad ea* tradunt Bald *in* L. 3. *n.* 4 *C. ad leg. Falcid.* Boss. *tit. de public. bonor. n.* 15. *vers. item non transit & n.* 16. Nata *cons.* 472. *n.* 10. Decius *cons.* 438. *num.* 10. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 31. *n.* 35. *& de jure fisc. d. tit.* 1. *n.* 93. Noal. *de transmiss. cas.* 1. *n.* 59.

Non obstat *in d. L. in facto* §. *fiscus*, eleganter 51
enim respondet Sanchez. *d. cap.* 14. *n.* 16. quod in specie illius non fuit actum, an legata conditionalia pertinerent ad fiscum, neque id in eo deciditur, sed cùm res transeant in fiscum cum sua causa, decisum fuit fiscum teneri ad onera, & ad conditiones implendas ad quas tenebatur persona à qua ad fiscum legatum pervenit. Et hoc intelligendum est de legato puro relicto cum aliquo onere, vel de conditionali, cujus conditio jam extiterat, ut indicant text. ibi à *qua ad ipsum, quod relictum est pervenit*, si enim conditio penderet, verè quidem legatum non perveniret, cum conditio sit acquisitionis; & transmissionis impeditiva: & sic tam legatum, quàm fideicommissum relictum condemnato sub quacunque conditione, quæ post condemnationem extitit atque evenit,

quæri-

quæritur condemnato, prout ei acquiruntur bona post confiscationem acquisita. Quia ante eventum conditionis legatum conditionale, vel substitutio non erant in bonis delinquentis tempore confiscationis, probat text. in L. *substitutio* 24. *ff. d. acquir. rer. domin* ibi: *Substitutio quæ nondum competit, extra bona nostra est.* Atque ita prædictam sententiam probant Bald. Alberic. Gig. & alii cum quibus Farinac. *d. q.* 25. *n.* 144. Peregrin. *d. tit.* 1. *n.* 94. Bajard. *ad Clar. quæst.* 78. *n.* 107. Sanchez *d. c.* 14. *n.* 18. Fermosin. *de confisc. alleg.* 31. *n.* 10. *& seqq.* ubi eodem modo respondet ad *text in d. L. si fundo*, §. *si fiscus.*

52 Jura verò passiva, & conditionalia, veluti fideicommissum relictum à delinquente sub conditione bene, transeunt in fiscum, ut teneatur restituere fideicommissario adveniente conditione etiam post confiscationem *L. Statius Florus* §. *fin. ff. de jure fisc. L. ex facto ad Trebell.* Ita insignis Barbos. *in L. constante* §. *fin. n.* 5. *ff. de solut. Matrim* Sanchez *d. cap.* 14. *nu.* 19. Fermosin. *d. alleg.* 31. *nu.* 23. *&* 24. Boss. *tit. de public. bonor. n.* 14.

53 Sed capiendo secundam partem distinctionis dicendum est, jura conditionalia futura, quæ proveniunt ex contractibus tam activa, quàm passiva, transire in fiscum, etiamsi conditionis implementum contingat post condemnationem delinquentis: ut probat *text. in L. inter socerum* 26. *ad fin. ff. de pact. dotal.* Ubi si pater dotando filiam stipulatus est dotem sibi reddi, si filia Matrimonio durante obierit, & eo constante bona patris publicata sint, posteaque filia diem clauserit extremum, respondet Consultus dotem ad fiscum pertinere; non obstante, quòd conditio impleta fuerit post confiscationem. Et est ratio: quia actio descendens ex contractu conditionali transit ad hæredes extraneos: & sic etiam in fiscum §. *ex conditionali Instit. de verbor. oblig. necessario* §. *quod*
54 *si pendente ff. de peric. & commod. rei vend. d. L. inter socerum, L. quoties C. de donat. qua sub mod.* Anton. Gomez *libro* 3. *var. c.*14. *n.*2. *& lib.* 2. *cap.* 11. *à nu.* 36. Valasc. *consult.* 122. *n.* 10. Galganet. *de condit. & demonstr. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 34. *n.* 17. Arias de Mesa *lib.* 3. *var. cap.* 42. *n.* 4. Olea *de cess. jur. tit.* 3. *q.* 10. *n.* 8. Giurb. *de feud.* §. 2. *gloss.* 10. *n.*
55 59. *& seqq.* Is enim, cui sub conditione debetur ex contractu, statim dicitur creditor *L. is qui sub conditione* 42. *ff. de obligat. & action.* Surdus *decis.* 151. *num. fin.* Salgad. *in labyrint. creditor.* 1. *p. cap.* 8. *n.* 36. Olea *titulo* 4. *q.* 2. *n.* 31. Sanfelic. *dec.* 307. *n.* 6. *&* 7. Ex quibus prædictam sententiam sustinent Anton. Gomez *d. cap.* 14. *n.* 2. Bald. *in L. fin. num.* 15. *C. de contrah. empt.* ubi Salicet. *num.* 9. *q.* 4. & post plures Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 21. Arias de Mesa *d. cap.* 42. *n.* 4. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *c.* 12. *num.* 85. *& seqq.* Ricciolus *de jur. person. extra grem. Eccles. lib.* 5. *cap.* 32. *num.* 36. Olea *d. tit.* 3. *q.* 10. *num.* 21. Seraphin. Massin. *de confisc. q.* 35. *num.* 6. *&* 7. Castro Palao *tract.* 4. *disp.* 5. *punct.* 4. *n.* 2. *&* 3. Fermosin. *d. alleg.* 31. *n.* 2. 15. *& seqq.*

56 Hanc tamen resolutionem limitant aliqui, ut procedat, quando debitum permissum fuit sub conditione casuali, vel mixta; non verò si conditio sit potestativa: quia promissum sub ista conditione non transit ad hæredes *L. si decem eum petiero* 48. *ff. de verb. oblig.* Ita Gomez *d. cap.* 14. *n.* 2. Anton. Faber. *lib.* 11. *conject. c.* 13. Farinac. *d. q.* 25. *n.*147. & plures alii laudati à Sanchez *d. cap.* 14. *n.* 24. Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 41. &
57 cum pluribus Olea *d. tit.* 3. *q.* 10. *n.* 8. Namque potestativa conditio non retrotrahitur, sed vires accipit à die implementi L. 1. §. 1. *L. qui balneum* 9. §. *amplius vers. modo non ca L. potior.* 11. *in princ. &* §. *si colonus ff. qui pot. in pign. hab. L. Titius* 4. *ff. qui res pignori.* Anton. Gomez *lib.* 2. *c.* 11. *n.* 30. *vers. tertius effectus ad finem.* Petrus Barbos. *in L.* 1. *ff. solut. Matrim.* 3. *p. n.* 32. *post med. vers.* 2. *quia quando & vers. non obstat secunda* Molin. *de just. & jur. tom.* 2. *tract.* 2. *disp.* 636. *n.* 14. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 14. *ti.* 44. *n.* 19. & pluribus de more relatis D. Joseph. Vela *dissert.* 21. *n.* 63. *& dissert.* 26. *num.* 29.

Sed hanc limitationem rejicit Sanchez *d. capite* 58
14. *num.* 25. & rem componere conatur fœdere distinctionis. Ait enim quod si debitum sit sub conditione potestativa; quam delinquens non implevit, & tale est implementum, quod potest explicari per fiscum, si jus est activum, bene transit ad fiscum, ut adimplens conditionem rem acquirat. Si verò jus est passivum puta si delinquens alicui promisit sub conditione potestativa in persona alterius, qui ante condemnationem non implevit, sed post eam; tunc inquit obligationem non transire in fiscum, nisi ex implemento ditior factus sit. Probat ultimum hujus distinctionis membrum, ex eo quod conditio potestativa non retrotrahitur, cùm in ea inspiciatur tempus impletæ conditionis *d. L. qui balneum cum suprà adductis*. Cumque retrotractio locum habeat, perinde obligatio delinquentis habenda est, ac si contraheret tempore implementi; & cùm jam tunc bona essent fisci, delinquens ex proprio contractu fisco præjudicium inferre non valebat: & sic fiscus ad jus passivum non tenetur. Ego verò in hac parte cum Tho- 59
ma Sanchez convenio. Attamen ab eo discedo, quatenus in prima parte docet jus activum pendens sub conditione potestativa transferri in fiscum, secutus communem opinionem, de qua Covarr. *practic. c.* 39. *n.* 1. *vers. obtinuit tamen, & per totum*, quæ habet jus implendæ conditionis potestativæ non transire ad hæredes, quasi is, qui implere debebat, & noluit, illud jus sprevisse videatur argum. *text. in L. qui Romæ* §. *Augerius ff de verb. obligat.* Tradunt Mynsinger. *in d.* §. *ex conditionali*, ubi *gloss. verb. contigerit*: Bald. *in cap. significavit col.* 2. *vers. item conditio de rescript. & in L.* 2. *C. de pact. inter nupt.* Tiraq. *de retract. convent.* §. 1. *gloss.* 6. *n.* 15. *&* 16. Boer. *decis.* 183. *n.* 21. *& seqq.* Galganet. *de condition.* 2. *p. cap.* 1. *q.* 10. *n.* 3. Anton. Gomez *lib.* 2. *var. cap.* 11. *n.* 29. *&* 36. Larrea *alleg.* 98. *n.* 7. Solorzan. *d. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 38. *&* 39. Atque ita jus passivum, & activum sub conditione potestativa nunquam transit in fiscum.

Declara tamen, ut non procedat resolutio quan- 60
do probatum fuerit non stetisse per eum, cui talis conditio adjecta fuit, quominus impleretur. Sed fortè per culpam, aut moram alterius, in cujus persona conditio erat implenda stetit veluti si stipulator, qui decem debebat dare Titio, paratus fuit dare; Titius verò in mora recipiendi: tunc enim hæres, si vult satisfacere, audiendus est, ut lucrum ex stipulatione consequatur secundùm Bart. *in L. cui fundus n.* 5. *ff. de condition. & demonstr.* Solorzan. *d. cap.* 11. *n.* 39. Immo conditio pro impleta debet haberi, quia potestativa deficiens per casum, quo honoratus fuit impeditus implere, ob commodum ipsius gravati, pro impleta habetur *L.* 1. *ff. de instit. substit. L. turpia* §. 1. *&* §. *penult. de legat.* 1. *L. Stichum* §. *penult. ff. de condition. & demonstr. L. quæ sub conditione* 8. §. *quoties ff. de condition. instit.* Castill. *de alim. cap.* 41. *n.* 6. Arias de Mesa *lib.* 2. *var. cap.* 4. *n.* 4.

Ratio differentiæ inter jura conditionalia pro- 61
venientia ex ultimis voluntatibus, & inter ea, quæ proveniunt ex contractibus, in eo posita est, quod in contractibus substantia obligationis, conventionis tempore consistit *d. L. necessario* 8. *vers. quod si pendente ff. de peric. & commod. rei vend.* Non sic in testa-

testamentis, ut post Ordinarios docent Solorzan. *d. lib.2.c.11.n.46.* Anton. Faber. *l.15.conject.c.6.& 7.* & post Donel. & Osuald. Pichard. *d.§. conditionali, & ad tit.de vulgar.& pupillar.substit.c.2.à n.19.* Olea *d.tit.3. q.10. n.9.* D. Joseph. Vella *differt. 11. n. 15.* Arias de Mesa *lib. 3. c. 42. n. 4.*

Deinde quæro, an publicatis bonis emphiteutæ veniunt in confiscationem bona emphyteutica? In
62 qua quæstione distinguendum est inter emphyteusim privati, & Ecclesiæ ita ut primo casu si emphyteusis à privato simpliciter sit concessa transeat in fiscum publicatis bonis emphyteutæ, quia potest ad extraneos hæredes transire: ut scribunt commun. Doctores, & Alex. *in L. si patroni in fin. ff. ad trebell.* Sequitur Gigas *de crim. læs. Majest. lib. 2. rubr. de pæn. q.6.n.6.* Clar. *in §. emphyteusys q.28. vers. tertius est.* Ubi ait in hoc nullam esse controversiam inter Doctores, idem Clarus *d. §. emphyteusis quæst. 29. num. 1. vers. tu dic.* Farinac. *d. q.25. num.59.* Guazin. *de confis. conclus. 13. limit. 33. nu. 27.* Sanchez *ad præcepta Decalog. lib.2. c. 19. num. 25.* Et fuit sententia Bart. *in L. si finita 13. §. si de vectigalibus num. 6. ff. de damn. infect.* Socin. *cons. 121. n.18. col.4.* Borosius *cons. 114. n.54. vol.4.* Simanch. *de Catol. lib. 1. capite 9.n.97.* Quemada *in suis quæst. fiscal.q.11.* Boss. *in tit.de public. bonor.n.60.* Molin. *de just.& jure tom. 2. disp. 482. col. conclus. 1.* Castro Palao *1. p. tract. 4. disp. 5. punct. 8. n. 6. & 8.* Fermosin. *de confiscat. alleg.33.n.28.* Quam sententiam probat *Ordinat.lib. 5. tit. 6. §. 18.*

63 Secundo verò casu si emphyteusis ab Ecclesia fuit simpliciter concessa non venit in confiscationem quia regulariter non potest in extraneos hæredes transire, ut de magia communi opinione testatur Clarus *in d. §. emphyteusis q.28.vers. tertius est:* sequitur Farinac. *d. q. 25. nu. 50.* ubi additio Flores de Mena Caldas *de nomin. q.23. per totam*, Surdus *dec. 11. num. 8.* Valasc. *de jure emphyt. q. 44. nu. 6.* Reynos. *observ. 14. num. fin.* Cyriac. *controv. 113. num. 2.* Et ideo prædictam sententiam tuentur Bart. *in d. §. si de vectigalibus n. 6.* Ruin. *cons. 155. num. 10. vol. 1.* Gigas *d. lib.2. tit. de pæn. committ. crim. læs. Majest. q. 6.n.1. & 2.* Clarus *in d.§. emphyteusis q.29.* cum pluribus Farinac. *d.q. 25. n.52. & 53.* Sanchez. *d. cap. 19.n.22.* Carpan. *super. constit. Mediolan. tit. de jur. fisc. in cap. omnium n.144.* Guazin. *d. limit. 33. n. 2.* Hieron. Magon, *decis. Lucens. 12. nu. 7.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 12. num. 46.* Castro Palao *d. disp. 5. punct. 8. n.4.* Fermosin. *d. alleg. 33. n. 24. & 25.* Qui omnes eo nituntur fundamento quod ea quæ non possunt transire ad hæredes extraneos, non transeunt in fiscum bonis publicatis per *text. in L.2. Cod. ad L. Jul. de vi L. eorum ff. ad L. Jul.Majest.L. jura libertorum ff. de jur. patron. gloss. in L.1. c. de bon. quæ liber. & in L.3.* ubi Bald. & alii *ff. de interdict. & relegat.* Clarus *in §.fin.q.78. vers. nunc videamus*, Farinac. *d.q.25. n.51.* Sanchez *d. lib.2. c. 14. n.5. & c. 19. num. 20.*

64 Quando autem Emphyteusis Ecclesiastica transitoria est ad extraneos hæredes, vel ex pacto, aut consuetudine, aut Pontificia institutione verius est quod publicatis bonis emphyteutæ transit in fiscum: ut scribunt Socin. *cons. 226. col. 11. vers. tertio confirmatur, & collat. 12. vers. ex quibus infero volum. 2.* Gigas *d. tit. de pæn. commit. q. 6. n. 4. & 5.* Boss. *de public. bonor.n.60.* Caldas *de nomin. q. 10. n. 16.* Sixtin. *d. c. 12. num. 50.* Castro Palao *de punct. 8. n.8.* Fachin. *lib. 9. controv. cap. 53.* Et hanc opinionem secuta est *Ordinat.lib.5.tit.1.§.1.* rejecta contraria sententia, de qua Clarus *in d.§. emphyteusis q.29. vers. breviter.* Farinac. *d.q.25.n.55.* cum aliis adductis à Sanchez *d. cap.19.n.28.* Fermosin. *d.alleg.33.n. 25.26.30.& 31.* qui docent emphyteusim Ecclesiasticam etiam transitoriam ad hæredes extraneos non venire in confiscationem: ex eo quod si emphyteusis ad fiscus transiret & deterior efficeretur Ecclesiæ conditio, non tam quia fiscus est potentior, quàm quod fiscus numquam moritur & Ecclesia non haberet spem caducitatis, neque laudemii. Cui difficultati lex Regia occurrit statuens, fiscum intra biennium teneri emphyteusim vendere, vel transferre 65
in personam, quæ illam possidere valeat secundùm legem contractus. Verba legis Regiæ ita se habent ibi: *E nos o manderemos vender on trespassar o tal prazo dentro de duos annos em pessoa, que o pessa possuir conforme as condiçoẽs delle.* Caldas *de potest eligend. cap.1. n.2.* Et hoc venditionis casu servanda est dispositio *Ordin. lib.4. tit.38. in princ.* Secundùm quam directus dominus notificari debet, ut intra triginta dies possit emphyteusim sibi habere soluto pretio à tertio oblato.

Non obstat *text. in cap. felicis de pæn. in 6.* in illis 66
verbis: *si qua verò feuda, vel locationes ab Ecclesiis obtinet, sit eis ipso jure privatus, quæ libere ad Ecclesiam revertantur.* In quo consistit secundum contrariæ patris fundamentum. Respondetur enim textum illum procedere in feudo vel emphyteusi, quæ non potest transire in hæredes extraneos, ideo nil mirum; si revertatur ad Ecclesiam Alex. *in L. si finita 15. §. si de vectigal. nu. 30. ff. de damn. infect.* notat Ang. Barbos. *in d. c. felicis num. 2.* Sed hic intellectus mihi placere non potest namque si ibi ageretur de feudo, seu emphyteusi familiari non reverteretur ad Ecclesiam, dum essent vocati successionis capaces ut optimè tradit Molin. *d. 2. tom. disp. 481. col. 3. conclus. 3. punct. col.4. vers. dixi sive ea emphyteusis*, quem sequitur Sanch. *d.c.19.n.24.* Unde Verius dicendum in eo textu pontificem statuisse pænas adversus occidentem, vel insidiantem Eminentissimis Cardinalibus; & ita confiscationis pænam imposuisse, ut emphyteuses, & feuda, quæ alias in fiscum erant deventura, reverterentur ad Ecclesiam in favorem illius. Quod specialiter ita inductum non tollit, quin in aliis casibus, & in judicio sæculari aliud sit dicendum; prout dici deberet in specie illius textus, si Pontifex non declarasset. Vel responderi potest cum Castro Palao *d. tract. 4. disp. 5. punct. 8. n. 6.* textum non intelligi de locatione emphyteutica, sed de rigorosa locatione, & conductione alicujus agri ad tempus; quia ad Ecclesiam liberè revertitur: ut possit alii iterum locari, & conduci: vel loqui de emphyteusi quæ statim ad Ecclesiam tanquam ad dominum directum revertitur.

Neque etiam urget *text. in Authent. de alienat. em-* 67
phyt. §. L. v. si verò contigerit coll. 9. Ubi probatur emphyteusim Ecclesiasticam non posse retinneri apud fiscum si Ecclesia voluerit intra biennium eam avocare: & sic tradunt Doctores, quod juxta illum textum emphyteusis Ecclesiastica non potest ad fiscum transire. Propter quam difficultatem varii à Doctoribus designatur intellectus. Alii enim docent non obstare prædictam constitutionem, quia est Princeps sæcularis, qui non potest circa res Ecclesiæ statuere juxta *text. in c. decernimus de judic.* Surd. *cons.2.per*
tot. & cons. 301. à n.69. August. Barbos. *in c. quæ in* 68
Ecclesiarum n. 2. de constit. Petr. Caball. *resol. crimin. casu 14.* Cyriac. *controv. 140.* Sanfelic. *decis. 187.* Alii verò tradunt textum procedere in Emphyteusi Ecclesiæ majoris Constantinopolitanæ, non in emphyteusi aliarum Ecclesiarum, Decius *in c. in præsentia n.48. de probation.* Farinac. *d.q.55.n.56.* Clarus *d. §. emphyteusis quæst. 29. in fin.* Imola *in d. L. si finita §. si de vectigalibus n. 54.* Sanchez *d. lib. 2. c. 19. n. 30.* Sed relictis his, & aliis verior est intellectus textum illum non negare posse emphyteusim Ecclesiæ in fiscum transire, immo potius id presuppo-

ſupponere, dum ait Eccleſiam poſſe intra biennium
avocare à fiſco prædictam emphyteuſim. Quod pri-
vilegium conceditur Eccleſiæ dummodo ipſa pretium
& valorem emphyteuſis fiſco ſolvat: ut indicant illa
verba textus ibi: *Soluta emphyteuſi:* hoc eſt ſatisfa-
cto valore. Quæ interpretatio admittenda eſt ex na-
tura, ſignificatione verbi ſoluta; ut per Calepinum
verb. ſolvo. Et non eſt novum, quod directus domi-
nus emphyteuſim redimere poſſit ab emphyteuta ob-
lato pretio: ut probatur *in c. potuit de locat. Ordin.
lib. 4. tit. 38.*
Dubitatur autem, An illud jus avocandi à fiſco
69 rem emphyteuticam competat cuilibet Eccleſiæ ex
d. Auth. de alienat. emphyt. In qua quæſtione di-
verſæ ſunt Doctorum opinionas. Negativam ample-
ctitur Cujac. *ad novel.* 120. aſſerens *in d. Auth.* ſolùm
Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ permiſſum ut intra
biennium valeat à fiſco emphyteuſim avocare, non
cæteris Eccleſiis. Sequuntur *Boſſ. in tit. de public. bo-
nor. n.* 60. Farin. *d. q.* 25. *n.* 56. *verſ. quod, immo junct.
n.* 54. Fachin. *lib. 9. controv. c.* 53. Caſtro Palao, *d.
diſp.* 5. *punct.* 8. *n.* 9. Quæ confirmatur ex eo, quod
cum dicta conſtitutio ſit principis ſæcularis, valere
non poteſt circa res Eccleſiæ ut diximus ſupra: con-
trariam affirmativam ſententiam tenent aliqui, & plu-
70 res ex antiquioribus relati à Sanchez *d. cap.* 19. *n.* 31.
Clar. *in §. emphyteuſis q.* 29. *verſ. breviter ſi emphy-
teuſis* Quemada *in quæſtioné. fiſcal. quæſtione* 12. Si-
manch. *de Cathol. titulo* 9. *n.* 104. & 105. Molin.
de juſt. 2. *tom. diſp.* 481. *col.* 3. *concl.* 2. Azor. *inſtit.
moral. lib.* 8. *c.* 12. *q.* 21. Caſtro Palao *d. diſp.* 5.
punct. 8. *n.* 10. Guazin *de confiſcat. n. alleg.* 33. *n.*
35. Quæ ſententia verior eſt. Neque obſtat Princi-
pem ſæcularem non poſſe ſtatuere circa res Eccleſiæ.
Id enim procedit quando contra ejus privilegia ſta-
71 tuit. Et in his terminis loquuntur Doctores ſupra cita-
ti. Bene tamen poteſt ſæcularis id facere indulgendo
privilegium ipſis Eccleſiis: ut notant omnes *in capi-
te Eccleſia Sanctæ Mariæ de; conſtit.* Jul. Clar. *d.
quæſt.* 29. *verſ. breviter circa fin.* Sanchez *d. cap.*
19. n. 31. Non etiam abſtat textum loqui de Eccle-
ſia Conſtantinopolitana. Quia reſpondetur illius diſ-
poſitionem ad alias Eccleſias extendi juxta *text. in
Authent. de non alien. §. hæc ergo.* Ubi probatur,
quod diſpoſitum in favorem unius Eccleſiæ facit jus
generale quoad alias; niſi contrarium expreſſum
reperiatur in aliqua lege. Neque contrarium ex
preſſum dici poteſt *in d. §. ſi verò contigerit*, ut vo-
luit Caſtro Palao *d. punct.* 8. *n.* 10. Non enim benè
probatur ex verbis textus: quem ille citat verſ. & hoc
quidem, ex quibus non aliud evincitur, quàm privi-
legium fuiſſe conceſſum Eccleſiæ conſtantinopolita-
næ: non vero probatur aliis Eccleſiis fuiſſe denega-
tum: Ex ideo corruit reſponſio Caſtro Palao.
72 Suppoſito igitur, quod Eccleſia intra biennium
poteſt recuperare emphyteuſim fiſco, eo elapſo, an
juvari poſſit reſtitutionis auxilio contra fiſcum; quæ-
ſtionis eſt. In qua pro parte negativa ſtat Quemada
quæſt. fiſcal. 13. qui eo nititur fundamento nempe ita
Eccleſiam, quàm fiſcum reſtitutionis auxilio gaude-
re, ac proinde ſubintrat regula, quod privilegiatus
contra pariter privilegiatum non utitur privilegio ſuo
*L. fin. ff. ex quibus cauſa major. L. verum §. fin. ff.
de minoribus L. aſſiduis §. duobus Codicibus qui potior
in pignorib.* Lancelot. *de attent.* 3. *p. cap.* 24. *quæſt.* 8.
n. 6. Menoch. *conſ.* 647. *n.* 37. Gratian. *forenſ. ca-
pite* 396. *n.* 18. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 1. *tit.*
26. *n.* 7. *& de conject. ultim. libro* 6. *titul.* 2. *n.* 19.
alias laudat Hermoſ. *ad L.* 5. *tit.* 1. *partit.* 5. *gloſſ.*
1. *n.* 4. Fontan. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 12. *à n.*
104. Caldas *in L. ſi curatorem verb. læſis num.* 169.
Salgad. *in labyrinth. cred. p.* 1. *cap.* 7. *n.* 46. Giurb.
dec. 82. n. 8. Sanſelic. *dec.* 73. *n.* 12. Vincent. de
Portugal. de Donat. *Tom. II.*
Franch. *deciſ.* 188. ubi addentes Fermoſin. *in cap.
1. de reſtit. ſpoliat. quæſt.* 2. *n.* 35. Et diximus 1. *p.
prælud.* 2. §. 1. *n.* 123. Sed hæc reſolutio non habet
locum quando unus agit de damno vitando; alius
verò de lucro captando Stephan. Gratian. *cap.* 202.
n. 31. Fontan. *d. gloſſ.* 12. *num.* 104. *& ſeqq.* Sal-
gad. *d. c. n.* 50. Amendol. ad Franch. *deciſ.* 26. *n.* 73
6. Hermoſ. *d. gloſſ.* 1. *n.* 8. & 9. Hieronym. Leo.
deciſ. Valent. 50. *n.* 3. & 23. Cumque Eccleſia in
caſu propoſito agat de vitando damno amiſſionis
ſuæ emphyteuſis, & tranſmiſſionis illius in fiſcum
potentiorem, & fiſcus de lucro captando, benè
poteſt Eccleſiæ adverſus lapſum termini reſtitui,
propter quæ hanc ſequuntur ſententiam. Simanc.
de titulo 9. *n.* 106. Sforcia Oddo *de in integr. reſtit.
p.* 1. *quæſt.* 18. *articul.* 12. n. 82. quos refert, & ſe-
quitur Sanchez *d. cap.* 19. *n.* 32. Sine eo quod ob-
ſtet alia ratio quam adducit Caſtr. Palao *de punct.* 74
8. *num.* 12. Quam contrariam opinionem Quemada
ſuſtinet, nempè quod ſi Eccleſia expreſsè intra bien-
nium vellet fiſcum habere emphyteutam, non poſ-
ſet voluntatem revocare, alias nulla eſſet tranſla-
tio firma: Sed quoties advertenter videt labi bien-
nium, & emphyteuſim non revocat cenſetur con-
ſentire fiſcum habere emphyteuſim cum à lege con-
cedatur biennium, ut deliberet, quid ſibi magis
placuerit, an habere fiſcum rem, vel ab illo eam
avocare. Proindeque cum ex voluntate Eccleſiæ
biennium ſit tranſactum, reſtitutio concedenda
eſt.
Sed hæc ratio Caſtri Palao à juris regulis multum
deviat. Reſtitutio namque adverſus lapſum termini
eodem modo conceditur ei qui ſciens terminum la-
bi, non fecit, quod facere debebat, & læſus fuit, quo
etiam conceditur ei qui impeditus intra terminum fa-
cere non potuit.
Præterea ſi emphyteuſis ſive ſæcularis, ſive Ec-
cleſiaſtica conceſſa ſit Titio, ſibi, filiis, vel deſcen- 75
dentibus, aut certo generi perſonarum, tunc pu-
blicatis bonis emphyteutæ non tranſibit in fiſcum ex
prædicta regula, quæ habet ea tantum tranſire in
fiſcum, quæ poſſunt ad extraneos hæredes perveni-
re. Ita ſcribunt Bart. *in d. L. ſi finita §. ſi de vecti-
galibus num.* 6. Alex. *conſ.* 23. *num.* 10. *vol.* 1. Ol-
drad. *conſ.* 17. *thema tale eſt*, Decius *conſ.* 442. *n.*
31. Gigas *de crimin. læſ. Majeſt quæſt.* 6. *num.* 7.
Clarus *in §. emphyteuſis quæſt.* 29. *in princ. & verſ.
breviter*, poſt plures Farinac. *d. quæſt.* 25. *num.* 60.
Corbulus *de jure emphyt. tit. de cauſ. privation. ob
mort. civil. caſu* 7. *nu.* 30. *& ſeqq.* Sanchez *d. cap.*
19. *num.* 20. Guazin. *d. clauſ.* 13. *limit.* 38. *n.* 10.
Caſtro Palao *d. punct.* 8. *n.* 4. Nec mirum quia hæc
emphyteuſis quæ dicitur de pacto, & providentia
ex inveſtituræ beneficio, & primi acquirentis ac-
ceptatione, pertinet ad vocatos irrevocabiliter jux-
ta doctrinam, Paulo de Caſtr. in *L. inſulam §. fin.* 76
num. 3. *ff. ſolut. Matrim.* Roderic. Soarez in *L. quo-
niam in prioribus in declarat. leg. regn. quæſt.* 8. *n.*
2. Molin. *de primogenit. libro* 4. *capite* 2. *num.* 73.
& ſeqq. Valaſc. *conſult.* 23. *n.* 15. Antonin. Ama-
to *reſolut.* 30. *num.* 17. Adeo etiam neſcituris ea
inveſtitura jus quæſitum dicatur L. *quoties C. de
donat. quæ ſub mod.* Arias de Meſa *libro* 3. *va. cap.*
50. *n.* 2. Caldas Pereir. *de poteſtate elig. cap.* 6. *d.
num.* 20. Valaſc. *de partit. cap.* 31. *à n.* 11. Giurb.
deciſ. 108. *num.* 12. 13. & 19. Gabr. Pereir. *deciſ.*
25. *num.* 11. Et enim tot dicuntur conceſſiones,
quot perſonæ vocatæ, ut declarat Caldas *d. cap.*
6. *num.* 20. Et inde fit, quod pater non poteſt 77
præjudicare filiis in emphyteuſi de pacto, & pro-
videntia *Ordinat. libro* 4. *titulo* 37. §. 6. Valaſc. *de
jure emphyt. q.* 49. *num.* 10. Gama *dec.* 8. *num.* 1.
ubi latè Flores de Mena & *deciſ.* 233. *n.* 11. & 14.

Solorzan. *de jure Indiarum tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 31. *Amato resol.* 84. *n.* 62. Giurb. *de success. feudor. pralud.* 5. *à n.* 31. Maximè si pater non fuit primus acquisitor per ea quæ Marescot. *libro* 1. *var. cap.* 74. Atque ita, si emphyteuta non potuit præjudicare filiis, & descendentibus alienando; multo minus delinquendo. Proindeque emphyteusis non ad fiscum, sed ad vocatos transire debet: ut probat expresse *Ordinat. libro* 6. *tit.* 6. *n.* 18.

78 Quid si emphyteusis tam Ecclesiastica, quam sæcularis sit liberæ nominationis ita ut prima persona possit nominare secundam, & secunda tertiam? Et in hoc casu publicatis bonis emphyteutæ, certum est emphyteusim, non venire in confiscationem, sed statim reverti ad dominum directum: ut notant DD. *in L. cum pater §. hereditatem ff. de legat.* 2. *& in L. ex facto §. si quis rogatus c.* 2. *ff. ad Trebellian.* Cujac. *libro* 8. *responsor. Papinian. in d. §. hereditatem*, Anton. Faber. *de error. pragmat. decad.* 53. *error.* 8. *& decad.* 55. *error.* 3. Quam opinionem amplexa est *Ordinat. lib.* 5. *tit.* 6. *§.* 19. ubi præstat rationem, quia delinquens post commissum crimen læsæ Majestatis nominare nequit, immo nominatio facta ante, vel post delictum adeo est irrita, ac si nunquam facta fuisset, Cald. Pereir. *de nomin. q.* 5. *n.* 37. *vers. quod tamen, & n.* 44. Quæ legis dispositio roboratur ex *Ordinat. lib.* 4. *tit.* 36. *§.* 2. ubi habetur, quod si emphyteuta, qui aliam personam nominare poterat, non nominavit, revartitur emphyteusis ad dominum directum. Et quidem hic est casus in quo non confiscatur emphyteusis, quæ potest ad extraneos hærcdes transire, cum tamen regularitet emphyteusis liberæ nominationis etiam Ecclesiastica possit ad extraneos
79 devenire, Clar. *in §. emphyteusis quæst.* 28. *n.* 10. Caldas *de nominat. quæst.* 19. *n.* 29. *& de potest. eligend. cap.* 16. *n.* 49. Phæb. *p.* 2. *decis* 96. *n.* 5. Gama *dec.* 204. Cyriac. *controv.* 128. *n.* 46.

Notabis tamen, quod eis in casibus in quibus emphyteusis non potest transire ad fiscum, spectant ad eum fructus emphyteusis durante vita condemnati, ut expresse decidit *Ordin. d. lib.* 5. *titulo* 6. *§.* 15. *&*
80 *titulo* 1. *§.* 1. *&* 2. Gama *dec.* 6. *n.* 4. *&* 5. Anton. Gomez *in L.* 40. *Tauri n.* 91. Prout etiam pertinent ad fiscum durante vita condemnati fructus majoratus quem possidebat delinquens, licet ipse majoratus in confiscationem non veniat per *text. in L. Statius Florus §. Cornelio Felici ff. de jur. fisc.* L. *cum pater* 3. *libertis, ubi gloss. notabilis verb. ne id alienarent ff. de legat.* 2. L. *filius famil. §. Divi* L. *peto §. prædium ff.*
81 *eod.* diximus *p.* 2. *cap.* 29. *n.* 110. 112. *&* 113. & ultra ibi relatos tenent Quemad. *q. fiscal.* 22. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 9. Quesad. *q.* 17. alter Molin. *disput.* 470. Nelus de *Bannit. p.* 1. *tempor.* 2. *n.* 24. Et quia inter emphyteusim, & bona delinquentis restitutioni subjecta nulla datur congrua differentiæ ratio prædictam sententiam quoad fructus emphyteusis tuentur Nelus *d. n.* 24. Molin. *disp.* 181. *col.* 4. *vers. primum, ac praeipuum tom.* 2. *& disput.* 656. *n.* 3. *tom.* 3. Gig. *de crimin. læs. Majest. lib.* 2. *tit. de pæn. committent q.* 6. *n. ultim.* Farinac. *d. q.* 25. *n.* 58. Peregrin. *de jure fisc. lib.* 5. *titulo* 1. *n.* 120. Sanch. *ad præcept. Decalog. lib.* 2. *capite* 19. *n.* 21. Guazin. *de confiscat. conclus.* 13. *limit.* 33. *n.* 25.

82 Si vero emphyteusis fuerit Ecclesiastica, & non transitoria ad hæredes sunt plures, qui putant, fructus emphyteusis non transire in fiscum neque pro vita condemnati. Moventur ex decisione *text. in cap. felicis de pæn. in* 6. *vers. si quæ pœna* ubi habetur, quod emphyteusis libera revertitur ad Ecclesiam, cessaret autem libertas si fructus ad fiscum pertinerent; & ideo hanc sustinet sententiam Hieronym. Gabr. *cons.* 73. *lib.* 2. & propter ejus authoritatem Farinac. suam retractavit sententiam quam sustinuetat in prima impressione sui operis: ut ait *in d. q.* 25. *n.* 58. *vers. verum* & eum sequi videtur Sanch. *d. cap.* 19. *n.* 22. quando emphyteusis redit ad Ecclesiam. Verum contraria sententia probabilior est, & tenende quam sequuntur Nelus *d. p.* 1. *tempor.* 2. *q.* 24. *ad med vers. & ideo dici potest.* Gig. *ubi supra q.* 6. *n.* 9. Farin. *d. q.* 25. *n.* 58. Quod apud nos indubium est ex *Ordinat. d. lib.* 5. *tit.* 1. *§.* 2. quæ loquitur in emphyteusi Ecclesiastica, & *tit.* 6. *§.* 15. *&* 16. Phæb. *p.* 1. *dec.* 13. *n.* 13.

Quocumque autem casu; quo emphyteusis ad dominum revertitur, vel non confiscatur, quia ad extraneos transire nequit, si condemnatus, meliora- 83
tiones fecit in emphyteusi, illarum æstimatio publicatis bonis emphyteutæ ad fiscum pertinet, & ei solvenda est ab eo, ad quem transit emphyteusis, ut in specie docent Garcia *de expens. cap.* 10. *n.* 51. Molin. *d. disput.* 481. *col.* 3. *conclus.* 2. *& disput.* 463. *vers. illud. est observandum.* Et hæc est communis opinio, ut fatetur Sarmient. *lib.* 3. *select. cap.* 4. *n.* 1. quam optime fundat Sanch. *d. cap.* 19. *n.* 34. & eam probavit *Ordinat. lib.* 5. *tit.* 1. *§.* 3. quidquid in contrarium velit Castro Palao *d. tract.* 4 *disput.* 5. *punct.* 8. *n.* 14. Eo fundamento, quod si meliorationes sunt factæ post delictum, non extenditur confiscatio ad illas tanquam bona futura, ut jam dictum extat. Secundo, quia confiscatio ipso jure inducta, cùm sit pœna certa respicit tempus commissi criminis, & statum qui erat delinquente tempore patrati sceleris: Ergo meliorationes quæ tunc habebat emphyteuta; propriæ debent publicari, non quæ delictum subsequuntur. Tertio, quia si melioramenta facta sint ante delictum pertinent ad dominum directum sicut res emphyteusis, consolidantur enim cum re emphyteutica: ergo sicut ex re emphyteutica non potest emphyteuta deducere pretium æstimationum, sed solùm ususfructus: ita etiam neque ex melioramentis factæ: maximè, quia proprietas melioramentorum pertinet ad dominum prædii: Ergo valor, & æstimatio melioramentorum ad ipsum pertinent, cujus est proprietas; atque ita publicari non debent.

Respondetur namque; quod apud omnes constat 84
melioramenta facta ab emphyteuta inter ejus bona connumerari, & finita emphyteusi absque illius culpa pertinere ad hæredes, ipsius, etiam extraneos, sive emphyteusis sit Ecclesiastica, sive sæcularis ut per Valasc. *de jure emphyteut. quæstione* 25. *n.* 2. *& seqq.* Pereira *decis.* 119. *à n.* 5. Cyriacus *controvers.* 83. *n.* 5. *&* 6. post plures Anton. Amat. *resolut.* 14. *n.* 1. Franch. *decis.* 191. *n.* 1. *& seqq.* Sanch. *d. cap.* 19. *n.* 34. *&* 35. nisi melioramenta sint parvi valoris, hæc enim non recuperat emphyteuta: vel ejus hæres, Paul. de Castr. *cons.* 270. *volum.* 3. Gama *decis.* 22. Menoch. *de recuper. remed.* 15. *n.* 55. Valasc. *consult.* 111. *n.* 11. *& consult.* 116. *n.* 6. Amat. *resolut.* 14. *n.* 9. Quà de causa nec fiscum illam poterit recuperare Molin. *d. disput.* 463. *vers. illud est observandum*, Sanchez *d. capite* 19. *n.* 34. Et insuper melioramenta regulariter pertinent ad eum, qui ea facit, vel ejus hæredem L. *Dominus borreorum* 57. *§.* 1. L. *colonus* 63. *in princip. ff. locati*, Va- 85
lasc. *de jure emphyteut. quæst.* 25. *n.* 32. *&* 34. Cyriac. *controv.* 83. *n.* 5. *&* 6. Insignis Barbos. *in L. divortio §. fin. n.* 49. *ff. solut. matr.*

Quæ resolutio amplianda, est ut procedat etiam casu quo in investitura fuit concessa emphyteusis eo 86
pacto, quod finitis vitis res cum melioramentis libera ad dominum revertatur, quamvis enim Barth. *in L. jubemus §. sane C. de sacr. Eccles.* tenuerit virtute dicti pacti melioramenta repeti non posse, & non sequuntur Gama *decis.* 75. & relati ab Amat *de resolut.* 14. *n.* 10. Verius equidem est etiam stante dicto pacto melioramenta ad hæredes emphyteutæ pertinere ut docent Cald. *de empt. & vendit. cap.* 27. *n.* 23.

num. 23. Garcia *de expens. capite* 6. *n.*12. Surd. *dec.* 300. *num.*21. *&* 22. Amat *resolution.* 14. *n.* 2. Nisi emphyteusis fuisse concessa eo pacto quod certa, & talia fierent melioramenta tunc enim eorum æstimatio recuperari non poterit, Pinel. *in L.*4.*C. de rescindend. vendit. p.* 2. *cap.* 3. *nnmer.* 10. Gama *decis.* 333. *num.* 4. Amat. *supra num.* 11. Caldas *d. capite* 27. *num.* 22. *& de nominat. quæst.* 18. *num.* 37. *&* 51. *& d. extinct. emphyteus. capite* 10. *num.* 50. *in fin.*

87 Quod ita intelligendum est, ut expendens in rei meliorationes, creditor fi æstimationis melioramentorum non verò proprietatis rei Gama *decis.* 4. 22. *&* 99. *n. fin.* Valasc. *d. q.*25. *num.* 6. *&* 18. *num.* 8. Garcia *de expens. cap.* 15. *& cap.* 16. *num.* 14. Cald. *de nominat. q.* 16. *num.* 30. Salgad. *in labirinth. creditor. p.* 1. *capite* 11. *num.* 74. Atque ita cùm æstimatio melioramentorum pertineat ad delinquentem sive facta sint ante delictum, sive post illud patratum ante condemnationem, semper dicta æstimatio fisco acquiritur secundùm veriorem opinionem: quæ habet omnia bona delinquentis habita tempore condemnationis publicari, ut diximus supra *num.* 24. Ex quibus cessant primum, secundum, & tertium fundamentum. Castri Palao. Nec bene sequitur proprietas melioramentorum pertinere ad dominum prædii: ergo etiam æstimatio, namque contrarium satis superque ostensum manet.

Est etiam quæstionis, An fiscus recuperare possit
88 melioramenta facta ab emphyteuta, qui cecidit in commissum, & postea ejus bona fuerunt publicata? In qua quæstione videbatur dicendum quod ita ut emphyteuta qui sua culpa incidit in commissum propter quod emphyteusis finita fuit, non potest melioramenta recuperare, ita neque fiscus Valasc. *d. q.* 25. *num.* 2. Pereir. *d. decis.* 119. *à n.* 5. Molin. *de just. & jur. tom.* 2. *dispnt.* 455. *n.* 1. Cald. *de extinct. emphyteus. capite* 19. *in princip.* Jul. Clar. §. *emphyteusis quæst.* 45. plures dat Amat. *resolnt.* 14. *num.* 30. Vincent. de Franch. *dec.*291. Cæterum pro resolutione quæstionis dicendum est, quod si dominus directus voluntatem suam non declaraverit, neque de caducitate egit adversus emphyteutam, bene potest fiscus melioramenta recuperare, quippe pœna commissi non incurritur antequam dominus voluntatem suam declaraverit *L.* 2. *C. de jur. emphytent.* Mascard. *de probat. conclus.* 251. *n.* 1. Valasc. *consult.* 71. *num.* 13. *&* 14. Cald. *de extinct. emphytens. cap.* 16. *n.* 16. Giurb. *de successor. feudo.* §. 1. *gloss.* 16. *num.* 25. Surd. *decis.* 80. *n.* 6. Capyc. Latro *consult.* 156. *n.* 52. immo non sufficit extrajudicialis domini declaratio, sed requi-
89 ritur, quod de caducitate agat, & eam in judicio proponat Bald. *in L. solemnibus C. de rei vendicat. & in Auth. qni rem num.* 6. *C. de sacros. Eccles.* Rota *decis.* 80. *num.* 6. Francis. Vin. *dec.* 450. *n.* 31. *&* 32. Ita ut necessaria sit sententia caducitatis declaratoria, ut emphyteuta, re emphyteutica & meliorameutis privetur; Decius *cons.* 185. *vol.* 4. *v. sed breviter ad ista*, Mascard. *d. conclus.* 351. *n.* 17. Pereir.
90 *decis.* 119. *n.* 7. Atque ita si melioramenta facta fuerunt ante litem super caducitate contestatam cum emphyteuta, potest illa fiscus recuperare. Si verò facta sunt post litis contestationem melioramenta cedunt domino, & ab eo æstimatio peti nequit. Valasc. *d. quæstione* 25. *n.* 7. Garcia *d. cap.* 6. *num.* 12. Surd. *decis.* 300. *num.* 21. *&* 22. Amat. *resolut.* 14. *num.* 15. *&* 16. Et jura hanc distinctionem fisco deferuntur melioramenta in primo casu, non in secundo.

Et tamen declaratione, quod melioramenta facta post litem contestatam recuperabit fiscus si erant necessaria ad rei conservationem: ut bene tradunt
91 Cald. *de temp. & vendit. caput* 27. *n.* 15. *&* 58. Valasc. *d. quæst.* 25. *n.* 4. *vers. intellige secundo*, Garcia *de expens. caput.* 2. *n.* 7. *&* 16, Cancer. *lib.* 3. *var. cap.* 6. *num.* 37. Amat. *resolnt.* 14. *nn.* 16. Menoch. *cons.* 2. *num.* 571. Cavalcan. *decis.* 36. *nu.* 4. *lib.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæst.* 6. *n.* 14. Fachin. *lib.* 1. *controv. caput.* 54. *in princip.* Petr. Barbos. *in d. L. divortio* §. *fin. p.* 1. *n.* 59. Pinel. *in L.* 2. *Cod. de rescind. vendit. p.* 2. *cap.* 3. *ad fin.* Gratian. *discept. forens. cap.* 193. *n.* 14. Hieron. Magon. *decis. Lucens.* 33. *n.* 24. Molin. *de rit. nuptiar. lib.* 3. *quæst.* 73. *n.* 21. Et probat *text. in L. domum C. de rei vendic.*

Sed obstare videtur in casu publicationis bonorum 92
emphyteusim amitti ob culpam emphyteutæ quo casu redire debet ad dominum cum melioramentis nulla eorum æstimatione soluta ut diximus in casu caducitatis. Sed respondetur non qualem qualem culpam sufficere, ut emphyteuta amittat melioramenta, sed talis debet esse contra leges, & pacta emphyteusis, puta quia illius pensio soluta non fuit, aut quando aliæ conventiones infringuntur, ut docet Sarmient. *lib.* 3. *selectar. cap.* 4. Molin. *de just. tom.* 2. *n.* 48 1. *col.* 3. *conclus.* 1. *in fin.* Sanchez *d. lib.* 2. *caput.* 19. *n.* 39.

Observa tamen, quod dominus directus, vel is ad 93
quem transit emphyteusis propter delictum successoris tantum solvere tenetur fisco æstimationem melioramentorum, habito respectu ad id quod expensum est si res in plus fuit meliorata: si verò plus expensum, & res in minus fuit meliorata, tunc præstare tenetur id tantum in quo res meliorata reperitur, licet plus fuisset expensum Gama *dec.* 137. *n.* 2. ubi Flores de Mena *& decis.* 306. *n.* 2. Pereir. *dec.* 47. *n.* 13. Caldas *de empt. cap.* 27. *n.* 54. Valasc. *de partit. cap.* 6. *à n.* 25. Marescot. *lib.* 1. *var. cap* 114. *n.* 8. Peregrin. *de fideicomm. art.* 50. *n.* 70. *& seqq.* Tondút. *resolut. civil. cap.* 154. *n.* 11. omnino videndus Novarr. ad Vincent. de Franch. *dec.* 109. & advertit Tondut. *ubi proxime n.* 1. Quod ad æstimanda melioramenta, eligendi sunt æstimatores, qui sint informati de statu rei ante melioramenta, alias nulla erit æstimatio, quod est valdè notandum in praxi.

Et iterum notabis, quod si dominus directus rei 94
feudalis, vel emphyteuticæ propter delictum fuerit condemnatus in amissione bonorum, veniat in confiscationem dominium directum, Cancer. *in suis quæst. criminal. tit. de quæst. tangent. punition. delictor. cap.* 1. *n.* 46. quem refert. & sequitur; Sanch. *d. cap.* 19. *num.* 38. Castro Palao *d. tract.* 4. *dispnt.* 5. *punct.* 8. *num.* 16.

Prædicta circa emphyteusim ejus cujus bona publicantur locum non obtinent, casu quo fiscus occu- 95
pat bona emphyteutæ tanquam vacantia; quia tunc neque emphyteusis, neque feudum fisco acquiruntur, ea ea ratione quia contractus emphyteutici, & feudalis ea est natura, ut extinctis personis generatione, vel hæredibus pro quibus concessio facta fuit, statim utile dominium, quod erat apud emphyteutam seu vasallum: extinguatur, & consolidetur cum dominio directo existente penes primum dominum; ut notant communiter DD. in *L.* 1. *&* 2. *Cod. de jur. emphiteut.* Bald. *in L. primo n.* 38. *ff. de rer divis.* Jason. *in d. L.* 2. *n.* 100. *C. de jur. emphytent. & in L. clam. possidere* §. *qui ad nundinas ff. de acquir. possess.* Tiraq. *in tract. le mort. p.* 3. *declarat* 1. *n.* 4. & post alios Caldas Pereir. *de extinct. c.* 17. *n.* 17. Subindeque cum successiodefuncti cujus bona fiscus occupat extincta sit, & per consequens dominium utile etiam sit extinctum: & cum directo consolidatur, jam fisco non remanet, quod occupare possit. Propter quæ hanc nostram sententiam tuentur post Lucam de Pena, & alios Roxas *de success. ab. intest. cap.* 34. *n.* 24. Afflict. *cap. unic. quæ sint Regalia verb. bona vacantia nu.* 9. Bellarm. *cons.* 3. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 4. *capite* 3. *num.* 28. Guillielm. Bened. *in capite Raynutius: verb. & uxorem nomine Adelasiam num.* 948. Facit quod ejus Patronatus Ecclesiasticum, si

bona Patroni efficiantur vacantia, non transit in fiscum, sed extinguitur, & Ecclesia libera manet, Abbas *in cap. 1. col. penult. de elect.* Lambertin. *de jure Patronat. lib. 1. art. 40. q. 2. principal. p. 2.*

96 Bona censualia in quibus possessor habet plenum dominium veniunt in confiscationem, vel tanquam vacantia occupantur à fisco cum onere solvendi pensiones, vel redditus quibus bona sunt subjecta, ut tradit Simanch. *de Cathol. tit. 9. n. 20. & 98.* & cum Vasq. & Azor. Sanch. *d. cap. 19. n. 18.* Castro Palao *d. disp. 5. punct. 8. n. 3.* Quod nedum procedit in censu reservativo, in quo quia rem suam alteri tradit cum reservatione certæ annuæ pensionis solvendæ, transferens in censualistam omne jus, & dominium, quod habet in re, juxta *text. in L. fin. Cod. de rer. permutat. cap. 1. de integr. de restitut. cap. ad audientiam 12. de prescript. cap. constitutus, ubi gloss. notabilis verb. juxta ratam vers. sed re vera de Religios. domib.* notant Cravet. *cons. 117. n. 4.* & Redoan. *de reb. Eccles. rubr. 17. de constitut. annu. reddit. n. 2.* Covarr. *lib. 3. var. capite 7. n. 1. vers. sic, & census dicitur,* Conan. *lib. 7. commentar. cap. 12. n. 11. circa fin. vers. quamquam hujus* Clar. *in §. emphyteusis q. 1. n. 2.* Valasc. *de jure emphyt. quæst. 23. n. 7. & à n. 27. cum seqq.* plures laudat de more D. Joseph. Vella *dissert. 31. n. 22.* Qua ratione censuarius qui verè dominus est, potest de re libera disponere absque metu commissi *d. glos. verb. juxta ratam in d. cap. constitutus,* Valasc. *de jure emphyt. q. 32. n. 34.* Mascard. *concl. 281. n. 2. & conclus. 601. n. 6.* Cyriac. *controv. 245. n. 42. & 43.* Ludovic. Cens. *de censib. quæst. 1. n. 6. & 18.* Leotard. *de usur. q. 41. num. 3.*

97 Verum etiam procedit in censu consignativo, quando scilicet dominus rei super ea vendit censum seu annuam præstationem, quamvis enim iste non transferat dominium in emptorem, sed tantum jus exigendi redditum annuum, seu pensionem ex bonis, quæ censui supposita, ut scribunt Cravet. *cons. 218. n. 4. vers. secundo. modo, lib. 2.* Redoan. *de rer. Eccles. ubi supra n. 6.* Navarr. *de usur. ad text. in cap. si feneraberis quæst. 3. notabil. 22. n. 75. vers. admonemus,* Covarr. *d. cap. 7. n. 6. vers. quod item diximus & capite 11. n. 5. vers. his profecto libenter addiderint,* Giurb. *decis. 113. n. 4.* Garcia *cap. 420. n. 5. 6. & 7.* dici veriorem Vella *d. dissert. 31. n. 4.* Unde cum dominium non extinctum bona censui supposita venire debent in confiscationem publicatis bonis possessoris, & etiamsi bona efficiantur vacantia possunt à fisco occupari.

An autem feudum veniat in confiscationem? Quæstionis est, de qua Farinac. & ab eo relati *d. quæst. 25. à n.* Castr. Palao *d. quæst. 5. punct. 9.* Fermosin. *de confiscat. quæst. 33. à n. 12. cum seqq.* Sanch. *d. cap. 18.* qui in ea quæstione immorandum non dicit, quoniam in Regno Castellæ non sunt feuda, & quia in hoc Lusitaniæ Regno etiam feuda non sunt, exteris resolutionem quæstionis relinquere placet.

Majoratus quando veniat in confiscationem, vel non? Diximus *p. 2. capite 29. à n. 135. cum seqq.* & ibi dictis adde Castro Palao *d. disp. 5. punct. 6. & 7.*

CAPUT XXIII.

Utrum confiscatis bonis filii familias veniat in confiscationem legitima in vita patris, peculium adventitium, & profectitium.

SUMMARIUM.

1 *Quoad legitimam filii delinquentis afferuntur fundamenta partis affirmativæ, quæ habet venire in confiscationem filii delinquentis legitimam.*

2 *Fundatur negativa sententia, quæ verior est.*

Legitima non debetur filiis in vita patris, neque consideratur, nisi tempore mortis patris. Ib.

3 *Legitima in vita patris non dicitur revera debita sed quasi debita; & judicatur de ea quasi de lucro captando.*

4 *Confiscatis bonis filii non confiscatur ejus legitima vivente patre; neque jus aut spes competens filio pro illa.*

5 *Amplia, ut nec confiscetur legitima ob crimen læsæ Majestatis.*

6 *Si filius fuerit in carceribus propter delictum, à quibus liberari non possit officio Judicis, patrem cogere valet, ut ei legitimam assignet.*

Prout filia cogere potest patrem, ut legitimam assignet ad nubendum.

7 *Pater potest in vita assignare legitimam filio, si ipse consentiat. Secus alias.*

8 *Legitima assignata filio tunc venit in confiscationem ex illius delicto, quando filius exit à patria potestate, & legitima ei tradita fuit, secus si in sacris paternis remansit.*

Pater revocare potest assignationem legitimæ factam filio familias, non factam filio emancipato. Ib.

9 *Peculium profectitium non confiscatur ob delictum filii.*

Peculium profectitium non confiscatur publicatis bonis filii.

10 *Bona profectitia non sunt filii, sed patris tam quoad usumfructum quàm quoad proprietatem.*

Amplius etiam si filius haberet potestatem à patre disponendi de peculio, donandi, & dissipandi. Ib.

11 *An publicatis bonis filii publicetur ejus peculium adventitium, contraria sunt DD. opiniones & fundatur affirmativa quoad proprietatem, reservato patri usufructu, & etiam nulla reservatione facta in crimine læsæ Majestatis.*

12 *Negativa opinio, ut peculium adventitium non publicetur, neque quoad proprietatem, verior est, & probatur ibi, & n. 13. & 14.*

14 *Alienando qui præjudicare nequit, neque etiam delinquendo.*

15 *Amplia etiam si pater concesserit filio licentiam administrandi: & disponendi de peculio adventitio.*

16 *Limita & intellige conclusionem, ut procedat in adventitiis, in quibus pater habet usumfructum, secus si pater ex dispositione legis vel hominis, usumfructum non habet quæ tunc adventitia ob delictum filii familias publicantur.*

17 *Pater qui non habet usumfructum in bonis filii familias, habetur pro extraneo & eorum administratione caret.*

18 *Ob crimen læsæ Majestatis Divinæ vel humanæ, confiscatur peculium adventitium filii familias quoad proprietatem, reservato patris usufructu.*

19 *Recensentur casus in quibus patri non quæritur usufructus, & primus est, quando quid fuit devotum vel relictum filio sub conditione quod patri non quæratur usufructus &* num. 20. *Provisio hominis facit cessare provisionem legis.* Ibid.

Quilibet pacta & conditiones, quas velit, in traditione rei suæ potest adjicere.

21 *Mater in legitima filii non potest adjicere conditionem, quod illius usufructus ad patrem non perveniat.*

22 *Si in relicto filio familias prohibetur patri administratio, non censetur prohibitus usufructus, si verò prohibetur usufructus etiam administratio prohibita judicatur.*

Hoc

Hoc casu datur filio minori curator, qui non sit ipse pater. Ibid.

23 *Secundo non habet pater usumfructum quando illum renuntiavit, & noluit habere.*

24 *Usufructus bonorum adventitiorum filii familias quæritur patri etiam ignoranti, & invito legis ministerio, nisi illum habere recusaverit*

25 *Intellige si pater ab initio recusavit habere usumfructum, sicut si post acquisitionem illum renuntiavit, & n. 26.*

27 *Pater ære alieno gravatus non potest ab initio remittere filio usumfructum in prajudicium creditorum, non potest illius acquisitionem.*

28 *Filius non tenetur conferre fratribus valorem usufructus, quem pater ab initio recusavit & noluit acquirere.*

29 *Pater gravatus restituere hæreditatem filio post mortem, potest illam in vita restituere, & non dicitur fraudare creditores.*

30 *Debitor potest repudiare hæreditatem sibi delatam, legatum, donationem, & majoratum in prajudicium creditorum.*

31 *Renunciatio juris quærendi valida est in præjudicium creditorum.*

32 *Filius tenetur conferre fratribus fructus adventitiorum, quos pater illi expressè donavit, postquam jam erant collecti, & eorum pater jam dominus erat.*

33 *Pater non potest renuntiare in prajudicium creditorum usumfructum jam quæsitum bonorum adventitiorum filii.*

Usufructus adquisitus, & agnitus dicitur esse in bonis usufructuarii. Ib.

34 *Si pater passus est, & conniventibus oculis permisit, quod filius usumfructum perciperet bonorum adventitiorum, lucratur filius usumfructum, neque potest à fratribus inquietari.*

Et hæc verior opinio. Quidquid contrariam sequantur Alexander, & alii.

35 *Intellige, nisi ultra patris taciturnitatem ex conjecturis colligatur animus remittendi usumfructum, vel superveniat actus positivus post patris taciturnitatem.*

36 *Filius non tenetur imputare in legitimam, neque fratribus conferre usumfructum adventitiorum, quem pater post eum acquisitum illi remisit, & numer. 38. 39. & 40. Ubi contrariis satis fit.*

37 *Inter remissionem usufructus expressam factam à patre, & inter tacitam, illa datur differentia, quod expressa operatur in perpetuum, & non potest à patre revocari tacita verò restringitur ad terminos patientiæ patris.*

39 *Edictum, quæ in fraudem creditorum non pertinent ad eos qui id agunt, ne locupletentur sed ad eos qui suum diminuunt patrimonium.*

Renuntians usumfructum jam quæsitum in fraudem creditorum facere videtur. Ib.

41 *Pater non habet usumfructum in bonis filio familias relictis, vel hæreditate, quando noluit consentire, neque authoritatem præstare filio ad adeundum, vel acquirendum hæreditatem, vel bona. Et tunc publicatis bonis filii, adventitia confiscantur.*

42 *Patri non quæritur jus ad usumfructum filio relictum.*

43 *Pater non habet usumfructum bonorum, quæ à Rege filio donata fuerunt, neque majoratus instituti ex gratiis, & donationibus Regiis.*

44 *Pater privatur usufructu bonorum filii, si intra duos menses à morte matris inventarium non confecit.*

45 *In prædictis casibus tantum de jure Regio privatur pater usufructu bonorum adventitiorum filii familias, & sic excluduntur alii in quibus secundùm jus commune patri non quærebatur usufructus.*

46 *Patria potestas est causa acquirendi usumfructum patri etiam invito, & ignoranti.*

Extincta patria potestate extinguitur etiam usufructus. Ibid.

47 *Intellige, ut extincta patria potestate statim finiatur usufructus de jure Regio. Et refutatur* Gabr. Pereyra *qui tenuit usumfructum finiri de jure Regio duobus casibus, emancipationis ac Matrimonii.*

48 *De jure communi ad usufructus acquisitionem, sufficit patriam potestatem ab initio extitisse non verò perseverasse.*

Pater etiam mortuo filio retinet usumfructum pro ejus vita in prajudicium liberorum ex filio. Ib.

49 *Si pater patitur maximam, vel mediam capitis Diminutionem, privatur usufructu bonorum filii, quamvis naturaliter vivat.*

50 *Patria potestas morte dissolvitur.*

51 *Mors civilis tantum naturali æquiparatur in casibus à jure expressis.*

52 *Quando militat eadem ratio, mors civilis æquiparatur naturali.*

53 *Damnatus in metallum, & deportatus, dicuntur civiliter mori.*

54 *Quæritur: An publicatis bonis patris ob delictum veniat in confiscationem usufructus bonorum adventitiorum filii?*

55 *Resolvitur quæstio: & n. 56.*

57 *Usufructus bonorum filii: qui per Matrimonium in Regno egressus fuit patriam potestatem, statim consolidatur cum proprietate: & pertinet ad filium.*

58 *Fiscus succedit delinquenti loco extranei hæredis.*

59 *Usufructus non potest alienari, vendi, nec cedi ab usufructuario.*

Vendens usumfructum, illum amittit. & usufructus ad dominum proprietatis revertitur. Ib.

60 *Intellige, ut ipsum jus, & usufructus formalis alienari non possit, neque cedi: tamen commoditas usufructus, & jus percipiendi fructus pro tempore vitæ, benè potest ab usufructuario alienari.*

61 *Confiscatis bonis usufructuarii commoditas usufructus transit ad fiscum, pro tempore vitæ usufructuarii.*

62 *Intellige conclusionem casu, quo usufructuarius non fuit condemnatus ad mortem, neque passus maximam, vel mediam capitis diminutionem quia ex casibus usufructus consolidatur cum proprietate, & non transit in fiscum.*

QUoad legitimam pro parte affirmativa primo facit *text. in L. in suis ff. de liber. & posthum.* Ubi habetur, quod filius in vita patris quodammodò est quasi dominus bonorum patris. Sacundò facit, quod filius in vita patris creditor est in legitima sibi debita jure naturæ, Julius Clar. *in §. fin. q. 38. n. 26.* Fermosin. *de jure fisc. lib. 5. tit. 11.* Anton. Faber. *de errorib. pragmat. decad. 75. error. 1.* Cyriac. *controv. 6. n. 13.* Peregrin. *de confisc. alleg. 22.* Unde cum in confiscationem bonorum simpliciter factam veniant omnia bona, jura, & actiones delinquentis, etiam legitima confiscari debet, maximè cum legitima filiis debeatur jure naturæ, L. *cum ratio in princ. ff. de bon. damnat. L. rescripto in fin. unde liberi*, Sixtin. *de Regal. lib. 2. c. 12. n. 21.* 1

Negativa verò sententia, quæ habet legitimam filii delinquentis non venire in confiscationem vivente patre, verior est. Probatur primo: quia legitima

tima non debetur filiis in vita patris, neque confide-
ratur, nisi tempore mortis patris, Ayora de part. p.2.
q.34. n.21. & 22. Pereir. decis. 203. n. fin. Franch.
dec.133. n.1. ubi Addentes Giurb. ad consuetud. Mes-
san. c.1. gl.3. n.66. Altograd. cons.8. n.29. & 30. Fachin.
lib.2. cap.50. Pinel. in L.1. p.1. n.76. de bon. matern.
Valasc. consult.96. n. 8. & de partit. cap. 21. à n. 1.
Molin. de primog. lib.1. cap. 16. n. 7. Peregrin. de fi-
deicommiss. art.36. nu. 16. Cancer. lib.1. variar. cap.
de legitim. n.3. & 25. Merlin. de legitim. tit. 3. q.1.
Castill. de alim. cap.43. n.1. Surdus eod. tract. tit.8.
privileg. 26. Arias de Mesa lib.2. var. cap.27. n. 21.
Capyc. Latro dec. 34. n.18. Secundò: quia legitima
in vita patris non dicitur re vera debita, sed quasi de-
bita. Et ideo judicatur ne ea quasi de lucro captando
3 secundum gl. verb. fine in L. emancipato Cod. de jur. &
fact. ignorat. Tiraq. in L. si unquam verb. susceperit li-
beros n.113. & 144. Fontan. de pact. nupt. clau. 4. gl.2.
n.20. & 21. Tertiò: quia filius in vita patris non habet
jus aliquod invariabile formatum, aut radicatum res-
pectu legitimæ, quod vendere, aut cedere valeat Gi-
urb. ad consuetud. Messan. cap.4. gl.5. p.1. n.8. Castill.
d. cap.43. n.2. Ac proinde confiscatis bonis filii vi-
vente patre non confiscatur legitima, neque jus, aut
spes competens filio pro illa: ut post antiquiores do-
cent Valasc. d. partit. 21. n.2. Giurb. d. gloss.5. p. 1.
4 à n.18. Castill. de alim. d. cap.43. n.10. Surdus d. tit.
8. privil. 26. n. 3. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13.
tit.38. n.19. Peregrin. d. art. 36. n. 17. & de jure fisc.
lib.3. tit.8. n.31. Merlin. de legitim. lib.3. tit.33. n.33.
Seraphin. Massin. de confisc. q.28. n. 14. Sanchez ad
praecept. Decal. lib.2. cap.15. n.19. & seqq. Farinac. in
prax. q.n.24. n.15.17 & seqq. Hodiern. ad Surd. dec.
167. n. 1. & per tot. dicit receptissimam Castro Palao
1.p. tract.4. disp.5. punct.10. n.5. Fermosin. de confisc.
alleg. 35. n. 37.

Quæ resolutio adeo vera est, ut procedat etiam in
confiscatione ob crimen læsæ Majestatis: sicut no-
5 tant Hodiern. ubi proximè, & Massin. d. q.28. nu. 15.
Fermosin. d. alleg.31. n.36. ita ut si post confiscatio-
nem pater moriatur, legitima integraliter deferatur
venientibus ab intestato Farin. d.q.24. n.16. & seqq.
Merlin. de legitim. lib.3. tit.33. q. Covarr. lib.2. var.
cap. 8. num. 7. Castill. d. cap.43. num. 11. Denique
quia pater non cogitur solvere legitimam pro solven-
da condemnatione filii delinquentis, Jul. Clar. in §.
fin. q.86. n.3. & 8. Cancer. lib. 1. var. cap. 3. n. 46.
6 Novarr. ad Vincent. de Franch. decis. 133. vers. ita
quod. Fermosin. de allegat. 35. nu. 40. Si verò filius
propter delictum sit in carceribus, à quibus eximi, &
liberari non possit, aliter quàm si pater illi legitimam
assignet in vita, poterit filius Judicis officio cogere
patrem, ut ipsi legitimam assignet, ut à carceribus
redimatur; sicut potest cogi, ut assignet legitimam
filiæ loco dotis ad nubendum, & alimenta, Farinac.
d.q.24. n.21. & 24. qui allegat Duennas regul. 536.
in 5. fallent. Fermosin. d. alleg.33. n.40 Quibus addo
Giurb. d. cap.4. gl.5. p.1. n.23. Valasc. d. partit. cap.21.
n.3. Castill. d. cap.43. n. 11.

Cùm verò pater possit in vita assignare legitimam
filio, dummodo ille consentiat L. cumque de peculio
7 §. fin. ff. ad L. Falcid. sed vir. §. quod vir uxori. ubi
gloss. verb. dederit ff. de donat. inter. Suarez in L. quo-
niam in priorib. C. de inoffic. testam. in evidential. n.4.
5. & 7. Decius cons.616. n.5. & 7. Altograd. cons.8. n.
31. Cancer. lib. 1. var. cap. 3. n. 22. & 23. quia filio
invito non potest pater in vita legitimam assignare: ut
de veriori opinione testantur Giurb. ad consuet. Mes-
san. cap. 7. gloss.12. p.1. num. 13. Castil. de alim. d.
cap.43. n. 18. Dato quod filio consentiente legitima
assignata tradita sit: dubitari potest, An talis legi-
tima ob filii delictum possit confiscari; In qua quæs-
tione affirmativè responderunt Sanchez ad praecept.

Decal. cap.15. n.19. & 21. & Bonac. de contract. q.
8. punct. ultim. §. 1. n. 18. in fin. Negat. Bajard. ad 8
Clar. lib.5. §. fin. q. 78. nu. 48. Verum Castro Palao
punct. 10. num. 5. vers. sed quid si pater, distinguit,
ut affirmativa sententia locum habeat, si filius simul
cum traditione legitimæ à patria potestate eximatur.
Secus si in sacris paternis remaneat, quia tunc legiti-
ma dicitur peculium profectitium, quod non confis-
catur, ut dicemus infra. Et quidem hæc Castri dis-
tinctio mihi valdè arridet, quoniam pater assignatio-
nem legitimæ factam in vita filio familias, revocare
potest: ut scribunt Surd. de aliment. tit. 9. q. 2. nu.
17. & 16. Castill. de aliment. cap.53. à n.13. Meno-
ch. lib.3. præsumpt. 29. num. 109. Fachin. lib.3. con-
trov. cap.79. Non verò revocare potest assignationem
legitimæ factam emancipato, Castill. d. cap. 43.
nu. 13. vers. deinde. Merlin. de legitim. lib. 5. tit.3.
q. 1. n. 10.

Similiter ob delictum filii non publicatur profec-
titium peculium: ut resolvunt Clar. lib.5. §. fin. q. 78.
n. 11. Alfar. de offic. fiscal. gloss. 20. §.10. n.199. & n. 9
203. Covarr. lib.2. variar. cap.8. n.7. vers. sed delin-
quente filio, Menoch. de recuper. rem. 9. n.97. Cald.
in L. si curatorem verb. læsis n.118. & 152. Azeved.
in L. 1. tit. 3. lib. 8. recopil. nu. 210. Farinac. q.24.
num. 3. Sanchez ad praecept. decalog. lib. 2. cap. 15.
n.17. Boss. de publicat. bonor. n. 81. Castro Palao d.
disp. 5. punct.20. n.6. Fermosin. de confiscat. alleg.35.
n. 21. & seqq. Ea ea ratione quia hæc bona profecti-
tia non sunt filii, sed patris, tam quoad proprieta-
tem quàm quoad usumfructum, L. sed si plures 10. §.
in abrogato ff. unde vulgari, Peregrin. de jure fisci lib. 10
5. tit.1. n.125. August. Barbos. ad text. in cap. urgen-
tis de hæret. nu. 1. Ascanius de patria potest. cap. 6.
effect. 2. n.37. Lessius de jure lib. 2. cap. 4. dub. 3. n.
12. Fermosin. d. alleg.45. n. 36. Castro Palao d. punct.
10. num. 6. Quæ resolutio adeo vera est, ut proce-
dat, etiamsi filius habeat facultatem à patre dispo-
nendi de peculio, donando, vel dissipando; cum
enim peculium sit patris, non debet ex facto filii
gravari, ea tit. ne filius pro patre, & ita tenent San-
chez d. cap.15. n.18. Simanch. de Cathol. instit. tit.9.
n.14. & plures alii laudati à Fermosin. d. allegat. 35.
Anton. Gomez lib. 2. var. cap.15. de servitut. n. 16.
Castro Palao d. punct. 10. n.6.

Quando peculium adventitium filii familias, an
scilicet veniat confiscandum in præjudicium patris 11
casu, quo bona filii publicentur; Diversæ, & contra-
riæ sunt Doctorum opiniones. Pro affirmativa facit,
quod licet antiquo jure quidquid filiusfamilias quæ-
rebat, sive ea industria, sive ex donationibus, vel ex
hæreditate materna, totum patri acquirebatur, tam
quoad proprietatem quam quoad usumfructum L. pla-
cet. cum similibus ff. de acquir. hæred. Tamen ex no-
vis constitutionibus inductum fuit filio acquiri pro-
prietatem in bonis adventitiis, patri verò usumfruc-
tum, & administrationem L. fin. §. ubi autem cum
seqq. C. de bon qua liber. Pinel. in L. 1. p. 2. n. 66.
C. de bon. mat. Doct. in L. 1. §. 1. ff. pro donato
Greg. Lop. per text. ibi in L.3. tit.6. p.4. & in L. gl.1. tit.
2. p.3. Ideoque publicatis bonis filii venire in confis-
cationem proprietatem adventitiorum salvo patris usu-
fructu probatur per text. in L. si postulaverit §. jubet
lex. ff. ad L. Jul. de adult in verbis ibi: Perinde in
communi partem publicamus in proprio, cujus usus-
fructus alienus est, nudam proprietatem, L. quinque
legibus cum seqq. ff. de bonis damnat. ibi: Et omnes
omnino maritus actiones salvas habet contra fiscum.
Quorum jurium authoritate idem dicendum in pecu-
lio adventitio, tenent aliqui afferentes patri salvam
manere actionem in usufructu quando bonorum adven-
titiorum proprietas confiscatur: Immò docent in cri-
mine læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ etiam pa-
tris

tris usumfructum venire in confiscationem, quando utrumque crimen partitur filius maximam capitis diminutionem, ex qua jus patriæ potestatis solvitur §. *cum autem is inst. quibus mod. jus patr. potestat. solvit.* Et ideo cum usufructus patri competat ex sola patris potestate L *si ex causa*, §. *Papinianus ff. de minorib.* & filius ob delictum à potestate eximatur usufructus consolidatus cum proprietate confiscatur: ut tenent Simanc. *de Catholic. tit.9. n.18.* Azor. *tom.1. moral. lib.5.cap.7.q.8. & lib.8. cap.12.q.15.* cujus opinionis fundamenta jactat Anton. Gomez *lib.2. var. c.15. n. 13.* & Sanchez *d.cap.15.n.6.7. & 8.* Fermosin. *d. alleg.35.n.6. & seqq.* & eam sustinent Paul. Paris. *cons. 157. lib.4.* Cald. *in L. si curatorem verbo læsis n. 112. vers. sed in oppositum, & n.152. vers. sed si in proposita specie.* Bonacin. *de contract. disp. 3. q.8. punct. ult. §.1. n. 18.*

12 Verum contraria negativa sententia, quæ habet bona adventitia filii familias non confiscari propter ejus, delictum, neque quoad proprietatem, neque quoad usumfructum, verior est, & receptior ut per Ant. Gom. *d. c. 15.n.14.* Roland. *cons.56.n.10.* Menoch. *de recuper. possess. remed.9. n.65. & 66.* Farin. *q.23.n.5.* Peregrin. *de jure fisc. lib.5. tit.1. n.128.* Jul. Clar. *lib. 5. §. fin. q.78. n.12.* Sanch. *d. cap.15. n. 9.* ibi plures allegat Osase. *decis.94. per tot.* Paschal. *de virib. patr. potest. p. 1. cap.3. n. 36.* Sixtin. *de Regal. lib.2. capite 12. n.62.* Fachin. *lib. 9. controvers. cap. 47.* Guazin. *de confiscat. conclus. 13. limit. 28. n. 1. & seqq.* Seraph. Massin. *de confiscat. q. 27. n. 6. & seqq.* & fuit sententia Bartol. *in L. si finita §. si de vectigalib. in 6. q. princip. n.12. ff. de damn. infect.* & ibi Paul. de Castr. *col. fin.* Boss. *tit. de publicat. bonor. n 71.* Covarr. *lib.2. var. cap.8. n.7. vers. ex bis patet*, Fermosin. *de confiscat. q.35. n.9. & 10.* innumeros laudat Castro Palao *tract. 4. disput. 5. punct. 10. n. 8.* ubi *n. 9.* contrariæ partis fundamentis satisfacit. Quæ sententia bene probatur ex *text. in L. si filius 3. C. de bon. proscriptor.* Cujus verba sunt: *Si filius tuus cùm esset in tua potestate, in Insulam deportari meruit, peculium ejus, neque quod in castris acquisivit, vel quod ei militaturo donasti, auferri tibi debet.* Notanda sunt verba, ibi: *Neque quod in castris*, quippe particula *neque* casus minus dubitabiles implicat, Everard. *in Topicis loco 110.* Cum ergo filius fortius jus habet in peculio castrensi, quam in adventitio, si illud non publicatur, à fortiori adventitium publicari non debet, ut optimè considerat Sanch. *d. cap.15. n. 9.*

Secundò probatur argum. *text. in L. fin. §. filiis an-*
13 *tem C. bon. quæ liber.* ubi habetur, quod filius familias nullo modo sive per contractum, sive per ultimam voluntatem potest alienare bona adventitia, etiam quoad proprietatem sine patris consensu. Et regulare est eum, qui contrahendo alteri præjudicium inferre nequit neque etiam posse per delictum: probat *text. in L. Imperator ff. de fideicomm. libert. L. d. 3. C. de bon. proscriptor.* Ant. Gomez *in L. 40. Tauri*
14 *n.91. in princip. & d. cap.15. n.14.* Molin. *de primog. lib. 4. cap.11. n.7. & 18.* Sanch. *d. cap.15. n.9.* Massin. *d. q. 27. n.7.* Peregrin. *lib.5 tit.1. n.99 & seqq.* Carleu *de judic. lib.1. tit.... disputat. 20. n 6.* Lara *de vita homin. cap.22. n.21.* Unde hæc est verior & tenenda opinio, ut tradunt superius citati, & alii quos allegant Farinac. *d. q.24. n.5.* & Sanchez *d. cap.15. n.9.* Fermosin. *d. alleg. 35. à n.9. cum seqq.*

15 Et ampliatur hæc resolutio, ut procedat etiamsi pater filio concesserit licentiam administrandi, & disponendi de peculio adventitio, quia adhuc ob filii delictum publicari non debet, ut contra Barthol. Alex. & Menoch. docent Abbas *cons.66. n.5. vol.2.* Boer. *decis.7. n.16.* Bajard. *ad Clar. d. §. fin. q. 78. n. 55.* dicit veriorem Sanchez *d. cap.15. n. 12.* quem sequitur Massin. *d. q.27. num. 8.* Castro Palao *disput. 5. punct. 10. n. 13.* Quidquid dubitet Farinac. *d. q. 24. n. 8.*

Limitatur tamen superius tradita conclusio, ut 16
procedat in peculio, seu bonis, in quibus pater habet usumfructum, Si verò pater, vel ex dispositione legis, vel hominis non habet usumfructum in peculio, seu bonis adventitiis filii familias, tunc bene publicantur, & veniunt in confiscationem ob delictum filii, ut scribunt Paris. *cons. 257. nu. 12. usque ad fin. lib. 4.* Crot. & alii relati à Sanchez *d. c. 15. num. 14. vers. at potius placet tunc publicari*, Farinac. *d. q. 24. n. 6.* Guazin. *de conclus. 13. limit. 28. vers. contrarium* Massin. *d. q. 27. n.9.* Fermosin. *d. allegat. 15. n.13. & 14.* Gigas *de crimin. læsæ Majest. lib. 2. tit. de pæn. committent. q. 11. vers. in casibus autem*, Castro Palao
d. disput. 5. punct 10. n.10. Quamvis contrarium se- 17
quatur cum Peregrin. Farinac. & Fachin. qui docent peculium adventitium non confiscari etiamsi pater in eo non habeat usumfructum, allegat Socin. Jun. Ruin. & alios. Sed in praxi contraria sententia, recepta est. Et verè quando pater caret usufructu bonorum filii pro extraneo habetur, Paschal. *de jurib. pat. 1. p. cap. 2. n. 8.* Massin. *de confiscat. q.24. num. 105. & q. 7. n. 10.* quia in bonis in quibus caret usufructu; non habet administrationem, Gratian. *c.107. n.1.* Giurb. *de const. Messan. c.7. gloss. 3. n.7.* Sanfelic. *decis.180. n.1.* Valenz. *cons.129. n.64.* Cast. *de usufr. c. 3. num. 67.*

Limitatur secundo supra posita resolutio, ut non 18
habeat locum in crimine læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ; si enim filius familias admiserit prædicta crimina confiscantur bona adventitia quoad proprietatem, reservato patri usufructu, ut in specie docent Simanch. *d. tit.9. n. 16. & 18.* Octavian. *decis. Pedemont.94. n.9. usque ad fin.* Farinac. *d. q.24. n.9. & tit. de haresi q. 190. §. 1. num. 14. & 17.* Fachin. *lib. 9. c.48. vers. contraria sententia*, post alios Castro Palao *c. punct. 10. n.16.* Peregrin. *lib.5. tit.1. n.119. in fin.* Sixtin. *d. cap.12. n.61.* Sanch. *d. cap.15. n.9. circa fin. & num. 11.*

Constat itaque adventitia bona filii familias ob delic- 19
tum confiscari in illis casibus, in quibus pater non habet usumfructum: unde, ut hæc materia plenè absolvatur illos recensere casus placet. Et est primus quando aliquid relictum, vel donatum est filio eo pacto, vel conditione ad patrem perveniat usufructus, tunc enim æquum est observari conditionem appositam ab eo à quo res profecta est, quia hominis provisio facit cessare provisionem legis L. *maritus C. de procurat. L. fin. C. de pactis coment.* L. *habet §. cùm quis ff. de precaria*, Card. Pereir. *in L. si curatorem verb. læsis n. 144. vers. alius etiam*, Gratian. *forens. cap.117. n.10.* Valenz. *cons. 83. n.140.* Solorzan. *de jure Ind. tom.2. lib.2. cap.8. n.6. & lib.4. cap.7. n.37.* Cyriac. *contr.129. n.29. & 30.* & quilibet in traditione rei suæ potest quas velit conditiones, & pacta adji-
cere si à jure non sunt reprobata L *traditionibus C. de* 20
pact. L. quoties C. de donat quæ sub modo cum similibus. Qua ratione in relicto sub prædicta conditione caret pater usufructu, & administratione, *Auth. excipitur C. de bonis quæ liber. Ordinat. lib. 4 tit.98. §.1.* ubi Emman. Barbos. Alex. Trentacinq. *lib.1. var. tit. de peculio resol. 4. num. 1.* Quod nedum procedit in conditione expressa, sed etiam in tacita, Cald. *d. verb. læs. n.145.* Valase. *cons.108. n.34.* Surd. *cons.116. n. 21.* Molin. *lib.1. cap.19. n.31.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.4. gloss.7. p.3. n.23.* Trentacinq. *d. tit. de peculio resolut.4. n.4.* Alvarad. *de conjectnrata mente defuncti lib.1. cap.3. n.106. & lib.3. cap.3. n.6.* Novar. ad Franch. *decis. 162.* Et ideo in hoc casu confiscatis bonis filii, peculium adventititium publicatur.

Declarabis tamen matrem in legitima filii non posse adjicere conditionem, ne usufructus ad patrem pervenire possit; quamvis enim illa conditio

sit filio favorabilis, & ideo rejici non debeat juxta text. in L. filiis matrem C. de inofficioso testam. L.
21 cum ex filio ubi Bart. ff. de vulgari, & hanc sequuntur opinionem, Suarez in L. quoniam in prioribus fallcutia 1. in principio, & n. 5. gloss. verbo participium in Auth. ut liceat matri, & avia, Bart. Alex. Salicet, & alii, quos refert Cald. in d. verbo legis num. 146. vers. quæ conclusio, quam etiam tuetur Trentacinq. in tit. de peculio resolut. 4. n. 3. Vinceut. de Franch. dec. 162. Tamen contraria sententia verior est, & eam tenuit Bart. in d. Auth. excipitur n. 1. & in tract. de duobus fratribus q. 7. per regul. text. in L. nemo potest ff. de legat. 1. & ex d. Auth. ut liceat matri, & avia in princip. vers. & postquam reliquerit, & vers. hoc enim, sequuntur ultra Paul & Corn scribentes in d. Auth. excipitur, Suarez in d. L. quoniam limit. 1. n. 11. vers. sed reperio quod, Bart. Rimmald. in §. 1. num. 102. instit. per quas personas, & aliis citatis Cald. in d. verbo læsis n. 146. vers. contrariam, ubi alterius partis fundamentis satisfacit; Riccius ad Franch. decis. 162. Capyc. decis. 56. & hæc quia Bartoli sequenda est in hoc Regno juxta Ordin. lib. 3. tit. 64.

Et adverte quod si in legato, aut alia ultima vo-
22 luntate, seu in donatione aliquid fuerit donatum, vel relictum filio familias prohibita patri administratione bonorum, non censetur prohibitus usus fructus, ut tradunt Molin. d. cap. 19. n. 33. Fontan. d. gloss. 7. p. 3. n. 24. & seqq. E converso autem prohibito patri usufructu, etiam administratio prohibita censetur & sic filio minori existente dandus est curator bonis qui non sit ipse pater gloss. notabilis in d. Authent. excipitur, quam sequuntur Paulo de Castro, Salicet Crotus, & alii relati à Cald. d. verb. læsis num. 147. Stephan. Gratian. c. 76. n. 19. & 20. Castill. de usufruct. c. 3. à n. 54 quidquid contrarium velit Fontanel. d. gloss. 7. p. 3. à n. 27. cum seqq.

Secundus casus est quando renuntiavit usumfru-
23 ctum bonorum filii, & illum noluit habere L. cum. oportet. §. sin autem res C. de bon. quæ liber. Ordin. lib. 4. tit. 98. §. 2. Anton. Gomez in L. 29. Tauri n. 39. & in L. 48. n. 9. & 10. Valasc. de partit. c. 13. à n. 140. cum seqq. Molina de justit. tract. 2. disp. 8. vers. secundus, Rebello de obligat. instit. 1. p. lib. 1. q. 7. section. 2. n. 15. vers. quartus, Trentacinq. lib. 1.
24 tit. de peculio. resolut. 5. n. 2. Neque huic verè resolutioni obstat quod ususfructus bonorum adventitiorum filii familias quæritur patri etiam ignoranti, & invito legis ministerio, ut scribunt Surd. cons. 116. n. 77. Gratian. c. 327. n. 10. Giurb. ad consuetud. Messan. c. 7. gloss. 3. n. 2. Namque respondetur id bene verum esse, nisi pater usumfructum nolle declaverit, tunc. enim cum beneficium non conferatur invito, L. invito ff. de reg. jur. Valasc. d. c. 13. n. 144. nil mirum si ex renunciatione patris ususfructus ei acquisitus non fuisset. Sed hoc ita intelligendum est si pater ab initio recusavit ususfructus acquisitionem, ut videtur insinuare Ordinat. d. tit. 98. §. 2. in verbis ibi: O secundo caso be, o pay renunciar o usu-
25 fructo §. lhe aprover de o naon haver, notanda sunt verba & lhe aprover de o naon aver, quæ optimè signant, patrem noluisse acquirere à principio usumfructum, & in hunc modum interpretatur dictam Ordinationem Cald. Pereir. in §. sed hac cap. 2. n. 96. Instit. de innofficios. testam. Quibus terminis recusatio acquirendi, & remissio patris statim firma, & irrevocabilis permanet juxta sententiam gloss. in L. 2. C. de inofficios. donat. & in §. igitur. Instit. per personas, & in Auth. idem est C. de bon. quæ liber. sequitur Bald. in d. L. cum oportet §. non autem, & in L. fin. §. cum autem, n. 3. C. eod. dicit communem Valasc. d. cap. 13. n. 144.

Confirmatur hic, intelligendi modus ex eo quod tam Imperator in d. L. cum oporet §. sin autem, quam
Legislator noster in d. §. 2. Statuerunt patrem in 26
perpetuum carere usufructu, quem renuntiavit & recusavit, at vero si pater post agnitum usumfructum illum cederet, vel donaret filio, non diceretur firma, & perpetua donatio vel cessio, quia patri licitum erat donationem revocare, cum tantum morte patris confirmetur; ut diximus p. 1. prælud. 2. §. 5. n. 4. Valasc. de cap. 13. n. 141. Proinde conclusio suprapositia intelligenda est de renuntiatione seu recusatione ususfructus facta ante illius acquisitionem.

Denique confirmatur ex eo, quod pater ære alie- 27
no gravatus potest ab initio remittere usumfructum filio in præjuditium creditorum: non tamen post illius acquisitionem usumfructum remittere, aut renuntiare valet, ut scribunt Cald. in d. L. curatorem verb. læsis n. 148. Surd. cons. 116. n. 83. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 18. n. 12. Gratian. cap. 519. n. 1. Arias de Messa lib. 3. variar. cap. 37. n. 14. Novar. in udition. ad Franch. decis. 101. vers. hinc est Olea de cess. jur. tit. 2. q. 3. n. 26. Cyriac. controv. 319. à n. 1. Giurb. ad Consuet. Messan. cap. 7. gl. 11. à n. 6. Polidor. Ripa observat. 233. n. 3. Peregrin. cons. 46. n. 14. vol. 3.

Ex dictis infertur ad quæstionem, quæ quotidie præ
manibus habetur, solent enim patres aliquibus ex fi- 28
liis usumfructum adventitiorum remittere, & postea dubitatur mortuo patre, An filius, cui fuit remissus ususfructus teneatur illius æstimationem aliis fratribus conferre; pro cujus quæstionis dilucidatione tres casus constituendi sunt. Primus est quando pater ab initio recusavit usumfructum, & acquirere noluit, & in hoc securè dicendum, filium non teneri conferre fratribus ususfructus valorem ex text. optimo in L. cum oportet §. non autem vers. sin autem res C. de bon. quæ liber. cujus verba sunt sin autem res sibi memorato modo acquisitas parens retinere, sed apud filium, vel deinceps personas reliquerit, nullam post obitum ejus licentiam habeant hæredes alii, patris eundem usumfructum, vel quod ex eo ad filium pervenit, ut pote patri debitum, sibi vendicare, sed quasi diuturna donatione in filium celebranda: quo usumfructum detinuit, ita causa intelligatur, ut eundum usumfructum post mortem patris ipse lucretur, ne altercationis cujusdam maximè inter fratres oriatur occasio. Et hanc sententiam tuentur communiter DD. in d. §. sin autem, ubi Corneus, vers. dicas pro concordia & cons. 285. n. 15. & 16. vol. 1. Mendez à Castro in L. cum oportet n. 30. & est bonus text. in L. fin vers. sive ex contrario patre recusante C. de bon. quæ liber. Surd. de aliment. tit. 9. q. 20. n. 23. Paris. cons. 730. n. 7. Menoch. lib. 3. præsumpt. 29. à n. 43. & cons. 282. n. 32. Boët. dec. 196. à n. 3. Mangil de imputat l. 25. n. 4. & 6. Pereir. de Castro decis. 55. n. 2. & 7. Calvalh. in cap. Raynaldus de testam. p. 4. cap. 1. n. 156. Alphons. de Olea de cession. jur. tit. 2. q. 3. n. 26. Caldas d. §. sed. & hac cap. 2. n. 94. Instit. de inoffic. testam. Arias de Mesa lib. 5. var. cap. 37. n. 14. Giurb. ad stat. Messan. c. 7. gloss. 11. n. 6. Mar. Curell. de donation. p. 1. discurs. 2. partit. 9. n. 11 Joseph. de Sess. dec. 127. n. 25. Videndus Alex. Trentacinq. lib. 1. var. tit de pecul. resol. 3.

Quæ resolutio confirmatur text. in L. patrem 16. L. debitorem 20. ff. quæ in fraud. creditor. quibus
probatur patrem gravatum restituere filio hæreditatẽ 29
post mortem, posse in vita restituere, & non fraudare creditores Cresp. de Valdaur. observ. 30. n. 1. & 14. Olea d. tit. 2. q. 3. n. 19. Secundo confirmatur, quia debitor hæreditatem sibi delatam, legatum & donationem, vel majoratum repudiare potest etiam in præjudicium creditorum, dicens, nolle acquirere, ut tradunt in specie, Valenz cons. 88. Fontan. d. clau. 4. gloss. 9. p. 5. n. 75. Larrea dec. 55. Salgad.

gad. in labyr. creditor. p. 2. cap. 24. à n. 6. cum seq.
Trentacinq. d. resol. 3. Sanchez de matr. lib. 6. dis-
put. 4. n. 8. & seqq. Noguer. alleg. 12. n. 39. & seq.
idem Salgad. ubi supra p. 1. cap. 19. n. 15. & 16. Cy-
riac. controv. 47. n. 2. & 3. Tondut. resolut. civil.
cap. 153. n. 3. & seqq. Cancer lib. 1 cap. 1. n. 130. &
lib. 3. cap. 10. n. 162. Franch. dec. 101. Castill. lib.
5. controv. cap. 112. à n. 20. Capic. Latro. decis. 8.
Carlev. de judic. lib. 1. tit. 3. disp. 25. n. 3. Olea d.
3. n. 14. 18. & 23. Arias de Mesa l. 2. c. 42. n. 2. & 22.
Tertio confirmatur, quia renunciatio juris quæ-
31 rendi valida est, in præjudicium creditorum, licet
fiat per modum renunciationis, seu cessionis Stephan.
Gratian. decis. 17. n. 27. Fontan. d. clausul. 4. gloss.
9. p. 5. n. 125. & seqq. Salgad. in labyr. p. 1. cap. 12.
n. 15. & 16. Cancer lib. 2. cap. 1. n. 130. & p. 3. cap.
15. n. 162. Tondut. d. cap. 153. n. 2. & seqq. Atque
ita verissima est conclusio, patrem remittere posse u-
sumfructum ante illius acquisitionem Trentacinq. d.
resolut. 3. vers. hæc ampliatio.
Secundus casus est, quando pater post fructus bo-
32 norum adventitiorum jam collectos, & post quam il-
lorum dominus est effectus, expressè donat, & remit-
tit filio illos fructus, tunc enim filius eos conferre te-
netur, prout quamlibet aliam donationem à patre con-
fectam, Ordinat. lib. 4. tit. 97. in princ. Mendez à
Castro in d. L. cum oportet n. 30. Valasc. de partit.
cap. 13. n. 139. Carvalh. in d. cap. Raynaldus p. 4.
33 cap. 1. n. 164. vers. omitto casus. Et facit, quod pater
renuntiare non potest in præjudicium creditorum, u-
sumfructum jam quæsitum bonorum adventitiorum fi-
lii secundum Ancharran. cons. 106. n. 4. Surd. cons.
116. n. 82. Annæus Robert. lib. 3. rer. judicata. cap.
12. Gratian. cap. 132. n. 12. & 40. & cap. 327. n. 9.
Cevall. q. 811. à n. 7. Giurb. d. cap. 7. gloss. 11. p. 1.
n. 6. Arias de Mesa lib. 3. cap. 37. n. 14. vers. at ve-
rò, Hypol. Reminald §. 1. Instit. per quam personas
n. 159. Capyc. Latro dec. 8. n. 17. Olea d. q. 3 n.
26. Præsertim quia ususfructus acquisitus, & agnitus
dicitur esse in dominio usufructuarii L. in venditione
8. in princ. ff. de bon. authorit. Judic. possid. Cyriac.
contr. 319. n. 18. Ideoque cum usumfructum remittit
alienare censetur L. 1. §. gesta quæ in fraud. credit.
Tertius casus est, quando pater neque donavit, ne-
que expressè remisit filio fructus bonorum adventitio-
34 rum, sed conniventibus oculis permisit, quod filius
usumfructum perciperet; & hoc casu filius lucratur u-
sumfructum, ita ut neque a fratribus possit inquietari
d. L. cum oportet §. non autem vers. sin autem res C.
de bon. quæ liber. ubi Bart. Castr. & alii Cornæus cons.
285. n. 1. vol. 1. & cons. 152. n. 7. vol. 3. Peregrin.
cons. 81. n. 23. vol. 1. Polidor. Ripa. observat. 233.
n. 2. Rodriguez de annuis redditib. q. 7. n. 66. lib. 3.
Menoch. cons. 282. n. 31. Cald. in d. L. si curatorem
verbo læsis n. 148. vers. hæc autem ususfructus renun-
ciatio, Gratian. forens. cap. 159. à n. 4. Thusc. litt.
P. conclus. 124. n. 7. & litt. V. conclus. 329. n. 2.
Franch. Vivius dec. 423. n. 14. alios refert Giurb. d.
c. 7. gloss 11. n. 3. eleganter Paris. cons. 130. n. 14.
lib. 1. Cald. in d. §. sed hæc cap. 2. n. 104. & 107. in-
stit. de inoffic. testam. ubi n. 108. dicet communem
esse hanc opinionem Carvalh. in d. cap. Raynaldus
4. p. cap. 1. n. 161. Valasc. de partit. cap. 13. n. 141.
& 147. Quamvis contrariam tueantur Alex. Jas. Paul.
& alii in L. fin de collation. Bart. & Cassan. quos re-
fert Carvalh. d. 4. p. c. 1. n. 160. asserentes filium te-
neri imputare in suam legitimam usumfructum ex ea
ratione quia donatio à patre in filium valide collata
semper est imputanda L. ut liberis, si donat. C. de collat.
& cum alia donatio saltem tacita valida sit, imputari
debet, pro qua opinione etiam expendunt in L. 3. ff.
quæ in fraudem credit. ubi probatur fraudare credito-
res eum, qui usumfructum sibi competentem dimitit.

His enim non obstantibus vera est nostra resolutio quæ 35
communis est, ut per Cald. d. c. 2. n. 103. Valasc. d.
c. 13. n. 141. & 147. Carvalh d. 4. p. c. 1. n. 16. qui
n. 162. contrarius fundamentis satisfacit, & in vers.
quam sententiam, eam intelligit, dummodo ultra pa-
tris taciturnitatem ex conjecturis colligatur animus
remittendi usumfructum filio quia sola taciturnitas non
sufficit, Mangil. de imput. q. 45. n. 18. Anchar. cons.
176. n. 1. sufficit tamen actus positivus superveniens
post taciturnitatem L. filius familias ff. ad Macedon.
Decius cons. 206. n. 7. Cancer. l. 19. n. 218. & lib.
3. c. 2. n. 202. & 204.
Tota dubitatio est, An si pater post acquisitum
usumfructum illum filio remisit, teneatur filium illum
imputare in legitimam; & adhuc filium non teneri 36
fratribus conferre usumfructum probat Imperator in
d. L. cum oportet §. sin autem C. de bon. quæ lib. &
scribunt post antiquiores Riminald. in §. 1. instit. per
quas personas n. 96. Alex. cons. 138. n. 3. l. 5. Paris.
cons. 730. n. 7. Surd. de alim. tit. 9. q. 20. nu. 23.
Menoch. lib. 3. præsumpt. 29. à n. 93. & cons. 282.
n. 32. Valasc. d. cap. 13. n. 140. Cald in d. §. sed
hæc à nu. 94. instit. de inoffic. testam. Gabr. Pereir.
decis. 55. & post plures Carvalh. d. c. 1. n. 156. qui
n. 157. vers. quam sententiam tradit hanc resolutio-
nem procedere, tam casu, quo pater à principio no-
luit usumfructum acquirere, quàm eo casu, quo post
quæsitum usumfructum postea illum filio remisit,
utroque enim verificatur dispositio text. in d. §. sin
autem res, & in utroque viget illa ratio quod per re-
missionem patris ususfructus consolidatur cum propri-
etate, quæ erat penes filium, unde nil ex bonis patria
lucrari censetur, sed proprium, atque ita hanc susti-
neut sententiam, Bart. in L. frater à fratre in fine,
Paul. de Castro in d. §. sin autem, dicit communem
Crot. in d. L. frater à fratre n. 80. & seqq. Cald. in
d. §. sed hæc n. 99. & 100. Mangil. d. q. 45. n. 17. Car-
valh. ubi proximè qui n. 158. respondet fundamentis
contrariæ partis.
At verò inter remissionem ususfructus expressam
factam à patre, & inter tacitam, illa datur differentia, 37
quod scilicet expressa operatur in perpetuum, & nec
patris pœnitentiâ revocari valet, ut scribunt Bald. in
Auth. excipitur ad fin C. de bonis, quæ l. Boerius dec.
196. Paul. de Castr. in d. §. si autem gloss. in Clement.
unic. de verb. signif. circa fin. Alex. Trentacinq. d.
tit. de peculio resolut. 3. n. 4. Menoch. cons. 282. à
n. 32. Tepat. var. tit. de bonis quæ l. col. 2. Giurb. ad
consuetud. Messan. c. 7 gloss. 11. n. 4. vers. in perpetuum.
Tacita autem operatur, & restringitur ad terminos
patientiæ patris, & quatenus passus est, ita ut reassu-
mendo usumfructum, filius amplius non lucretur il-
lum, Anchar. cons. 176. ad fin. Paris. cons. 130. n. 16.
vol. 1. Tello Fernandez in L. 17. Tauri n 2. Riminald.
Junior. cons. 491. n. 55. Menoch. d. n. 32. Franchis dec.
585. n. 1. Tusch. litt. P. conclus. 124. n. 7. Gratian.
cap. 519. n. 1. & 2. Giurb. d. c. 7. gloss. 11. nu. 47.
Namque ususfructus quotidie constituitur, & adquiri-
tur, Cyriacus controv. 319. n. 13.
Non obstat in L. 3. §. 1. ff. quæ in fraud. credit.
Respondetur enim quod quamvis edictum quæ in 38
fraudem creditorum, non pertinet ad eos, qui id agunt
ne locupletentur, sed ad eos qui suum diminuunt pa-
trimonium L. qui autem 6. ff. quæ in fraud. creditor.
L. alienationes, ff. de verb. significat. L. non fraudantur
134. ff. de regul. jur. D. Christophor. Cresp. de Valdau-
ra observat. 91. nu. 44. tamen qui usumfructum jam
quæsitum renunciat, in fraudem creditorum facere
videtur, ut probat text. in d. L. 3. & voluerunt An-
char. cons. 106. n. 4. Riminald. in §. 1. n. 139. ins-
tit. per quas personas, Surd. cons. 116. n. 82. Gra-
tian. c. 32. n. 40. Cevall. q. 811. n. 7. & seqq. Giurb.
d. cap. 7. gloss. 11. num. 6. vers. primus est, & sic

data opera per actum positivum alienationis, vel ne-
gativum omissionis patrimonium diminuit, incidi-
que in edictum, non verò inde infertur, ergo fi-
lius tenetur imputare fructus adventitiorum, quos
pater omittendo noluit retinere, namque diversa
est causa creditorum à causa filiorum, qui non sunt
verè creditores ususfructus, quem pater remittere
potest filio, patiendo eo uti & frui ex speciali pro-
39 visione, *d. L. cum oportet §. non autem vers. fin au-*
tem res. Præsertim quia in casu remissionis à patre
facta osusfructus coosolidatus fuit cum proprietate *§.*
finitur Inst. de usufructu, & inficiari nequit usumfruc-
tum pertinere ad dominum proprietas: *L. solum §.*
verum ff. de rei vend. oovissimo autem jure proprie-
tas bonorum adventitiorum pertinet ad filium, *d. L.*
cum oportet. subindeque cum per remissionem patris
ususfructus ad proprietatem revertatur, filius, qui
illum percepit, ex suo, non ex patrimonio patris illum
acquisivit, & nil est, quod ei imputetur in legitimam
& sic in hunc modum tollitur difficultas ex *d. L. 3.*
quæ in fraudem credit. optimè Carvalb. *in d. 4. p. c. 1.*
num. 150.
40 Non etiam negotium facessit donationes à patre
collatas in filium familias esse ab initio invalidas per
text. in L. donationes quas parentes Cod. de donat. in-
ter, & sic filio imputandas; quia respondetur id ve-
rum, nisi donatio ex alio capite possit sustineri vel
quando ex natura rei donatio sit irrevocabilis ut eve-
nit in remissione ususfructus, qui cum proprietate
consolidatur, & ita sit irrevocabilis, ut neque à patre
in vita, neque à fratribus post illius mortem filius in-
quietari valeat juxta *text. in d. vers. si autem res,* co-
jus honc esse verum intellectum firmat Carvalh. *d. c.*
1. *n.* 159. *post modum.*
Redeundo igitur ad materiam, à qua digressi fui-
41 mus, tertius casus in quo ob delictum filii publicatur
ejus peculium adventitium est videlicet quando filio
familias à tertio hæreditas relicta fuit, vel alia quæ-
libet res, & pater noluit consentire, neque filio ad
secundam hæreditatem authoritatem præstare, nam-
que hoc casu filio etiam ususfructus quæritur juxta
text. in L. fin. §. 1. C. de bonis, quæ liber. Ordinat.
lib. 4. tit. 98. §. 3. & ita tenent Molin. *de justitia, & jure*
tract. 2. disp. 8. vers. tertius, Robello *de oblig. justit.*
p. 1. lib. 1. q. 7. n. 15. vers. tertius, Trentacinq. *lib. 1. tit.*
de peculio resol. 5. n. 6. ubi cum Paulo de Castro am-
pliat procedere in hæreditate profectitia quando
filius contemplatione patris fuit institutus, &
non solùm quando pater ab initio recusavit, sed
quando ex post facto, veluti si absente patre filius
adivit, & ille ratam non habuit aditionem, & deni-
que casu quo ex donatione, vel alio titolo filio quid-
quam datum, vel donatum fuit, & pater acquisitio-
nem recusavit, tunc namque filio acquiritur proprie-
tas, ususfructus.
Quartus casus est, si ususfructus alicojus rei filio
42 fuerit relictus, vel donatus, quia cùm servitus ser-
vitutis esse oon possit, neque ex uno alius usosfructus
constituti, nullum jus competit patri *Ordinat. d. tit.*
98. §. 4. gloss. in Auth. idem est C. de bonis, quæ li-
ber. Anton. Gomez *in L. 40. Tauri n. 2.* Rebell. *d. q.*
7. n. 15. vers. secundus, Molin. *d. disput. 8. vers. quar-*
tus, Trentacinq. *d. resolut. 5. n. 9.*
Quintò non quæritur patri ususfructus bonorum,
qoæ filio obvenerunt ex donationibus Principis, ne-
43 que majoratus erectus ex gratiis, & concessionibus
Regis *L. enm multa C. de bonis, quæ liber. Ordinat.*
d. tit. 98. §. 5. Soarez *in q. majorieatns n.* 17. Molin.
de primogen. lib 1. *c.* 19. *num.* 24. Solorzan. *de jure*
Indiar. tom. 2. lib. 2. c. 5. n. 9. Giurb. *de succeff. feu-*
dor. præludio 2. num. 6. Trentacinq. *resolut. 5. num.*
10. Anton. Gomez *in L. 48. Tauri num. 4.* Emman.
Barbos. *ad Ordin. lib. 4. tit. 98. §. 5.* Surd. *de ali-*
ment. tit. 9. q. 28. n. 13. eum seqq. Caldas *in d. L. si*
enratorem verb. læsis n. 108. Mendez a Castro *in d.*
L. enm oportet. n. 185. Carvalh. *in d. c. Raynaldns*
p. 4. c. 1. n. 246.
Sextò, non potest pater habere bonorom filii usum- 44
fructum, si mortua matre inventarium non confece-
rit intra duos menses juxta *Ordin. d. tit. 98. §. 6.* à tem-
pore mortis matris, & *lib. 1. tit. 87. §. 8.* Gabr. Pereir.
dec. 55. n. 10.
Hi sunt casus in quibus Legislator noster disposuit, 45
patrem non posse acquirere usumfructum bonorum
adventitiorum filii familias, statuens in omnibus aliis
usumfructum pertinere ad patrem filii familias; ut
probat *Ordinat. d. tit. 98. §. 7.* ibi: *E em todos os*
outros casos regalmente baverà ò pay o usufructo dos
bens adventicios de filbo, està sob seu poder. Ac proin-
de excluduntur plures casus in quibus de jure com-
muni patri non acquiritur ususfructus in bonis
adventitiis filii familias. Sed est advertendum, 46
quod patria potestas est causa acquirendi usumfruc-
tum patri, ut notarunt Gratian. *cap.* 401. *eum* 1.
Fontan. *de pact. nupt. tom. 1. clausul. 4. gloss. 7. p. 3. n.* 11.
Castill. *de aliment. c. 44. n.* 1. Et quidem ususfructus
prædictorum bonorum qoæritur patri etiam invito,
& ignoranti, Surd. *cons.* 116. *num.* 77. Gratian. *c.*
327. *num.* 10. Giurb. *ad stat. Messan. c. 7. gloss. 3. n.*
2. ita ut extincta patria potestate extinguatur etiam
ususfructus, Palac. Rub. *in rubr. de donation. inter*
§. 42. *n.* 13. Benedict. Ægid. *in L. 1. C. de sacros.*
Ecclef. p. 4. §. 2. n. 12. Gabr. Pereir. *decis.* 105. *n.* 1.
Unde eis casibus in quibus filius exüt à patria potes-
tate, statim extinguitur ususfructus, qui erat penes
patrem. In quibus verò pater retinet jus patriæ po-
testatis, illi quæritur ususfructus, exceptis præfatis
sex casibus de quibus *Ord. d. tit.* 98.
Dixi usumfructum extingui cessante patria potes- 47
tate, sed hoc intelligendum est de jure nostri Regni,
secundùm quod extincta patria potestate finitur usuf-
fructus, ut probat *Ordinat. lib. 1. tit. 87. §. 6.* ibi: *E*
somente pòde gastar as rendas, & novidades dos ditos
bens em quanto tiver seus filbos em seu poder, & be
obrigado a entregarlbes pello inventario quando so-
rem amencipatos, ou casarem porque segundo estylo
de nosso Reyno, sempre eomo o filbo be casado, be ba-
vido por emancipado, & fora do poder de seu pay: si-
milis *Ordinat. lib. 4. tit. 97. §. 19.* in verbis ibi: *Ha-*
verà o filbo a propriedade delles, & o pay os usos &
fructos em quanto o filbo estiver em seu poder, & tan-
to que for emancipado, ou casado, logo lbe seraõ en-
tregues, para delles baver o senborio comprido. Quæ
leges Regiæ manifestè probaot usumfructum adven-
titiorum tantum durare apud patrem quantum jus
patriæ potestatis, & ea cessante cessare usumfruc-
tum, ut optime docet Benedict. Ægid. *d. 4. p. §. 2.*
n. 17. 18. & 20. & quamvis Gabr. Pereir. *dec. 105. n.*
2. teneat ex legibus Regiis tantum extingui usumfruc-
tum in duobus casibus emancipationis, & matrimo-
nii, de quibus meminere tamen verius est juxta illas
cessare osumfructum in casibus in quibus patria pote-
stas fuit extincta, & casus emancipationis, & matri-
monio fuisse memoratos, quia sunt frequentiores,
ex quibus jus patriæ potestatis solvitur, & sic alios
non excludere secuodùm *gloss. in Clem. 1. verb. præ-*
sidentes in fine de rescript. gloss. in L. 1. C. de his,
qui ab Eccles. confug. & in L. unic. verb. sponsam,
Cod. de raptu virgin. Ægid. *d. n.* 18. & ipse Pereir.
ubi supra nu. 4. fatetur leges Regias nec exclodere
casus similes.
De jure autem commoni ad acquisitionem usus- 48
fructus sufficit patriam potestatem ab initio extitisse,
non verò requiritur perseverantia, & idcirco mortuo
filio retinet pater usumfructum pro ejus in vita in
prejudicium liberorum superstitum ex filio *L. fin. §.*

sit

fin vero C. ad Tertylian. L. fin. in fide C. de commun.
de success. L. *quod scires C. de bon. quæ liber.* L. 2. *C.*
de bon. matern. & ibi gloss. recepta, quam sequuntur
Bald. *in d. L.* 2. Decius *in c. in præsentia n.* 64. *&*
66 *in fine de probat.* Palac. Rub. *in rub. decl. matron.*
inter §. 42. *n.* 13. Benedictus *in c. Raynutius de testam.*
verbo & uxorem nomine Adelasiam n. 635. Boer. *dec.*
172. *n.* 33. Anton. Gomez *in L* 6. *Tauri n.* 11. *&* 12.
Pinel. *in L.* 1. *p.* 1. *n.* 39. Bened. Ægid. *in d. L.* 1. *p.* 4.
§. 2. *n.* 12. *& seqq.* Fontanel. *de pact. nupt. clauf.* 4.
gloss. 7. *p.* 3. *n.* 10. Tondut. *resolut. Civil. c.* 103. *n. fin.*
Giurb. *ad consuetud. Messan. c.* 7. *gloss.* 2. *p.* 1. *n.* 5.
Castil. *de usufruct. cap.* 3. *n.* 45.

Ex dictis infertur quod si pater maximam, vel me-
49 diam capitis diminutionem patiatur, usufructu bono-
rum filii privatur quamvis naturaliter vivat *L. si usus-*
fructus ff. de jure dotium, L. corruptionem C. de usu-
fructu §. finitur instit. eodem tit. Alex. *in L. finita*
15. §. *si de vectigalibus ad fin. ff. de damno infecto*,
Tusch. *litt. V. conclus.* 336. *n.* 15. *& conclus.* 333.
n. 7. Francisc. Marcus 1. *p. decis.* 831. Castill. *de*
usufruct. c. 66. *n.* 11. 12. *&* 17. plures laudat Giurb.
d. cap. 7. *gloss.* 9. *p.* 1. *n.* 13. Carvalh. *in d. cap. Ray-*
naldus 3. *p. n.* 159. quod non tantum procedit ex
eo quia capitis diminutio maxima; vel media morti
civili æquiparantur ut pungit Castill. *d. c.* 66. *n.* 17.
50 *& seqq.* sed etiam quia patria potestas morte dissol-
vitur, ut probat *text. in principio instit. quib. mod.*
jus patriæ potest. solvitur L. si ita ff. quando dies leg.
cedat, Menoch. *cons.* 151. *num.* 10. Pichard. *in dict.*
principio n. 1. Castill. *de usufruct. cap.* 3. *n.* 43. &
maxima, seu media capitis diminutio morti civili
similes sunt, & pro talibus habentur L. *verum §. so-*
cietas ff. pro socio gloss. magna verb. maxima in d.
§. *finitur*, & cum patria potestas morte naturali
dissolvatur, etiam morte civili dissolvi debet, quam-
51 vis enim regulariter mors civilis non æquiparetur
naturali, nisi in casibus à jure expressis, ut est com-
munis sententia secundùm *gloss. in cap. susceptum*
de rescrip. in 6. *& in c. placuit* 17. *q.* 1. Trentacinq.
de substitut. p. 4. *c.* 6. *n.* 4. Boer. *decis.* 323. *n.* 6.
Crass. *in* §. *fideicommissum q.* 41. *vers. pro quo mili-*
tat. Mierez *de major. p.* 2. *q.* 33. *n.* 15. Cevall. *q.*
63. *in princip.* Castill. *lib.* 3. *contr. c.* 12. *n.* 23. &
post alios Giurb. *de success. feudor.* §. 1. *gloss.* 7. *n.*
16. Suarez *allegat.* 20. *n.* 16. *&* 20. Spino, *de testam.*
gloss. 12. *n.* 36. Tamen quando militat eadem ratio
mors civilis æquipollet naturali *L.* 1. §. *fin. ff. de bo-*
nor. possess. contra tab. Bart. Aretin. & alii, quos re-
fert, & sequitur Trentacinq. *de substit. p.* 4. *c.* 6.
52 *n.* 4. Honded. *cons.* 62. *n.* 12. 36. *&* 39. *lib.* 1. Mo-
lin. *de primog. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 94. Petr. Barbos. *in*
L. 2. *p.* 1. *n.* 154. *ad fin. ff. de solut. matrim.* Cevall.
d. q. 63. *n.* 1. Castill. *d. c.* 12. *n.* 25. *& seqq.* Giurb.
d. gloss. 7. *n.* 19. *&* 20. Tondut. *resol. civil. c.* 194.
n. 12. *&* 13.

Is autem qui maximam, vel mediam patitur di-
minutionem, civiliter mori dicitur L. *quidam ff. de*
pœn. Namque damnatus in metallum, qui liberta-
tem, & civitatem amisit mortuus ferè censetur *L. ser-*
vitutem ff. de reg. jur. Item damnatus in deportatio-
nem in cujus locum subrogata fuit pœna exilii, &
triremum Grammat. *vot.* 19. *n.* 13. Clar. §. *fin. q.* 67.
53 Deportatio enim mors civilis appellatur Trentacinq.
lib. 1. *var. tit. de mort. natur. & civil. resol.* 1. *n.* 13.
latè, & optimè Giurb. *d.* §. 1. *gloss.* 7. *n.* 14. ubi eos,
qui mori civiliter dicuntur plenè recenset.

Unde patre condemnato ob delictum ex quo mor-
tuus civiliter, dicitur usufructus extinguitur quem
pater habebat in bonis adventitiis filiorum, sed an
consolidetur cum proprietate, vel pertineat ad fis-
cum publicatis bonis parentis: Non levis est dubita-
tio: In qua variæ DD. opiniones reperiuntur. Alii
enim simpliciter affirmant, venire in confiscationem;
alii negant, & plures distinguunt; ut videre est apud
Sanchez *ad præcept. Decalog. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 11. *& seqq.*
Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *c.* 16. *n.* 70.

Verùm omissis, his quæ DD. involvunt, illa te- 54
nenda est opinio, tanquam verior, quod si ob delic-
tum patris non amittitur patria potestas, tunc confis-
catur usufructus bonorum filii familias qui erat apud
patrem pro eo tempore, quoad eum pertinebat, quod
videbatur dicendum etiamsi post quæsitum usum-
fructum pater capitis diminutionem mediam, vel ma-
ximam patiatur; ex ea ratione, quia patria potestas
est causa acquirendi usumfructum, Stephan. Gratian.
c. 401. *n.* 1. Fontan. *de pact. nupt. gl.* 7. *p.* 3. *à n.* 11. Ca-
still. *de alim. cap.* 44. *n.* 1. Ipse autem usufructus se- 55
mel quæsitus ratione patriæ potestatis numquam ex-
pirat dum pater vivit, Anton. de Marin. *lib.* 1. *variar.*
c. 345. *n.* 2. *& seqq.* Rota *p.* 5. *recentior. dec.* 104. *n.* 30.
Seraphin. Massin. *de confiscat. q.* 4. *n.* 24. *&* 25. Et ita
scribunt Bald. *in L. corruptionem n.* 7. Alexand. *in d.*
L. si finita §. *si de vectigalibus n.* 45. *&* 51. Salicet. *in*
L. siquis post hac §. *siquid etiam q. ult. n.* 4. *vers. sed nunc*
quæro C. de bon. proscriptor. Boer. *dec.* 7. *n.* 4. Peregrin.
de jure fisc. lib. 5. *tit.* 1. *n.* 129. *vers. in vero conclusivè*
Farinac. Marc. *decis.* 827. *n.* 4. *p.* 1. Cavalcan. *de usufr.*
mulier. relict. n. 235. Nellus *in tract. de bannit. p.* 1. *tem-*
por. 2. *q.* 27. Sanch *d. c.* 1. *n.* 14. Sixtin. *d. c.* 12. *n.* 72.

At verò extincta patria potestate extinguitur usus 56
fructus, Palac. Rub. *in rubr. de donation. inter* §.
42. *n.* 13. Bened. Ægid. *in repetit. lib.* 1. *p.* 4. §. 2. *n.*
12. *Cod. de sacros. Eccles.* Pereir. *decis.* 105. *n.* 1. Patria
autem potestas extinguitur per condemnationem in
metallum, aut deportationem, vel ex alia causa, ex
qua sequitur condemnatio per quam amittitur liber-
tas, vel civitas, *c.* 2. §. *fin. de hæret. in* 6. §. *cum*
autem is, & §. servus pœnæ Instit. quib. mod. jus patr.
potestat. solvitur, Sanchez *d. c.* 16. *n.* 18. *&* 19. Massin.
d. q. 4. *n.* 18. 19. *&* 23. Molin. *de justit. tom.* 1. *disp.* 9.
col. 9. Et sic patre condemnato ad mortem, vel in
deportationem, usufructus consolidatur cum pro-
prietate, & pertinet ad filium ut tenent post supra
relatos Sanch. *d. q.* 4. *n.* 18. *&* 19. Castro Palao *tract.*
4. *disput.* 5. *punct.* 11. *n.* 11. Itaque eo tantum casu
ad fiscum pertinebit usufructus quando bona pa-
tris publicantur, quo confiscatio fit integro manen-
te statu patris, si verò capite minutus sit diminutio-
ne maxima vel media; tunc quia solvitur patria po-
testas, finitur usufructus, & consolidatur cum pro-
prietate ex dictis suprà, Propter quæ hanc distinc-
tionem tenent suprà citati, & Sanch. *d. c.* 16. *n.* 14.
Sixtin. *d. c.* 11. *n.* 17. Peregrin. *d. tit.* 1. *n.* 129. Farinac.
q. 24. *n.* 49. Plaça *de delict. c.* 22. *n.* 39. Fachin. *lib.* 9.
c. 50. *in fin.* Fermosin. *alleg.* 30. *n.* 43. *&* 44. Sed
benè advertit Sanch. *proximè n.* 15. Quod cum in
hoc Lusitaniæ Regno, & in Castella filius per matri-
monium egrediatur patria potestatem quocumque
tempore, etiamsi post confiscationem filius matrimo- 57
nium contraxerit illico, & ex tunc auferetur usus-
fructus à fisco, & ad filium pertinebit tam respectu
bonorum quorum usufructus ante delictum patris
erat quæsitus, quàm eorum, quæ filius post con-
demnationem acquisivit, siquidem de jure Regio
quocumque tempore filius exierit à potestate patris,
usufructus consolidatur cum proprietate, & pertinet
ad filium, ut diximus supra *n.* 45. *&* 46.

Deveniamus jam ad quæstionem an publicatis bo-
nis usufructuarii veniant usufructus in confiscationem,
& advertit hîc non loqui de usufructu ratione patriæ
potestatis, de quo latè dictum in præcedenti quæ-
stione, sed de usufructu relicto, vel quæsito ex
contractu; & quidem in hoc dubio videbatur di-
cendum usumfructum non venire in confiscatio-
nem, quia ut jam sæpe diximus ea tantum transeunt

in fiscum, quæ transire possunt in hæredes extraneos, & quidem fiscus succedens delinquenti, loco extra-
58 nei hæredis habetur juxta *gloss. verbo subjecta in Clem. pastoralis de re judic.* Bald. *in L.1.C. de bonis libert. n. 4. vers. ex hoc patet.* Bart. *in L. jura patronorum, ff de jure patronat.* Peregrin. *de jure fisci lib. 5. tit. 1. n. 121. vers. nono infertur*, Petr. Caball. *resolut. criminalium cas.40. n.6. & 7.* & probant. *text. in L.2. C. ad L. Jul. de vi, L. eorum ff. ad L. Jul. Majest. L.4. ff. de jure patron. gloss. in L.3. ff. de interd. & releg.* at qui usufructus cùm sit Personalis ad hæredem non transit, ergo neque ad fiscum.

Secundò quia usufructus, & ipsum jus usufruc-
59 tus non potest ab usufructuario alienari, vendi, nec cedi L. *si usufructus vers. & si extraneo ff. de jur. dot.* ibi: *Et si extraneo cedatur id est ei qui proprietatem non habebat, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprietatis reversurum usumfructum* §. *fin. inst. de usufr.* ibi, *Nam cedendo extraneo nihil agitur*: ex quibus deducunt Doctores usumfructuarium vendentem, vel cedentem ipsum usumfructum, incidere in pœnam amissionis illius, & usumfructum ad dominum proprietatis reverti per *text. in d. L. si usufructus, & in d. §. fin. gloss. in d. L. si usufructus*, Covarr. *liber. 1. variar. cap. 8. n.7.* Gregor. Lopez *in L. 24. tit. 31. p. 3. verbo derecho*, Solorzan. *de jure indiar. tom. 2. lib. cap. 14. n. 31.* plures de morte Castill. *de usufructu c.69. n.1.* & ultra eos Alphons. de Olea *de cession. jurium tit.2. q.5. n.2.* ubi aliquibus similibus comprobat *n. 3. & seqq.* Anton. Gomez *libro 2.*
60 *var. cap. 15. n. 17.* Verùm quamvis verum sit ipsum jus, & usumfructum formalem alienari, vel cedi non posse extraneo, in dubium est posse usumfructuarium cedere, & alienare commoditates usufructus, & jus percipiendi fructus pro tempore vitæ suæ; ut tradunt Anton. Gomez *d. cap. 15. n. 17.* qui ad hoc inducit *text. in L. arboribus §. usufructuarius, ff. de usufruct.* Gregor. Lopez *in L. 2. tit. 31. p. 3. verbo el derecho*, Sarmiento *lib. 3. select. cap. 9.* Molin. *lib. 1. de primog. cap.21. n.24.* Solorzan. *de jure Indiar. tom.2. lib. 2. cap. 3. n. 14. & 15.* Carleval. *de judic. lib. 1. tit. 3. disput. 20. n.6.* Cancer. *lib.3. cap.7. n.48.* D. Joseph. Vella *dissert. 31. n. 16. & seqq.* Olea *de cess. jur. tit.3. q.1. n.20. & seqq.* qui relatis dissentientibus opinionibus ita intelligendus bene censet, ut scilicet opinio quæ habet usumfructum non posse alienari, intelligatur quoad jus usufructus formalis, contraria verò procedat, ut possit alienari commoditas, & jus percipiendi fructus, quod est separatum ab ipso usufructu, Sanchez *ad precept. Decalog. 2. tom. cap. 13. à n. 11.* Giurb. *ad consuetud.*
61 *Messan. cap. 1. gloss. 2. à n. 107.* Subindeque confiscatis bonis usufructuarii, commoditas usufructus transit in fiscum, Anton. Gomez *d. cap. 15. n. 18.* Garcia *de expens. cap. 10. n. 48.* Simanch. *de Catholic. tit. 9. n. 19.* Surd. *de alim. titulo 8. privileg. 59. n. 22. & 23.* Farinac. *q. 25. n. 149.* Sanchez *in summa d. c. 1. n. 3. & 4.* Fermosin. *alleg. 15. n. 19. & 20.* Molin. *de justit. tom. 1. disput. 9. vers. ex dictis facilius*: quæ resolutio ampliatur etiam in casu quo usufructuarius gravatur restituere usumfructum post mortem, vel certum tempus, quia illo durante commoditas transit ad fiscum, Sanchez *d. cap. 16. n. 5.* Garcia *d. cap. 10. num. fin.*

Intellige resolutionem supra positam, ut procedat casu, quo delinquens commisit delictum ex quo pœ-
62 na mortis fuit imposita, neque passus est maximam, vel mediam capitis diminutionem, aliàs namque confiscabitur usufructus, seu commoditas, quia secuta dicta capitis diminutione statim usufructus consolidatur cum proprietate, & non transit in fiscum, *L. corruptionem C. de usufruct.* ubi Bald. *n. 7.* Alber. *in L. si postulaverit, §. jubet n. 5. ff. de adulter.* Sanchez *d. cap. 16. n. 7. & 8.* August. Barbos. *in d. L. corruptionem n. 13.* Aylon ad Gomez *d. lib. 2. c. 15. n. 19.*

CAPUT XXIV.

Utrum publicatis bonis filii familias confiscetur ejus peculium castrense, vel quasi?

SUMMARIUM.

1 *Peculium castrense est quidquid filius familias occasione militiæ acquisivit, sive in castris, sive extra castra; & omnia, quæ dantur proficiscentibus ad bellum tam à parentibus, quàm ab amicis.*

2 *Item hæreditas uxoris affectione militiæ marito relicta.*

Item hæreditas patruelis, alteriusve commilitonis delata commilitoni, dummodo in eadem provincia militaverint. Ibid.

3 *Non pertinent ad castrense peculium, quod relictum fuerit militi ab eo, qui non ex castris notus, cognatus, vel uxor legaverit fratri patrueli, vel amico, cum quo nunquam militavit: Neque quod pater donat filio militi reverso ex castris.*

4 *Privilegia militibus concessa fuerunt plurima ob necessitatem militaris disciplinæ.*

5 *Castrense peculium filio familias militi concessum fuit, ut illud haberet, ac si esset sui juris; ita ut pater jus aliquod in castrensi peculio non haberet.*

6 *Filius familias peculii castrensis administrationem liberam habet absque ulla patris dependentia.*

7 *Contractus super rebus castrensis peculii consistunt inter patrem, & filium.*

8 *Proponitur quæstio: An publicatis bonis filii familias ob delictum veniat castrense peculium in confiscationem? quam notabilem dicit* Cald. Pereira. *Et adeo urgentia sunt fundamenta pro affirmativa, & negativa, parte, ut qualibet communis dici possit.*

9 *Referuntur fundamenta patris affirmativæ usque ad n. 12.*

Alienationem voluntariam qui per contractum facere prohibetur, necessariam facere compellitur. Ib.

10 *Confiscatis bonis alicujus omnia bona propria delinquentis publicantur, & etiam illa, in quibus reus aliquod jus habet.*

11 *Filius familias de jure noviori habet hæredem in peculio castrensi, & jam pater illud non occupat jure peculii.*

12 *Si bona peculii castrensis non confiscarentur, illusoria maneret sententia confiscationis contra juris regulas.*

Et referuntur Doctores affirmativam partem tenentes.

13 *Fundatur negativa sententia: & n. 14.*

14 *Quando filius ab intestato decedit, occupat pater jure peculii ipsum castrense, acsi ab eo unquam fuisset profectum.*

Filius condemnatus in deportationem, vel metallum redditur intestabilis. Ibid.

15 *Referuntur Doctores, qui sustinent hanc partem negativam, cui Author accedit.*

16 *Pater occupat castrense peculium, & sibi retinet exclusis descendentibus filii.*

Hæc ampliatio non habet locum in Castella, nec in Lusitania in præjudicium descendentium filii: quia in his Regnis filius per Matrimonium exiit à patria potestate. Ib.

17 *Respon-*

17 *Respondetur ad primum fundamentum contrariæ partis.*
18 *Filius ab instanti, quo fuit condemnatus in pœna deportationis, vel metalli, capit haberi pro mortuo.*
19 *Filius familiar miles non exit à patria potestate, quamvis illius jura quoad castrense peculium sint infracta.*
Privilegia filio concessa amittit ille per maximam, vel mediam capitis diminutionem. Ibid.
20 *Filius per condemnationem amittit jus, quod in peculio habebat.*
Castrense peculium juris civilis est. Ib.
Non valet argumentum de alienatione per contractum ad alienationem per delictum. Ibid.
21 *Delinquens pœna non consentit.*
22 *Solvitur difficultas deducta ex confirmatione contrariæ sententiæ.*
Item solvitur secundum fundamentum. Ib.
23 *Convincitur responsio ad secundum fundamentum, de qua n. 22.*
24 *Proponitur alia responsio ad dictum fundamentum.*
25 *Datur vera responsio ad prædictum fundamentum.*
26 *Respondetur ad tertium fundamentum contrariæ partis: & ad* text. in Authent. de hæred. ab intest. venient. §. 1. collat. 9.
27 *Respondetur doctoribus, qui tenent decisionem* text. in L. 3. C. de bon. proscript. *fuisse correctam per dictam* Authent. de hæred. ab intest. §. 1.
28 *Lex nova, qua in parte corrigit antiquam, in alia non correcta lex antiqua habet suum vigorem.*
29 *Sententia, quando impossibile est de facto, vel de jure, quod ei non obediatur, effectum habere non potest.*
30 *Sententia non potest valere pro parte, & pro parte non.*
31 *Si libellus continet diversos articulos, qui inter se distinguuntur, valida est sententia prolata super quibusdam, licet non in omnibus articulis.*
32 *Sententia debet esse conformis libello alias non valet.*
33 *Intellige, ut regula procedat in civilibus, non in criminalibus.*
34 *Limitatur prædicta negativa sententia, quando filius familiar per condemnationem non fuit capite minutus; quia tunc pater castrense peculium non occupat.*
35 *Confiscatio quoad formam est in duplici differentia; aut enim illius pœna imponitur cum mutatione status, & capitis diminutione, aut specialiter integro manente statu condemnati.*
36 *Confiscationis pœna, quando imponitur integro manente statu personæ condemnati, peculium castrense venit in confiscatione publicatis bonis filii.*
37 *Limita secundo in filio familias, qui læsæ Majestatis crimen admisit; quia tam illius bona publicantur, quàm ipsum castrense peculium.*
38 *Refertur opinio Thom. Sanchez, qui prædictam limitationem impugnat. Sed Author sequitur communem opinionem, ut n. 39. Ubi fundamentis Thom. Sanch. satisfacit.*
39 *Ob crimen læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ confiscantur legitima filiorum propter delictum patris.*
40 *Referuntur duæ aliæ limitationes adductæ à Peregrino. Sed non approbatur ejus doctrina.*
41 *Peculium quasi castrense quid sit, & in quibus consistat.*
42 *Quasi castrense peculium proprium est filii familias, qui de eo potest disponere nulla habita ratione patriæ potestatis.*
43 *Peculium quasi castrense non venit in confiscationem publicatis bonis filii familias.*

PEculium castrense, est quidquid filius familias oc- 1
casione familiæ acquisivit L. *castrense ff. de cas-*
trensi peculio, sive in castris, sive extra castra, & om-
nia, quæ dantur proficiscenti ad bellum tam à paren-
tibus, quam ab amicis, & sunt ad militiam necessaria
Pichard. *in §. actiones sub nu. 74. & 75. institut. de*
actionib. Altaro *de offic. fiscal. gloss. 20. §. 10. n. 197.*
& 198. Fermosin. *de confiscat. alleg. 35. n. 21.* Petr.
Caball. *resolut. crimin. cas. 294. n. 347.* Immo, &
hæreditas uxoris affectione militiæ marito relicta per
text. in L. Divus ff. eodem, prout hæreditas pa-
truelis, alteriusve commilitonis delata commilitoni
L. miles filium in fine ff. de castr. peculio L. *cum al-* 2
leg. C. eodem l. 12. optimè Caball. *d. n. 347.* planè
Georg. Accacius *de privileg. militum. & militiæ l. 2.*
privileg. 23. n. 22. & seqq. dummodo patruelis, aut
alter in eadem provincia militaverint vel affectione
militiæ relinquerint, secus alias *L. dotem in fine ff. de*
castrensi peculio, etiam peregrinationis labor, com-
militium, & obeundorum munerum consortium, af-
fectioni non nihil addidisse creditur, namque vice
mutua commilitones invicem sibi cariores reddunt.
At verò si alius non ex castris notus, cognatus, vel
uxor legaverit, vel donaverit fratri patrueli, vel 3
amico cum quo nunquam militavit, relictum ad cas-
trense peculium non pertinet, sanguinis enim ratio,
non militiæ causa meritum hæreditatis accipiendæ
præbuerat *d. L. dote, L. castrense 11. L. si milite 6.*
ff. de Castr. pecul. L. 1. C. eod. Ideoque, quod pater
donat filio militi reverso, castrensis peculii non erit
L. pater 15. ff. eod. Neque etiam quod uxor, cogna-
tus, vel alius non ex castris notus legaverit, vel do-
naverit, quamvis nominatim expresserit quod relic-
tum habeat in castrensi peculio *L. si forte 8. ff. eod. tit.*
Georg. Accac. *d. privileg. 23. n. 24. 25. & 26.* Et
denique bona comparata ex rebus donatis ad militi-
am in castrensi peculio habentur L. *si mulier*, L. *si mi-*
liti, L. *pater §. servus*, L. *penult. §. 1. ff. illo tit. &*
L. *1. C. eod.*

Atque ita cum bella sint detestanda propter mala 4
quæ ex illis oriuntur, ut diximus *p. 2. cap. 26. à n.*
20. & optimè prosequitur Georg. Accac. *de privi-*
leg. milit. l. 1. cap. 1. n. cum seqq. Et tamen multo-
ties bella sint necessaria, & justa, ut diximus *d. cap.*
26. n. 25. & tradit Georg. *d. c. 1. n. 15.* Militia ho-
note, & laudibus digna est Georg. *d. cap. 1. n. 16. &*
17. & militaris disciplina necessaria, illa enim eversa
nobis omnia mala attulit, Georg. *d. cap. 1. num. 20.*
Et ea de causa, ut prædicta observetur disciplina,
privilegia militibus concessa fuere, quæ sanè maxima
pars sunt disciplinæ militaris, Georg. *d. cap. 1. n. 42.*
Et æquitate suggerente ab imperatoribus concessa
fuerunt L. *fin. §. si vero C. de re militar. l. 12.* Georg.
d. lib. 1. c. 8. n. 18.

Ideoque cum de jure communi filii familias patriæ
potestati subjecti essent, & quidquid acquirerunt pa- 5
rentibus acquireretur *L. placet ff. de aquir. hæred. §.*
1. Instit. per quas personas, L. si. emancipatis 17 C.
de donation. privilegium illis concessum fuit, ut mi-
litantibus peculium castrense ita acquireretur, ut cir-
ca illud sui juris esse viderentur *L. 1. in fin.* L. *2. ff.*
ad S. C. Macedon. L. *ult. in fin. C. eod.* L. *errat. 3.* L.
C. de castr. pecul. L. *6. §. ultim. ff. de injust. rupt.* Et
tale peculium proprium est filii familias, ita ut patri
in illo jus aliquando non quæratur, neque usufructus
L. *3. §. si autem 10. de minorib. d. L. errat C. de*
castr. pecul. lib. 12. L. *cum oportet. vers. exceptis Cod.*
de bon. quæ lib. Ac proinde filius liberam habet ad-
ministrationem peculii castrensis, quod absque patris 6
licentia potest alienare, & obligare *L. 2. C. de castr.*

pecul. L. filins familias 7. §. *nlt. ff. de donat.* Immò
licet filius familias, & pater sint una persona, tamen
in castrensi peculio duo considerantur patres familia-
rum, & inter eos controctus super rebus castrensis
7 peculii beue consistunt, ita horum bonorum valeat
emptio inter patrem, & filium *L. 2. ff. de contra empt.*
Georg. Accac. *d. privileg.* 23. *n.* 8. Anton. Hering. *de
fidejussor cap.* 6. *n.* 82. & 83. ubi quod etiam potest
intervenire fidejussor inter patrem, & filium pro con-
tractu inter eos gesto super dictis bonis castrensibus,
de quibus filius disponere potest tam inter vivos.
quàm per testamentum, vel aliam ultimam volunta-
tem, ut alibi diximus.

Quibus ita positis subintrat quæstio, An scilicet
8 confiscatis bonis filii familias veniat in confiscationem
castrense, peculium? Quam notabilem dicit Cald.
Pereir. *in L. curatorem, verb. lasis n.* 112. *C. de in in-
tegr. restitut.* & in ea dissentientes adeo habemus
DD. ut tam affirmativa, quàm negativa opinio, pos-
sit dici communis, & qualibet earum probabilis, ut
post Dian. dicit Fermosin. *de confiscat. alleg.* 35. *n.*
21. Pro affirmativa faciunt sequentia fundamenta.
Primò, quod filius contrahendo potest peculium ca-
strense alienare, quia in eo habet integrum domi-
nium, & liberrimam administrationem, & respectu
illius pro patre familias habetur, ut diximus supra, &
probat *text. in L. cum oportet vers. exceptis ff. de bon.
qua liber.* Sed ille qui potest alienare contrahendo,
etiam delinquendo alienare valet: Ergo filius fami-
lias castrense peculium alienare potest, & in fiscum
transferre delinquendo. Filius namque dum delin-
quit censetur quasi contrahere cum fisco, argum. *text.
in L. Imperatores* 34. *ff. de jur. fisc.* ad illa verba, ibi:
Ipse te huic pœna subdidisti.

In confirmationem hujus fundamenti non parum
9 facit, quod ille, qui voluntariam alienationem per
contractum facere prohibetur, necessariam alienatio-
nem facere compellitur juxta *text. in* 6. *peto* 71. §.
pradinm ff. de legat. 2. *L.* 3. §. 1. *vers. hac enim obli-
gationes ff. de reb. eorum*, optimè Melch. de Valent.
lib. 3. *Illustr. tract.* 2. *de legat* 1. *cap. fin. à n.* 1. Er-
go multo magis necessarium alienationem facere po-
terit qui voluntariam facere valebat; subindeque
filius familias per necesse, hoc est delinquendo, ca-
strense peculium alienare poterit, ad fiscum trans-
ferre, siquidem illud voluntariè contrahendo alie-
nandi habet facultatem.

Secundò facit illud juris principium, quod con-
fiscatis bonis alicujus, omnia illius bona propria pu-
10 blicantur, & confiscata censentur, etiam illa bona
in quibus reus condemnatus aliquod jus habebat sal-
tem quoad ipsum jus L. *si postulaverit* 27. §. *jubet lex*
11. *ff. ad leg. Jul. de adulter.* L. *deportatorum* 8. *C.
de pæn.* L. *si ademptis* 5. *Cod. de sentent. pass. & re-
stit.* L. 1. *in princip. C. de bon. damnator.* L. *ult. C. eod.*
L. *Statuit Florus* 48. §. *Cornelio Felici ff. de jur. fisc.*
ibi: *& omnia bona mulieris occuparentur.* Atqui pe-
culium castrense proprium est filii juxta *text. in d. L.*
2. *ff. ad Macedon. L. C. de castr. pecul. d. L cum opor-
tet vers. exceptis C. de bon. qua liber.* Ergo in con-
fiscationem venire debet

11 Tertio facit, quod de jure noviori filius familias
ab intestato decedens hæredem habet in peculio ca-
strensi, & jam pater illud non occupat jure peculii,
sed in eo succedere potest, ut verus hæres juxta *text.
in Auth. de hared. ab intest. venient.* §. 1. *collat.* 9.
Unde videtur cessare dispositio *text. in L.* 3. *Cod. de
bon. proscript.* In qua contrariæ partis fundamentum
principale consistit: namque cum fiscus in loco hæ-
redis succedat juxta *text. in L. in pari causa* 128. §.
1. *ff. de reg. jur.* ubi Gotofred. *litt. C.* Ad fiscum tan-
quam hæredem filii familias confiscari deferendum
est illius peculium castrense.

Denique facit pro hac parte, quod si peculium 12
castrense non transiret ad fiscum, illusoria, & sine ef-
fectu aliquo maneret sententia, qua filii familias bo-
na confiscantur, cum alia bona filii non habeant quæ
in confiscationem possint venire: legitima namque,
& peculium profectitium, nec non adventitium,
non publicantur per ea quæ diximus capite præce-
denti *n.* 9. & 12. Et ita ex his fundamentis peculium
castrense publicari tenent Anton. Gomez *lib.* 2. *var.
c.* 15. *n.* 13. *vers. sed his non obstantibus*, Menoch.
cons. 1158. Paschal. *de virib. patr. potest. p.* 1. *c.* 3.
n. 36. plures refert, Peregrin. *de jure fisc. lib.* 5. *tit.*
1. *n.* 130. Roman. Crot. Simanch. & alii laudati à
Sanch. *ad pracept. Decalog. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 3. Fari-
nac. *de delict. & pæn. q.* 24. *n.* 11. Fermosin. qui plu-
res laudat *d. allegat.* 35. *n.* 20. Cald. qui tenaciter
hanc partem tuetur *in d. L. si curatorem verb. legis
n.* 112. *vers. sed in oppositum*, Azeved. *in L.* 1. *n.* 110.
tit. 5. *lib.* 8. *recopilat.* Castro Palao *in oper. moral.
tom.* 1. *tract.* 4. *disp.* 5. *punct.* 10. *n.* 23.

Contraria tamen sententia, quæ habet publicatis 13
bonis filii familias non confiscari ejus peculium ca-
strense, sed remanere apud patrem, verior est, &
receptior. Et probatur primo ex *L. si filius* 3. *Cod.
de bon. proscriptor.* cujus hæc sunt verba: *Si filius
tuus cum esset in potestate in Insulam deportari me-
ruit, peculium ejus, neque quod in castris, acquisivit,
vel quod ei militaturo donasti auferri tibi debet.* Ec-
ce quod in specie illius textus filius familias propter
delictum deportatus fuit, & per consequens confisca-
tione bonorum punitus (deportati namque omnia bo-
na amittunt ex *text. in L.* 2. *L. de bon.* 6. *C. de bon. pros-
cript.* cum vulgatis.) Et tamen decidit Imperator
non confiscari peculium castrense, immo apud pa-
trem remanere.

Secundum hujus partis fundamentum est; quod 14
quando filius ab intestato decessit, peculium castrense
devolvitur ad patrem, qui illud occupat jure pecu-
lii, ac si ab eo numquam fuisset profectum juxta *text.
in L.* 2. *L. pater* 14. *L. proponebatur* 9. *ff. de castrensi pe-
culio L. pen. C. eodem lib.* 12. & facit *text. in L.* 3. §. *Pro-
ponimus* 9. *ff. de minorib. principio Instit. quib. non est
permiss. facere testam. vers. si vero intestati*, L. *filius
familias* 18. *ff. ad L. Falcid.* Valentia *illustrium lib.* 1.
tractatu 3. *cap.* 3. *n.* 1. Plane filius in deportationem,
vel in metallum damnatus intestabilis redditur juxta
text. in L. ejus qui 8. §. 1. *ff. de testam.* & pro mortuo ha-
betur L. *verum* 63. §. *fin. ff. pro socio* L. 4. §. *si deportatus
ff. de bonis libert.* Anton. Faber. *in jurisprudentia tit.*
11. *principio* 3. & *tit* 16. *princip.* 1. *illatione* 12. Cujac.
lib. 3. *observat. cap.* 10. Amaya *lib.* 1. *observat. cap.* 11. *n.*
4. Ergo etiam quando filius familias deportatus est ad
patrem, non ad fiscum deferendum est castrense pecu-
lium, siquidem censurà juris pro mortuo reputatur.

Propter quæ, & alia fundamenta hanc partem am- 15
plecti libet, quam ultra antiquiores substituerunt
Roder. Suarez *in L. post rem judicatam ff. de re judi-
cata notab.* 3. *vers. sed in cast. pecul.* Peregrin. *de jure
fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 130. Farinac. *in praxi q.* 24. *n.* 11. ubi
plures refert, & Jul. Clar. §. *fin. q.* 78. *n.* 57. *vers.
quaro etiam*, Covarr. *lib.* 2. *var. cap.* 8. *n.* 7. Fachin.
lib. 9. *controvers. cap.* 49. & alii quos refert Cald. *in
d. verbo lasis n.* 122. licet ipse contrarium sequatur
Sanchez *ad pracept. Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 15.
ubi *n.* 4. pro hac opinione allegat quinquaginta DD.
Fermosin. qui alios citat *d. allegat.* 35. *à n.* 19.
Mendez à Castro *in* L. *cum oportet n.* 84. *Cod. de
bonis qua liberis*, Guazin. *de confiscat. conclus.* 13.
limit. 27. *n.* 113. & *seqq.* Seraphin. Massin *eodem tract.
q.* 27. *n.* 2. Andr. Gail. *de pace publica cap.* 13. *n.* 37.
lib. 2. Menoch. *de recuperand. remed.* 9. *n.* 69. &
70. Castro Palao 1. *tom. disput.* 5. *tractatu* 4. *punct.* 10.
n. 20. Sixtin. *de Regalib. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 57. quam
senten-

ſententiam etiam ſequutus fuit filius meus Doctor Salvator Taborda Portugal Juris civilis profeſſor in alma Univerſitate Conimbricenſi dum Cathedram trium librorum Codicis moderaretur, in relectione ad tit. *C. de. Caſtrenſi peculio lib.* 12.

16 Quæ reſolutio procedit etiamſi filius habeat deſcendentes, quia illis excluſis pater occupat, & ſibi retinet caſtrenſe peculium, ut per Bald. *in d. L.* 3. *Cod. de bonis proſcriptor*. ſequitur Alex. *in d. L. ſi finita §. ſi vectigalibus n.* 49. *verſ. adde quod gloſſ.* Peregrin. *d. tit.* 1. *n.*330. *verſ. ampliatur*, Sanchez *d. cap.* 15. *n.* 5. Guazin. *d. limit.* 27. *num.* 3. Sed ampliatio in Caſtella, & Luſitania non poteſt locum habere caſu, quod filius uxoratus condemnatus fuit ob delictum, habens filios legitimos, quia cum in his Regnis, filius per contractum matrimonii exeat à patria poteſtate, ut probat apud Nos *Ordin. lib.* 1. *tit.* 87. & in Caſtella *l.* 47. *Tauri & L.* 8. *&* 9. *tit.* 1. *lib.* 5. *recopilat.* non poterit pater caſtrenſe peculium occupare, ut bene adverrit Caſtro Palao *d. punct.* 10. *n.*22. cum jam peculium caſtrenſe deſinat eſſe peculium, & patrimonium ſit factum.

Itaque retenta hac poſteriori negativa ſententia
17 non turbant fundamenta pro contraria adducta. Non primum, quia reſpondetur quod licet à jure filio conceſſa ſit in peculio caſtrenſi libera adminiſtratio, & poteſtas diſponendi, immo, & alienandi, non ideo tamen illa poteſtas extendi debet ad doloſam alienationem per delictum, argum. *in L. creditor* 60. §. *Lucius ff. mandati*, ita Farinac. *d. q.* 24. *num.* 13. Vel melius reſpondetur ideo filium familias delinquendo non poſſe peculium caſtrenſe alie-
18 nare, & in fiſcum transferre, quamvis voluntariè poſſit, quia cum ex illo inſtanti, quod in pæna deportationis, vel metalli condemnatus fuit cæpit haberi pro mortuo juxta *d. L. verum* 63. §. *ult. ff. pro ſocio*, L 1. §. *fin. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab.* eomet inſtanti patri defertur peculium caſtrenſe, illudque occupat tanquam ſi ab eo nunquam fuiſſet profectum L. 2. *de caſtrenſi peculio*, cum adductis ſupra; ergo ipſa ſententia deportationis, vel damnationis in metallum, per quam fiſcus quærebat peculium caſtrenſe, illud patri tradit, ſiquidem facit filium pro mortuo reputari. & pater filii tanquam mortui ſine teſtamento occupat peculium ex *d. L.* 2. *ff. de caſtrenſ. peculio.* Hujuſmodi reſponſionis ratio in eo poſita eſt, quod filius familias miles in ſacris paternis extitit, quamvis jura patriæ poteſtatis quoad caſtrenſe peculium ſint infracta per conſtitutiones, quæ reſpect. d. peculii tot privilegia conceſſerunt argum.
19 *text. in L. Imperator* 58. *ff. ad Trebell.* Anton. Faber *in rationali ad L.* 4. *verſ. niſi ff. de judic.* Sunt autem prædicta privilegia obices, & impedimenta jurium, & effectuum patris poteſtatis, ac ſi illam ſuſpenderent. Cæterùm filius capite minutus per maximam, vel mediam capitis diminutionem dicta privilegia amovit, ut obſervant Fachineus *lib.* 9. *cap.* 47. Fermoſin. *d. allegat.* 35. *n.* 11. Cujac. *in recitatione ad tit. C. de bonis damnator.* Ergo ſublato obice, ſeu impedimento privilegiorum, patria poteſtas antea ſuſpenſa ſuos operatur effectus, & ita pater ocupat peculium caſtrenſe jure ſuo, & non patitur quod filius jam privilegiis privatus ob capitis diminutionem alienare valeat caſtrenſe peculium, neque in fiſcum transferre.

Unde etiam non obſtat filium delinquendo intelligi quaſi contrahere cum fiſco. Reſpondetur namque illum quaſi contractum non poſſe operari quod peculium per publicationem bonorum in fiſcum alienetur, ſiquidem effectus publicationis confertur in tempus, quo jam filius familias peculii caſtrenſis dominus non eſt cum per dictam ſententiam, qua in deportionem, vel in metallum fuit, damnatus, neceſ-

ſario amiſit jus, quod in peculio habebat, & pecu 20
lium deſiit eſſe peculium, ut dictum manet, & probatur ex eo. quod caſtrenſe peculium juris civilis eſt, ut patet ex *toto titulo*, *ff. & C. de caſtrenſi peculio* L. 2. *ff. ad Macedonian. L. enim oportet. verſ. exceptis de bonis quæ liber.* Filius autem deportatus, vel in metallum damnatus, incapax, & inhabilis efficitur ad omnia, quæ ſunt juris civilis *L. ſunt quidem* 17. *ff. de pænis*, L. 1. *Cod. de hæred. inſtit. L. ſi deportati* 7. *ff. de leg.* 3. atque ita manet incapax ad retinendum peculium, vel alienandum, licet delinquendo cum fiſco quaſi contraxiſſet. Deinde non valet argumentum de alienatione per contractum ad alienationem per delictum, nam ut ait Sanchez *d. cap.* 15. *n.* 4. non omnis; qui poteſt alienare ex
contractu, poteſt ex delicto, ut conſtat in viro qui 21
omnia lucra conſtante matrimonio poteſt alienare ex contractu, & tamen ex delicto ſuam tantũ patrem. Et rurſus quia non eſt verum eum, qui delinquit, pœnæ conſentire L. 4. *ff. de oblig. & action.* is enim qui delinquit verè vult delinquere, non autẽ pœnam pati, ut ex Ariſtotele dixit Balduinus *in §. fin. inſtit. de verb. obligat.* Amaya *lib.* 1. *obſerv. cap.* 11. *n.* 13. Neque contrarium probant verba *text. in d. L. Imperatores*, quia is qui delinquit ipſe ſe pœna ſubdidit non conſentiendo, ſed delinquendo, & magis facto, quàm conſenſu L. 3. *in principio ff. quod vi aut clam.* ibi: *Ergo facto magis tui delinquentis, quam alieno acquiritur mihi actio.* Covar. *in cap. alma mater* 1. *p.* §. 10. *n.* 10. *& ſeqq.* Pinel. *in auth. niſi triennale n.* 35. *C. d. bonis matern.* eleganter Amaya *d. c.* 12. *n.* 14.

Neque replicari poteſt ex confirmatione primæ
difficultatis deducta ex *L. peto* §. *prædium ff. de le-* 22
gat. 2. *L.* 3. §. 1. *verb. hæ enim obligationes ff. de reb. eorum*, quatenus probant neceſſariam alienationem compelli facere illum, qui voluntariam facere non poterat, unde videbatur dicendum multo magis poſſe filium delinquendo neceſſario peculium in fiſcum alienare. Siquidem illud voluntarie alienare valet. Reſpondetur enim argumentum non procedere noſtro in caſu: quamvis enim confiſcatio ſit neceſſaria alienatio, attamen filius compelli nequit talem facere alienationem, niſi quandiu eſt dominus, vel habet jus in bonis, quæ neceſſariò alienantur, nullo autem modo publicari poſſunt bona, in quibus jus non habet *L. non poſſunt* 11. *ff. de jure fiſci.* Unde cum filius per capitis diminutionem deſiſſet eſſe dominus peculii caſtrenſis, & pro mortuo habeatur, jam non poteſt confiſcari peculium, quod non habet, & in quo amiſit jus omne, quod habebat.

Minus urget ſecundum fundamentum contrariæ partis, cui reſpondent DD. communiter, quod licèt publicatis alicujus bonis ad fiſcum veniat omnia bona propria illius; attamen prædicta regula ſolum procedit in bonis jure communi poſſeſſis, quæ quidem fiſco acquiruntur facta confiſcatione; non verò locum confiſcatio in illis bonis, quæ damnato pertinebant ſpeciali jure hæc namq; facta confiſcatione non veniunt ad fiſcum, non comprehenduntur in confiſcatione; unde cum bona caſtrenſis peculii jure ſpeciali ſint filii familias, ad fiſcum non pervenire docent Peregrin. *d. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 230. Farinac. *d. q.* 24. *n.* 13. Roder. Suarez *in d. L. poſt rem judicatam notab.* 13. qui teſtatur ita communiter obſervari, & alios refert Fermoſin. *d. alleg.* 35. *n.*26.

Verum hæc reſponſio non tollit difficultatem, & 23
convincitur primo, quia quamvis ſupra poſita Doctrina tanquam certa à Doctoribus recepta ſit, non video quod aliquo textu probetur, & ſic ſecuta non eſt. Secundò quia ut dixit Alfaro *de offic. fiſcal. gl.* 20. §. 10. *n.* 209. hodie non poteſt dici filium familias poſſidere caſtrenſe peculium jure ſpeciali, & ex privilegio, cum in corpore juris tot legibus ſit inſer-

tum sequitur Fermosin. *supra n.* 26. Tertiò convincitur quia si illa doctrina vera foret, non confiscaretur peculium castrense, quando hæc confiscationis pæna filio familias imponitur, quin ille capitis diminutionem maximam, vel mediam patiatur: immo tali casu penes eundem filium remanerent; sed hoc est falsum, ut demonstrabimus infra in prima limitatione hujus conclusionis: Ergo talis solutio, & responsio substineri nequit.

Secundo loco pro argumenti solutione dicendum
24 existimarunt, Farin. *d. q.*24.*n.*13. Covarr. *lib.*2.*variar.cap.*8.*n.*7. Sanch.*d.c.*15.*n.*4. Jul. Clar. *d. q.*78. *nu.* 13. & alii cum quibus Fermosin. *d. allegat.* 35. *num.* 29. quod licet in confiscatione bonorum ob delictum filii deberet includi peculium castrense, ut pote proprium ipsius filii, attamen relinquitur patri in solatium patriæ potestatis, ne afflicto ob deportationem filii alia addatur afflicto auferendo ab eo bona filii, argum *text. in L. jure succursum* 6. *ff. de jur. dot.* Sed adhuc ista solutio plenè non satisfacit, quoniam illius quærimus rationem, quare scilicet relinquitur parenti in solatium patriæ potestatis hujusmodi peculium castrense, quod tanquam proprium filii debebat in confiscationem venire.

25 Quare pro vera hujusmodi difficultatis solutione, dicendum existimo, quod quamvis peculium castrense sit proprium filii familias, & licet in eo pater jus non habeat, non ideo tamen pater destitutus est spe occupandi tale peculium, si filius ab intestato decedat: non enim adeo sunt infracta jura patriæ potestatis per obices, & impedimenta privilegiorum, quæ filio familias in castrensibus bonis sunt concessa, ut pater ex L.2. *ff. castr. pecul. & ex L.* 3. *C. de bon. proscript.* Unde cum filii confiscatio non debeat tollere jus parentis, quod etiam verificatur, quando filius damnatur in metallum, vel deportationem, siquidem tunc pro mortuo ab intestato reputatur ex *d. L. verum* §. *fin. ff. pro socio.* Merito peculium castrense non comprehenditur in publicatione bonorum filii deportati, vel in metallum damnati.

Ad tertium deductum ex *Auth. de bæred.ab intest.*
26 *venientibus* §. 1. *collat.* 9. Respondetur, quod ex eo quod noviori jure filius familias etiam ab intestato habeat hæredem in peculio castrensi, non bene infertur fiscum illi deportato tanquam hæredem succedere posse. Est namque inepta consequentia, habet hæredem ab intestato in peculio: ergo peculium confiscari valet, ut relatis Bald. & Salicet. tradit Suar. *d.L. post rem judicatam notabil.* 13. ubi alio plures adducit. Deinde, quia ut ait Sanchez *d. cap.*15. *n.*4. ratio ex qua *in L.*3. *C. de bon. proscript.* disponitur, peculium castrense apud patrem remanere, quando filii bona confiscantur, non fuit, eo quod filius familias in hoc peculio non haberet ab intestato hæredem, siquidem etiam filius familias noviori jure in peculio adventitio habet hæredem ab intestato juxta *text. in L.*3. *C. de bon. quæ liber. Auth.defuncto Cod. ad Tertyl.* Et tamen peculium adventitium non venit in confiscationem per *text. in L. fin.* §. *filius autem C. de bon. quæ liber.* & diximus supra *cap.* 23. *n.* 11. *& seqq.* oltra ibi relatos tradunt Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 15. *n.* 12. Roderic. Suar. *d. notab.* 13. Fachin. *lib.*9. *controv. capite* 74. Ergo ex eo, quod filius familias in peculio castrensi habeat hæredem ab intestato, ut probatur ex *d. Auth. de bæred.ab intestat.* §.1. & ex eo quod fiscus potest succedere, ut hæres *L.* 2. *C. ad leg. Jul. de vi.* non potest firmari peculium castrense ad fiscum spectare, quando filius pæna deportationis, vel metalli pro mortuo judicatur. Denique non terret opinio illorum, qui affirmant decisionem, *textus in d.L.*3. *Cod. de bon.prof-*
27 *criptor.* habuisse locum attento jure antiquo, & inspecto tempore, quo pater jure suo occupabat peculium castrense filii sine testamento demortui, & nunc esse correctam per *text. in d. Auth.de bæred. ab intestat. venientib.* Quoniam respondemus, quod & si per novissimum jus Authenticorum circa successionem bonorum filii familias plura sint immutata, attamen decisio *textus in d. L.* 3. *Cod. de bon. proscriptor.* incorrecta mansit, quia neque in dicto Authentico, neque in alia novissimi juris parte circa confiscationem peculii castrensis dicitur contrarium ejus, quod dispositum fuit *in d. L.* 3. & sic illud ejus incorrectum mansit. Neque est mirum, quod leges antiquiores loquentes de successione bonorum filii familias sint correctæ per jura novissima, in eo quod pater peculium castrense filii decedentis sine testamento non occupet jure suo, & sit declaratum, quod in eo pater succedat, ut hæres, quin aliquid sit correctum, spectans ad casum quo agitur de confiscatione peculii castrensis: nec est novum, quod leges antiquæ in aliqua parte sint correctæ per novas constitutiones, & in alia parte suum vigorem retineant, ut col- 28
ligitur ex dispositione *text. in Auth. litigiosa C.de litigios.* in qua ad incurrendum vitium litigiosi in parte tantum, & non in totum, jus vetus correctum fuit, quod aliis in locis observasse testatur Cujacius *observat. lib.*6. *cap.* 11. Fachin. *lib.* 6. *controvers. cap.* 8. *circa fin.* & ad propositum *lib.* 9. *cap.* 49. *ego priorem*, Covarr. 2. *variar. cap.*8. *n.*7. Clar.*lib.*5.*q.*78. *vers. quæro etiam quid in peculio castrensi*, post alios Fermosin.*d. alleg.* 35. *n.* 22.

Denique non turbat ultimum contrariæ partis fun- 29
damentum, cui respondeo: quod licet sententia non debeat sine effectu remanere, nec magistratuum imperium (in quo jus publicum consistit, ut probat *text. in L.*1. § *hujus studii ff. de just. & jure*, inane, & elusorium sit *L. si prætor* 75. *ff. de judic. L. fin. ff. nequid in loco publico*, L.2. *C. de sentent. & interlocut.* exornat eleganter Melch. de Valent. *illust.lib.*2. *tract.* 2. *cap.*5. Attamen quando impossibile est, vel de facto, vel de jure, quod sententiæ obediatur, effectum non potest habere sententia; neque ex hoc dici valet elusorium manere imperium judicantis; etenim sufficit ad rei judicatæ authoritatem, quod producat suos effectus ubi possibile est *text. in L. fin. ff. quæ sentent. sine apellat.rescind.* Unde cum sit impossibile de jure, quod peculium castrense auferatur patri, quando filius propter capitis diminutionem maximam, vel mediam pro mortuo reputatur ex dictis supra, nil mirum quod sententia, qua filius in deportationem, vel in metallum damnatur, & explicitè, vel implicitè in bonorum publicatione, non sortiatur effectum quoad confiscationem. Neque huic responsioni replicari potest, ex eo quod senten- 30
tia non potest pro parte, & pro parte non juxta *text. in L. hæredes* 25. §. *Judex L. in hoc judicio* 27. *ff. famil. ercifcund. L. qui tamen* 21. *L. Labeo* 25. *ff. d. recept. arbitr.* Surd. qui plures laudat *decis.* 74. *n.*9. Gratian. *c.* 808. *n.*1. & *c.*162. *n.*18. & 20. Posth. *de manut. observat.*12. *n.*93. & 94. Valent *Illustr. d. c.* 5. *n.*6. Quantum ex doctrina ejusdem Valent. *ibid. n.* 7. colligi potest hujus objectionis solutio, pro qua 31
agnoscenda scire oportet, quod quando libellus plures continet articulos, qui inter se distinguntur, ita ut sententia possit in singulis separatim suum producere effectum, valida est, & jure consistit: quamvis non in omnibus articulis, sed in quibusdam prolata fuisset *L. si filia* 20. §. *familiæ* L. *quadam mulier* 41. *ff. famil. ercifcund.* bonus text. *in L. etiam* 29. §. *ex causa*, *ff. de minorib.* Anton. Faber *in rational. ad text. in d L. qui tamen* 21. *de recept. arbitr. & in d. L. in hoc judicio* 27. *ff. famil. ercisc.* ubi etiam Cujac. *lib.* 23. *Paul. ad edict.*

Nec obstat vulgare dicterium ex L. *ut fundus* 18. *ff.* 32
commun. dividund. L. *fin. C. de fideicommiss. liberat.*

Ordin.

lil. 3. tit. 63. in princip. & tit. 66. §. 1. de quo Valent lib. 2. illustr. tract. 2. c. 3. per totum Anton. Fab. de error. pragmat. decad. 85. error 1. Pinel. in L. 2. C. de rescind. vendit. p. 3. c. 3. n. 12. Fachin. lib. 11. contr. c. 17. nempe sententiam debere esse conformem libello, aliter non valituram. Tamen hæc regula potius practicari debet in sententiis, quæ decidunt controversias, & lites civilitet intestatas; in quibus Judex sententiam proferre potest de eo solo, quod iu judicio est petitum d. L. ut fundus L. non potest. 23. L.
33 non quemadmodum 35. ff. de judic. Ordin. Regia ubi supra, quam in sententiis quibus criminaliter puniuntur delinquentes, quoniam in criminalibus non requiritur, quod sententia sit confurmis libello L. quid ergo §. pæna gravior ff. de his qui notantur infamia, exornat Anton. Gomez lib. 3. variar. c. 1. n. 39. vers. & confirmatur ratione. Immò si plures pænæ pro delicto à lege, vel legibus sint impositæ, potest Judex in sententia pæuam eligere, optimè Gomez d. n. 39. ubi Joann. de Aylon plures laudat, ita ut si Judex semel unam pænam elegit, quam delinquenti imposuit, variare non possit, Bald. in L. data opera Cod. de accusation. Bertachin. in suo repertor. verb. pæna alteratur, Gratian. regul. 480. per tot. Itaque si plura delicta in diversis articulis libelli deducuntur, & Judex imponit pænam, respectu unius, sententia suum effectum producere potest, & respectu alterius non. Nec ideo poterit sententia nulla dici iu tali casu, & valere pro parte, & pro parte non valere; Tunc enim tot sententiæ censeri debent, quod sunt pænæ prolatæ in ipsa sententia, si tales pænæ sunt inter se distinctæ: prout in civilibus tot sententiæ reputantur, quot sunt articuli in eodem libello propositi, si inter se sunt distincti d. L. etiam 29. §. 1. Valent. d. lib. 2. tract. 2. c. 5. n. 7. Cevall. commun. contra communes q. 60. n. 12. Gratian. c. 162. n. 24. Hieron. Leo dec. 25. n. 6. Unde cum pæna deportationis, vel metalli realiter distinguatur à confiscationis pæna, siquidem una respicit corpus, alia bona delinquentium, nihil officit, quod sententia quæ filium familias condemnat ad deportationem, vel ad metallum, valet in deportatione, non verò in confiscatione bonorum si bona auferri non valeant à fisco, prout peculium castrense.

His responsionibus ita à nemine præstitis eliduntur fundamenta contrariæ opinionis, & firmior elucet sententia, quam sequimur, dum habet non confiscari peculium castrense, quando filii familias bona ob delictum ipsius per Judicis sententiam publicantur. Sed adhuc sine limitationibus non procedit; quia
34 duobus in casibus propter delictum filii peculium castrense confiscatur, & non remanet penes patrem. Primus est, quando filio familias habenti castrense peculium confiscationis pœna imponitur absque mutatione status, & absque capitis diminutione media, vel maxima: quia tunc cum filius familias pro mortuo non reputetur, illius peculium castrense pater occupare non potest jure proprio patris per text. in L. 2. L. proponebatur 9. ff. de castr. pecul. Pro cujus resolutionis intelligentia, & ut perfectè intelligatur, supponendum est confiscationem esse in duplici differentia
35 quoad formam, qui imponitur; aut enim imponitur cum status mutatione, & capitis diminutione media, vel maxima juxta text. in L. cum qui 8. §. 1. ff. de testam. L. deportatorum 8. C. de pœn. Quo casu filius pro mortuo habetur per text. in d. L. verum 63. §. ultim. ff. pro socio L. 4. §. si deportatus de bon. libertor. cum supra adductis: aut specialiter imponitur confiscationis pœna, integra remanente persona condemnati absque ulla status mutatione, prout multoties evenit, juxta text. in L. relegati 4. ff. de interdict. & relegat. L. deportatorum 7. C. de pœn. bonus text. in L. incest. Cod. de incest. nupt. L. 3. C. si pendent. appellat. L. fin. Cod. si reus, vel accusator mortuus fuerit L. si fundus 33. ff. locati L. cum ratio §. fin. ff. de bon. damnator. optime D. Franc. de Amaya in L. 1. C. de pœn. fiscal. lib. 10 n. 27. & docuit insignis præceptor primarius, & emeritus Martialis Casasado Jacome in manuscriptis ad text. in L. 1. vers. fideicommiss. relinquere ff. de legat. 3. Et plura exempla videre potes in pluribus casibus Regiæ Ordinationis, quos sigillatim enumeravimus supra cap. 22. n. 23. & 24. quibus in locis Ordinatio pœnam confiscationis imponit in- 36
tegro manente statu personæ delinquentis. Unde quando confiscatio sic specialiter fit absque capitis diminutione, & hæc pœna filio familias imponitur, ejus peculium castrense confiscatur, cùm enim tali casu non habeatur pro mortuo, pater jure peculii illud occupare nequit, quam limitationem agnoscunt Peregrin. lib. 1. tit. 5. n. 130. vers. limita secundò, ubi alios refert, & Bald. in L. si filius ff. de his qui sunt sui: Et eam amplectitur Roderic. Suar. in d. L. post rem judicat. notab. 13. n. 3. ubi allegat Alexandr. in L. si finita §. de vectigal. col 24. qui dicit se ab alio hoc non reperire scriptum, & esse diligentissimè, & singulariter notandum pro limitatione text. in d. L. 3. C. de bon. damnat. 37

Secundus casus, quo peculium castrense publicatur, est, quando filius crimen læsæ Majestatis perpetravit, quia tunc committenti, seu patranti tantum delictum, & tam horribile scelus nulla bona quocumque jure possessa reservantur, immo, & quæ ad illius liberos erant perventura, publicantur juxta text. in L. quisquis Cod. ad leg. Jul. Majestat. L. fin. ff. eodem L. ex judiciorum 20. ff. de accusation. Auth. bona damnatorum in fin. C. de bon. proscriptor. cap. si quis cum militibus 6. q. 1. Ordinat. lib. 5. tit. 6. §. 9. & 10. Immò bona committentium tale crimen ad regalia jura pertinent Ordinat. lib. 2. tit. 26. §. 21. Quam limitationem amplexuntur Gig. de crimin. læs. Majestatis. de pœn. commit. q. 1. n. 6. & q. 12. in fin. Peregrin. de jur. fisc. libro 5. tit. 1. n. 130. vers. limita primo, Farinac. d. q. 24. n. 14. Sixtin. de Regalib. lib. 2. cap. 12. n. 60. Guazin. de confiscat. conclus. 13. limitat. 27. n. 4. Massin. eod. tract. q. 27. n. 1. Octavian. Cacheran. decis. 94. Fachin. lib. 9. cap. 49. in fin. Fermosin. d. allegat. 35. n. 19. 20. & 21. & allegat. 20. n. 22. Alfar. de offic. fiscal. gloss. 20. §. 10. n. 209. & duobus seqq.

Verum P. Sanch. ad præcept. Decal. libro 2. c. 5. 38
in fin. ab hac limitatione recedit, asserens in hoc casu peculium castrense non publicari, tutus ea consideratione, quod etiam quando ob læsæ Majestatis crimen filius condemnatur, patitur capitis diminutionem maximam, vel mediam, unde cum pro mortuo habeatur, peculium castrense non venit in confiscationem, sed remanet penes patrem, juxta superius tradita. Et etiam pro confirmatione hujus opinionis potest adduci, quod statuta, & dispositiones imponentes bonorum confiscationem, tanquam pœnales, strictissimè sunt intelligeedæ, ut minus lædat jus commune cap. odia de reg. jur. in 6. Amaya in d. L. 1. n. 41. C. de pœn. fiscal lib. 10. Fermosin. d. allegat. 20. n. 21.

Attamen à doctrina à Sanchez in hac parte recedere debemus, & affirmare peculium castrense, confiscari ob crimen læsæ Majestatis Divinæ, vel humanæ, sine eo quod obstent illius fundamenta. Respondetur enim, quod licet filius condemnatus ob crimen læsæ Majestatis patiatur capitis diminutionem, quæ eum facit reputari pro mortuo, & occasionem præstat, ut pater occupet peculium castrense: & iterum quamvis confiscatio utpote odiosa restringi debeat, tamen ob hujusmodi crimen fisco defertur castrense peculium, non patri, ut tenent communiter scribentes. Ratio est, quia in punitione supplicii tam horrendi criminis læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ, tam sacri Canones, quàm leges juris civilis 39

vilis merito voluerunt non restringere, sed prorogare pœnas adeo, ut etiam confiscentur legitimæ filiorum hæretici, vel proditoris *cap. cum secundum leges de haret. in 6. L. quisquis §. 1. C. ad leg. Jul. Majestat. Ordinat. d. lib. 5. tit. 6. §. 9.* Quam legitima de jure naturali filio debeatur, saltem in ea parte, quæ necessaria est ad alimenta, ut pluribus relatis docet Valent. *illustr. lib. 3. tract. de fuor. hered. jur. cap. 1. à princip. & n. 11.* Qua ratione filii creditores sunt legitimarum in vita patris, Amaya *in d. L. 1. C. de pœn. fiscalib. n. 24.* Fermosin. *d. allegat. 20. n. 17. & seqq.* Si ergo ob crimen læsæ Majestatis à patre commissum confiscantur bona, quæ de jure naturali ad filios erant perventura tempore mortis parentis, nil mirum quod publicetur castrense peculium ob hujusmodi crimen à filio commissum, quod erat remansurum penes patrem, si filius sine testamento decessisset.

40 Duos alios casus affert. Peregrin. *d. lib. 5. tit. 1. n. 130.* quibus ait peculium castrense confiscari. Unus, est quando filius ob aliquod delictum, quod Majestatis, non sit, condemnatur ad mortem, & ei imponitur confiscationis pœna; sed verè non benè dicit; quia in hoc casu peculium patri auferri non potest, ut latè ostensum manet, cum enim damnatus ad mortem intestabilis sit, ut alibi diximus, ab intestato decedere dicitur; & ea propter pater jure suo occupat peculium, ut late probavimus. Alter casus à Peregrino traditus *vers. tertio limita*, disputationem non meretur, quia certum est quod si legibus alicujus Regni sit testatum peculium castrense confiscari ob delictum filii in casu, quo damnatur cum capitis diminutione maxima, vel media, in illo Regno peculium castrense confiscationi obnoxium in fiscum transiret qua propter ex dictis inconcussa manet nostra resolutio.

41 Quæ dicta sunt de peculio castrensi, habent etiam locum in peculio quasi castrensi, quod est filiorum familias, magistratuum, patronorum, advocatorum, professorum, & magistratorum artium liberalium; quod enim ex stipendiis publicis acquirunt, vel exercitio publici officii, quasi castrense peculium est immo, & quod medici, & notarii acquirunt *L. fin. C. de inofficios. testam. L. sacrosancta, & L. cum lege Cod. de Episcop. & Cleric. L. revocari 14. Cod. de advocat. diversf. Judic.* Covarr. *de sponsal. p. 2. cap. 5. §. 4. n. 18.* Pichard. *in §. actiones n. 76. Instit. de actionib.* optimè Peregrin. *lib. 3. consf. 84. n. 1.* Paschal. *de viribus patr. potest. p. 1. cap. 3. n. 3. & 4.* & eo non relato Fermosin. *d. alleg. 35. n. 27.* Quod quasi castrense peculium tam de jure antiquo, quàm novo jure

42 pleue ipsius filiis acquiritur, qui de eo possunt liberè disponere tanquam de re propria, nulla habita ratione patriæ potestatis *L. cum oportet vers. exceptis C. de bon. qua liber.* Ita ut filius in hoc peculio pro patre familias habeatur *L. 2. ff. ad Macedon. L. si quis uxori §. 1. ff. de furt.* Cald. Pereir. *in L. si curatorem verb. lasi à n. 91.* Anton. Gomez *2. var. cap. 15.* Paschal. *d. c. 3. n. 5.* Fermosin *d. allegat. 35. n. 28.*

Quare cum eadem detur ratio, & similitudo inter

43 peculium castrense, & quasi castrense ita ut castrense non confiscatur ob delictum filii, ut satis superque probatum manet, ita etiam peculium quasi castrense non confiscatur ob delictum filii, ut optime fundat Paschal. *d. c. 3. n. 7.* Farin. *d. q. 24. n. 11. & 13.* Fermosin. *d. alleg. 35. n. 29.* optimè Sanchez *d. c. 15. n. 4.*

CAPUT XXV.

Utrum confiscatis bonis patris reservanda sit filiis legitima? Et an jus adeundi, & hæreditas non adita transeat ad fiscum?

SUMMARIUM.

1 *In crimine læsæ Majestatis divinæ vel humanæ filii privantur legitimis, & successione parentum.*

2 *Propter atrocitatem illius criminis introducta fuit privatio successionis parentis: ut timore tam atrocis supplicii arceantur parentes ab hoc crimine patrando.*

Filii notantur infamia ob prædictum delictum, filiæ succedunt matri, & descendentibus. Et quid de transversalibus? Remissivè.

3 *In aliis delictis, si bona patris publicantur, reservatur legitima filiis natis ante bonorum publicationem.*

4 *Legitima debetur filiis jure naturæ, saltem quatenus respicit alimenta.*

Legitima in totum tolli non potest per legem, aut statutum: quamvis minui possit. Ib.

5 *Filii in legitima sunt creditores patris, vel saltem quasi creditores.*

6 *Patre bannito etiam eo vivente possunt filii petere legitimam non expectata morte naturali.*

7 *Legitima non tantum minui, sed in totum tolli potest per legem, vel statutum ex justis causis.*

8 *In hoc Regno publicatis bonis patris ob delictum non debetur legitima filiis in terminis Ordinationis* lib. 2. tit. 26. §. 30. *Et sic Doctorum traditio procedit in aliis casibus.*

9 *Jus adeundi non transmittitur in extraneum hæredem.*

10 *Jus adeundi non dicitur esse in bonis.*

Jus adeundi non comprehenditur in donatione, vel obligatione omnium bonorum. Ib.

11 *Jus adeundi est quid personale inseparabile à persona, & illi cohærens.*

Jus adeundi consistit in mera facultate. Ib.

12 *Jus adeundi neque transit in hæredem, neque in fiscum. Et refellitur contraria opinio.*

13 *Inter jus adeundi, & jus se immiscendi in hæreditate paterna, magnum datur discrimen.*

14 *Hæreditas non adita non transmittitur.*

15 *Pater, & filius, una, eademque persona reputantur.*

16 *Filius omnia quæ quærebat, patri acquirebat.*

Filii etiam vivo patre existimantur quodammodò domini bonorum paternorum. Ib.

Et mortuo patre, qui erant in potestate, magis administrationem liberam, quam hæreditatem percipere videntur. Ib.

17 *Filii in sacris paternis transmittunt hæreditatem paternam non agnitam in quoscunque, etiam extraneos hæredes; non tanquam acquirendam, sed tanquam acquisitam.*

18 *Suus hæres dicitur quasi sui ipsius hæres, & successor.*

Mortuo patre existentia sui hæredis facit, ut non dicatur hæreditas jacens. Ib.

19 *Si filius mortuo patre delictum commisit ante agnitam hæreditatem, publicatis ejus bonis transit in fiscum jus se immiscendi, & ipsa hæreditas ex potentia suitatis.*

20 *Transmissionis tres sunt species; nempe ex potentia suitatis, potentia sanguinis, & ex capite juris deliberandi.*

21 *Transmissio ex potentia sanguinis non habet locum respectu fisci.*

22 *Decedente hærede intra annum concessum ad deliberandum ante aditam hæreditatem, eam transmittit ipse ad quoscunque hæredes concurrentibus tribus, de quibus hic.*

23 *Decedente hærede ante aditam hæreditatem intra annum,*

annum, Jus deliberandi transit in fiscum publicatis bonis hæredis.

24 *Intellige si confiscatio, & condemnatio fiat intra annum, non si post tempus concessum ad deliberandum.*

Hæres transmittit residuum temporis anni, quod superarat, non amplius. Ib.

25 *Filio familias præterito in testamento patris, testamentum est ipso jure nullum.*

26 *Filio familias bannito, & condemnato in amissione bonorum ante mortem patris non debetur legitima in bonis patris, neque filio competit jus dicendum nullum: Et sic non transit in fiscum.*

27 *Filio præterito, qui post mortem patris fuit condemnatus in amissione bonorum transit ad fiscum jus dicendi nullum, quod filio competebat.*

28 *Intellige conclusionem procedere, quando testamentum fuit ipso jure nullum: quia filius familias præteritus fuit: secus si testamentum non est ipso jure nullum: sed opus est illud contratabulare. Quo casu jus dicendi nullum non transit in fiscum.*

29 *Jus petendi legitimam, vel supplementum legitimæ transit ad fiscum publicatis bonis filii: nisi obstet præscriptio.*

Jus petendi legitimam, vel supplementum transmittitur ad quoscumque hæredes. Ibid.

30 *Legitima, quæ debetur titulo universali hæreditario, si non est agnita, ad hæredes non transmittitur.*

31 *Legitima est jus competens ex beneficio legis: & est quotta bonorum, non hæreditatis: debetur titulo particulari.*

32 *Ea quæ titulo singulari deferuntur, etiam sine agnitione transmittuntur.*

33 *Pro legitima datur actio petitionis hæreditatis, vel familiæ ercisenndæ: & ad supplementum legitimæ datur conditio ex lege.*

34 *Pro legitima, & ejus supplemento non competit actio hypothecaria.*

35 *Filio exhæredato competit jus querolandi testamentum paternum, quod supponit validitatem de jure antiquo.*

Hodie si à patre aliquid relinquitur filio minus legitima: non datur querela, sed actio ad supplementum: Ibid.

36 *Actio ad petendam legitimam, & jus dicendi nullum testamentum durat triginta annis.*

37 *Conditio ex lege ad petendum supplementum legitimæ finitur quinquennio secundum Bartolum.*

38 *Verius est condictionem ad petendum supplementum legitimæ durare per triginta annos.*

39 *Jus petendi, quod onus removeatur à legitima, in qua à patre fuit impositum, non transmittitur ad hæredes, neque ad fiscum.*

40 *Legitima quæritur filio ipso jure sine ejus facto: non tamen irrevocabiliter, nisi filius eam petat.*

41 *Filio consentiente potest à patre onus imponi in legitima.*

42 *Jus revocandi donationem causa mortis non transit in fiscum, neque jus revocandi donationem inter vivos competens ex pacto relato ad voluntatem donantis.*

43 *Jus revocandi donationem propter ingratitudinem non transit in fiscum, neque in hæredes.*

44 *Quæritur: An publicatis bonis donatoris veniant in confiscationem bona reservata in donatione ut de illis disponere valeret? Et fendatur affirmativa sententia.*

45 *Proponitur quæstio: Utrum decedente ab intestato eo, qui de aliqua re disponere valebat, censeatur disposuisse ad favorem venientium ab intestato? Vel remaneat res apud donatarium?*

Qui ab intestato decedit, censetur relinquere bona proximioribus consanguineis. Ibid.

46 *Qui non fecit testamentum, visus est alienare in venientes ab intestato. Et referuntur Doctores sustinentes prædictam opinionem.*

47 *Immò quod is, qui habebat facultatem disponendi de bonis reservatis, debet expressè disponere: sin minus bona pertineant ad donatarium, tenent plures Doctores, de quibus ibi.*

48 *Verius est opinio bona reservata in prædicta specie pertinere ad fiscum.*

49 *Contra fiscum judicatum dicit Mastrill. & Mar. Muta. Item & Arias de Mesa, cujus fundamenta referuntur, quæ placent Authori.*

50 *Filio bannito, & condemnato ad mortem, & confiscationem bonorum, si postea pater decedat ab intestato, vel cum testamento, nihil fiscus pretendere potest ex bonis patris.*

HÆc quæstio in criminibus læsæ Majestatis Di- 1
vinæ, vel humanæ non habet controversiam:
namque omnes agnoscunt quod publicatis bonis pa-
tris hæretici; vel rei læsæ Majestatis, privantur filii
legitima, & successione patris, ut agendo de filiis
hæretici, tradunt Farinac. 1. *p. q.* 24. *n.* 44. & 45. &
de hæresi q. 191. *n.* 2. Roxas *de hæretic. p.* 2. *n.* 191. &
singulari 64. Menoch. *de arbitr. cas.* 546. *n.* 11. Co-
varr. *lib.* 2. *variar. cap.* 18. *n.* 1. *vers. primum an ob
crimen*, Decian. *in tract. crimin. tit. de hæretic. c.* 1.
n. 20. Sanch. *ad praecept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 16. *à n.*
26. ubi quod neque alimenta hæreticorum filiis te-
netur fiscus præstare per text. *in capite vergentis de
hæretic.* Fermosin. *de confiscat. alleg.* 22. *n.* 20. &
latius *allegat.* 20. & in crimine læsæ Majestatis pro-
bat *text. in L. quisquis §. filius C. ad L. Jul. Majest.*
Ordinat. libro 5. *tit.* 6. §. 9. Joan. Lupus *in c. per ves-
tras de donat. inter not.* 3. §. 23. *n.* 16. Castill. *in L.* 77.
Tauri n. 9. Gomez *in L.* 4. *Tauri n.* 92. Simanch. *de
Catholic. cap.* 29. *n.* 12. Roxas *in epitome success. cap.*
7. *n.* 23. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 34. Pe-
tr. Barbos. *in* L. 1. *p.* 4. *n.* 84. & 85. *ff. solut. matr.*
Merlin. *de legitim. lib. c.* 3. *tit.* 1. *q.* 30. & 31. Fari-
nac. *q.* 24. *n.* 45. & *cons.* 140. *per totum* Sanchez *d. cap.*
16. *n.* 26. *in fin.* Bossius *tit. de crimin. læsæ Majestat.*
n. 134. Seraphin. Massin. *de confiscat. q.* 4. *n.* 14. & 2
73. & *q.* 28. *n.* 13. quod quidem propter atrocitatem
criminis, & ob commune bonum introductum est, ut
parentes tam atrocis supplicii timore arceantur ab hoc
delicto patrando, ut optimè docent superius relati,
& Anton. Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 2. *n.* 11. & 13.
Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 9. & *seqq.* Castro Palao
1. *p. tract.* 4. *disput.* 7. *punct.* 3. à *n.* 1. Fachin. *lib.* 7.
cap. 23. Amaya *lib.* 2. *observ. cap.* 6. *n.* 47. & *seqq.* &
diximus latè 2. *p. cap.* 29. à *n.* 126. *cum seqq.* ubi de
pœna infamiæ, & de nepotibus delinquentis, & trans-
versalibus; & quod filiæ sunt successibilis matri, &
ascendentibus de qui ultra ibi tradita videndus Cas-
tr. Palao *d. tract.* 4. *d. disp.* 7. *punct.* 2.

Sed quando bona patris publicantur ex alio debito, magna est controversia apud interpretes, an legitima filiis sit reservanda, & videre est apud Farin. *d. q.* 24. à *n.* 34. *usque ad* 47. Peregrin. *d. lib.* 5. *tit.* 1. à *n.* 34. *usque ad* 44. communiter tamen resolvunt Doctores, quod extra crimina hæresis, & læsæ Majestatis reservanda est legitima filii natis ante bonorum publicationem, ut scribunt Bossius *in tit. de publicat. bonor. n.* 8. Clar. *in* §. *fin. q.* 78. *num.* 76. Peregrin. *ubi proximè.* Sanchez *d. cap.* 16. *n.* 25. Grazin. *de confiscat. conclus.* 13. *limit.* 23. *n.* 1. Massin. *eod. tract. q.* 28. *n.* 1. & *seqq.* Merlin. *de legitim. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 28. *per tot.* Sixtin. qui plures laudat *de Regalib. lib.* 2. *cap.* 12.

cap. 12. nu. 20. Rosentald. de feud. cap. 5. conclus.
68. nu. 4. late Fermosin. de confisc. alleg. 18. & 22.
Quæ sententia probatur ex eo, quia legitima filii de-
betur jure naturæ L. cum ratio ff. de bonis damnat.
4 L. rescripto in fine ff. unde liberi Auth. de hæredib.
& Falcidia §. primum itaque, quod intellige saltem
qoatenus respicit alimenta liberorum. Valasc. de par-
titit. cap. 19. n. 26. & 27. Andr. Gail. observat. 122.
Molin. lib. 2. cap. 1. nu. 16. Fachin. lib. 4. cap. 32.
Gutierr. practicar. l. 3. q. 82. à n. 12. Castill. lib. 3.
controvers. cap. 5. n. 35. Valentia l. 3. illustr. tract.
3. cap. 1. n. 21. Qua ratione legitima in totum tolli
nequit, licet per statutum minui valeat, ut ex Suarez,
& aliis observarunt Gratian. forens. cap. 178. n. 18.
Gail. d. observat. 922. n. 2. & 11. Castill. d. cap. 5.
n. 37. Molin. lib. 3. cap. 5. nn. 10. & seqq. Et quia
5 filii in legitima sunt creditores patris, vel saltem qua-
si creditores glossa in L. si emancipata verbo sine C. de
jur. & fact. ignor. Tiraq. in L. si nuquam verb. suscepe-
rit liberos n. 113. & 114. Fontan. de pact. nupt. claus.
4. gl. 2. n. 20. & 21. Cyriac. controv. 6. n. 14. Fer-
mosin. d. alleg. 22. n. 30. Ampliatur resolutio, ut in
tantum filiis condemnato patre reservanda sit legiti-
ma, quod si pater fuerit bannitus, statim etiam eo vi-
vente possint filii petere legitiman non expectata mor-
6 te naturali patris, Thesaur. lib. 2. forens. cap. 104.
Anton. sola ad Constit. Sabaudiæ in tit. de edit. An-
non. gloss. 12. n. 1. Costa de portione rata q. 181. The-
saur. decis. 198. & post alios Novarr. ad Vincent. de
Franch. decis. 133. vers. sicut etiam.

Cum verò legitima ex justis causis possit nedum di-
minui, sed in totum tolli per legem, vel statutum, ut
7 in L. quisquis Cod. ad L. Jul. Majest. Auth. ut cum de
appellat. cognoscit §. aliud quoque capitulum, docent
Pichard. in principio instit. de hæred. quæ ab intestato
n. 62. Castil. lib. 3. controv. cap. 5. n. 36. D. Chris-
toph. Cresp. de Valdaura observ. 24. n. 10. quidquid
ex aliis teneat Sixtin. d. lib. cap. 12. n. 22. Securè
8 tenendum in hoc Regno, quod in casibus, in quibos
per leges Regias bona confiscari jubentur ob delic-
tum patris, non debetur filiis legitima juxta disposi-
tionem Ord. lib. 2. tit. 26. §. 30. & sic prædicta doc-
torum traditio locum obtinebit tantum in casibus Or-
dinat. d. tit. 26. §. 18. 28. & 29. non in aliis, quæ
supra notavimus cap. 22. n. 21. & 22. dispositio enim
Ord. d. §. 30. quæ confiscationem fieri jubet, etiam
extantibus descendentibus, & ascendentibus in casi-
bus ubi leges Regiæ hanc pœnam imponent, justa
ratione, & causa fundatur, ut scilicet parentes timo-
re hujus supplicii à legum transgressione arceantur.

Capiendo secundam quæstionis partem de jure
adeundi, an confiscatis bonis ob delictum transeat ad
9 fiscum dicendum est non transire, quia neque in hæ-
redem extraneum transmittitur L. 1. §. novissimo C.
de caducis toll. Bartol. in L. is potest in ultim. oppo-
sit. ff. de adquir. hæred. Farinac. q. 25. sub nu. 141.
Decius cons. 442. nu. 2. Anan. cons. 59. Peregrin.
de jure fisci l. 5. tit. 1. n. 95. Gutierr. in §. sui n. 49.
Instit. de hæred. qualit. & different. Noalis de trans-
miss. casu 8. n. 9. Surd. dec. 140. n. 9. Cancer. l. 3.
variar. cap. 21. n. 160. vers. hinc neque Riccius ad
Vincent. de Franch. dec. 102. vers. item jus adeun-
di, Petrus Caball. resolution. crimin. c. 264. nu. 12.
Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 2. cap. 14. nu. 48.
Arias de Mesa l. 3. var. cap. 41. num. 17. Seraphin.
Massin de confiscat. q. 31. n. 1. Bellon. de jure ac-
crescendi cap. 7. q. 46. nu. 48. Salgado in labyrint.
credit. 2. p. cap. 25. nu. 84. Oleo de donation. con-
templatione matrimonii 1. tom. tract. 1. disens. 2.
part. 2. à n. 26. ex ea ratione, quia jus adeundi non
dicitur esse in bonis, Ripa in L. si filius familias n.
75. & ibi Jason n. 110. ff. de legat. 3. Maranta in L.
10 15. potest nu. 116. ff. de adquir. hæredit. Cancer d.
cap. 21. n. 160. Bursat. cons. 61. n. 1. l. 1. Vincent.
de Franch. dec. 17. n. 8. Petr. Caball. d. cas. 261.
n. 12. Castill. l. 5. controv. cap. 77. à n. 22. usque
ad 35. & n. 48. Olea d. q. 2. nu. 7. Arias de Mesa
d. n. 17. Ideoque jus adeundi non comprehenditur
in donatione omnium bonorum Franch. dec. 60. nu.
1. & 2. & decis. 101. n. 26. & 27. & ibi Mendola n.
2. & 23. Olea d. q. 3. nu. 8. neque etiam in obliga-
tione omnium bonorum Surd. decis. 140. num. 9.
Franch. decis. 102. Marius Cutell. d. particul. num.
27. Olea d. q. 3. num. 13. Salgad. d. 2. p. cap. 25.
n. 83.

Itaque jus adeundi est quid personale inseparabile 11
à persona, & illi inhærens Tiraq. de retr. lign. §. 26.
gloss. 1. n. 49. Peregrin. de fideicommiss. art. 2. nu.
52. Noalis de transmiss. cas. 8. num. 146. Surd. cons.
463. n. 3. & 6. vers. sexto videamus, Arias de Mesa
d. cap. 42. n. 17. Donel. l. 7. n. cap. 4. Sanchez d.
l. 2. c. 14. n. 48. Massinus d. q. 36. n. 36. Olea d. q.
3. num. 12. Et quidem jus adeundi in mera facultate
consistit L. cum proponas Cod. de hærede instit. Ca-
pyc. Latro dec. 8. n. 12. & per totam Cancer. l. 3.
cap. 21. à n. 160. ita ut licet potentia adeundi dica-
tur jus, id non ex eo proveniat, quod juris sit, sed
quia est facultas, quæ à lege, & jure proficiscitur,
nam in quantum est facultas declarandi animum à le-
ge proveniens, est quid facti; Aretin. in L. Julianus
10. nu. 1. vers. possumus dicere ff. de legat. 1. & sic
cum jus adeundi in facultate consistat, & personale 12
sit, neque in hæredem, neque in fiscum transit,
quidquid contrarium sentiat Giurba cons. 55. n. 16.
ex Bertazol. cons. 489. n. 7. & alii cum quibus Gua-
sin. de confiscat conclus. 13. limit. 25. nu. 38. quia
jure eos carpit Massin. d. q. 36. n. 16. & seqq. & per-
belle convincit à n. 24. apud quem fundamenta in-
ventes, Sanch. d. c. 14. n. 48.

Licet autem jus adeundi non transeat in fiscum,
neque in hæredem; tamen aliud est dicendum in ju-
re se immiscendi in hæreditate paterna, namque in-
ter jus adeundi, & jus se immiscendi magnum datur 13
discrimen, illud enim competit hæredibus extraneis,
& non est in bonis L. pretii rerum ff. ad L. Falcid.
hoc verè competit suis hæredibus, & dicitur esse in
bonis filii Bald. in L. 1. col. 15. Cod. qui admitti,
Arias de Mesa d. c. 42. n. 18. quoniam & si regu-
lariter hæreditas non adita non transmittatur L. unic.
§. in novissimo C. de caduc. tollend. L. posthumus 6.
§. ult. cum L. seqq. ff. de inoffic. testam. L. qui plures 14
23. L. Lucius 45. ff de vulgar. L. Pantonius 86. de
acquir. hæred. L. 1. §. nonnunquam ff. simul. ventr.
n. calumn. caus. L. apud Julianum 21. §. verum ff.
ad Trebell. L. 3. §. acquirere de bonor. possess. L. si
in pluribus 9. in fin. ff. de suis, & legit. hæred. Va-
lent. cons. 138. nu. 12. Noal. de transmiss. cas. 8. à
n. 1. cum seqq. Capyc. Latro decis. 84. n. 1. & seqq.
Valent. Illustr. l. 3. tract. 3. cap. 2. n. 25. qui jure
noviori quas exceptiones prædictam regulam acci-
pere tradit. Tamen cum apud omnes gentes intro-
ducta fuisset patria potestas, Senec. de benefic. l. 3.
cap. 10. inter alias patriæ potestatis qualitates etiam
introductum fuit, ut pater, & filius una, eademque
persona reputarentur L. lis nulla ff. de judic. L. fra- 15
ter à fratre in princip. ff. de condict. indeb. L. Impe-
rator 50. ff. ad Trebell. L. quod dicitur 130. de ver-
bor. obligat. L. fin. C. de impuber. L. nec cum filio
familias 16. ff. de furt. Cujac. ad tit. ff. de justit. &
jur. in L. 1. circa fin. Tiraq. in L. si unquam in præ-
fat. n. 15. C. de revocand. donat. Gratian. forens. c.
132. n. 11. Ant. Fab. in Jurisprudent. tit. 8. princ.
7. Et ita, ut filius patri acquirebat omnia quæ quæ-
sierat L. placet ff. de acquir. hæred. L. 1. §. 1. ff. si- 16
quis à parent. fuer. manumiss. L. stipulatio ista §. alte-
ri de verbor. obligat. cum similib. Ita simibrter ex

eadem

eadem unitate personæ ortum habuit, ut filii vivente patre bonorum paternorum quodammodo domini existimarentur *L. in suis* 11. *ff. de liber. & posthum. L.* 1. *§. domini appellatione juncto §.* 1. *ff. ad S. C. Syllanian. §. sui Instit. de hæredit. quæ ab intestat.* Et ideo post mortem patris filii qui erant in sacris paternis non hæreditatem percipere, sed magis liberam administrationem consequi videntur, cum pene ad propria bona veniant *L.* 1. *§. largius de successor. edict. L. scripto* 7. *ff. unde liberi, L. cum ratio ff. de bon. damnator.* Et sic mortuo patre ex vinculo patriæ potestatis,
17 & jure suitatis quod ratione naturali subnixum liberis parentum hæreditatem adducit, velut ad debitam successionem eos vocando *L. num. & si parentibus ff. de inoffic. testam. d. L. scripto* 7. *ff. unde liberi.* Atque ita filii dicuntur continuare dominium, quod vivo patre in illius bonis habebant. Et sic parentum hæreditatem non agnitam, neque aditam transmittunt in quoscunque etiam extraneos: & quidem non tanquam acquirendam, sed tanquam acquisitam, cum statim, & ipso jure hæredes existant, & non tam nova acquisitione quàm jure pristino dominium bonorum prosequantur, & continuent *L.* 1. *§. qui sunt in potestate ff. siquis omiss. caus. test. d. L. in suis, L. apud hostes* 8. *Cod. de suis. & leg. hæred.* notant *gloss. ult in d. L. apud hostes.* & ibi Petrus de Bellapertica Bald. *in L. si fratres, n.* 2. *& seqq. C. d. jur. deliberand.* Castrens. *in L. ventre n.* 3. ubi Aretin. *col.* 12. *ff. de acquir. hæredit.* Decius *cons.* 331. *n.* 5. *&* 6. plures refert Noal. *cas.* 8. *n.* 17. ubi dicit communem, & receptam ab omnibus opinionem, Sanchez *ad præcept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 49. optimè Valent. *Illustr. lib.* 3. *tract.* 3. *cap.* 2. *n.* 16. ubi *n. seqq.* hanc sententiam exornat. Et videndus est Pinel. *in rubr. C. de bon. matern. p.* 2.

18 Ex qua ratione suus hæres dicitur, quasi sui ipsius hæres sit & successor; & ideo mortuo patre, existentia sui hæredis, non potest hæreditas jacens considerari, cum mortuo patre non dicatur percipere hæreditatem, sed magis liberam bonorum administrationem *d. L. in suis*, L. 2. *§. ult. ff. pro hæredit. L.* 1. *§.* 1. *pro donato*, Corras. *Miscellanear. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 6. Petr. Gregor. *syntagmat. lib.* 42. *cap.* 25. *n.* 22. Conan. *lib.* 10. *commentar. cap.* 1. *à n.* 1. Tiraq. *in præfat. L. si unquam n.* 21. Anton. Fab. *in Jurisprud. tit.* 2. *princip.* 2. *illat.* 3. Paschal. *de virib. patr. potest. p.* 4. *cap.* 1. *n.* 5. *& seqq.* Unde videmus, filium hæredem suum usu capere posse titulo pro hærede, etiam ante agnitam hæreditatem, ut fundat Fachin. *lib.* 6. *contr. cap.* 11. Quare cum nulla esset necessaria aditio hæredis sui ad quærendam patris hæreditatem; & ipsius dominium, mortuo filio hæreditatem rectè transmitti ad quoscunque hæredes. Et sic mortuo patre filius suus delictum commisit ante agnitam hæreditatem, & ejus bona fuerunt publicata, bene transit jus
19 se immiscendi in fiscum, Peregrin. *de jure fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 87. Surd. *de alim. tit.* 2. *q.* 15. *n.* 203. immo, & ipsa hæreditas nondum agnita transit in fiscum ex potentia suitatis, Menoch. *cons.* 409. *n.* 91. Boss. *tit. de honor. publicat. n.* 13. Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 4. insignis Barbos. *in L. si constante §. ultim. n.* 7. *ff. de solut. matr.* Arias de Mesa *d. lib.* 3. *cap.* 42. *n.* 14. & 16. Fermosin. *de confiscat. allegat.* 32. *n.* 42. Ricciolus *de jur. personar. cap.* 35.

Notare tamen oportet, quod jus deliberandi competens indigno, à quo aufertur, bene transit in fiscum, ut dicemus infra, quando actum fuerit de his quibus ut indignis *cap.* 33. *à n.* 32.

Dubitatur etiam, An publicatis bonis delinquentis
20 transeat ad fiscum jus deliberandi competens delinquenti; Pro cujus quæstionis resolutione tres sunt species. Prima est ex potentia suitatis, de qua *in* L. *apud hostes ff. de suis, & legitim. hæred.* & diximus quæstione præcedenti, & de illius requisitis videndus Nicolaus Noal. *de transmiss. cas.* 8. *à n.* 105. *cum seqq.* Secunda species transmissionis est ex potentia sanguinis, de qua *in L. unica C. de his qui ante apert. tabul.* Tertia ex capite juris deliberandi, de qua *in L. cum antiquioribus C. de jur. deliberand.* notant Bartol. *in L. ventre præterito*, ubi communiter DD. *ff. de acquir. hæredit.* Dilectus *de art. testand. tit.* 11. *cautel.* 2. Anton. Gom. *lib.* 1. *var. c.* 6. *n.* 7. 41. *&* 51. Crass. *in §. transmissio q.* 17. *n.* 2. Castill. *lib.* 3. *contr. c.* 13. *n.* 2.

In secunda specie transmissionis ex potentia san- 21
guinis fiscus locum habere non potest, quia filius, qui hæreditatem non adixit, illam tantum transmittere valet in descendentes, non verò in quoscumque extraneos juxta *text. in d. L. unic. Cod. de his qui ante apert. tabul.* Imol. *in L. si pater familias col. penult. vers. ultimo infertur, ff. de hæred. instit. & in L fin. col.* 7. *vers. quid autem si filius ff. de condition. instit.* Anton. Gom. *lib.* 1. *variar. cap.* 9. *n.* 42. Gregor. Lopez *in L.* 2. *tit.* 6. *partit.* 6. Spin. *de testam. gloss.* 33. *n.* 102. Pichard. *in relect. ad tit. de substitut. cap.* 11. *n.* 5. 21. *&* 22. *& de acquir. hæredit. cap.* 31. *n.* 3. D. Joseph. Vela *dissert.* 11. *n.* 81. *& seqq.* Cancer. *lib.* 3. *var. cap.* 21. *num.* 61. *& seqq.* Atque ita cum hæreditas ascendentis non possit transmitti in extraneos, quamvis filii qui non erant in potestate post delatam hæreditatem delictum perpetrarunt, ex quo confiscatio secuta fuit, non transit in fiscum hæreditas ex capite transmissionis.

Circa tertiam transmissionis speciem versatur nos- 22
tra controversia, nam per *text. in d. L. cum antiquioribus statutum fuit*, quod licet hæres decedat non adita hæreditate, nihilominus si diem extremum clausit intra annum concessum ad deliberandum, qui computatur à die scientiæ hæreditatis sibi delatæ, transmittit eam in quoscunque hæredes etiam extraneos, ut notant gloss. & communiter DD. *in* L. *cum antiquioribus*, Anton. Gom. *d. cap.* 9. *n.* 51. Menchac. *de success. progres. §.* 8. *n.* 5. Spin. *de gloss.* 33. *num.* 104. Tusch. *litt. T. conclus.* 369. *n.* 54. *&* 55. D. Joseph. Vela, qui plures laudat *dissertat.* 11. *à num.* 108. Ad hoc autem, ut hæc transmissio locum habere possit, tria copulativa requiruntur Primum, quod transmittens sciat sibi delatam hæreditatem. Secundum, quod decedat intra annum. Tertium, quod pertendens transmissionem, adeat hæreditatem intra residuum anni *d. L. cum antiquioribus*, ubi Alexand. *n.* 5. *vers. item nota*, Anton. Gomez *d. cap.* 9. *n* 51. 52. *& seqq.* Mich. Angel. Gizz. ad Capyc. Latro *observ.* 84. *num.* 5.

Quibus ita positis, in nostra quæstione securè te- 23
nendum est, quod confiscatis bonis hæredis, qui decessit ante aditam hæreditatem, & intra annum, jus deliberandi transire in fiscum, ut post gloss. *in L. siquis mihi bona §. siquis plane ff. de acquirend. hæred.* ubi Paul. de Castr. *n.* 3. tenent Cæphal. *cons.* 312. *à n.* 94. *vol.* 1. Farin. *q.* 25. *n.* 101. Crass. *in §. fideicommiss. q.* 22. *n.* 1. Peregrin. *d.* 1. *tit. n.* 84. Clar. *in §. fin. q.* 78. *n.* 25. Bellon. *de jure accrescend. cap.* 7. *q.* 46. *num.* 52. *usque ad* 56. Arias de Mesa *d. lib.* 3. *cap.* 42. *nu.* 12. Massin. *de confiscat. q.* 36. *n.* 28. Cum enim in prædicta specie jus deliberandi transmittatur in hæredes extraneos; Noal. *de transmiss. cas.* 8. *n.* 116. dubium non est transmitti ad fiscum ex regula sæpius repetita, & ideo merito reprobantur, Ruin. Crass. Roman. & Aretin. Contrariam tenens à Ferdinand. Arias de Mesa *d. c.* 42. *n.* 13. sequitur Noal. *d. cas.* 8. *n.* 123.

Declara tamen, ut resolutio procedat casu quo 24
confiscatio. & condemnatio fiat intra annum, non si post elapsum tempus concessum ad deliberandum, quia tunc non fit transmissio, neque in hæredem, neque in fiscum, Giurb. *cons.* 55. *n.* 15. Massin. *de confiscat. q.* 36. *n.* 29. etenim hæres transmittit tantummodo illud residuum temporis anni, quod supererat

non amplius ex d.L.cum antiquioribus, ubi communitet DD. & Bart. in L.qui duos n. 7. ff. de reb. dubiis. Noal. d. casu 8. n. 118.

Item quæro; An confiscatis bonis filii transeat in
25 fiscum jus dicendi nullum testamentum patris? Veluti si cum filius esset in potestate, præteritus fuit. Tunc enim testamentum est ipso jure nullum, L. filius qui in potestate, L. inter catera ff. de liber. & posthum. §. 1. Instit. de exhared. liber. Ita ut testamentum nullum sit, quamvis filius illud non dicat nullum L. 1. ubi commun. DD. ff. de injust. rupt. d. L. si filius, qui in potestate, L. 3. §. ex his ff. de inoffic. testam. d. §. 1. de exhared. liber. Jason. in d. L. si filius n. 1. & seqq. ubi Socin. n. 4. dicit communem Benedict. in cap. Raynutius verb. in eodem testamento p. 1. n. 93. & seqq. Boer. decis. 96. n. 1. Noal. de trasmissi. casu 11. n. 2 Ubi n. 3. rationem præstat.

In qua quæstione distinguere placet. Aut enim filius ante mortem patris fuit bannitus, & condemna-
26 tus in amissione bonorum, aut post mortem patris. Primo casu cum filio bannito non debeatur legitima in bonis patris tanquam incapaci, neque jus dicendi nullum competit filio, neque in fiscum transit, Bald. in L. si qua pæna ff. de his qui sunt sui, Aretin. in L. siquis mihi bona §. servus municipium num. fin. ff. de acquir. haredit. Peregrin. de jure fisc. lib. 5. tit. 1. n. 85. Farinac. d. q. 24. n. 19. Marius Muta dec. 20. n. 4. Giurd. cons. 1. n. 15. Arias de Mesa lib. cons. 67. col. 2. l. 9. Noal. de transmiss. cas. 11. n. fin. Et confirmatur: quia sicut bannitus succedere non potest, ut incapax hæreditatis paternæ, ita nec fiscus ea illius persona d. L. siquis mihi bona §. siquis plane ff. de acquir. hæred. Gigas in tract. de crim. læs. Majest. tit. de pæn. commit. crim. q. 14. in princ. Farinac. de var. & divers. quæst. q. 102. n. 110. vers. sed quid. Plotus cons. 130. n. 55. & 59. Joseph. Ludovic. decis Perus. 11. in 2. dub. Nelus de bannit. 1. p. secund. tempor. q. 39. Peregrin. lib. 3. de jure fisc. tit. 1. de incapacib. n. 2. vers. incapac. vero, & lib. 5. tit. 1. n. 133. vers. ideo hareditas patris, Petr. Caball. resolut. crimin. casu 264. n. 14. Atque ita si in prædicto casu hæreditas non transit in fiscum: à fortiori non transibit jus dicendi nullum testamentum patris banniti, qui in fiscum transmittere non poterat jus, quod non habebat.

In secundo verò casu quando pater prius decessit, & postea filius delictum admisit, ex quo confiscatio
27 fuit secuta, jus illud, quod delinquens habebat, dicendi nullum testamentum patris, transit in fiscum; quia in extraneos hæredes transmitti poterat, Bald. in L. filio præterito n. fin. in fin. ff. de injust. rup. & in cap. suscitatus de rescrip. Thusc. litt. F. conclus 541. n. 7. & 8. Anton. Gomez lib. 1. var. cap. 11. n. 8. Menchac. de success. progress. §. 7. n. 29. veriorem dicit Noal. d. casu 11. num. 6. Arias de Mesa d. cap. 42. n. 8. Guazin. de confisc. conclus. 13. limit. 25. n. 23. Carpan. ad constit. Mediol. §. omnium nu. 425. Noal. d. casu 11. num. 5. & 6. Declata tamen, ut proxima resolutio procedat, quando testamentum est nullum
28 ipso jure, puta ob præteritionem filii in potestate: tunc enim ex potentia suitatis transmittit in quoscunque jus dicendi nullum testamentum patris ex Anton. Gomez in d. cap. 11. n. 8. Si verò testamentum non est nullum ipso jure, sed opus est contratabulate: ut puta ob præteritorum filii emancipati cum expressione causæ, testamentum non est ipso jure nullum; ut tradunt Doctores in Auth. ex causa C. de liber præter. Jason. in d. L. si filius qui in potestate n. 13. vers. secundo, & n. 14. Quo casu jus dicendi nullum, quod filio competebat, non transit in fiscum, Alexand. in L emancipata n. 7. C. qui admitti: sequitur Benedict. in d. cap. Raynutius verb. mortuo itatestatore 2. n. 158. de testam. Peregrin. d. lib. tit. 1. nu. 85. Jason. in L. cum mota n. 160. C. de transaction. & cum Alciat. Bald. & Ricciol. Fermosin. de confiscat. alleg. 32. n. 36.

Jus autem petendi legitimam, vel jus petendi sup- 29
plementum ejus bene transmittitur; licet filius eam nunquam petierit, nisi obstet præscriptio: ut probat text. in L. quanquam C. ad L. Falcid. & observant Salicet. in L. scimus in princ. q. 1. C. de inoffic. test. Bald. cons. 432. n. 1. & 2. vol. 3. Alexand. cons. 55. n. 6. & cons. 150. n. 8. lib. 12. Crassus in §. legitima q. 37. Peregrin. de fideicommiss. art. 42. n. 22. idem Crassus in §. transmissio, q. 29. n. 9. Noal. de transmiss. casu 10. n. 1. & seqq. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. q. 17. n. 8. & seqq. Arias de Mesa d. lib. 3. cap. 42. n. 20. Olea de cess. jur. in miscell. post tit. 3. n. 15. Tondut. resol. civil. cap. 161. n. 1. Peregrin. d. lib. 5. tit. 1. n. 84. Fermosin. d. alleg. 32. n. 41. Et quamvis Menoch. cons. 77. existimet jus petendi supplementum legitimæ ante agnitionem non transmitti tamen verius est non tam jus petendi legitimam, quam jus petendi ejus supplementum transmitti ad quoscumque hæredes etiam extraneos argum. text. in d. L. quanquam: & ita scribunt Bald. in Authent. Præsbyteros n. 2. C. de Episcop. & Cleric. Salicet in d. L. scimus, Boer. decis. 250. n. 5. Andr. Gail. lib. 2. observat. 120. n. 17. & observat. 131. n. 2. Crassus in §. legitima questione 38. Mantic. de conject. ultim. libro 7. titulo 8. n. 10. Noalis d. casu 10. n. 5. Menchac. de success. progress. §. 7. n. 18. & seqq. Arias de Mesa n. 10. quibus addo Tondut. d. cap. 166. n. 4. & 6. Peregrin. d. lib. 5. tit. 1. n. 79. Farinac. d. q. 24. Arias de Mesa d. c. 42. n. 20. Noal. d. casu 10. n. 6.

Non obstat, quod si legitima debetur titulo uni 30
versali hæreditario, tunc si non sit agnita, ad hæredes non transmittitur: ut probarunt Torucol. cons. 6. n. 65. Surd. cons. 341. n. 35. Hodiern. ad Surd. dec. 138. n. 40. 41. & seqq. Fontan. dec. 57. n. 11. 12. & 13. Stephan. Gratian. c. 448. n. 36. Atque ita non videtur absolutè verùm, quod jus petendi legitimam non agnitam ad hæredes transmittitur. Respondetur enim veriorem esse opinionem primo loco relatam, quam tuetur Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. q. 9. n 13. v. verum Surdus. Quæ probatur ex eo quia legitima est jus competens ex beneficio legis text. in L. cum ratio in princ. ff de bon. damnat. L. omnimodo, L. quoniam in prioribus, L. scimus. §. cum autem C. de inoffic. testam. Et quidem legitima est quota bonorum, non hæreditatis, L. Papian. §. 4. ff. de inoffic. testam. Bart. in L. ex facto à grande n. 1. vers. istud displices ff. de hæred. instit. Gail. d. observat. 120. n. 3. Mantic. d. l. 7. tit. 8. n. 5. Valasc. de partition. c. 23. n. 24. & 25. & post alios Noalis d. casu 10. n. 2. & debetur titulo particulari: ut notant omnes in L. cum à matre C. de rei vendic. ubi gloss. ultim. vers. item quid si in debito Bald. in L. si arrogator. n. 5. v. & quod legitima, ff. de adoption. Noal. 31
d. casu 10. n. 2. Speciale autem est, ut sine agnitione transmittantur ea, quæ titulo singulari deferuntur, & non hæreditario d. L. si arrogator ff. de adoption. ubi Bart. in repetit. n. 8. in fin. & n. 9. Bald. n. 5. vers. item est titulus, & Jason. n. 14. Alexandr. cons. 150. n. 7. lib. 2. Paul. de Castr. in L. cum antiquioribus n. 6. in fin Noal. de casu 10. n. 3. Anton. Gomez in L. 53. Tauri n. 79. Cancer. lib. 3. cap. 21. n. 125. 126. & 127. Roland. de duer. dot. q. 47. n. 7. & 17.

Dixi, nisi obstet præscriptio: quia si contra filium 32
delinquentem præscripta sit actio ad legitimam, vel ad petendum supplementum, utique confiscatis bonis non transibit in fiscum jus petendi legitimam, vel ejus suplementum. Et est advertendum quod pro legitima datur actio petitionis hæreditatis, vel familiæ ercifcundæ ex text. in L. famil. ercisc. Valasc. de partit. 18. num. 42. Gratian. discept. forens. cap. 178. n. 6.

33 num. 6. Sousa de Maced. decis. 10. num. 2. Et ad supplementum legitimæ datur conditio ex L. omnimodo C. de inoffic. testam. ut est communis opinio, de qua Andr. Gail. lib. 2. observat. 120. à n. 1. Cancer. lib. 1. var. cap. 3. n. 16. gloss. verb. exigere in d. L. omnimodo. & post alios Mangil. de imput. q. 10. Costa. in cap. si pater verb. in re certa n. 21. optime Carvalh. in cap. Raynaldus 4. p. cap. 3. n. 122. & 123. Non enim pro legitima, & ejus supplemento datur actio hypotecaria juxta veriorem sententiam secundùm Decium
34 cons. 134. nu. 6. Afflict. dec. 162. Peregrin. de fideicommiss. art. 36. n. 147. Carol. Tapia dec. 48. nu. 6. Merlin. de pignorib. lib. 3. q. 97. & de legitim. lib. 5. tit. 4. q. 1. à n. 2. Cyriac. controv. 5. n. 159. Cevall. commun. contra commun. quæst. 692. Mantic. de tacit. & ambig. l. 11. tit. 13. Sousa de Macedo dec. 9. num. 6. & dec. 10. n. 14. & 16. Cancer. lib. 1. cap. 3. n. 18. Carvalh. qui plures laudat & veriorem dicit d. 4. p. c. 3. num. 120.

Cum verò filio exhæredato competat jus querelandi testamentum paternum de inofficioso L. 1. & 2. ac
35 per totum ff. de inoffic. testam. L. non putavit in princ. ff. de bonor. possess. contra tabul. quod jus supponit validitatem testamenti Authent. ut cum de appellatione cognoscitur, §. aliud quoque capitulum: & sic antiquitus competeret querela non tam exhæredato, quam instituto in minori summa, quam erat legitima L. cum quæritur L. parentibus C. de inoffic. testam. Hodie ei, cui aliquid relinquitur à patre etiam minus legitima non datur querela, sed tantum jus petendi supplementum legitimæ d. L. omnimodo C. de inoffic. Castill. lib. 5. cap. 107. n. 54. & cap. 64. & 79. per tot. Arias de Mesa lib. 2. cap. 8. n. 21. Gomez 1. variar. cap. 11. n. 23. Covarr. in cap. Raynucius §. 1. n. 11. Surd. cons. 45. n. 13. Molin. lib. 2. cap. 1. à n. 30. Peregrin. d. art. 3. 36. à n. 61. ad 92. Unde dubitari solet, An quemadmodum actio ad legitimam petenda durat per triginta annos ex L. 2. C. de constit. pecun. L. sicut Cod. de præscript. trigint. Baldus de præscript. 4. p. 4. princ. q.
36 13. n. 3. Mangil. d. imput. q. 92. n. 10. Prout jus dicendi testamentum nullum. durat etiam per triginta annos juxta text. in L. licet, C. de jur. deliber. Anton. Gomez tom. 1. var. cap. 9. n. 27. & 28. Covarr. in cap. Raynucius in princ. n. 5. Mangil. d. q. 92. n. 9. Eodem modo jus ad petendum supplementum legitimæ durat etiam per triginta annos.

Movet dubitationem doctrina Bart. in L. si quis fi-
37 lium, Cod. de inoffic. testam. n. 3. Ubi scribit conditionem ex lege, quæ datur ad supplementum quinquennio finire per text. in d. L. si quis filium, ibi nisi pater adhuc superstes, vel repudiaverit querelam, vel quinquennio tacuit, scilicet post aditam hæreditatem. Et quia hæc conditio ex lege subrogata est in locum querelæ quæ durat tantummodo per quinquennium, argum. tex. in L. si eum 5. qui injuriarum ff. si quis cautionibus L. 1. §. hæc actio ff. si quis testam. lib. esse juss. fit: exornat Insigus Barbos. in L. maritum ff. solut. matrim. n. 78. & in rubr. 3. p. n. 77. Caldas in §. sed hæc n. 28. Instit. de inoffic. testam. Ex quibus, & aliis fundamentis Bartholi opinionem sequuntur Ang. in L. Papinianus §. si conditioni ff. de inoffic. testam. Roman. Guid. Pap. & alii quos laudat. Carvalh. in d. cap. Raynucius 4. p. cap. 3. n. 143.

Verum jus, & conditionem ad petendum supple-
38 mentum legitimæ durare per triginta annos verius est: ut contra Bart. tenent Bald. Salicet. Jason. Castr. Paris. Boer. Suarez Anton. Gabriel. Menchac. Honded. Decian. & Tiraquell. & Mangil. d. q. 92. quos refert, & sequitur Carvalh. d. cap. q. 3. num. 144. Quibus addo Andr. Gail. lib. 2. observ. 120. num. 7. Subindeque transactis triginta annis à tempore, quo filius agere poterat ad legitimam, vel ejus supplementum; si bona illius confiscata fuerint, non poterit fiscus petere legitimam, neque supplementum.

Attamen jus petendi, quod onus removeatur à 39
legitima, in qua à patre fuit impositum, neque transmittitur ad hæredes, Gratian. forens. cap. 983. n. 13. & seqq. Cancer. lib. 1. variar. cap. 2. n. 41. Tondut. resolut. civil. cap. 166. nu. 4. & 6. neque etiam transit in fiscum: ut docent Bald. & Angel. in L. cum patronus, & ibi Peralta n. 14. ff. de legat. 2. Petr. Caball. resol. crimin. casu 107. Pedroxa cons. 6. n. 76. Fusarius de substit. q. 296. n. 111. & 112. Surd. cons. 412. à n. 4. & cons. 570. à n. 5. Arias de Mesa libro 2. cap. 42. n. 21. Mangil. de imputation. q. 48. n. 19. Tondut d. cap. 166. num. 6. Quamvis contrariam opinionem teneatur Seraphin. Massin. d. confiscat. q. 35. ex pluribus, quos allegat n. 22. Cujus opinionis rationem reddit, quam dicit esse inconvencibilem, nempe quod cum legis ministerio onus à legitima rejiciatur, non est opus, quod filius in vita contradicat, cum sufficiat legis provisio. Propter quæ eandem opinionem sequuntur Farinac. cons. 159. n. 39. & seqq. & in addit ad q. 25. n. 45. vers. hinc, & opinionem. Alciat. Merlin. de legitim. in postrem. edition. lib. 3. tit. 1. q. 32. n. 3. vers. sed contrarium, Cyriac. controv. 148. n. 25. & seqq. Quoniam bene satisfacit eorum fundamentis Gratian. d. capite 993. à n. 13. cum seqq. Ubi n. 16. concludit privilegium, quod unica rejiciatur à legitima, esse personale, & non egredi personam filii. Quibus addo, quod quamvis legitima quæratur filio ipso jure sine ejus facto, d. L. sci-
mus 36. C. de inoffic. testam. Massin. d. q. 36. n. 101. Ta- 40
men non acquiritur irrevocabiliter; nisi filius eam petat, gloss. in d. L. scimus, ubi Jason. num. 1. Peregrin. cons. 71. n. 9. lib. 1. Cæphal. cons. 479. n. 22. Monterius à Cueva dec. 35. n. 83. Burs. cons. 355. nu. 45. Unde cum filius non poterit remotionem oneris à legitima, ejus successor id petere non poterit, cum verè filius consentire potuerit oneri injuncto L. si quando §. generaliter Cod de inoffic. testam. L. non pu-
tavit §. si quis sua manu ff. de contra tabul. Valasc. con- 41
sult. 130. n. 3. & 4. Molin. lib. 2. cap. 11. n. 9. & cap. 3. n. 7. Gama dec. 22. n. 4. & idem 28. Valasc. de partition. cap. 16. n. 40. Noguer. alleg. 19. n. 41. Cyriac. controv. 148. n. 8. Atque ita prædictam opinionem sustinent ultra supra citatos Roderic. Suar. in L. quoniam in prioribus limit. 19. & limit. 4. & post Paul. de Castr. Bald. & Peralt Gregor. in L. 11. tit. 14. partit. 6. verb. livremente. Bursat. cons. 355. n. 45. lib. 4. Costa in cap. si pater 1. p. verb. legavit n. 14. de test. in 6.

Sic similiter non transit in fiscum jus revocandi 42
donationem causa mortis per text. in L. sed si mors §. 1. de donat. inter L. res uxoris C. eod. neque etiam jus revocandi donationem inter vivos competens ex pacto relato ad voluntatem donantis: est enim voluntas personalis L. 4. locati. Et sic in fiscum transire non potest. Gotofred. cons. 5. n. 17. Peregrin. lib. 3. tit. 1. nu. 92. Quod idem procedit in jure revocandi donationem propter ingratitudinem; quia personale est, & non transit ad hæredes L. his solis C. de re-
vocand. donat Sanch. d. lib. 2. cap. 14. n. 6. Olea de 43
cession. jur. tit. 3. in miscell. n. 16. Cum enim jus impugnandi donationem, vel tanquam inofficiosam, vel quia poterat à donatore revocari, non transeat in hæredem, neque etiam fiscum transire potest, Bald. in L. 1. n. 15. Cod. de inoffic. donat. Jason. in L. cum mota n. 15. C. de transact. Noal. de transmiss. casu 45. n. 9. Benedict. in cap. Raynutius verb. mortuo itaque testatore 2. n. 145. Arias de Mesa d. cap. 42. n. 22. Menchac. de success. progress. §. 7. n. 25. Fermosin. de confiscat. allegat. 32. 33. 34. & 35.

Denique quæro, An publicatis bonis donatoris 44
veniant in confiscationem bona reservata in donatione, ut de illis disponere valeret? Quam quæstionem

excitarunt, Giurb. *conf.* 55. qui partem fisci validè tuetur: sequitur Mar. Cutell. *de donat.* 1. *tom. discurs.* 2. *partit.* 2. *n.* 13. *& seqq*, Moti ex eo quod publicatis bonis alicujus ea omnia transeunt in fiscum, quæ transire possunt in extraneos hæredes; & quia fiscus quamvis verus hæres non sit, tamen loco hæredis habetur, ac dicitur universalis successor. L. *situtorem C. de vi public. gloss. in L. non intelligitur* §. *cum ex causa verb. pertinent ff. de jur. fisc.* Surdus *de aliment. tit.* 1. *q.* 31. *n.* 7. *& q.* 34. *n.* 11. Andr. Gail. *lib.* 2. *observat.* 86. *n.* 6. Fachin. *lib.* 8. *controv. cap.* 55. *vers. fundamentum*, Mastrill. *dec.* 277. *n.* 7. Peregrin. *de jure fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 57. Proindeque bona reservata à delinquente in donatione debent transire in fiscum prout acquiruntur verò hæredi extraneo.

Pro cujus dubitationis explicatione in memoriam
45 revocanda est alia controversia: Utrum, scilicet, decedente ab intestato eo qui de certa re disponendi facultatem, censeatur disposuisse ad favorem venientium ab intestato vel remaneat res, seu quantitas reservata apud donatarium? Pro parte venientium ab intestato facit: quod decedens ab intestato censetur bona relinquere proximioribus consanguineis, qui ex voluntate defuncti succedunt: ut probat *text. in L.*
46 *siqnis eum nullum*, *L. conficiuntur* 8. *ff. de jur. codicil. gloss. in L. non justum vers. repetitum in fin. Cod. ad Trebell.* Ita ut is, qui non testatur, visus sit alienare in venientes ab intestaro L. *codicillis* §. *matre ff. de legat.* 2. Surd. *dec.* 272. *n.* 8. *vers. præmisso, & in fin.* Hieron. Leo *dec. Valent.* 12. *n.* 17. Mantic. *de conject. ultim. lib.* 7. *tit.* 7. *n.* 14. Cassanat. *conf* 37. *n.* 28. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 23. *n.* 10. *&* 11. Joseph de Sesse *dec.* 48. *n.* 7. *& dec.* 33. *n.* 6. Antonin. Amat. *resolut.* 76. *à n.* 16. *cum seqq.* Giurb. *ad consuetud. Messan. cap.* 6. *gloss.* 11. *n.* 15. Cancer. *lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 116. *& cap.* 8. *n.* 79. Olea *de cess. jur. tit.* 3. *q.* 1. *n.* 37. Qui omnes tradunt bona sic reservata, de quibus donator non disposuit, pertinere ad hæredes venientes ab intestato. Et pro hac opinione judicatum testatur Franch. *dec. & dec.* 600. Mantic. *d. tit.* 7. *n.* 14. Surdus *dec.* 272. *n.* 9. *& cons.* 357. *n.* 8. Et ab ea non esse recedendum ait Fontan. *d. gloss.* 23. *n.* 14. *in fin.* Riccius ad Franch. *dec.* 45. *vers. ego non discedo*, Olea *d. q.* 1. *n.* 17.

Cæterùm plures alii magnæ authoritatis Doctores docent necessarium esse quod is, qui habet faculta-
47 tem disponendi de bonis reservatis, expresse & specialiter disponat: alias expirat facultas, & remanet res apud donatarium. Et hanc partem pluribus relatis sequitur Cassanat *d. cons.* 37. *n.* 27. *&* 29. ac pro ea judicatum dicit Thesaur. *decis.* 97. & esse juri consonam dicit. Fontan. *d. gloss.* 23. *n.* 14. Faciunt etiam quæ Phæbus 2. *p. decis.* 128. *n.* 20. *& arest.* 14. Verum prior sententia communis est, & tenenda, ea-
48 que retenta tradunt Giurb. *cons.* 55. & Mar. Cutell. *d. partit.* 2. *n.* 13. quod in prædicta specie confiscationis bonorum pertinent ad fiscum reservata; de quibus donator non disposuit: cum enim si decederet ab intestato, essent perventura ad extraneos hæredes confiscatis bonis ad fiscum debent transire.

Verum contra fiscum in eadem hypothesi judicatum dicit Mastril. *decis.* 277. & Castill. *dec.* 141. Mar.
49 Muta *decis.* 49. Sed Giurba has Senatus Siculi decisiones non admittit *cons.* 56. *n. fin.* Attamen Arias de Mesa *d. lib.* 3. *cap.* 42. *n.* 24. contra fiscum quæstionem resolvit, unica, ut ille ait ratione; nempe, quia ex donationis Lege necesse est, ut donator de quantitate, aut bonis reservatis disponat, sive expresse sive tacitè aut præsumptivè. Exemplum autem tacitæ dispositionis seu præsumptivæ procedit respectu venientium ab intestato, ad quos potius, quam ad donatarium pertinere bona reservata voluisse magis credunt interpretes. At vero hæc præsumptiva dispositio cessat respectu fisci qui tanquam extraneus bona occupat contra voluntatem donatoris damnati, qui adeo fiscum odio habet, ut nullo modo ad ejus beneficium disposuisse præsumatur: Cumque cesset præsumptio; in qua fundantur Doctores respectu hæredum, nunquam dici potest bona reservata ad fiscum transire ex voluntate præsumptiva donatoris, qui potius intelligitur voluisse quod bona reservata manerent apud donatarium, quasi neque expresse neque tacite disposuisset, quam fisco acquiri. Itaque cum in præsentiarum non detur tacita, & præsumptiva dispositio in qua consistit totale primæ opinionis fundamentum, sequitur in hoc casu amplectendam esse secundam opinionem juri, & rationi consonam, quam sequitur Arias de Mesa *d. cap.* 42. *n.* 24. *& seqq.* Ubi contraria argumenta diluit. Et contra fiscum hanc eandem opinionem defendit Seraphin. Massin. *de confiscat. q.* 135. *n.* 26. Et Ego etiam illis subscribo, licet Fermosin. *de confiscat. alleg.* 27. post hæc scripta visus distinguendo octo casus tandem *n.* 13. pro fisco respondeat: non enim consideravit rationes supra dictas.

Nunc devenire libet ad aliam non minus utilem 50
quæstionem, quæ sæpissimè contingit: An filio familias committente delictum, propter quod fuit bannitus, & condemnatus in pœnam vitæ & confiscationis bonorum, si postea pater decedat, vel ab intestato, vel cum testamento, prætereundo filii possit, fiscum aliquid pretendere ex bonis patris saltem respectu legitimæ? Hanc quæstionem posuit in terminis Alberic. de Rosart. *in L. si quæ pœna n.* 3. *&* 4. *vers. & facit ff. his qui sunt sui, vel alien. jur.* Et disputat ad partes Petr. Caball. *resolut. crim. casu* 164. Ubi eam determinat contra fiscum. Filius enim bannitus, vel deportatus publicatione bonorum habetur pro mortuo, & non reputatur esse in rerum natura L. *exactione ff. publicatione ff. pro socio:* Et ideo fiscus nomine ejus non potest legitimam petere L. *certa forma C. de jure fisc. lib.* 10. Salgad. *in L. lex Cornelia ff. de vulgat. in* 2. *lectum n.* 1. *&* 2. Reddens rationem, quia iste filius reputatur mortuus ante patrem, Paul. de Castr. *cons.* 212. *lib.* 2. Quod comprobatur ex eo quia filio non debetur legitima in vita patris: nisi conditionaliter in eventu futuræ mortis patris ante ipsum: & jura conditionalia non veniunt in confiscationem: ut supra dictum maner. Qua ratione si pater post bannum filii moriatur cum testamento, altero hærede instituto, nullum jus fiscus habere potest ad patris hæreditatem: ut optimè prosequitur Caball. *d. casu* 164. *à n.* 11. *cum seqq.* Et hanc opinionem ultra relatos à Caball. sustinet Cabed. *decis* 56. *n.* 9. Et confirmat ex dicto notabili Speculatoris *de execut. sentent.* §. *sequitur v. quid si filius.* Ubi post longam disputationem determinat quod condemnato & confiscato in vita patris, non fit executio in bonis patris: Et sic manet inconcussa quæstionis decisio contra fiscum.

CAPUT XXVI.

An confiscatis bonis mariti ob delictum veniant in confiscationem dos, & cætera bona uxoris? Et è converso confiscatis bonis uxoris confiscentur etiam bona mariti? Et de aliis Quæstionibus circa bona lucrata constante Matrimonio, & donationibus tam factis à marito, quam ab extraneis.

SUMMARIUM.

1 *Confiscatis bonis mariti, non confiscatur dos uxoris,*

uxoris, & cætera illius bona. Et è converso confiscatis bonis uxoris, non confiscantur bona mariti.

2 *Amplia idem procedere in confiscatione ob hæresim, vel ob crimen læsæ Majestatis humanæ.*

3 *Delictum mariti non nocet uxori, neque illius factum obligat dotem uxoris excepta causa primipilari.*

Secuta condemnatione mariti potest uxor dotem suam, & bona sua repetere: immo & propria authoritate capere. Ibid.

4 *Uxor bannito marito, vel condemnato in exilium perpetuum, potest dotem repetere, etiamsi bona mariti non publicentur.*

5 *Uxor potest petere restitutionem dotis à marito si ille vergit ad inopiam, vel à possessore bonorum, si maritus non est solvendo.*

Uxor potest se opponere pro conservatione dotis executionis factæ contra maritum. Ib.

6 *Confiscatis bonis mariti non confiscantur bona paraphernalia uxoris; vel alia lucrata ante, constante Matrimonio.*

7 *Intellige, ut non veniat in confiscationem dos verè tradita, & numerata: secus si fuerit confessata.*

Confessio dotis recepta non nocet creditoribus, si de vera numeratione non constat. Ib.

8 *Mulier pro dote confessata non habet prælationem, si de illa aliter non constat.*

9 *Fallit, si fiscus non opposuit exceptionem non numeratæ dotis intra annum computandum à morte, vel condemnatione viri: quia tunc etiam dos confessata ab uxore peti potest.*

10 *Nisi post lapsum termini fiscus opposuerit diffamationem, & eam conjecturis probaverit: quia tunc restituere non cogitur.*

11 *Solutio arrharum facienda est à fisco in casu, quo deberentur, & in tempore deducto in contractum.*

12 *Quæritur: An quarta bonorum mariti, quæ debetur uxori inopi, & indotatæ, deducenda sit ex bonis mariti confiscatis? Et resolvitur affirmativè: & n. 14.*

13 *Intellige, ut procedat conclusio, etiamsi confiscatio fiat ob crimen læsæ Majestatis.*

Quarta quæ debetur uxori, deducitur ex toto acervo bonorum mariti tanquam æs alienum: & minuit legitimas filiorum.

14 *Subrogatum sapit naturam ejus: in cujus locum subrogatur.*

15 *Interpretatur* text. in Authent. bona damnatorum C. de bon. proscript.

16 *Diluuntur opiniones Peregrini, Sanchez, & Bajardi, atque Petri Caballi, & sustinetur supra posita conclusio.*

17 *Donationes facta uxori à consanguineis viri, non veniunt in publicationem bonorum mariti, quando donata à consanguineis quæruntur conjugi, cui facta est donatio. In casibus verò: in quibus donata quæruntur delinquenti, procedit confiscatio.*

Quando donata à consanguineis viri quærantur uxori, vel è contra. Remissivè. Ib.

18 *Quæritur: An donata à viro uxori constante Matrimonio sint reservanda uxori confiscatis bonis mariti? Et fundatur pars negativa.*

19 *Donatio facta à viro uxori constante Matrimonio non revocatur secuta condemnatione bonorum donantis, si donator servus pœnæ fuerit effectus.*

Intellige, si mulier tempore condemnationis donatoris fuerit in possessione rei donatæ. Ib.

20 *Procedit conclusio etiam in crimine læsæ Majestatis in primo capite.*

21 *Donatio causa mortis facta inter conjuges confirmatur secunda condemnatione capitali donantis.*

22 *Intellige, si conjugi donatario facta fuit traditio rei causa mortis damnatæ.*

23 *Donatio causa mortis facta uxori confirmatur morte naturali mariti, & in uxorem transit dominium à die mortis donantis nulla præcedente traditione.*

24 *Si rei donatæ causa mortis uxori à marito non præcessit traditio, secuta publicatione bonorum confiscatur res donata.*

25 *Ut causa mortis confirmetur secuta publicatione bonorum: vel morte naturali, dubium est, An sufficiat, quod maritus donans transferat possessionem in uxorem per clausulam constituti? Et fundatur pars negativa.*

Possessio regulariter transfertur per clausulam constituti, absque alio reali traditionis actu. Ib.

26 *Ut possessio transferatur per clausulam constituti, requiritur, quod constituens rem possideat tempore constituti.*

Constitutum appositum in contractu circa rem promissam post mortem, non transfert possessionem: quia jam eo tempore constituens non potest possidere.

27 *Constitutum extinguitur morte constituentis.*

28 *Fundatur verior opinio, quæ habet sufficere traditionem donantis per clausulam constituti, ut publicatione secuta, vel morte naturali, donatio facta inter conjuges confirmetur.*

29 *Constitutum purum oppositum in donatione inter vivos operatur translationem dominii in donatarium, quamvis actus executio differatur post mortem.*

30 *Intelligitur regula, quod constitutum extinguitur morte constituentis, & declaratur.*

31 *Possessionem suam non amittit quis ex sola morte illius, per quem possidebat.*

32 *Clausula ex nunc prout ex tunc operatur, ut dispositio retrotrahatur ad tempus actus: & facit, quod operetur constitutum etiam collatum post mortem.*

33 *Si uxor particeps fuit criminis læsæ Majestatis, quod maritus admisit, non recuperat dotem, arrhas, nec alia bona: quia omnia publicantur de jure Regio.*

De jure communi mulier non amittit bona, quamvis maritum delinquentem insequatur. Ib.

34 *Donationes factæ à marito uxori confiscantur, si in fraudem fisci factæ probentur.*

35 *Confiscatur dos mulieris Catholicæ: quæ scienter Matrimonium contraxit cum hæretico.*

36 *Matrimonium contractum cum hæretico validum est, tamen ita scienter contrahens delictum committit.*

37 *Mulier contrahens Matrimonium scienter cum hæretico amittit dotem: & quæcumque alia bona secundùm veriorem opinionem.*

Legis ratio dispositionem regit: & quod ipsa exigit, dispositum dicitur. Ibid.

Executio fieri non dicitur, sed comprehensio, quando eadem datur ratio. Ibid.

38 *Refellitur opinio Thomæ Sanchez & Fermosini.*

39 *Textus* in cap. Decrevit. de hæretic. in 6. *procedit etiam in viro Catholico, qui scienter duxit hæreticam, & bona propria amittit: ut n. 40. & 41.*

41 *Vir, & uxor sunt correlativi, ita ut prohibitum uni, alteri etiam prohibitum censeatur.*

Statutum, quod loquitur de viro, & de uxore locum videtur & contra.

42 *Quæritur? An dos uxoris publicetur ob illius delictum*

delictum in præjudicium viri? Et distinguuntur duo casus in hoc Regno.

43 *Si matrimonium fuit contractum juxta Regni consuetudinem, confiscatur medietas bonorum ob delictum uxoris.*

Societas solvitur deportatione unius ex sociis. Item per bonorum publicationem. Ibid.

44 *Si confiscatio ob delictum uxoris facta fuit soluto jam Matrimonio, mulieris dos cum cæteris bonis publicatur.*

45 *Constante Matrimonio non confiscatur dos mulieris in præjudicium viri, nisi in criminibus læsæ Majestatis, de vi publica, parricidii, veneficii & homicidii, item, & hæresis.*

46 *In bonis dotalibus non potest fieri executio constante Matrimonio sine consensu viri propter debitum ab uxore contractum eodem Matrimonio constante.*

47 *Mulier conjugata in hoc, & Castellæ Regnis, contrahere non potest sine licentia viri: adeo ut mulier neque in foro conscientiæ obligetur ex contractu gesto.*

48 *Mulier in Castella propter delictum privatur dote etiam extra casus supra dictos.*

49 *Si contractu Matrimonii conventum fuit, quod maritus lucretur certam partem dotis, & postea dos publicata sit ob delictum uxoris non confiscatur pars quæ ex pacto pertinet ad maritum.*

50 *Pacta dotalia, quæ non sunt contra leges aut constitutiones omnino servanda sunt.*

51 *Reprobatur opinio Thomæ Sanchez, quatenus ait confiscata dote non lucrari maritum partem juxta pactum dotale.*

52 *Dictio & de sui natura copulat, & conjungit perfectè, & æque principaliter etiam ampliando.*

53 *Si in pacto de lucranda dote adjiciatur virum partem dotis lucraturum, etiamsi dos ob delictum uxoris publicetur, nullum est: & contra bonos mores.*

54 *Dos non confiscatur ob delictum uxoris, quando in contractu dotali stipulatio intervenerit de restituenda dote ei, qui eam contulit vel alteri.*

55 *Fiscus non tenetur solvere debita mulieris delinquentis contractæ constante Matrimonio.*

56 *Quæritur: An fiscus teneatur solvere debita contracta ante Matrimonium ab uxore, cujus bona postea fuerunt confiscata, ita ut maritus non tenetur? Et fundatur pars negativa.*

57 *Verior est opinio, quod pro debito conflato ab uxore ante Matrimonium, si alia non extant bona: fieri potest executio in bonis dotalibus, constante Matrimonio.*

58 *Quando mulier non dedit marito in dotem omnia bona, non potest fieri executio in bonis dotalibus, nisi prius fiat executio in aliis bonis præter dotalia.*

Fiscus publicatis bonis uxoris, tenetur satisfacere creditoribus, licet debita sint conflata ante matrimonium. Ibid.

59 *Si mulier contraxit debita cum usuris, & postea nupsit non soluto debito principali, neque usuris plurium annorum, fiscus tenetur solvere omnes usuras, non maritus, quamvis fructus bonorum dotalium percepisset.*

60 *Refertur casus litis inter Illustrissimum Comitem oppidi de Villamajor, & Illustrissimam. Dominam Agnetem de Avila viduam D. Alvari de Abranches.*

61 *Obligatus ad sortem, & usuras tenetur pro debito, & usuris in solidum.*

Debitum sortis & redditum unica tantum obligatione, dicitur ab initio contractum, licet quo ad reddims & pensiones obligatio fuisset successiva. Ib.

62 *In terminis propositis pro omnibus annis unica oritur actio.*

63 *Respectu obligationis & debiti usurarum non inspicitur tempus solutionis, sed dies, & tempus contractus.*

A primordio tituli posterior formatur eventus. Ib.

64 *Principium cujuscumque rei est potissimè pars illius unde posteriora consistunt. Et sic principium attendi debet: & non quod inde fuit secutum.*

65 *Una & eadem res non debet diverso jure censeri.*

66 *Usuræ sunt accessiones obligationis principalis & veluti ejus fructus, etiam si jure actionis debeantur.*

Accessorium sequitur naturam principalis. Ib.

Idem judicatur de accessorio quod de principali. Ibid.

67 *Debita contracta ab uno ex conjugibus non tenetur alter exsolvere.*

68 *Acquisita, & lucrata, constante matrimonio, non dicuntur nisi soluto ære alieno.*

69 *Lucri & quæstus verba simul prolata non important societatem omnium bonorum: sed particularem: & limitatam.*

Societati particulari solùm imputantur debita contracta in illius utilitatem vel necessitatem. Ib.

70 *Debitum sociale id tantum dicitur quod causa societatis fuit contractum, vel in ejus utilitatem versum.*

Socius particularis non obligatur ex mutuo facto alteri socio nisi in utilitatem societatis fuerit versum. Ibid.

71 *Lucri quod occasione societatis quæsitum non fuit ratio habenda non est.*

Non sunt imputanda societati expensa, quæ non fiunt contemplatione societatis. Ib.

72 *Stipulatio præstationum annuarum in contractibus facit ut statim tempore contractus cedat dies præstationum, licèt nondum venerit, nisi sua quaque die.*

Creditor præstationum annuarum agere potest non tantum pro præteritis, sed etiam pro futuris ut debitor condemnetur ad soluendum statutis temporibus. Ib.

73 *Creditor præstationum annuarum præfertur etiam pro futuris aliis creditoribus, quorum debitorum dies jam cessit.*

74 *Creditor ante diem agere nequit. Qui ante diem petit, plus dicitur petere.* Ib.

75 *In uxorem transit dominium bonorum, lucratorum.*
etiam constante Matrimonio.

PRæterea confiscatis bonis mariti ob delictum ab eo perpetratum non confiscantur dos uxoris, & cætera illius bona. Et è converso confiscatis bonis uxoris non veniunt in confiscationem bona mariti, non solùm quæ ex lege, sed etiam quæ ex consuetudine, vel pacto pertinent ad oxorem, vel maritum. Probat *text. in* L. *si marito ff. de solut. matrim. L. quisquis* §. *uxores sane C. ad* L. *Jul. Majest. L. si quis post hac Cod. de bon. proscrip.* ubi commun. scribentes. Et tradunt Bald. *cons.* 196. *n. lib.*2. Anton. Burth. *cons.* 61. *n.* 3. *vers in casu autem*, Roland. *cons.* 31. *n.* 33. & 34. *lib.* 1. Bossius *tit. de honor. public. n.*73. *vers. quando confiscantur*, Clar. §. *fin. q.* 78. *sub. n.*15. *post vers. quæro si bona.* Farinac. *quæst.* 25. *num.* 111. Thusc. *lit. D. Conclus.* 746. *nu.* 1. & *conclus.* 762. *n.* 41. & 4. *conclus.* 763. *n.* 21. & 3. Sanchez *ad præcept. Decalog. lib.*2. *cap.*17. *n.*2. & *seqq.* Andr. Gail. *l.*2. *observ.* 86. *n.*14. Sixtin. *d. Regal. cap.* 12. *n.*29. *lib.*2. Guazin. *de confisc. concl.* 13. *limit.* 35. *n.* 1. Fontan. *de pact. nupt. claus.*6. *gloss.*2. *p.*2. *num.* 9. 1

Massin. *de confiscat.* q. 31. n. 1. Petrus Caball. *casu*
232. *n.*1. *& seqq.* Cabed. 1. *p. dec.* 183. *n.* 4. Castro
Palao *in oper. moral. tract.* 4. *disp.* 5. *punct.* 12. *n.* 1.
& 2. Quæ resolutio ampliatur etiam in causa hæresis
*Ordin. lib.*4. *tit.*46. §. *fin.* & in casu læsæ Majestatis
Ordinat. lib. 5. *tit.*6. §.20. *d.* L. *quisquis* §. *uxores*,
sane in terminis Butrius *d. cons.* 81. *sub n.* 3. Plotus
cons. 130. *n.*50. Gigas *de crimin. læs. Majestat. lib.*3.
2 *rubr.* 1. *tit. de pæn. quas fil. incurr.* q. 18. *in princ.*
Farinac. *d.* q.25.*n.*111. Massin.*d.q.*31.*n.*3. Petr. Ca-
ball. *de casu* 232. *num.*4. *&* 15. Fermosin. multum
post hæc scripta visus *de confisc. alleg.* 24.*num.* 8. *&*
alleg. 24.

Ex ea ratione: quia delictum mariti non debet
nocere uxori in sua dote *L.* 1.*C. ad L. Jul. de vi pu-*
3 *blic.* neque factum viri obligat dotem uxoris excepta
causa primipilari L. 3. *de primipil. lib.*12.*L.satis Cod.*
in quibus causis pign. tacit. contrah. tot.tit.C.ne uxor.
pro marito. Neque alius pro alio puniri debet ubi,
jure non est expressum L. *sancimus C. de pæn.* Quod
adeo verum est, ut secuta condemnatione mariti pos-
sit uxor dotem suam, & bona repetere: ut scribunt
Joann. Andr. *in addit. ad speculat. tit. de dote post*
divort. restit. §. *formatis instrumentis n.*20. *vers.quod*
si vir est in banno: Roman. *cons.*187.*n.*6.*in fin.* Thusc.
de conclus. 762. *n.* 41. *&* 42. post alios Petr. Caball.
d. casu 232. *num.* 6. Immo ipsa uxor potest publica-
tis bonis mariti suam dotem, & propria bona capere
propria authoritate, ex *d.L. si quis post hac*, Sanchez.
*d.lib.*2. *cap.*17.*n.*3.*in fin.* Palac.Rub. *in Rubr.de do-*
nat inter.§.66. *n.*18. *versi. prædicta sunt intelligenda*,
Farinac.*d.p.*25.*n.*116. Castr. Palao *de tract.* 4. *disp.*5.
punct. 12. *n.* 4.

Et ait Petr. Caball. *de casu* 232. *n.* 7. 8. *&* 9. mu-
lieri repetitionem dotis dari; etiam si bona mariti
4 non publicentur, dummodo ille bannitus, vel con-
demnatus sit ad perpetuum exilium, ex quo tale ban-
num, vel exilium perpetuam paupertatem inducit
secundum *gloss. in Authent. de exibend. & remittend.*
in princ. Gigas *de crim. læs. Majest. lib.*3. *tit.*1. *q.*18.
Farinac, *d.q.* 25. *n.* 111. *circa fin.* Quod dictum con-
firmatur ex eo quoniam si uxor videt maritum verge-
re ad inopiam, potest ab eo dotis restitutionem, pe-
tere, & agere contra bonorum possessores; si maritus
non est solvendo, *L. si constante ff. solut. Matrim. L.*
5 *ubi adhuc C. de jure dot.* L. *servus* 21.*ff. de manu-*
miss.cap. per vestras de donat. inter Cancer.*lib.*1.*var.*
capite 9.*n.*38. Anton. Gomez. *in* L. 50. *Tauri num.*
33. Castill. *lib.*4. *controv. cap.*26. à *num.* 5. Olea *de*
cession. jur. tit. 2. *q.* 7. *num.* 9. Giurb. *decis.* 16. à
*n.*1. Insuper uxor petere potest interesse dotis à tem-
pore, quo maritus est effectus inops Tondut. *resolut.*
*civil. cap.*122. *n.* 8. *&* 9. & potest se opponere pro
suæ dotis conservatione executioni à creditoribus
viri factæ: ut tradunt commun. Doctores *in d. L. si*
constante, Covarr. *lib.*3. *var. cap.*8.*n.*3. Rodriguez
*de execut. cap.*7.*n.*10. *& de concurs.* 1.*p. art.*1.*n.*18.
Gutierr. *cons.*50. *Curia Philippic.* 2.*p.*§.26.*n.*7. Olea
*d.tit.*3. *quæst.*7.*n.*26. Cancer. *d.lib.*1.*cap.*9.*n.*35. Ca-
pyc. Latro *dec.* 42. *n.* 1. ubi Michael. Angel. Gizzi
observ. 42. *n.* 1.

Illa autem resolutio, quæ habet confiscatis bonis
6 mariti, non confiscari dotem uxoris, quæ etiam pro-
batur *in decrevit. de hæret. in* 6. æque procedit in
aliis bonis uxoris sive paraphrenalibus, vel alio titu-
lo uxori quæsitis, & in lucratis constante Matrimo-
nio *d.* L.*post hac in princ. Cod. de bon.prosc.Ordin.lib.*
4.*tit.*46.§.*fin.& lib.*5.*tit.*9.§.20. Matienç. *in L.*10.*gl.*
2.*tit.*9.*lib.*5. *Recopil.* Quæ loquitur in medietate bo-
norum lucratorum constante Matrimonio, Caldas *de*
empt. & vend. capite 10. *n.*41. Castill. *de usufruct.c.*
4. *n.fin.* optime Sanchez *d. lib.*2. *capite* 17. *num.* 3.
& 4. Castro Palao *d. punct.* 12. *num.* 3. Fermosin. *de*
confiscat. alleg. 24. *n.* 4. *& seqq. & num.* 8.

Quæ dicta sunt circa restitutionem dotis à fisco 7
faciendam uxori, intellige de dote vere tradita, &
numerata, non de dote confessata in quocumque in-
strumento *d.L. si quis post hac & de bon. proscrip.* ibi:
Dos etiam non quæ aliquoties inaniter dotalium ins-
trumentorum tenore conscribitur, sed quam se corpo-
raliter tradidisse docuerit, repræsentatur: L.1.*Cod.*
de dote cauta non n. Namque quemadmodum con-
fessio dotis receptæ creditoribus non nocet, si de ve-
ra numeratione non constat *gloss. verb. data per text.*
ibi in L. assiduis C. qui pot. in pign. Petr. Barbos. *in*
*L.*1.*p.*6. *n.*25. *ff. solut. Matrim.* Valasc. *consult.*6.*n.*
4. Covarr. *lib.*1. *var. capite* 7. *n.*4. Mantic. *de tacit.*
*& ambig.lib.*11. *titulo.* 27. Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.*
13. Cancer. *lib.* 1. *var. cap.* 9. *n.* 14. Plura involvit
Fermosin. *allegat.* 27. *n.* 11. *cum seqq.* Prout etiam
in terminis *Authent. res quæ C. commun. de legat.*
Confessio dotis receptæ non præjudicat fideicommis-
sario: ut scribunt Cancer. *d. lib.* 1. *variar. cap.* 9.
num. 182. *&* 183. Ludovis. Cassanat. *cons.* 54. *n.*34.
Peregrin. *de fideicommiss. art.* 42. *n.* 83. Castill. *de*
alim. cap 36. §.6. *n.*1 Fontan. *de pact. nupt. gloss.*3.
*claus.*7. *p.*14. *n.* 30. Atque ita neque fisco præjudi-
care potest confessio dotis receptæ: ut tenent Sanch.
d. lib. 2. *cap.* 17. *n.* 5. Et facit quo mulier pro dote
confessata non habet prælationem, si de illa non ali-
ter constat quam per mariti confessionem. *gloss.*
verb. dote in d. L. assiduis quam Bald. ibi dicit esse
auream & communiter receptam, idem Bald. *in cap.*
contingit col. 5. *de dolo, & contumac. & in rubr. C.*
*de privileg.dot.col.*3. Alex. *in L.*1. *n.*35. *ff.solut. Ma-*
trim. Tiraq. *de retract. convent.*§.4.*gloss.*6.*n.*14. Pe-
tr. Barbos. *in d.*L.1.*n.*25. *vers. succedit igitur*, opti-
me Mynsinger. *centur.* 1. *observ.* 61. Ubi ait oporte-
re quod mulier realem dotis numerationem re ipsa
datam probare debet si creditoribus præferri venit.

Sed prædicta resolutio locum non obtinet in duo- 9
bus casibus. Primus est si fiscus non opposuit excep-
tionem non numeratæ dotis intra tempora constituta
nempe intra annum computandum à morte, vel con-
demnatione viri: ut ex Simanch. & Vasquez docet
Sanchez. *d. ca.* 17.*n.*6. *in fin.* Et videtur tenere Fer-
mosin. *d. allegat.*17. *n.*17. Paul. de Castr *in L.si ma-*
rito ff. solut. Matrim. Quemad. *in suis quæst. fiscal.q.*4.
n. 2. Si enim elapsa sint tempora, uxor dotem etiam
confessatam à fisco repetere potest Peregrin. *d. l.* 5.
*tit.*2. *n.*82. Sanch. *d.c.* 17. *n.*6. *&* 7. Guazin. *de con-*
fis. conclus. 13. *limit.* 35. *n.*5. Massin, *eodem tractatu*
quæstione 21. *num.* Farinac. *d. quæstione* 25. *numero*
140. Secundus casus est quando post lapsum termi- 10
num proponendæ exceptionis non numeratæ dotis
fiscus simulationem opponit, & eam conjecturis pro-
bat: tunc enim dotem restituere non cogitur, Gua-
zin. *d. limit.* 35. *num.*7. *vers. bene verum est.* Massin.
*d.q.*31.*n.*16. In quo fiscus utitur jure privati: namque
transacto tempore; intra quod opponi potest excep-
tio non numeratæ pecuniæ vel dotis, quilibet proba-
re valet erroneam confessionem, & dolo fraudeque
factam, *Rota recentior. dec.* 683. *n.*11. Salgad. *post*
*tract. de labyrinth. credit. dec.*23.*n.*13. Massin. *d.n.*16.
Et probat *Ordinat. lib.* 4. *tit.* 51. §. 1.

Circa solutionem arrharum advertendum est à fis- 11
co faciendam tempore in contractum deducto, & in
casu, in quo deberentur, juxta *Ordin. lib.* 5. *tit.* 6.
§.20.ibi: *E suas arrhas ao tempo que forem vencidas*,
id est post mortem viri. Non enim arrhæ promitti so-
lent nisi uxori superstiti mortuo viro. Deinde in præ-
sentiarum pro repetitis habemus his, quæ diximus *Tom.*
1.*p.*1. *præl.*2. §.6. Ubi ad saturitatem invenies quan-
do, & quomodo, & in quibus casibus arrhæ solvi
debent, & in qua quantitate, & ex quibus bonis,
Et nota fiscum teneri ad solutionem arrharum si

dos soluta probetur; quia nulla dote soluta, nullæ debentur arrhæ: ut diximus *d.* §. 6. *n.* 23. & 24. Ubi *n.* 25. & *seqq.* invenies quando maritus non soluta dote teneatur ad solutionem arrharum.

12 Consequenter quæritur, An quarta bonorum mariti (quæ debetur uxori inopi, & indotatæ, vel modicam dotem habenti, ex *text. in Autheut. præterea C. Unde vir & uxor L.* 7. *tit.* 13. *partit.* 6.) deducenda sit ex bonis mariti confiscati? Et quidem attento jure communi, ita ut non publicatur dos uxoris, ita publicari non debet quarta debita uxori inopi ex bonis mariti: præsertim quia fiscus tenetur exsolvere debita delinquentis, & hæc quarta debita censetur ex dispositione legis: Et sic non confiscari dictam quartam tradit Socin. Senior. *conf.* 108. *n.* 1. *vol.* 1. & *conf.* 121. *vol.* 4 Andr. Gail. *lib.* 2. *observ.* 86. *in fin.* Plotus *inter consilia criminalia Lileti tom.* 1. *consf.* 130. *à n.* 41. *usque ad* 48. Farinac. *q.* 25. *n.* 123. *vers. amplia quarto etiam in dote*, Peregrin. *lib.* 5. *titulo* 1. *n.* 81. Sixtin. *de Regalib. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 15. Thom. Sanchez *ad præcept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 11. Fontan. *de pact. nupt. clauf.* 5. *gloff.* 4. *n.* 68. Castr. Palao *d. tract.* 4. *disput.* 5. *punct.* 12. *n.* 8. optimè Petr. Caball. *resolut. crimin. casu* 232. *n.* 12. Guazin. *de confiscat. conclus.* 13. *limit.* 35. *n.* 10. Maffin. *eod. tract. q.* 31. *n.* 29. Quæ conclusio procedit, etiamsi confiscatio fiat ob crimen læsæ Majestatis: ut tenent Guazin. & ab eo relati *d. limit.* 35. *n.* 11. Caball. *d.*

13 *casu* 232. *n.* 13. & 14. Sanchez. *d. cap.* 17. *n.* 11. quia illa quarta quæ debetur uxori inopi, vel modicam dotem habenti, tanquam æs alienum deducitur ex toto acervo bonorum mariti, & minuit legitimas filiorum, ut per Segura *in L. cohæredi §. cum filiæ à n.* 210. *usque ad* 215. *ff. de vulgar.* Gomez Arias *in L.* 23. *Tauri n. fin.* & *in L.* 3. *n.* 20. Escob. *de ratiociniis comput.* 1. *n.* 15. Angulo *de meliorat. lib.* 2. *gloff.* 2. *n.* 57. quos refert, & sequitur Sanchez *d. cap.* 17. *n.* 11. *vers. præterea quia* Castr. Palao *d. punct.* 12. *n.* 8. Fermosin. post hæc scripta visus *alleg.* 24. *n.* 29. Unde cum fiscus teneatur ad alia delinquentis debita, etiam tenebitur ad quartam: præsertim quia illa succedit loco dotis ipsius uxoris indotatæ: Et ideo sicut ipsa dos uxoris non publicatur ob delictum læsæ Majestatis mariti: ita nec ipsa quarta: ut ratiocinatur Caball. *d. casu* 232. *n.* 14. & 15. Namque

14 subrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum subrogatur, *L. si cum §. injuriarum, ff. si quis caution. §. fuerat Instit. de action.* Valasc. *consult.* 132. *n.* 26. Gama *dec.* 222. *n.* 10. Gomez *in L.* 9. *Tauri n.* 42. Decius *consf.* 189. *col.* 3. Gratian. *cap.* 106. *n.* 14. Cabed. 1. *p. decis.* 167. *n.* 3. Flores de Mena *lib.* 1. *variar. q.* 20. *à n.* 1. Reynos. *observ.* 54. *n.* 2. Barbos. *ad L. si longius* 18. *ff. de judic. n.* 43. Larrea *dec.* 20. *n.* 20. & 23. & *alleg.* 80. *n.* 3. Salgad. *de protect.* 3. *p. c.* 11. *n.* 14. Cyriac. *controv.* 160. *n* 41. Joan. Hering. *de molend. q.* 1. *n.* 35. Et quia sicut maritus non potest etiam per testamentum privare uxorem dicta quarta, ita neque delinquendo. Quare hæc opinio in puncto juris verior est, & tenenda.

15 Neque obstat *text. in Authent. bona damnatorum*, quatenus à regula ibi posita excipit crimen læsæ Majestatis in verbis ibi: *In Majestatis verò crimine condemnati veteres leges servari jubemus.* Quoniam respondetur illum textum disponere etiam circa alia nempe non publicari bona quando delinquens habet ascendentes, vel descendentes, corrigens leges veteres, in quibus contrarium erat statutum; & constituens regulam generalem, excepit casum læsæ Majestatis, in quo per *L. quisquis C. ad L. Jul. Majest.* publicantur omnia bona committentium prædictum crimen etiam existentibus descendentibus, & ascendentibus Cumque *in d. L. quisquis* nihil dictum sit de hac quarta, neque alia reperiatur lex, quæ jubeat eam publicari. Rectè sequitur, quod in illis verbis non loquitur *Authent. bona damnatorum* de quarta uxori debita: ut eleganter notat Sanchez *d. cap.* 17. *n.* 11.

Peregrinus autem *d. libro* 5. *titulo* 1. *n.* 46. crede- 16
re dicit in practica contra uxorem causam fisci prævalere: & *n.* 81. *in fin.* fatetur prædictam opinionem veram esse, nisi fori consuetudo obstaret. Et in idem inclinat Sanchez *d. c.* 17. *n.* 12. asserens quod si contrarium sit usu receptum, id servandum esse. Et Bajard. ad Clar. §. *fin. q.* 78. *n.* 89. dicit numquam vidisse in foro prædictam opinionem receptam: & Caball. *d. casu* 232. *n.* 38. tradit numquam vidisse peti hanc quartam per uxores à fisco, quando earum viri sunt banniti cum publicatione bonorum vel condemnati. Nihilominus tamen omnes fatentur prædictam sententiam esse de jure veram. Et sic censeo ab ea non esse recedendum, nisi in contrarium detur legitima, & præscripta consuetudo. Videndus Seraphin. Maffin. *d. q.* 31. *n.* 29. Ubi invenitur contra Guazinum quatenus *in d. limit.* 35. *n.* 10. ait quod in practica non poterit obtineri à fisco prædicta quarta, propter ejus voraginem, cum temporibus factus sit sine conscientia. Sed Maffinus dicit, quod ex dicto Guasini offenditur pietas & justitia Principum Christianorum, qui in nihilo minores Trajano gloriantur: dum fiscus in causa superatur: illius enim causa, nisi sub Principe malo bona est, Mastrill. *de Magistr. lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 117. & *seqq.* Proindeque durum erit recedere à prædicta sententia: ut ait Caball. *d. casu* 232. *n.* 39.

Quoad res donatas uxori à consanguineis mariti 17
delinquentis, vel è contra donatas viro à consanguineis uxoris. An scilicet publicandæ sint publicatis bonis illius conjugis, cui donationes fuerunt factæ? Dicendum est relictis aliis veriorem esse sententiam; quod in casibus, in quibus donata à consanguineis quæruntur conjugi, cui facta est donatio, non habeat locum publicatio ob delictum alterius conjugis: in illis verò casibus quibus donata quæruntur delinquenti: procedat confiscatio. Ita Azeved. *in L.* 11. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopil. n.* 3. Sanchez *d. cap.* 17. *n.* 13. Fermosin. *alleg.* 24. *n.* 16. Quando autem donata à consanguineis vivi acquirantur uxori vel è contra? videndi sunt Azeved. ubi proxime, Sanch. *de Matrim. lib.* 6. *disp.* 26. *per tot.* Anton. Gomez *in L.* 14. *Tauri n.* 6. Mascard. *conclus.* 563. *à n.* 5. Barbos. *in L. quæ dotis n.* 24. & *seqq. ff. solut. Matrim.* Gratian. *cap.* 189. *n.* 3. & *seqq.*

An autem donata à viro uxori constante Matri- 18
monio sint reservanda uxori confiscatis bonis mariti; Major est dubitatio. Quia hæc donatio inter virum, & uxorem jure civili improbatur: ut diximus *tom.* 1. *prael.* 2. §. 4. *n.* 1. & 2. *p.* 1. *L. illud* 5. §. *hac nec illa L. si liberis* 27. *ff. de pact. dotal. L. si sponsus* §. *fin. ff. de donat. inter*, *Ordinat. lib.* 4. *tit.* 65. Et quamvis morte donantis confirmetur; ut diximus *d.* §. 4. *n.* 3. tamen cùm hæc donatio non sortiatur effectum, nisi secuta morte donantis, ultimæ voluntatis naturam induit. Et ita ut relicta in ultima voluntate secuta publicatione bonorum donantis confiscantur: ita & prædicta donatio revocari debet, ut scribunt Simanc. *de Cathol. instit. tit.* 9. *n.* 10. Vasquez 1. 2. *q.* 96. *art.* 5. *disp.* 169. *cap.* 1. *n.* 4. Azor. *tom.* 1. *instit. moral. lib.* 5. *cap.* 7. *q.* 8. *vers. ex his perspicitur.* Fermosin. *d. alleg.* 24. *n.* 18.

Nihilominus verius est donationem factam uxori 19
à marito ante delictum non revocari secuta postea publicatione bonorum donantis, immo confirmari si donator efficiatur servus pœnæ per text. in *L. res quæ legata. L. res uxoris C. de uxoris C. de donat. inter*, & diximus *d. prælud.* 2. §. 4. *n.* 15. & ultra ibi relatos docet Guazin. *de confiscat. concl.* 13. *limit.* 36. *à n.* 1.

à n. 1. Sed est intelligenda nostra resolutio dummodo tempore condemnationis donantis mulier sit in possessione rei donatae, namque ut haec donatio morte donatoris confirmetur, necessariò requiritur quod praecedat illius traditio, ita ut non sufficiat quod donatarius antea fuisset in possessione *L. Papinianus* 24. *ff. de donation. inter* & pluribus citatis diximus *d. prælud.* 2. §. 4. *n.* 8. atque si donatarius reperiatur in possessione rei donatae per condemnationem capitalem donantis praedicta donatio inter conjuges confirmatur, & haec verior opinio quam etiam sequuntur relati à Fermosin. *d. alleg.* 24. *n.* 15. & eam etiam
20 procedere in crimine laesae Majestatis in primo capite tradunt Plotus *in d. consf. crimin.* 130. *n.* 48. ubi allegat. *text. in d. L. quisquis, ubi glossa verb. donationes C. ad L. Jul. Majest.* Socin. *consf.* 121. *n.* 6. *vers. quarto, & ultimo,* Farinac. *quaest.* 25. *n.* 132. Bajard. ad Jul. Clar. §. *fin. q.* 78. *n.* 77. Sanchez *lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 15. Fermosin. *d. alleg.* 24. *n.* 15.

Simili modo quamvis donatio causa mortis ante delictum non confirmetur morte civili donatoris, ideoque bona donata transeant in fiscum sequuta condemnatione capitali donatoris cum publicatione bo-
21 norum ut diximus *tom.* 1. *prælud.* 2. §. 3. *n.* 66. *& seqq. p.* 1. Tamen si haec mortis causa donatio fiat inter conjuges, confirmatur secuta condemnatione capitali, quia maritus taliter bannitus habetur pro mortuo *L. si qua pœna ff. de his qui sunt sui*, *L.* 1. §. 1. *de bonor. possessor. contra tabul. gloss. in §. relegati Instit. quib. mod. jus patr. potest solv.* Petr. Caball. *resolut. crimin. casu* 284. *n.* 24. Farinac. *q.* 102. *n.* 23. & *consf.* 135. *n.* 37. Giurb. *consf.* 3. *n.* 7. Propter quae praedictam sententiam tenent plures à Nobis relati *d. t. tom. prel.* 2. §. 3. *de donat. caus. mort. n.* 71. Et ultra eos Castr. Palao *in oper. moral. tract.* 4. *disp.* 5. *punct.* 3. *n.* 2. Hermos. *in L.* 2. *tit.* 4. *gloss.* 2. *n.* 8. *partit.* 5. Bajard. *ad Clar.* §. *fin. q.* 78. *n.* 77. Guazin. *de confisc. conclus.* 13. *limit.* 36. *à n.* 1. Et faciunt jura in *L. sed si mors ubi gloss. verb. rata habeatur ff. de donat. inter L. si quis post hac C. de bon. proscript.* Costa *in cap. si pater verb. legavit n.* 6. *de testam. in* 6. Ubi tradit, quod ad hoc ut bannito marito mulier consequatur dominium rei mortis causa donatae requiritur, quod uxori facta fuerit traditio? & esse speciale ad confirmationem per mortem civilem donationis causa mortis, quod praecedat traditio, Bald. *in L. executam C. de execut. rei judic. n.* 30. *vers. quaro quidem timens*, Jason *in Authent. quas actiones col.* 7. *ad med. n.* 30. *Cod. de sacros. Eccles.* Surd. *consf.* 171. *n.* 17. *vers. & hoc quidem verum est*, Gratian. *cap.* 172. *n.* 15. Costa *in d. verb. legavit n.* 6. Farinac *q.* 35. *n.* 137. Castr. Palao *de punct.* 3. *n.* 2. Et ait Gratian. *d. cap.* 172. *n.* 16. contrarium esse dicendum in donatione causa mortis facta uxori, quando confirmatur morte naturali mariti: tunc enim nulla praecedente traditione dominium rei donatae transit in donatarium à die mortis donantis ad instar legati, Bald. *in L. si mortis in*
22 *princ. C. ad L. Falcid.* Covarr. *in rubr. de testam. p.* 3. *n.* 16. *vers. primum Dominium*, Joan. Lupus *in rubr. de donat. inter* §. 77. *vers. idem dicas si maritus n.* 2. Surdus *consf.* 171. *n.* 17.

Unde si rei, causa mortis donatae à marito, tradi-
23 tio facta non fuit, secuta condemnatione mariti non potuit in dominium uxoris transire: Et sic confiscabitur inter alia bona delinquentis *L. si fundus vers. num. & si ff. locati.* Quem textum ad id singularem dicit Romanus *singular. seu notab.* 425. sequitur Costa *in d. verb. legavit n.* 6. *vers. caeterum.*

An autem in praedicto casu sufficiat quod maritus
24 donans causa mortis transferat possessionem in uxorem per clausulam constituti, ut donatio secuta publicatione bonorum, vel morte naturali, confirmetur, dubium est in quo videbatur dicendum non sufficere traditionem factam per constitutum, quoniam licet possessio regulariter transferatur per clausulam constituti absque aliquo reali traditione actu, per *text. in L. quod meo, ff. de acquir. possess.* & latè probavimus *tom.* 1. *p.* 1. *prælud.* 1. *n.* 12. tamen haec resolutio 25
procedit dummodo constituens rem possideat tempore constituti juxta doctrinam *gloss. in L. quamvis ff. de acquirenda possess.* Decius *consf.* 247. *n.* 3. Valasc. *consf.* 106. *n.* 11. Anton. Gomez *in L.* 45. *Tauri n.* 84. Larrea *decis.* 10. *n.* 31. Ludovic. Postius *de manutenendo observ.* 20. *n.* 24. Unde quando constitutum apponitur in contractum circa rem promissam post mortem, non potest operari translationem possessionis, quia jam eo tempore constituens non potest possidere, Jason. *in* § *item si quis in fraudem instit. de actionibus n.* 77. *in fine col.* 20. *in princip.* Natta *consf.* 26
189. Thesaur. *dec.* 38. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 3. *n.* 18. *& seqq.* Postli. *de observat.* 20. *n.* 25. *&* 37. Noguer. *alleg.* 14. *n.* 57. Franc. Vivius *decis.* 12. *n.* 5. Anton. Amato *resolut.* 39. *n.* 77. *& resolut.* 62. 27
n. 1. extinguitur enim constitutum morte constituentis Stephan. Gratian. *forens. c.* 172. *n.* 17. Gratus *consf.* 63. *n.* 34. *in fin. lib.* 2. Surdus *consf.* 171. *n* 19. Corneus *consf.* 190. *n.* 5. *lib.* 1. Quo circa cum donatio causa mortis non confirmetur, nisi morte sequuta, quod idem locum habet in donatione inter vivos facta inter virum, & uxorem, & eo tempore donator jam non possideat, constitutum operari non valet, quod si ita est in casu mortis naturalis, à fortiori idem dicendum in casu mortis civilis, siquidem bannitus admittit dominium, & possessionem, ut bene docet Vincent. de Franch. *dec.* 213. *n.* 21. *& seqq* ex quibus videtur dicendum, constitutum non sufficere, ut appositum in donatione facta uxori sufficiat ad eam confirmandam publicatis bonis donatoris.

Sed his non obstantibus verius est ad confirmatio- 28
nem donationis in casu supra dicto sufficere traditionem donantis praecessisse per clausulam constituti, ut in terminis tradunt Surd. *consf.* 171. *n.* 18. *& seqq.* Gratian. *cap.* 172. *n.* 172. *cum seqq.* & fuit doctrina Angel. *in L.* 2. *not.* 1. *C. de inoffic. donat.* Alex. *consf.* 7. *col.* 1. *lib.* 6. Decius *consf.* 202. *col.* 4. *vers. tertio etiam*, Tiraq. *de constituto* 1. *p. n.* 49. *in fin.* ita ut condemnato marito capitaliter confirmetur donatio causa mortis facta uxori. Ei hac opinione retenti non obstante in contrarium adducta; respondetur enim quod constitutum purum appositum in donatione inter vivos collata ad tempus mortis, incontinenti operatur traditionem & dominii translationem in donatarium; quamvis executio actus post mortem dilata sit: ut in terminis docent Tiraq. *de constit. ampliat.* 16. Alex. 29
consf. 83. *visa facti narratione n.* 6. *ad fin. & n.* 13. *lib.* 2. Thusc. *litt. C. conclus.* 789. *n.* 1. Roland. *consf.* 61. *n.* 45. *&* 46. *libro* 2. Menoch. *libro* 2. *præsumpt.* 35. *n.* 36. *&* 37. Amato *resolut.* 62. *n.* 8. *&* 11. Et sic idem dicendum in casu supra posito. Neque obstat con- 30
stitutum extingui morte constituentis. Id enim intelligendum quoad hoc ne videatur constituarius licentiam possidendi concessisse haeredi constituentis. Non autem respectu constituarii, hoc est; quin possessionem acquisitam mediante constituto adhuc retinere valeat. Nesan. *consf.* 82. *n.* 18. *& seqq.* Burat. *dec.* 623. *n.* 2. Menoch. *de recuper. remed.* 14. *n.* 67. Ludovic. Post. *de manutent. observ.* 20. *n.* 36. Nam retinet constituarius civilem possessionem quam quaesierat per constitutum, & naturalem recuperat ab haerede, vel constituentis successore; cum non amittat actionem: sed eam retineat contra haeredem, Tiraq. *de constit.* 1. *p. n.* 66. & 2. *p. amplia c.* 13. *n.* 3. Surd. *consf.* 171. *n.* 10. Gratian. *d. cap.* 172. *n.* 10. Non enim quis amittit possessionem suam ex sola morte 31
illius per quem possidebat: quod utilitatis causa receptum fuit ex *text. in L si de eo* 30. §. 1. *ff. de acquir. possess.*

possess. Thesaur. *dec.*105. Anton. Faber. *in Cod. lib.* 7. *tit.* 7. *de acquir. possess. diffin. n.* 5. *v. neque enim.* Unde dixit Antonin. Amato *resolut.*39.*n.*70. *& seqq.* quod si maritus pro restitutione dotis constituat se omnia bona sua possidere nomine uxoris; mortuo marito habebit locum effectus constituti, & in uxorem possessio bonorum mariti translata dicetor? Nec dici poterit constitutum collatom fuisse post mortem: quia conditio, & casus restitutionis dotis non purificatur absolutè post mortem viri: sed in ultimo vitæ spiritu. Unde constitutum suum operatur effectum, Sforcia Oddo *cons.*22.*n.*10. Et idem dixit in donatione causa mortis Amato *resolut.* 62. *n.* 11. Et sic cessant objecta in contrarium. Et hæc proxima resolutio melius
32 locum obtinebit; si in constituto apposita sit clausula ex nunc pro ut tunc quia hæc verba operantur, ut dispositio retrotrahatur ad tempus actus, secundùm *gloss. in* L. 1. *C. de eod.* ubi Angel. & plures, cum quibus Tiraq. *de retract. convent.* §.2. *gloss. unic. n.* 85. Surd. *cons.* 191. *n.*21. Gratian. *d. cap.*172. *n.*18. subindeque operatur coostitutom, quamvis collatum in tempus mortis Alex. *cons.*8. *volum.* 3. *vers. confirmatur hoc quia, vol.* 3. Tiraq. *de constit.* 3. *p. limit.* 2. *n.*15. Surd. *d.cons.*171. *n.*22. Postius *observat.*20. *n.* 38. Amato *de resolut.* 39. *n.* 79.

Circa quæstionem principalem notabis qood si
33 uxor fuit particeps criminis læsæ Majestatis, quod maritus admisit neque arrhas, aut quæcumque alia bona recuperabit, sed omnia publicantur: ut disponit *Ordin. lib.*5.*tit.*6.§.20. ibi: *Salvo se ella houvesse participado do dito crime.* Quod joste statutum, quia particeps criminis reus illius esse existimatur cum ngentes, & consentientes pari pœna puniantur: licet de jure communi mulier non amittat bona, quamvis maritum delinquentem, & condemnatum sequatur, Boss. *tit. de public. bonor. n.*75. Peregrin. *d.lib.*5. *titul.*1. *n.*83. Farin. *d.q.*25. *n.*111. Clarus *in* §. *fin. q.* 78. *n.*15. Declara etiam ut donationes factæ à mari-
34 to uxori confiscari debeant, si in fraudem fisci factæ probentur *L. post contractum ubi gloss.* Bart. & commun. DD. *ff. de donat.* Boss. ubi proximè *n.* 52. *in princ.* Farinac. *quæst.* 25. *n.* 133. Sanch. *ad præcept. Decalog. lib.*2. *cap.*17. *n.*15. *in fin.* Guazin. *de confisc. conclus.*13. *limit.*36. *n.*10.

Deinde confiscabitur dos mulieris Catholicæ quæ
35 scienter Matrimonium contraxit cum hæretico per *text. in cap. decrevit.*14. *de hæretic. in* 6. Pena *in direct. Inquis. p.*3. *comment.*130. Joan. Lupus *in cap. per vestras de donat. inter* §.9.*n.*11. *cum seqq.* Simanch. *de Cathol. cap.*9. *n.*73. Sanch. *d.c.*17. *n.*17. *& seqq.* August. Barbos. *in d. c. decrevit. n.* 7. Castro Palao *d. tract.* 4. *disp.*5. *punct.* 12. *n.* 10. Farinac. *in prax. crimin. d. q.*25. *à n.*111. *& de hæres. q.*190.§.3. *n.*43. Decian. *in tract. crimin. lib.*5. *cap.*45. *n.* 10. Suarez *de fide disp.* 22. *n.* 8. Fermosin. *d. confisc. alleg.* 25. *à n.*1. Quamvis enim Matrimonium contractum cum hæretico validum sit, ut est verior opinio teste *gloss. in cap. non oportet* 38. *q.*1. Sylvest. *in summa verb. Matrimonium* 8. §.10. *vers. primo* Covarr. *in sponsal.* 2. *p. cap* 8. §.11. *n.*4. post plures August. Barbos. *in*
36 *d. cap. decrevit n.*5. Reynos. *observ.*58. *à n.* 9. Petr. Caball. *resolut. crimin.*112. *n.*1. 9. Tamen ita scientet contrahens delictum committit: ut per Caball. *ubi supra.* Atque ita justissime prædicta pœna imposita fuit à Bonifacio Octavo *in d. cap. decrevit.*

An verò non tam dos, quàm paraphernalia bona, vel alionde ab uxore qoæsita in hoc casu publicentur; Disputat Sanchez. *d. cap.*17. *n.*20. *& seqq.* Ubi
37 *n.*22. opinatur pœnam *text. in d. cap. decrevit* non esse extendendam ad alia bona præter dotem. Seqoitor Sanctarell. *de hæres. c.* 9. *dub.* 3. *n.* 14. August. Barbos. *in d. cap. decrevit n.* 3. Nihilominus tamen verius videtur posse uxorem ita scienter contrahentem cum hæretico in omnibus aliis bonis condemnati; quia *text. in d. c. dec.* nil expresse statuit de confiscatione dotis, sed per consequentiam dotem confiscandam ex illo infertur, probatur ex verbis *text.* ibi: *Decrevit felicis recordationis Innocentius Papa Quartus qnod propter hæresim maritorum, uxorum Catholicarum dotes non debeant confiscari qnod intelligendum fore censemus, nisi forte mulieres ipsæ cum viris matrimonia contraxissent, quos hæreticos tunc sciebant.* Atque cum dotes à confiscationis pœna essent immunes, limitat Bonifacius, nisi uxores Catholicæ scienter cum hæreticis contraxissent: cum verò non tantum dotes, quàm etiam alia bona uxorum non venissent in confiscationem ob hæresim mariti dispositum circa dotem in casu contracti Matrimonii cum hæretico scienter, debet etiam intelligi in aliis bonis uxoris ita delinquentis Eadem enim ratio quæ viget respectu dotis, datur etiam respectu aliorum bonorum. Et quando ratio est generalis in lege aut dispositione, exteoditur ad omnes casus, in quibus militat illa ratio generalis, licet dictum sit speciale L. *Regula* §.1. *ff. de jur. & fact. ignor.* Cancer. *lib.*1. *cap.* 8. *n.*13. Joseph. Roman. *cons.*3. *n.*67. Aug. Barbos. *voto* 14. *n.*30. Phæb. *decis.*71. *n.*12. namque ratio legis regit dispositionem; & quod ipsa exigit dispositum dicitur licet verba deficiant L. *credendum ff. qui pet. tut.* L. *si mater* 2 §. *si mater, ff. ad Tertyllian.* L. *Sed sciendum ff. ad* L. *Pomp. de parricid.* L. *si quis adulterium* §. 1. *ff. de adulter.* Valenz. *cons.* 68. Salgad. *de protect.*2. *cap.*11. *n.*26. Giurb. *ad consuet. Messan. cap.*6. *gloss.* 1. *n.*12. *& cap.*9. *gloss.* 1. *n.* 2. Solotz. *de jure Indiar.* 2. *tom. lib.* 2. *cap.* 21. *n.* 10. Unde non obstat asserere Bonifacium tantum imposuisse pœnam amissionis dotis, non aliorum bonorum; quia si de hoc interrogaretur, dotem, & bona esse confiscanda responderet. Et quamvis in pœnalibus regulariter non fiat extensio, tamen quando eadem datur ratio, non dicitur fieri extensio, sed comprehensio, & legis enucleatio, Valasc. *consult.*185. *n.* Cabed. 1. *p. dec.*25. *n.*9. Gratian. *cap.*813. *n.*2. Parlador. *rer. quotid. q.*5. *n.*4. *&* 6. *lib.*2. Valenz. *cons.* 113. *n.* 43. *&* 45. Qood etiam procedit in materia stricta, Cancer. *lib.*1. *cap.* 8. *n.*14. Ultra quod Summus Pontifex *in d. c. decrevit.* dotem nominavit gratia exempli, & quia est id, quod præcipuum, & magis proprium est uxoris: non ut dispositionem coarctaret ad solam dotem: quippe aliàs sola dos & non alia bona in casu ignorantiæ à confiscatione exclusa essent: quod est omnino falsum. Et sic in casu scientiæ non solùm dotem, sed ad alia bona comprehendi in dispositione illius textus tenent Vasquez 1.2. *disp.*169. *cap.*1. *n.* 13. Simanch. *de Cathol. tit.*9. *n.*74. Cantera *q. crimin. tit. de quæst. tangent. punit. delict. cap.*1. *n.*23. *in fin. & n.*24. Farinac. *de hæres. q.*190. §.3. *n.*94. Castr. Palao *tract.*4. *disp.*5. *punct.*12. *n.*12. Et in hanc sententiam inclinare videtur Fermosin. *de confiscat. allegat.* 25. *n.* 3. *&* 4. quamvis *n.* 5. *&* 6. opinioni Sanchez adhærere videatur. Nec standum est distinctioni, quam proponit *n.* 6. *&* 7. quoniam nullo tuto juris fundamento nititur, & facit quod idem est Fermosin. *d. allegat.*25. *n.*13. ex identitate rationis extendit dis- 38
positionem *text. in d. cap. decrevit*, loquentem de muliere ad virum, qui scienter uxorem hæreticam duxit. Igitur si identitas rationis sufficiens est ad extendendam dispositionem illius textus ad virum, qua ratione non sufficiet ad eam extendendam, quatenus loquitur de dote ad cætera uxoris bona.

Ex dictis infertur dispositionem, *text. in d. c. de-* 39
crevit etiam procedere in Viro Catholico ducente hæreticam scienter: ita enim ut mulier amittit dotem, & bona scienter contrahens cum hæretico, & bona propria amittere debet. Quidquid in contrarium tradant Sanchez *d. l.* 2. *c.* 17. *n.* 23. & Sanctarell.

de

de haeret. 519. *dub.* 3. *n.* 15. Qui à prædicta pœna virum excipiunt, quippe in eo non militat eadem ratio: siquidem, cum vir dotem non afferat neque habeat, non potest pœna ad ipsum extendi: & quia in longe graviori infectionis periculo exponitur mulier nubens hæretico, quam vir hæreticam ducens

40 propter subjectionem, & facilitatem mulieris. Verùm prædictæ rationes non admodum adstringunt, quippe licet vir dotem afferre non soleat, neque habeat. Non inde sequitur, quod bona habere non possit. Et insuper non minus vir ducens hæreticam exponitur periculo perversionis quàm mulier immo propter passionem amoris ad preces uxoris maritus hæresi infici potest: ut dicitur in sacra pagina de Salomone.

41 Quare cum eadem detur ratio in marito ducente hæreticam scienter quam in muliere nubente hæretico scienter dispositum in muliere procedit etiam in viro: cum enim sint correlativi, prohibitum uni; etiam alteri prohibitum censetur, Everard. *in topic. loco à correlativis:* nam vir; & uxor pari passu ambulant, & adeo æquali statera penduntur, ut sufficiat quod statutum de uno loquatur, ut de utroque locutum videatur: ut tradit Laderch. Imol. *conf.* 69. Et diximus *tom.* 1. *p.*1. *prael.*2. §.6. *n.*10. *&* 11. Proindeque decisio illius textus ita mulierem, quàm virum comprehendit: ut in terminis contra Sanchez, & alios optimè tradit Castr. Palao *de punct.*12. *n.*16. *d. allegat.* 24. *n.* 15.

42 Diximus dotem uxoris non confiscari ob delictum uxoris in præjudicium viri? Hæc quæstio in nostro Regno duplicem continet inspectionem. Prima est quando conjuges simpliciter contrahunt juxta Regni consuetudinem, vulgò dicitur *Pro carta de ametade*, secundùm *Ordinat.lib.*4. *tit.*46. Secunda est quando matrimonium contrahitur per dotem, & arrhas secundum formam juris communis. In primo distinctionis membro omnia bona viri, & uxoris inter eoscommunicantur juxta consuetudinem Regni *Ordin. d.tit.* 46. Et in hoc casu medietas omnium bonorum viri

43 & uxoris, & dimidia lucratorum constante Matrimonio propter delictum uxoris confiscatur, ex *Ordinat. d. lib.*4. *tit.*46.§.3. *&* *lib.*5. *tit.*6.§.20. non expectata morte naturali uxoris; quia societas solvitur tam deportatione unius ex sociis, juxta *text. in* L. 4. §. *dissociamur*, *L.verum* §.*fin.ff.pro socio*, Mantic *de tacit.lib.*6.*tit.*24.*n.*2.3. *&* 4. Giurb. *ad consuet. Messan. cap.*1.*gloss.*3.*n.*45. Felic. *de societ. cap.*32. *n.*1. *&* 2. quam per bonorum publicationem §. *solvitur Inst. de societ. d.L.verum* §.*fin.L.actione* §.*morte ff.pro socio*, Mantic. *d.tit.*24.*n.*5. *&* *tit.*25.*n.*2. Anton.Gomez *lib.* 2. *var.cap.*5.*n.*6. Molin. *de justit. & jur. disp.*4t4.*n.*

44 2. Giurb. *d. n.*45. Et in hoc casu nulla est controversia. Major tamen reperitur in secundo distinctionis membro, quando Matrimonium contrahitur per dotem, & arrhas: & sic pro elucidatione hujus quæsiti subdistinguendum est. Aut enim confiscatio fit soluto jam Matrimonio, aut uxor condemnata fuit constante Matrimonio.

Primò casu confiscatur dos mulieris cum cæteris bonis: ut scribunt Bart. *in L. si constante* §. *fin. ad fin. ff. solut. Matrimon.* ubi Cuman. *n.* 5. Nelus *in tract. de banuit.* 1. *p.* 2. *tempor. q.*28. Anton.Gomez *in L.*78.*Tauri n.*5. eleganter insignis Barbof. *in d.L. si constante* §. *fin. n.* 1. Ubi illum textum ita intelligendum dicit. Sanchez *d. lib.*2. *cap.*17. Bonacin. *d. contract. disp.*3. *q.*8. *punct. ult.* §.1.*n.*17. Farinac. *d. q.*25.*n.*112. Castr.Palao *d.tract.*4 *disp.*5.*punct.*13.*n.* 1. Fermosin. *d. alleg.*25. *n.*16.

45 Secundo verò casu non confiscatur dos in præjudicium viri; nisi in casibus *text. in L.quinque legibus ff. de bon. damnat.* videlicet in criminibus læsæ Majestatis, de vi publica, parricidii, veneficii, & homicidii: prout tradunt supra relati, & Jul.Clar. §. *fin. q.*78.*n.*14. Farinac. *d.q.*25.*n.*113. *&* 114. Peregr. *de jure fisc. lib.*5.*tit.*1.*n.*118. Guazin. *de confisc. conclus.* 13. *limit.*37.*n.*1. *&* 2. Mussin. *eod. tract. q.*31. *n.*32. Castr. Palao *d.punct.*13. *n.*2. Omnino videndus Hieronym.Leo *decis.*50.*n.*1.Sanchez *de cap.*17.*n.*5.Qui *n.*26. extendit decisionem *text. in d.L. quinque legibus*, ad casum hæresis ita ut propter hæresim constante Matrimonio publicetur uxoris delinquentis dos, Joann. Lupus *in L.*78.*Tauri n.*1. Covarr. *desponsal.* 2. *p. cap.*7.§.5.*n.*5. Azeved. *in* L.11. *in princ.tit.*9. *lib.*5.*Recop.* Castr.Palao *d.disp.*5.*punct.*13.*n.*2.Roxas *de haeretic. p.*2. *assert.*40.*n.*323. *&* 325. Quod idem videtur probare *Ordinat. lib.* 4. *tit.* 46. §.3. In aliis verò casibus præter hæresim, & quinque exceptos *in d.L.quinque legibus*, procedit supra posita resolutio. Cum enim constante Matrimonio maritus dicatur dominus dotis *L. doce ancillam C. de jur. dot.* nil mirum, quod in ejus præjudicium dos confiscari queat, saltem respectu fructuum, qui pertinent ad maritum pro oneribus Matrimonii *L. pro oneribus C. de jur. dot. L. dotis fructus*, *L. Cum in fundo ff. eod.* Parlador. *lib.* 2. *rer. quotid. q.*4. *n.*1. *&* *seqq.* Cyriac. *controv.*29. *n.*69. Tondut. *resolut. civil. cap.*122. *n.* Amato *resolut.*83. *n.*1. Arias de Mesa *lib.*3.*var.cap.* 37.*n.*21.

Quæ juris communis resolutio confirmatur. Ex eo, 46
quia constante Matrimonio non potest fieri executio in bonis dotalibus propter debitum contractum ab uxore constante Matrimonio sine licentia, & consensu viri: ut tradunt gloss. & commun. DD. *in L.à Divo Pio* §.*in venditione*, ubi Alex. *n.*26.*ff.de re judic.* Peregrin. *d.lib.*5. *tit.*1.*n.*118. Cancer. *lib.*1. *variar. cap.*13. *n.*99. *&* *seqq.* Capyc. *decis* 128. *n.*2. Guido Pap. *decis.*447. Anton.Faber. *in Cod. lib.*4. *tit.*8. *ne uxor pro marito diffin.*1. Alex.Trentacinq. *lib.* 2.*var. tit. de arbitrat. resolut.*2. *sub n.*17.Surd. *de alim.tit.* 8.*privileg.*65. *n.*14. *&* 15. Barbof. *in* L.1.*p.*1.*n.*38.*ff. solut. Matrim.* Amato *resolut.*45. *n.*24. *&* 25. Massin. *de confisc. q.*31. *n.*33. Et hæc confirmationis conclusio non tantum procedit ex supra posita ratione; sed etiam quia mulier conjugata saltem in hoc Regno, & Castella contrahere nequit, neque se obligare sine 47
licentia viri, *Ordinat. lib.* 4.*tit.* 60. *in princ.* Phæb. *decis.* 62. *à n.*5. *&* *decis.* 98. *n.*3. *&* 4. Palac.Rub. *in rubr. de donat. inter* §. 68. *n.*1. *&* *seqq.* Spino *in speccul. testam. in rubro gloss. p.*5. *n.*4. Pareir. *decis.*78.*n.* 3. Cabed. 1. *p. dec.*106. *in fin.* Anton.Gomez *in L.* 66. *Tauri n.*1.Castill. *de alim. cap* 58. *n.*30. Bened. Ægid. *in L. ex hoc jure p.* 2. *cap.*7. *à n.* 2. *ff. de just. & jur.* Adeo ut nec in foro conscientiæ obligetur mulier ex contractu ita gesto, Anton. Gomez *in L.*3. *Tauri n.*124. Spino *d.*5.*p. gloss. num. fin.* Pereir. *dec.* 78. *n.*2. Unde cùm alteri per alterum non possit inferri iniqua conditio: uxor, quæ contrahendo marito non potest præjudicare; neque etiam delinquendo in fructibus dotis poterit marito præjudicium inferre. Præsertim si mulier non fuerit capite damnata, & Matrimonium constiterit, pro cujus oneribus dotis fructus ad eum pertinent.

Sed in Regno Castellæ in casibus extra illa quin- 48
que, & crimen hæresis, juris communis dispositio correcta fuit per *L.* 78. *Tauri*, quæ est *L.* 11. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recop.* qua cavetur uxorem constante Matrimonio posse dote ob delictum privari, & cæteris bonis, Sanchez *d.lib.*2.*cap.*17.*n.*29.Castr.Palao *d.punct.* 13.*n.*3. In nostro verò Regno similem non habemus legem. Et sic concludo, quod in casibus, de quibus *in d.L. quinque legibus*, & in crimine hæresis, etiam constante Matrimonio confiscatur dos, & cætera bona uxoris; sed in aliis non confiscari dotem quoad fructus dum durat Matrimonium. Et sic intelligendus Fermosin, *d, alleg.* 25. *num.* 17. *&* 18. quia loquitur

quitur in crimine læsæ Majestatis Divinæ.

In casibus autem, in quibus dos venit confiscan-
49 da, notare oportet, quod si in contractu dotis conventum sit ad favorem mariti de lucranda certa parte dotis (quod pactum validum est ex his, quæ Valasc. *consult.* 135. *n.* 2. Barbos. *in L. si ante n.* 10. *ff. solut. Matrim.* Camunc. *decis.* 54.) & postea dos publicata sit ob delictum uxoris non confiscabitur dotis pars quæ ex pacto pertinet ad maritum: ut probatur *in d. L. quinque legibus.* Ubi dicitur salvas manere actiones pro lucro dotali Peregrin. *d. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 83. & 118. Bajard. ad Clar. §. *fin. q.*68.*n.*63. Farin. *d.q.*25. *n.*115. Constant. *in* L.1. *n.*119. *vers. secundo consideratur. C. de pæn. fiscalib. lib.* 10. Guazin. *de confiscat. conclus.*13. *limit.*37. *n.*5. Massin. *d.q.*31. *n.* 37. Sanch. *d. lib.*2. *cap.*17. *n.*32. Et confirmatur ex
50 eo quod pacta dotalia, quæ non sunt contra leges, aut constitutiones omnino servanda sunt *L.*1. §. *illud, C. de rei uxor. act. Ordinat. lib.*4. *tit.*46. *in princ.* Giurb. *dec.*111. *n.*14. Molin. *de ritu nupt. lib.*3. *in præl.* à *n.* 1. Fontan. *de pact. nupt. clausf.*5. *gloss.*8. *p.*12. à *n.*54. Covarr. *pract. cap.*28. *n.*4. Barbos. *in L. si æstimatis n.* 40 *ff. de solut. Matrim.* Cardinal. Mantic. *de tacit. lib.* 12. *tit.*32. Pereir. *dec.* 53. *n.* 14. Amato *resolut.* 64. Annæus Robert. *lib.* 4. *rer. judic. c.* 1. *circa fin.* Et iterum quia uxor lucratur arrhas promissas, etiamsi bona mariti ob ejus delictum publicentur. Quare cum vir & uxor sint correlativi dispositum in uno, in altero dispositum censetur, Phæbus 1. *p. dec.*72. *n.*8. Gratian. *c.*17. *n.*16. Cabed. 1. *p. dec.*114. *n.*2. Atque ita publicatis bonis uxoris lucratur maritus partem dotis conventam ita ut uxor publicatis bonis mariti arrhas consequatur.

51 Ex quibus sustineri non potest opinio Thomæ Sanchez *d. c.*17. *n.*32. asserentis in illis quinque casibus *in d. L. quinque legibus ff. de bon. damnat.* confiscata dote uxoris non habere maritum lucrum dotis; quia cum in illis delictis sit expressum in jure dotem amitti, generale lucrandæ dotis pactum non comprehendit ea delicta. Namque respondetur *text. in d. L. quinque legibus*, non decidere, quod confiscata dote maritus non lucretur partem dotis, quæ ex pacto, aut statuto illi defertur. Immo *in L. & omnes eod. tit. de bon. damnat.* marito actiones conservantur, & quidem continuativè, & copulativè: quippe postquam *in d. L. quinque legibus* dispositum fuit dotem publicari in illis casibus statim *in L. & omnes sequent.* dicitur maritum actiones salvas habere contra fiscum. In qua generali dispositione etiam conservatur actio ad lucrum dotis propter verba geminata, & universalia *omnes omnino*, quæ omnia comprehendunt, & nihil excludunt L. 1. *ff. de legat.* 1. Bart. *in L.* 2. *ff. de novation.* Surd. *cons.*31. *n.* 27. Salgad. *de protect.* 2. *p. cap.* 1. *n.*236. & *seqq.* Valenz. *cons.*135. *n.*102. Tum etiam propter dictionem, *Et*, quæ post *text. in d. L. quinque legibus*, subsequitur in lege sequenti, per quam lex præcedens declaratur, copulata illius dispositione cum decisione *L. & omnes seqq.* virtute illius dictionis, *Et* quæ de sui natura copulat, & con-
52 jungit perfectè, & æquè principaliter etiam ampliando, ut scribunt Bart. *in L. Seia* §. *Caio ff. de fund. instruct.* Gratian. *cap.*70. *n.*37. Larrea *decis.* 42. *n.*28. Surdus *cons.*315. *n.*17. August. Barbos. *dict.*110. Solorz. 2. *tom. lib.*3. *c.*26. *n.*85. Cassanat. *cons.*4. *n.*190. Camunc. *decis.* 38. *n.*8. Unde veriorem reputo hanc sententiam, & respuendam eam, de qua Thom. Sanchez, contra quem invehitur Massin. *d.q.n.*31. & 38. sed non ita exornat.

Ad id autem, quod tradit Sanchez ubi supra ex
53 Barbos. in *L. si constante* §. *fin. n.* 1. nempe pactum speciale de lucranda dote, etiamsi ob uxoris delictum veniat confiscanda, non valere dicendum est verissimam esse illorum opinionem quia hoc pactum tanquam contra jus publicum inutile est, & contra bonos mores. Et sic numquam servandum. *L. jus publicum ff. de pact. arg. text. in L. nemo potest ff. de leg.*1. Et quia pacta dotalia tunc servanda sunt, quando non fuerint contra leges, & statuta, aut bonos mores: ut diximus supra.

Intellige superius tradita publicatione dotis ob 54
delictum uxoris non habere locum casu, quo in contractu dotali stipulatio intervenerit de restituenda dote ei, qui illam contulit vel alicui tertio L. *si dotem Cod. de jure dot.* Anton. Gomez in L. 78. *Tauri n. fin.* Matienç. *in L.*1. *tit.* 9. *lib.* 5. Recopil. *gloss.* 2. & ibi Azeved. *n.*6. Sanchez *d. cap.*17. *n.* 33. Cifuent. in *d. L.* 78. *Tauri limit.*2. Guazin. *d. conclus.* 13. *limit.*37. *n.*8. Massin. *d. q.*31. *n.*37. Fermosin. *d. alleg.* 25. *n.* 21.

Sed quia fiscus succedens condemnato tenetur sol- 55
vere ipsius debita, *Ordin. lib.* 5. *tit.*6. §.20. dubitari potest, an teneatur persolvere debita contracta à muliere uxorata sine licentia viri constante Matrimonio, si postea ob delictum dos fuerit confiscata? Et in hoc casu dicendum arbitror fiscum creditoribus non teneri, quoniam ut supra diximus *n.*47. mulier conjugata absque viri licentia contrahere nequit: ita ut nec in foro conscientiæ obligetur ex contractu. Ideoque cum civilis obligatio non resultet ex mulieris conjugatæ contractu, ita ut neque maritus neque uxor ex eo teneantur, ita etiam fiscus obstrictus non manet.

Deinde quæro, An si uxor ante contractum Matrimonium debita contraxit, & postea omnia bona sua in dotem dedit, fieri possit executio in bonis dotalibus constante Matrimonio? Et an fiscus, ita ut maritus non tenetur exolvere debita conflata per uxorem ante Matrimonium, etiam confiscata dote creditoribus satisfacere non teneatur? In qua quæstione 56
respectu mariti pro parte negativa facit. Primo *gloss. in L. quinque legibus ff. de bon. damnat. in fin.* Ubi dicit, quod pro debito uxoris non fit missio in bonis dotalibus: nisi in casibus contentis *in d. L. quinque legibus.* Secundò facit. *tex.* in L. *Titia* 62. *ff. de jur. dot.* Ubi muliere condemnata ad restituendum fundum, quem viro dederat in dotem, respondit Modestinus non posse fieri executionem contra maritum ibi: *Modestinus respondit: Mihi proponitur marito an dos auferenda sit, sed in meram æstimationem prædii mulier, vel ejus hæredes condemnandi sunt*, ibi *gloss. verb. reddit fundum*, declarat ibi voluntas mariti; Alias enim cum mulier nec possideat nec dominium habeat restituere non potest. Tertiò facit doctrina Bald. *in L. ob maritorum in fin. C. ne uxor pro marito.* Ubi ait quod etiam pro debito viri, & uxoris non potest fieri missio in fundo dotali: & quod sententia lata contra uxorem non potest exequi in bonis dotalibus, nisi in casibus *d. L. quinque legibus:* sequitur Alex. *in L. à Divo Pio* §. *in venditione col.* 11. *in addit. quæ incipit in quantum glossa ff. de re judic.* Ex ea ratione, quia maritus est dominus bonorum dotis L. *doce ancillam C. de rei vendic.* L. *in rebus C. de jur. dot.* Atque pro debito uxoris non potest fieri executio in bonis mariti *L. cum te* 3. *C. ne uxor pro marito*: Ergo neque in bonis dotalibus, quæ sunt mariti. Quarto facit: quia licet propter æs alienum uxoris possit fieri alienatio fundi dotalis juxta *text. in L. fin. ff. de jur. dot. L.*76. *ff. de jur. dot. L. quamvis* 21. *ff. solut. Matrim.* Cæphal. *cons.*51. *n.* 21. *lib.*1. tamen hoc intelligendum, si maritus permiserit, alias eo invito non potest fundus dotalis alienari pro satisfactione æris alieni uxoris *gloss.*1. *in fin. in d. L. quinque legibus*, quam ibi sequuntur Bart. *n.*1. & alii cum quibus Barb. *in d.* L. 1. *p.* 5. *n.* 10. *ff. solut. Matrim.* Qui addit quod licet *gloss. penult. in d. L. Titia*, limitet prædictam negativam sententiam, ut

non

non procedat quando mulier nulla alia bona habeat, quàm dotalia, namque ne creditores careant quod sibi debetur; in subsidium poterit fieri executio in bonis dotalibus tamen dicit, quod veritas est in contrarium, & contra gloss. tenuisse Fulgos. *in d.L.Titia* quem sequitur ipse Barbos. Et *n.11.* respondet ad *text. in L. 1. ff. de fund. dotal.*

57 His tamen non obstantibus verius est quod in bonis dotalibus pro debito ab uxore conflato ante Matrimonium fiari possit executio, si mulier non habet alia bona quàm dotalia, ne in ejus manu sit nubendo creditores eludere L. *mulier ff. de jur. dot.* quoniam in promissione dotis omnium bonorum facta marito plus esse non intelligitur, quàm quod superest deducto ære alieno *d. L. mulier bona ff. de jur. dot. L. subsignatum §. bona, ff. de verb. signific. L. cum emancipati §. 1. de collat. bonor.* Et hanc opinionem ultra *gloss. in d. L. Titia,* tuentur Anton. Gabr. *commun. lib. iii. de citat. conclus. 1. n. 328.* Gutierr. *lib. 2. pract. quæst. 26. n. 9.* Costa *de remed. subsid. remed. 34.* Amato *decis. 5. n. 5.* Cariar. *decis. 34. n. 8. & 9.* Giurb. *dec. 89. n. 2.* Ubi judicatum dicit Fontan. *de pact. nupt. clauf. 6. gloss. 1. p. 3. n. 14. 15. & 24.* Capyc. *decis. 128. n. 4. & 5.* Castill. *de alim. cap. 58. n. 15.* Pereir. *decision. 86. à n. 1.* Hieronym. Leo *decisione 50. n. 7. & 8.* Massin. *de confisc. quæst. 31. n. 34.* Anton. Faber. *in Cod. tit. de privileg. dot. defin. 3.* Post. *de subhast. 1. p. inspect. 18. n. 256.* Amato *resolut. 45. n. 5.* Et probat *Ordinat. lib. 4. tit. 95. §. 4.* Quamvis adversum maritum procedi nequeat via executiva pro debito uxoris, Amato supra *n. 8. & seqq.* Fontan. *d. p. 3. n. 36.* Vincent. de Franch. *dec. 6. n. 36.*

58 Non obstant adducta in contrarium; quia procedunt quando mulier non dedit in dotem marito omnia bona: tunc enim prius facienda est excussio in aliis bonis, quàm deveniatur ad dotalia, Fontan. *de clauf. 6. gloss. 1. p. 3. n. 46.* post alios Amato *de resolut. 45. n. 6. & 7.* Hieronym. Leo *decis. 50. n. 8.* Unde fit quod si ob delictum uxoris omnia bona publicentur, tenetur fiscus satisfacere creditoribus; etiamsi debita conflata sint ante Matrimonium. Si verò ultra dotem mulier alia bona habebat, & ipsa dos tantum fuit confiscata, prius facienda est excussio in aliis bonis, & in subsidium tenebitur fiscus ex dote satisfacere.

Item quæro, An si mulier ante Matrimonium con-
59 traxit debitum cum usuris in singulos annos, & postea nupsit, & elapsis aliquibus annis, illius bona fuerunt confiscata non solutis debito, neque usuris plurium annorum; teneatur fiscus ad omnes usuras, vel tantum ad dimidiam illarum, quia maritus ad aliam tenetur? & in hac quæstione dicendum est fiscum teneri ad debitum principale, & omnes usuras; quamvis maritus bonorum dotalium fructus percepisset: ut ex sequentibus apparebit; hæc enim quæstio in Se-
60 natu decisa fuit inter Illustrissimum Comitem oppidi de Villa Major, & Illustrissimam Dominam Agnetem de Avila, Viduam Domini Alvari de Abranches, qui anno 1640. accepit magnam pecuniæ quantitatem sub interesse, vulgo à *razaon de juro* ab Antonio Tellez de Menezes, promisitq; singulis annis annum interesse solvere & postea anno 1645. duxit uxorem Dominam Agnetem, cùm qua per dotem, & arrhas contraxit: eo pacto, quod tempore soluti Matrimonii dos restitueretur, vel hæredibus ejus, & lucrata constante Matrimonio fierent communia inter virum, & uxorem. Cessavit Alvarus in solutione interesse per plures annos, & tandem diem clausit extremum.

Illustrissimus autem Comes de Villa Major hæres Antonii litem instituit pro sorte, & redditibus contra hæredes Alvari, & uxorem superstitem. Et cum inter litigantes varia excitarentur dubia in Senatu, inter alia dubitatum fuit, An Agnes teneretur solvere debitum principale, & interesse ex medietate bonorum lucratorum constante Matrimonio; Duo primi Domini Senatores in ea fuerunt sententia, quod non tenebatur uxor ad solutionem sortis neque reddituum, seu pensionum, quæ cesserunt à die obligationis usque ad tempus, quo Alvarus Agnetem duxit in uxorem, quia debitum fuerat contractum ante Matrimonium: dixerunt tamen eam esse condemnandam pro dimidia reddituum à die nuptiarum usque ad mortem Alvari. Cùm autem processus ad me perveniret cum prioribus Dominis conveni: quatenus judicabant Agnetem non teneri ad solutionem sortis, & reddituum decursorum à die obligationis usque ad tempus Matrimonii. At verò in ea parte, qua condemnabant: Agnetem pro dimidia reddituum à tempore Matrimonii usque ad mortem Alvari non potui eorum opinioni adhærere: Et sic dicebam in totum esse absolvendam.

Movebat ex eo, quod Alvarus debitum contraxit 61
anno 1640. & illud solvere promisit cum certo interesse solvendo singulis annis, dum sortem non restitueret stipulatione ad hoc interposita. Atque ita debitum sortis, & reddituum unica tantum obligatione fuit ab initio contractum, licet quo ad redditus, & pensiones obligatio fuisset successiva. Probat *text. in L. si Stichum 26. §. stipulatio ff. de verb. obligat.* illic. *Stipulatio hujusmodi in annos singulos una est, & incerta, & perpetua: L. Senatus 35. fin. ff. de donat. causa mort.* ibi: *Stipulatio tamen una est: L. si à colono 59. in princ. ff. de fidejuss.* Unde etiam pro omnibus annis unica oritur actio *L. si filius familias 78.* 62
in princ. ff. de verb. obligat. glos. in d. L. Stichum §. stipulatio, & ibi commun. DD. Anton. Gomez *libro 2. variarum, capite 11. n. 44.* Palard. *rerum quotidian. lib. 1. c. 1. n. 41. & 44. & §. 12. n. 6.* Roder. *de ann. reddit. libro 2. quæstione 15. n. 35.* Mantic. *de tacit. & ambig. libro 14. titulo 40. n. 36.* Suarez *in L. post rem judicatam in declaratione leg. Reg. limit. 7. n. 4.* Augustin. Burbos. *in collectione ad textum in capite fin. de restitutione spoliat. n. 9.* Pichardus *in §. at si ita stipularis Instit. de verbor. obligat. à n. 5. & 6.* Cyriac. *controv. 319. n. 67. 68. & 69.* Cres. de Valdaura *tom. 2. observ. 88. n. 6.* Proindeque respectu obligationis, & debiti usurarum non est inspiciendum tempus, & dies contractus *L. 1. ff. qui* 63
potiores in pignore ibi: *Non utique solutionem observanda sunt tempora, sed dies contractæ obligationis,* optimè Valenz. *cons. 56. n. 30.* Et sic initium obligationis attendi debet; non tempus advenientis solutionis quia à primordio tituli posterior formatur eventus *L. unic. C. de impon. lucrat. descript. lib. 10. L. 3. §. scio etiam ff. de minorib.* Valenz. *cons. 69. n. 3.* Ludovic. Cassanat. *cons. 44. n. 7.* Pedemont. *decis. 167. n. 26.*

Immo principium eujusque rei est potissima pars 64
illius unde posteriora consistunt *L. ædificio 139. ff. de verb. signific. L. 1. ff. de orig. jur.* Valenz. *cons. 119. n. 60.* Quare illud attendi debet, non quod fuit inde secutum *L. sed an ultro §. fin. ff. de negot. gest. L. ego tecum de except. rei judic.* Valenz. *cons. 29. n. 28. & cons. 88. n. 45.* Cum igitur obligatio usurarum, seu interesse fuerit una cum obligatione sortis, & contracta ab Alvaro ante nuptias Agnetis idem judicandum est de una obligatione, ac de alia. Non enim debet una, & eadem res diverso jure censeri L. *eum qui ædes ff. de usucapion. L. 1. vers. nec ratio patitur ff. de rer. permut. L. pater §. si servus ff. de castrens. pecul. L. jam hoc jure ff. de vulgar. L. titia ff de condition. & demonstr.* & post antiquiores ita Salgad. *de protect. Regia p. 2.* 65
c. 7. n. 23. Cyriac. *controv. 100. n. 15.* Alphons. de Olea *de cess. jur. tit. 2. quæst. 2. n. 12. in fin.* Giurb. *de success. feud. præl. 3. n. 32.* Ideoque si Agnes non teneatur ad debitum sortis, quia ante Matrimonium

fuit contractum, eodem modo non adstringitut ad solutionem interesse; cujus obligatio nna cum debito sortis fuit conventa. Neque aliud dici potest quoniam explorati juris est usuras esse accessiones obligationis principalis & velut ejus fructns, etiamsi jure actionis debeantur *L. usura vicem fructuum ff. de usur.* ac proinde semper regulantur secundum principalem obligationem Roderic. *d. an reddit. lib. 1. quæst.*
67 18. *n.* 7. Unde si Agnes principali obligationi non est obnnxia; neque etiam obligationi usurarum accessoriæ, cum regulare sit accessorium sequi naturam principalis *c. accessorium de regul. jur. in 6. L. si cum §. qui injuriarum ff. si quis caution. L. & si non sint §. perveniamus, & §. fin. ff. de auro & arg. leg. §. cum ex aliena Instit. de rer. divis.* Gratian. *discept. forens. c.* 957. *n.* 22. Valenz. *cons.* 53. *n.* 36. Sanfelic. *decis.* 320. *n.* 1. Mierez *de majorat. p. 1. quæst.* 30. *n.* 21. Oliva *de foro Eccles. p. 1. quæst. n.* 7. Quapropter idem est judicium accessorii, & principalis, Valenz. *cons.* 18. *n.* 75. Non ergo imputandum est Agneti debitum seu interesse usurarum pecuniæ acceptæ ab Alvaro ante Matrimonium, siquidem debitum sortis ei non potest imputari, *Ordinat. lib. 4. tit.* 95. §. 4. Gama *dec.* 366. Emman. Barbos. *ad d. Ordinat.* Valasc. *consult.* 118. *n.* 10. *& consult.* 103. *n.* 33. *& seqq. & de partit. cap.* 23. *n.* 11. idem Gama *decis.* 177. Cabed. 1. *p. dec.* 131. *& arest.* 20. Gabr. Pereir. *dec.* 50. Phæb. 2. *p. dec.* 115. *n.* 37.

68 Quod quidem rectè procedit, etiam respectu bonorum lucratorum constante Matrimonio; quamvis enim acquisita non dicantur, nisi soluto ære alieno, Roderic. Suarez *tit. de las ganancias n.* 61. *vers. ad finem accedens,* Valasc. *consult.* 103. *n.* 12. Giurb. *ad consuet. Messan. c. 9. gloss. 4. n.* 25. Tamen verè, & realiter hujusmodi debitum interesse pecuniæ fui conflatum ante Matrimonium; & postea inter conjuges societas particularis fuit contracta respectu bonorum lucratorum, & lucri & quæstus verba simul prolata non important societatem omnium bonorum, sed particularem, & limitatam, *L. sed & si adjiciatur,*
69 *L. duo societatem ff. pro socio* Felic. *de societ. c.* 10. *n.* 9. Subindeque hæc particularis societas non potest egredi fines conventionis, & ea tantum comprehendit quæ, à particulari lucro proveniunt, Felic. *de societ. c. 2. n.* 45. Qua ratione ex bonis lucratis ea tantum debita solvenda sunt, quæ causa societatis contracta fuere, vel in ejus utilitatem versa sunt, non verò quæ extta societatem conflata reperiuntur neque in utilitatem, aut necessitatem societatis conversa existunt: ut cum pluribus loquens in nostra specie tradit Giurb. *ad status Messan. cap. 9. gloss.* 8. *n.* 4. Et in specie societatis lucrorum probat *text. in L. sed neque 12. ff. pro socio.* Idcircoque ex bonis lucratis id tantum Agnes æs alienum solvere tenetut quod ex quæstu pendebat; id est quod processit ex contractu, qui poterat se habere ad lucrum non si tantum se haberet ad damnum societatis. Eleganter Barbos. *in L. 1. p. 3. n.* 58. *post med. ff. solut. Matrim.* Sòciale enim debitum id tantum dicitur, quod societatis causa contractum est, vel ejus utilitatem versum, Giurb. *d. gl. 8. n. 4. &* 5. & cum Ancarran. Paul. de Castr. Decio, & aliis Mantic. *de tacit. lib.* 6. *tit. 22. n.* 4. Immo socius particularis non obligatut ex mutuo facto alteri socio, nisi versum sit in utilitatem societatis, Giurb. *d. cap. 9. gloss. 11. n.* 14. Atque ita cum debitum usurarum fuisset conflatum ante societatem, & extra illius causam imputari non debet Agneti Paris. *cons.* 93. *n.* 15. *volum.* 1. Giurb. *d. gloss.* 11. *n.* 6.

Hoc etiam suadet æqualitatis ratio, quæ in socie-
70 tate servanda est, si enim ratio habenda non est lucri quod occasione societatis quæsitum non fuit *gloss. in L. Secundum ff. pro socio* Bald. *in L. socium §. socius ff. eodem* Felic. *de societ. cap.* 27. *n.* 6. Similiter debitum extra societatem conflatum communicari non debet. Quare licet lucra non dicantur, nisi deductis expensis Bald. *in L. n. 9. C. pro socio,* Mantic. *de tacit. lib. 6. tit. 19. n.* 43. tamen illæ expensæ, quæ non fiunt contemplatione societatis, non possunt imputari particulari societati, Socin. Senior. *cons.* 291. *num. 1. vers. facta jam igitur lib.* 2. Mantic. *d. tit. 19. num.* 41. Giurb. *d. cap. 6. gloss. 8. n.* 5. Idcirco non obstat acquisita non dici, nisi deducto ære alieno quia juxta superius tradita intelligi debet de ære alieno conflato ratione societatis non extra illam.

In contrarium dicebat unus ex Dominis quod ve- 71
rè, & realiter pensiones reddituum pecuniæ creditæ singulis annis solvendæ & hoc respectu societate manente fuisse contractæ quia ex dictis *n.* 61. verius est debitum usurarum fuisse contractum ante Matrimonium cum obligatione sortis, licet peti non posset, nisi in quolibet anno. Ultra quod in contractibus, ubi præstationum annuarum stipulatio intervenit, statim tempore contractus earum dies cessit, licet 72
nondum venerit nisi sua quaqua die *L. cedere diem ff. de verb. signific.* Roder. *de ann. reddit. q. 15. n.* 36 Et ea propter creditor præstatinnem agere potest non tantum pro præteritis & jam decursis, sed etiam pro futuris, ut debitor in illis condemnetur ad solvendum statutis temporibus; ut ex Aretin. Ripa, & aliis docet Surd. *decisione* 151. *n.* 12. Gratian. *cap.* 151. à *n.* 35. Emman. Barbos. *ad Ordinat. lib. 3. tit. 35. n.* 4. Anton. Gomez *lib. 2. var. cap.* 11. *n.* 47. Ubi ejus Additionator Joann. de Aylon, qui plures refert *n.* 48. Cresp. de Valdaur. *observ.* 88. *n.* 8.

Et confirmatur: quia creditor annuarum præsta- 73
tionum præfertur etiam pro futuris aliis creditoribus, quorum debitorum dies jam cessit: optimè Roderic. Suarez *in L. post rem judicatam in declarat. leg. Regn. limit. 7. n.* 4. Surdus *dec.* 250. *n.* 16. Neguzant. *de pignorib. p. 5. membr. 1. n. 10. &* 14. & cum pluribus Salgad. *in Labyrinth. credit. 2. p. cap. 27. n.* 70. Quod non ita foret, si futurarum pensionum obligatio non esset una cum obligatione sortis; Et si creditor fuisset in diem; quia creditor ante diem agere nequit *L. 1. §. fin. ff. quando dies leg. dec.* Bart. *in* 74
L. lecta n. 22. ff. si certum petat Surdus *dec.* 151. *n.* 2. Salgad. *in labyrinth. p. 1. cap. 8. n.* 25. Capyc. Latro *dec. 114. n. 6. & 8. & dec. 151. n.* 1. Quod idem probat *Ordin. lib. 3. tit.* 35. Ubi ante diem agens punitur, & plus dicitur petere qui ante diem petit *§. plus autem instit. de action. §. temporales Instit. de exception. cap. 1. extra de plus petition.* Surd. *de decis.* 151. *n.* 3. Cumque in Agnetem transisse dominium bonorum lucratorum etiam constante Matrimonio: Hermos. *in L. 55. tit. 5. partit. 5. gloss. 2. n.* 24. 25. 75
44. *& seqq. Ordinat. lib. 4. tit.* 95. §. 4. juxta quæ Agnetem non teneri censui. Et cum processus ad alios duos Collegas transiret, suffragio meo adhæserunt; & sententia lata fuit pro uxore.

CAPUT XXVII.

An jura personalia veniant in confiscationem.

SUMMARIUM.

1 *Jura personalia, quæ cohærent personæ, & per alium explicari nequeunt, non transeunt, ad hæredes, neque cedi possunt, neque transeunt in fiscum.*

2 *Quæritur: An jus eligendi collatum in alicujus perso-*

personam publicatis illius bonis veniant in confiscationem?

Jus eligendi neque cedi neque in hæredem transmitti potest. Ib.

3 *Conclusio bene procedit in facultate eligendi concessa ad commodum, & utilitatem alterius; ut puta si concessa sit facultas eligendi successorem ad majoratum, vel emphyteusin.*

4 *Eligendi facultas ad utilitatem propriam, veluti, si ex legato vel stipulatione mihi competat optio ad eligendam unam ex pluribus rebus mihi legatam, vel promissam dubium est. An cedi, vel transmitti possit ad hæredem aut ad fiscum? & fundatur affirmativa sententia.*

5 *Probatur contraria sententia, quæ habet electionem alternativæ personalem esse.*

6 *Interpretatur* text. in L. siquis legatum §. si quis, ita ff. de legat. 1. & in L. si ita stipulatus fuerim 76. & in L. fin. ff. de verb. obligat. *Ubi & num. seqq. varii recensentur intellectus ad conciliauda prædicta jura. Quibus relectis probatur ab Authore intellectus* Cumani, *de quo n.7.*

8 *Jus eligendi unam ex rebus promissam, vel legatam transit in successorem, tanquam sequela & accessorium obligationis alternativæ jam ante electionem quæsita.*

9 *Actus tribuitur mandanti, non exequenti.*

11 *Privilegium personale non transmittitur, sed extinguitur cum persona.*

12 *Resolvitur quæstio proposita n. 4. ita ut si electio ex stipulatione, vel legato alternativa competit alicui ad utilitatem propriam, transeat ad fiscum, publicatis illius bonis: si verò ad utilitatem alterius, non transeat.*

PErsonalia jura, quæ personæ cohærent, & per
1 alium explicari nequeunt, Salgad. *de retent. Bull.* 2. *p. c.* 6. *à n.* 15. Olea *de cess. jur. tit.* 3. *q.* 1. *n.* 4. cum transmissibilia non sint ad hæredes, Noal. *de transmiss. c.* 23. *n.* 4. neque cedi possint *L. si mulier.* §. *ex asse ff. de jur. dot.* Bart. *in L. etiam ff. de jurejur. per text. in L. si ex pluribus de administr. tutor. L. non solum* §. *si puella ff. de rit. nuptiar.* Castill. *de usufruct. c.* 69. *n.* 19. Larrea *alleg.* 20. *n.* 4. & 14. Olea *de cess. jur tit.* 3. *q.* 1. *n.* 3. Tiraq. *de retract. lig.* §. 26. *gloss. n.* 26. non transeunt in fiscum Peregr. *de jure fisc. tit.* 1. *n.* 90. & 91. Cephal. *cons.* 321. *n.* 35. & 36. Thom. Sanch. *d. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 6. Ricciol. *de jur. person. extra grem. Eccl. exist. l.* 5. *c.* 32. *n.* 50. Fermosin. *d. confisc. alleg.* 32. *n.* 1.

Unde quæritur: An jus eligendi collatum in alicujus personam confiscatis bonis illius transeat in fis-
2 cum? Dubitationem movet, quoniam hoc jus neque cedi, neque in hæredem transmitti potest *L. ex facto* §. *si quis rogatus ff. ad Trebell. L. cum pater* §. *hæreditatem, ff. de leg.* 2. Peregr. *d. tit.* 1. *n.* 91. Sanch. *d. c.* 14. *n.* 6. Et quidem hæc conclusio bene procedit in
3 facultate eligendi alicui concessa ad commodum, & utilitatem alterius. Veluti si alicui concedatur jus nominandi vel eligendi successorem ad majoratum, vel emphyteusim, aut qoid simile quoniam talis eligendi facultas tamquam personalis neque in hæredem transit, neque cedi potest cum industria personæ electa intelligatur *L. siquis arbitr.* 43. *ff. de verb. obligat.* ibi: *Quid ergo si ipse, qui arbitrari debuit, moram fecerit,* magis probandum est à persona non esse recedendum ejus, cujus arbitrium incertum est L. *cum quid L. unum ex* §. *famil. sed & si, ff. de legat.* 2. Cald. *de n. q.* 6. *n.* 22. Molin. *de primog. l.* 2. *c.* 4. *n.* 62 & 63. Mierez *de major. t. p. q.* 44. *à n.* 96. & *q.* 48. *à n.* 187. Carpio *de execut. test. l.* 2. *c.* 9. *à n.* 13. Noal. *de transmiss. casu* 16. *n.* 7. & *casu* 35. *n.* 26. & *casu* 36. *n.* 26. Castill. *l.* 5. *controv. c.* 87. *à n.* 17. & *tom.* 6. *c.* 183. *à n.* 8. Cancer. 3. *q. c.* 21. *n.* 254. Olea *d. tit.* 3. *q.* 1. *n.* 42 Larrea *alleg.* 120. *n.* 15. & *Portugal. de Donat.* Tom. II, Præceptor Amaya *in nullus* 60. *n.* 21. *Cod. de Decur. lib.* 10.

Cæterum si facultas eligendi concessa sit alicui ad 4
utilitatem propriam ut puta si ex legato, vel stipulatione mihi competat optio ad eligendam unam ex pluribus rebus mihi legatam, vel promissam, ardua quidem, & difficilis est quæstio, An hæc eligendi facultas transeat ad hæredem vel cedi possit propter jura invicem pugnantia *in L. siquis legat.* 75. §. *siquis ita ff. de leg.* 1. cujus sunt: *Siquis ita stipulatus Stichum, aut decem utrum ego velim, legaverit, quod ei debetur tenebitur hæres ejus, ut præstet legatario actionem electionem habituro utrum Stichum, aut decem persequi malit.* Ex quo textu bene probator, quod actio ex stipulatione alternativa ceditur per hæredem legatario, qui eligendi jus habet & supponitur jus eligendi in hæredem transiisse: Alias enim cedere non posset quod non habebat *L. nemo plus ff. de regul. jur.*

E contra vero Paolus *in L. si ita stipulatus fuerim* 5
76. *ff. verb. obligat.* & Gaius *in L. fin. ff. eod.* docent, quod electio in stipulationem alternativæ personalis est, ita ut concessa filio familias, vel servo, utram ipse velit, non transeat ad patrem, neque ad dominum: audi Gaium *in d. L. fin.* ibi: *Si servus, aut filius familias ita stipulatus sit illam rem, aut illam, utram ego velim, non pater, dominusve, sed filius, dominusve, servusve destinari de alterutra debet:* Ergo verum est dicere, quod in his quæ concernunt propriam utilitatem, jus eligendi personale est, & non egreditur personam ejus, qui poterat eligere: Ac proinde non transire in hæredem, neque cedi posse.

Hæc difficultas Doctissimorum Interpretum torsit 6
ingenia: quibusdam tenentibus, quod jus eligendi in alternativis vivente stipulatore non possit cedi: ut in *d. L. si stipulatus fuerim, & in d.* L. *fin.* Sed mortuo stipulatore eligendi jus tanquam reale transmittitur in hæredem cum ipsa obligatione, & tunc ab hærede rectè cedi potest *d. L. si quis legatum* §. *siquis ita de legat.* 1. ita enim ut ipsa obligatio transmissibilis est, ita & electio, quæ postquam transivit in hæredem incipit esse cessibilis, & transit in cessionarium: pront ita scribunt Bart. *in d. L. si stipulatus fuerim n.* 3. & 6. & ibi Paul. de Castr. *n.* 11. & Jason *n.* 6. *vers. prima*, Noal. *de casu* 36. *n.* 6. cum quibus transit Arias de Mesa *libro* 2. *var. cap.* 28. *n.* 11. & 12.

Alii verò tenent in prædicto casu eligendi jus tran- 7
sire in hæredem, quia virtute stipulationis, vel legati altetnativi, in quo comprehendebantur res, seu illud, aut illud, jam ante electionem erat quæsita obligatio unius ex illis rebus, & radicata in persona ejus, cui fuerat promissum, vel legatum, & solum restabat executio quæ in electione consistit. Unde cum ex actu eligendi nulla oriatur obligatio, & ipsa principalis sit transmissibilis, electio tanquam accessoria, & sequela transit in successorem. Et hanc sententiam probarunt Cuman. *in d. L. si stipulatus fuerim n.* 3. Anton. Gomez 2. *var. c.* 11. *n.* 41. Duaren. & Jason. *in d.* L. *si stipulatus:* & veriorem dicit Cujac. *lib.* 18. *Pauli ad edictum in d.* L. *si stipulatus.* Ubi verius putat electionem transire in hæredem, non directè, sed per quandam consequentiam; siquidem principalis obligatio, quæ in hæredem transit pura est, & illius dies statim cedit; sed moram recipit ex optione stipulatoris, aut hæredis L. *illud ff. de optione leg. L. si sic legatum* §. *siquis ita ff. de leg.* 1. Sequitur Præceptor Amaya *in* L. *nullus* 60. *n.* 20. Molin. *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 62. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 26. *gloss.* 3. *n.* 33. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 14. *tit.* 29. *n.* 42. Castill. *lib.* 5. *cap.* 87. *n.* 20. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 9. *p.* 5. *n.* 12. & post alios Arias de Mesa *lib.* 2. *cap.* 28. *n.* 12. Larrea *dec.* 31. *n.* 56.

Has tamen interpretationes improbat Larrea *d.* 8

decis. 131. *n.* 58. quem in hac parte sequitur Olea *d. tit.* 3. *q.* 1. *n.* 30. Ex eo quod si jus eligendi esset sequela obligationis, & cum illa in alium transiret, melius transiret in patrem, aut dominum, quando filio familias, aut servo competeret, cum patri, vel domino, etiam invitis quæratur, quidquid filius, vel servus acquirit L. *placet ff. de acquir. hæred.* Sed Jurisconsulti *d. L. si stipulatus fuerim, & in d. L. fin. ff. de verbor. obligat.* statuunt electionem esse personalem, & non transire in patrem, vel dominium: Ergo electio ut accessoria, & sequela in hæredem non transmittitur.

Quare Donel. *lib.* 15. *comment. cap.* 2. & ibi Osuald.
9 *litt. D.* tradunt, quod concepta stipulatione his verbis illud, aut illud, quod ego maluero, duo insunt, veluti obligatio, & jus eligendi: obligatio quidem pura quoad petitionem; electio verò conditionalis, & personalis quoad electionem. Unde obligatio bene transit in hæredem mortuo stipulatore, jus autem electionis morte extinctum devolvitur ad promissorem, qui præstando, quod maluerit, liberabitur. Et in hunc modum Donel. interpretatur *text. in d. L. si stipulatus,* in verbis ibi: *In hæredes tamen transit obligatio. quasi de obligatione, non de electione loquatur consultus:* sequuntur Larrea *dec.* 31. *n.* 61. & 62. D. Martin. de Larrea tegui *lib.* 1. *selectar. cap.* 4. *n.* 1. & 7. Qui non obstare dicunt *text. in d. L. si sic legatum* §. *siquis ita ff. de legat.* 1. quia respondent in illo textu speciali quadam ratione transisse electionem in legatarium, nempe quoniam testator legando actionem videtur eligere, quod legatarius voluerit, vel elegerit: ita ut electio postea facta à legatario non tam ejus sit, quàm testatoris; quippe actus tribuitur mandanti, non exequenti *L. item eorum* §. *Decuriones, ff. quod cujusq. univers. n. L. unum ex familia* §. 1. *ff. d. legat.* 2. Stephan. Gratian. *cap.* 174. *n.* 5. Surd. *cons.* 29. *n.* 3. Valenz. *cons.* 33. *n.* 107. Solorz. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 56. Arias de Mesa *lib.* 2. *var. cap.* 26. *n.* 9. Mierez *de Majorat.* 1. *p. q.* 48. *n.* 27. Capyc. Latro *consult.* 140. *n.* 25. & 26. Et prædictum intellectum sustiuent Larreategni *d. cap.* 4. *n.* 8. Huunius *resolut. jur. Civil. lib.* 3. *tract.* 4. *quæst.* 15. Larrea *decis.* 31. *n.* 55.

10 Verùm hic intellectus displicet Alphons. de Olea *d. tit.* 3. *q.* 1. *n.* 35. Ubi illum manifeste convincit, tanquam divinatorium Et *n.* 37. *cum seqq.* statuit ex opinione Cujac. & Donel. jus eligendi tam ex stipulatione, quàm ex legato alternativæ, transire in hæredem simul cum ipsa obligatione, quoties ex voluntate creditoris obligatio in alium transfertur. Ex ea ratione, quia quando creditor legat, in ipso disponendi actu videtur eligere, quod legatarius elegerit, argum. *text. in d. L. item eorum* §. *si Decuriones ff. quod cujusq. univers. nomin.* in verbis ibi: *Parvi enim refert ipse ordo elegerit, an is, cui ipse ordo negotium dedit.* Et insuper addit Olea quod in quolibet hærede, seu cessionario voluntas adesse intelligitur ad *text. in L. conficiuntur* 8. §. *sed ideo ff. de jur. codicill.* & ita intelligendam esse decisionem *text. in d. L. si sic legatum* §. *siquis ita edocet*; ita ut ex voluntate creditoris jus eligendi transisset. Et non obstare dicit *text. in d. L. si stipulatus fuerim:* nam ibi intervenit servi, aut filii voluntas; sed ex legis dispositione obligatio patri, vel domino fuit quæsita. Unde nil mirum, quod jus eligendi ad eos non transiret.

11 Sed quamvis hic intellectus subtilis sit: tamen adhuc non transit sine scrupulo. Etenim ratio, in qua fundatur tradita à Larreategui non bene convenit, siquidem si jus eligendi est personale: ut probat Consult. *in d. L. si stipulatus, & in L. fin. ff. de verb. obligat.* moriens de illo jure disponere nequit, quod ejus morte extinguitur cum persona *L. forma* §. *quanquam ff. de censib. L. cum patronus* 28. *ff. de legat.* 2. ibi: *Quoniam quod illius personæ præstatur nunquam ad alium pertinere debet.* Et sic videmus privilegium personale non transmitti sed cum persona extingui *L.* 1. *in fin. ff. de constit. Princ. L. non tantum ff. de liberat leg. L. in omnibus juris articulis ff. de regul. jur. L. repeti* §. *morte ff. quib. mod. usufruct. amitt.* Solorz. 2. *tom. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 2. Arias de Mesa *lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 10. Noal. *de transmiss. casu* 21. *n.* 23. & *casu* 27. *n.* 14. & *casu* 23. *n.* 3. Olea *d. tit.* 3. *q.* 1. *n.* 21. Giurb. *de feud.* §. 1. *gl.* 3. *n.* 30. & 47. Idcirco creditor, qui actionem legavit, non poterit electionem legatario committere, neque elegisse dicitur, cum verè non elegisset proindeque prædictus intellectus non potest sustineri: & eo omisso magis placet intellectus Cuman. & Cujac. de quo supra *n.* 7. quem eleganter exornat Præceptor Amaya, vir quidem magnæ authoritatis, & eruditionis *in d. L. nullus.* 60. *n.* 20. *C. de Decurion. lib.* 10.

Ex quibus infero ad quæstionem propositam, quod
si condemnato cum publicatione bonorum compete- 12
ret electio ad propriam utilitatem ex stipulatione, vel legato alternativæ, confiscatis bonis transit obligatio, & jus eligendi in fiscum, per quandam consequentiam, & sequelam obligatioois alternativæ, quæ pura est, & secum trahit electionem accessoriam juxta *text. in d. L. si sic legatum* §. *siquis ita de legat.* 1.

CAPUT XXVIII.

An confiscatis bonis patroni veniat in confiscationem jus patronatus? Et plura de jure Patronatus Regis, & aliorum patronorum.

SUMMARIUM.

1 *Constituit Author non agere de jure patronatus, quod competit domino in libertis propter manumissionem quoad obedientiam, & successionem, atque alia obsequia: sed de jure patronatus competenti in Ecclesiis.*

2 *Jus patronatus aliud est Ecclesiasticum, aliud laicale.*

Et quid sit Ecclesiasticum, vel laicale? Ib.

3 *Datur aliud jus patronatus, quod dicitur mixtum: & partim pertinet ad Ecclesiasticum, & partim ad laicale.*

4 *Jus patronatus quæsitum à Clerico ex fundatione, constructione, vel dotatione alicujus Ecclesiæ, de proprio patrimonio, non est Ecclesiasticum, sed laicale.*

5 *Interpretantur* text. in cap. Apostolicos. 12. q. 2. & in cap. Ad audientiam 10. de Eccles. ædific.

6 *Intellige conclusionem, de qua n.* 4. *procedere, dummodo verè constet, An de propriis, vel Ecclesiæ bonis jus patronatus sit quæsitum? Si verò sumus in dubio, & hæredes Clerici non sint in quasi possessione præsentandi, præsumitur Ecclesiasticum.*

7 *Limita in Hispania. Ubi patronatus jus quæsitus à Beneficio etiam ex redditibus Ecclesiæ laïcale est; cum de quæsitis intuitu Ecclesiæ possint disponere Beneficiati.*

8 *Venientes ab intestato succedunt Beneficiato in bonis quæsitis intuitu Ecclesiæ, si de illis non disposuit.*

9 *Episcopus etiam in Hispania non potest disponere de bonis quæsitis ex redditibus Ecclesiæ, neque ea suis hæredibus relinquere, quia in dictis bonis succedit Episcopus successor.*

10 *Episcopus potest impetrare dispensationem à summo Pontifice ad disponendum in dictis bonis.*

Si Episcopus obtenta dispensatione construxerit, vel do-

dotaverit Ecclesiam, jus patronatus laicale erit, Ibid.

11 Regulariter omnes sunt capaces, acquirendi, & possidendi jus patronatus, qui à jure non sunt prohibiti.

12 Edictum hoc de jure patronatus est prohibitorium: & prohibitorii edicti ea est natura, ut omnes, qui in jure specificè non probibentur, admitti debeant.

13 Edictum de testamentis probibitorium est, & qui non sunt probibiti testari possunt.

Idem in edicto de testibus. Ib.

14 Laici sunt capaces juris patronatus absque alio privilegio.

15 Jus patronatus de sui natura res est temporalis, quamvis sit spiritualibus annexum.

16 Fœmina capax est juris patronatus. Quod procedit tam in fœmina constituta in dignitate, quàm in privata.

17 Fœminæ veniunt appellatione masculorum.

18 Mulieres sunt incapaces civilium, publicorumque officiorum.

19 Exceptio firmat regulam in contrarium.

20 Fœminæ ratione officii, & dignitatis sunt capaces jurisdictionis, & actus judicandi.

Jus patronatus non est officium publicum, neque dignitas. Ib.

21 Meretrix potest acquirere jus patronatus, si ex meretricio quæstu Ecclesiam fundat, vel dotat.

22 In pari causa turpitudinis potior est causa possidentis.

23 Eleemosina fieri non potest ex acquisitis illicitè, quando acquisita non efficiuntur propria illius, qui eleemosinam facit.

Meretrix quamvis illicita acquirat, tamen licite retinet quæsita ex meretricio. Ib.

24 Jus patronatus concessum fuit laicis ex privilegio, non tamen principaliter in eorum favorem.

Privilegium amittitur ob infamiam, & personæ vilitatem. Ib.

25 Spurii, & illegitimè nati possunt acquirere jus patronatus ex fundatione, constructione, vel dotatione Ecclesiæ.

26 Spurii sunt incapaces rerum spiritualium, & eis annexarum.

Annexum, additum, vel adjunctum assumit naturam rei, cui annexatur. Et idem est judicium annexarum. Ibid.

27 Illegitimus est incapax emphyteusis Ecclesiasticæ, etiamsi legitimatus sit à Principe: Secus si legitimetur è Papa.

28 Respondetur difficultati in materia juris patronatus.

29 Quæritur: Utrum illegitimus succedat in jure patronatus ab antecessoribus quæsito.

Jus patronatus gentilitium pertinet ad agnatos, & consanguineos, & non potest ad extraneos transire. Ib.

Confiscatis bonis patroni non confiscatur jus patronatus gentilitium. Ib.

30 Jus patronatus hæreditarium cohærens alicui castro, oppido, vel loco, tanquam accessorium transit cum ipso castro.

31 Confiscatis bonis patroni ob delictum, jus patronatus cohærens bonis transit in fiscum cum ipsis.

32 Jus patronatus competens de per se transit in hæredes cum universitate bonorum.

Jus patronatus gentilitium non transit in spurium, vel alium illegitimum etiam descendentem ex eo, qui jus patronatus ex privilegio acquisivit. Ib.

33 Spurius, bastardus, aut alius illegitimus non dicitur de familia, domo, agnatione, aut cognatione, vel parentela.

34 Filiorum, & descendentium appellatione non veniunt illegitimi, seu bastardi, quando adsunt legitimi, cum quibus nunquam concurrere possunt: præsertim si agatur de patronatu fundatorum nobilium.

35 In vocatione hæredum, & successorum continentur legitimi non probibiti.

36 Naturalis, seu spurius non succedunt ascendentibus nobilibus, & illustribus in hæreditate, neque in jure patronatus etiam hæreditario.

37 Descendentes legitimi ex filio illegitimo, seu bastardo, non succedunt in jure patronatus, neque in hæreditate ascendentium nobilium, qui proveniunt ex radice infecta.

38 Quæritur: An confiscatis bonis patroni veniat in confiscationem jus patronatus personale, quod competit de per se?

Jus patronatus de per se non venit in confiscationem ex sententia Judicis sæcularis propter defectum jurisdictionis. Et hæc est verior opinio. Ibid.

39 Si delictum sit commissum in Ecclesiam, secuta sententia confiscationis Judicis Ecclesiastici, Ecclesia libera manet.

Si Judex sæcularis publicaverit omnia bona patroni, potest Ecclesiasticus declarato delicto jus patronatus publicare, ut Ecclesia libertatem accipiat. Ibid.

40 Intellige: nisi alii essent compatroni, vel vocati ab institutore patronatus.

41 Jus patronatus potest donari, legari, & fideicommitti loco pio, & Religioso absque licentia Episcopi: At vero laico, quamvis filio, de licentia Episcopi.

Episcopi licentia non requiritur, quando donatio fit compatrono.

43 Item non est necessaria licentia Episcopi in donatione juris patronatus facta simul cum castro, vel oppido, cui adhæret.

Hæc licentia Episcopi ubi desideratur, sufficit, quod sequatur post donationem. Ib.

44 Episcopi licentia non est necessaria quando jus patronatus transfertur titulo universali in hæredem, vel donatarium omnium bonorum.

45 Jus patronatus non transit ex fideicommisso in substitutum, quia manet apud gravatum.

46 Ab Episcopo denegante licentiam sine justa causa ad translationem juris patronatus rectè appellatur.

47 Jus patronatus de per se vendi non potest absque nullitatis, & Simoniæ pæna: neque etiam valet obligari, neque hypothecari.

Est individuum, & non recipit æstimationem. Ib.

48 Vendito castro, vel oppido, cui adhæret jus patronatus, ipsum transit in emptorem.

Idem si vendatur fundus, vel palatium in quo est capella ædificata. Ib.

49 Vendita hæreditate, in qua est jus patronatus, ipsum transit ad emptorem.

Marito competit jus patronatus cohærens castro, oppido, aut villæ, si in dotem detur.

50 Intellige, si hæreditas, castrum, vel fundus venduntur simpliciter absque mentione juris patronatus. Si verò patronatus fit mentio, distingue inter venditionem factam castri cum jure patronatus, & inter casum, quo venditum fuit castrum, & jus patronatus: ut Ib.

51 Si in hæreditate vendita nil aliud sit, quàm jus patronatus, non valet venditio.

52 Excommunicatus potest acquirere jus patronatus ex fundatione, constructione, vel dotatione.

Tamen dum durat impedimentum excommunicationis, caret exercitio juris patronatus. Ib.

53 Excommunicatus repellitur ab agendo, patrocinando, & testificando, & ei interdicitur communicatio cum aliis.

54 Excommunicatus sive laicus sive Clericus non potest præsentare ad Beneficium.

55 Excommunicato non probibentur eo, quæ facti sunt, & potest nominare ad emphyteusim.

56 Excommunicato non licent ea, quæ juris sunt.

Excommunicatus propter hæresim non potest nominare ad emphyteusim. Ib.

57 Hæreticus non potest acquirere jus patronatus.

Hæretici nihil habent in bonis. Ib.

58 Credentes hæreticorum reputantur hæretici, & possunt acquirere jus patronatus.

59 Credentes hæreticorum dupliciter considerantur: vel enim credunt eorum erroribus, & sunt verè hæretici: vel etiam considerantur credentes illi, de quibus non constat, quod eorum erroribus credunt; sed credere videntur verbis hæreticorum, jussionibus, & operibus, & eos visitant; Et quamvis non appareat de erroribus, existimant hæreticos bonos esse viros.

Isti hæretici non reputantur, at sola suspicione notantur.

60 Hæreticus conversus, qui postea fundavit Ecclesiam, vel dotavit, acquirit jus patronatus.

61 Quæritur, An pupillo, vel infanti acquiratur jus patronatus ex fundatione, vel dotatione? Et proponuntur difficultates; sed suppositis terminis habilibus concluditur pupillo, vel infanti jus patronatus posse acquiri; & n. 62.

63 Infans minor septennio non potest præsentare ad Beneficium, sed præsentat tutor nomine illius.

64 Quæritur, An pupillus major septennio possit præsentare: & fundatur pars negativa.

Pupillus excluditur ab actis legitimis sine tutore. Ib.

65 Canonicus constitutus in pupillari ætate non potest eligere.

Pupillus sine tutore nihil facere potest in sui præjudicium. Ib.

66 Valet argumentum de electione ad præsentationem.

67 De matrimonio carnali ad spirituale validum argumentum, & idem judicatur de uno, quod de altero.

Pupillus major septennio sponsalia valida contrahit, & in spiritualibus liberatur à patria potestate. Ib.

68 Pupillus sine tutore potest facere omnes actus, qui extra judicium, & sine illius figura celebrantur; Et sic verior est opinio, quod pupillus major septennio potest sine tutore præsentare ad Beneficium.

69 Respondetur ad contrariæ partis fundamenta.

70 Qui semel elegit variare non potest.

71 Præsentans, vel eligens indignum, privatur jure suo pro illa vice, quando scienter indignum elegit, vel præsentavit. Secus si ignoranter, quia iterum præsentare poterit.

72 Limita resolutionem, ut non procedat in officialibus Universitatis, qui ad officium elegerunt indignum, non enim privantur jure eligendi pro illa vice.

73 Præsentatus à pupillo majori septennio præfertur præsentato à tutore.

Intellige ut non præsentante pupillo, de æquitate instituendus sit præsentatus à tutore. Ib.

74 Pupillus major septennio sine tutore, vel judice, potest nominare ad emphyteusim.

75 Intellige de nominatione revocabili, non si nominatio ita sit concepta, ut irrevocabilis maneat quia inutilis erit.

76 Præsentationes sunt fructus juris patronatus.

77 Fructus pertinent ad possessorem, non ad dominum.

78 Quasi possessio præsentandi, & ultimus status Beneficii attendendus est, ut præsentatus à possessore instituatur.

79 Quasi possessio juris præsentandi prævalet inter patronos prætendentes.

80 Ultimus status præsentandi non potest mutari ex probationibus factis per testes, nisi concludenter doceatur de proprietate veri patroni per rem judicatam, confessionem partis, aut instrumentum fundationis indubitatum, cui nihil possit opponi.

81 Quasi possessio præsentandi acquiritur per unicum actum, qui sortitus est effectum.

82 Possessio rerum corporalium non transit ad hæredem sine apprehensione, sive hæres sit extraneus, sive suus.

83 Quasi possessio incorporalium non transfertur in successorem sine apprehensione, & actuali exercitio. Et sic possessio præsentandi non transit in hæredem, vel successorem.

84 Fundatur affirmativa sententia, quæ habet quasi possessionem juris præsentandi transire in hæredem vel successorem. Et hæc opinio communior est, quamvis contraria in puncto juris verior videatur.

85 Ampliatur affirmativa opinio quando jus patronatus competit ratione Dignitatis, Castri, vel Majoratus, quia aprehensa possessione Majoratus, vel Dignitatis quasi possessio præsentandi transit in successorem.

86 Jus patronatus hæreditarium sequitur naturam aliorum bonorum, & eandem recipit divisionem.

87 Jus patronatus hæreditarium transit in omnes hæredes sive sint sui, sive extranei, & sive succedant ex testamento, sive ab intestato.

88 Ad præsentandum dividuntur voces inter hæredes, ita ut si in prima acquisitione fuerunt duo patroni, & unus habuit decem hæredes, alius vero unum, decem non constituunt majorem partem, quàm unus, sed æqualem.

89 Fœmina hæres succedit in patronatum.

Intellige supra dicta quando jus patronatus est in hæreditate; secus si sit annexum Castro, vel Villæ, quia tunc non ad omnes hæredes pertinet, sed ad successorem castri. Ib.

90 Curator hæreditatis jacentis in qua est jus patronatus præsentare potest ad beneficium.

Item usufructuarius universitatis bonorum in quibus existit jus patronatus. Ib.

91 Emphyteuta, vel feudatarius Villæ, vel castri in quo existit jus patronatus potest illud exercere præsentando ad Beneficium.

92 Sequester Castri, Villæ, aut fundi in quo consistit jus patronatus, si durante sequestro vacaverit Beneficium, potest ad illud præsentare.

93 Intellige si sequestratio facta fuit de voluntate partium; secus in necessaria facta à judice per quam non transit possessio in sequestrem, neque amittitur.

94 Depositarius Castri, aut Villæ non potest præsentare ad Beneficium, quod vacavit durante deposito, quia in depositarium non transfertur dominium, neque possessio.

95 Creditor cui datum fuit in pignus Castrum, vel Villa, non potest præsentare ad Beneficium cujus jus patronatus cohæret Castro, vel Villæ.

96 Possessio pignoris, vel dominium non transfertur in creditorem, sed sola detentatio, donec debitum solvatur.

97 Fructus pignoris non pertinent ad creditorem qui eos in sortem imputare tenetur.

98 Jus patronatus laicale à sui origine translatum in

in Monasterium, seu Ecclesiam titulo donationis, seu ex testamento, efficitur Ecclesiasticum.

99 *Limitu ut non procedat quando Rex Ecclesiæ patronus eum Castro, seu Villa donat eum Episcopo in titulum Comitatus, quia jus patronatus non fit Ecclesiasticum.*

Episcopus bene potest esse Comes. Ibid.

100 *Contra prudictam limitationem insurgit Nicolaus Garciu, & sequitur Sulgado, sed sustinetur limitatio, & vendicatur ab oppositione Nicolai Garcia.*

101 *Rex qui Episcopo, & Ecclesiæ concessit Castrum, retinet supremum jus, & supremam potestatem, quam à se abdicare nequis: & sic Episcopus possidet nomine Regis.*

102 *Judices Regia Corona cognoscunt etiam contra Clericos de causis bonorum, & jurisdictionis Regia Corona.*

103 *Ab Ecclesiastico Comite, vel Duce exercente jurisdictionem temporalem à Frincipe concessam appellatur ad Regia Tribunalia.*

104 *Episcopus qui simul est dominus temporalis alicujus Oppidi, non potest uti sententia excommunicationis in causis secularibus.*

105 *Si prioratus alicujus Ecclesiæ est juris patronatus laicorum, etiam erit laicale jus patronatus quod pertinet ad Priorem in Beneficiis simplicibus.*

106 *Contra prudictam resolutionem insurgit Nicolaus Gurcia, qui reprobat Valascum, & sequitur Salgado; sed ab eorum oppositionibus vendicutur Valascus, pro cujus opinione semper judicatur in senatu.*

107 *Jus patronatus Regiæ Corona non comprehenditur in quibuscumque reservationibus, nec præsumitur Papam illam velle prajudicare.*

08 *Possessio capta vigore alicujus sententiæ nulla, dicitur vitiosa, violenta, & spoliativa.*

Possessio spoliativa non potest esse impedimento, quin legitimè provisus à patrono mittatur in possessionem Beneficii. Ibid.

109 *Referuntur plures sententia lata contra provisos per Bullas Apostolicas in Beneficiis simplicibus Ecclesiarum juris patronatus Regii, contra quos Procurator Regiæ Coronæ de spolio actiones instituit.*

110 *Ostenditur nullam dari rationem congruam, Prioratus sit juris patronatus laicalis, & Beneficiorum ipsius Ecclesiæ jus patronatus sit Ecclesiasticum?*

111 *Una & eadem res non debet diverso jure censeri.*

Accessorium sequitur naturam sui principalis. Ib.

112 *Respondetur ad fundamentum Nicolai Garcia.*

213 *Rex noster est Magister Ordinum Militarium, & dantur in eo diversi respectus, & quatenus Rex jura Regia Coronæ exercet, & qua Magister Ordinum, est Prælatus Ecclesiasticus.*

114 *Inter jus patronatus Ecclesiasticum, & laicale plures dantur differentiæ.*

115 *Patronus laicus debet præsentare ad Beneficium intra quadrimestre, computandum à die vacaturæ, vel saltem à tempore scientiæ; patronus verò Ecclesiasticus intra semestre.*

116 *Scientia unius ex compatronis non nocet alteri & ignorantia unius præservat aliis jus præsentandi.*

Scientia debet esse vera vel præsumpta consideratis his de quibus hic. Ib.

117 *Scientia præsumitur intervenire in Episcopo à tempore vacaturæ; & non excusatur propter absentiam.*

118 *Tempus ad præsentandum non currit patrono absenti legitimè impedito.*

Si jus patronatus est mixtum, laicus habet semestre ad præsentandum. Ib.

119 *Non præsentante patrono intra tempus à jure præfinitum, provisio Beneficii devolvitur ad Episcopum pro illa vice, dum tamen constet de lapsu temporis à die scientiæ.*

120 *Amplia, ut procedat conclusio quando patronus intra tempus præsentavit indignum, inhabilem, vel incapacem.*

Episcopus potest admittere patronum ad præsentandum post lapsum temporis. Ib.

121 *Episcopus antequam habetur quadrimestre potest prorogare patrono tempus ad præsentandum, & prorogatio fieri potest in ultimo temporis momento.*

122 *Devolutio, quæ fit Episcopo, transit cum onere, causa, & qualitate, Beneficii, quod est conferendum habenti qualitates requisitas eodem modo quo erant facienda à patrono.*

123 *Si Beneficium erat juris patronatus Ecclesiastici & fuit devolutum, provideri debet ad Episcopos per concursum, & examen.*

124 *Devolutio ad Episcopum non habet locum in Beneficiis Regii patronatus, quia Regi non currit tempus ad præsentandum, sive Regis scientia probetur, sive jus officialium; Et interim quod Rex non præsentat, Episcopus providet de Oeconomo.*

125 *Papa non intelligitur conferre Beneficium juris patronatus laici, non consentiente patrono, & si non facit mentionem illius, collatio nulla est, & subreptitia.*

126 *Jus patronatus mixtum non cadit sub generalibus reservationibus.*

127 *Juri patronatus Ecclesiastico facile derogatur, ita ut per simplicem collationem Papæ sentiatur derogatum.*

Juri patronatus laicorum nunquam derogatum censetur. Ib.

128 *Jus patronatus Regium potentius est quam inferiorum, & nunquam censetur illi derogatum.*

129 *Beneficia Regii patronatus vacantia in Curia veniunt in reservationem.*

130 *Summus Pontifex non potest facere permutationem in Beneficio Regii patronatus, neque reservare pensionem, nisi de Regis assensu, quamvis specialis fiat derogatio juris patronatus.*

131 *Papa non potest conferre Beneficia juris Patronatus Regis, Ducum, Marchionum, & aliorum Magnatum, etiamsi fiat specifica mentio illorum patronatus.*

132 *Lusitania, & Castella non admittuntur collationes, vel reservationes Beneficiorum Regii patronatus facta per Summum Pontificem.*

133 *Provisus à Papa in Beneficio juris patronatus Regis fuerit immissus in possessionem, & Procurator Regius apparuerit, potest petere repositionem possessionis ab eodem executore, qui ante omnia repositionem facere debet.*

134 *Comparente patrono laico, & contradicente resolvuntur litteræ Apostolicæ, collatio, & possessio.*

Possessio data non citato possessore nulla est, & non privat primum possessorem sua possessione. Ibid.

135 *Possessio posterior dicitur clandestina, vitiosa & turbativa, & non est manutenibilis.*

136 *Ad Judicem Regiæ Coronæ pertinet cognitio, quando agitur de possessione juris patronatus.*

137 *In Regno Auditor Capellani Majoris cognoscit de causis respicientibus proprietatem juris patronatus Regii, de causis verò spolii cognoscit Judex secularis.*

138 *Jus patronatus Regium est de Regalibus, & inter bona Coronæ computatur.*

139 *Jus patronatus donatum à Rege semper regulatur, ut bona Regiæ Coronæ, si donatio facta fuit laico, vel Episcopo tanquam domino temporali.*

Si donatio fuit facta Ecclesiæ absolutè, & simpliciter jus patronatus efficitur Ecclesiasticum. Ib.

140 *Jus patronatus Regium si concessum sit Episcopo, vel laico ad vitas, in feudum, & in perpetuum cum castro, directum dominium remanet penes Coronam, & jus patronatus retinet primævam naturam.*

De causa inter Regium Procuratorem, & Prælatum Donatarium cognoscit Judex Regiæ Coronæ. Idem si lis inter Donatarios nata fuerit. Ib.

141 *Regii patronatus magna cura habenda est, quam Rex noster Procuratori Regiæ Coronæ pluries commendavit.*

142 *Jus patronatus gentilium non expirat finita linea fundatorum; sed pertinet ad hæredes ultimi de familia.*

Jus patronatus familiare quando intravit unam lineam, non fit transitus ad aliam, nisi prima extincta.

143 *Jus patronatus transit ad monasterium capax bonorum per ingressum monachi qui se Deo dicavit, durante vita monachi. Quod idem dicendum, si post professionem monachus successit in majoratu, cujus jus patronatus erat annexum.*

144 *Præsentatus à possessore juris patronatus præferendus est præsentato à proprietario.*

145 *Amplia, ut post institutionem evincatur jus patronatus à proprietario per sententiam, non sit amovendus præsentatus à possessore, qui fuit institutus, præservato in futurum proprietario præsentandi exercitio.*

146 *Limitatur resolutio ut non procedat in patronatu Regiæ Coronæ, quia si Procurator Regis agens contra præsentatum ab Ordinario vel alio patrono, victor existit, institutus removendus est.*

147 *Regis Procurator potest convenire interdicto unde vi instituto in Beneficiis patronatus Regii sine præsentatione Principis etiam post annum dummodo probetur Regem aliquando fuisse in possessione præsentandi. Et ita servatur in praxi, quæ vicem legis obtinet.*

148 *Ista praxis etiam obtinuit contra illos, qui à Summo Pontifice impetrarunt Beneficia Regii patronatus, & instituti fuerunt immissi in possessionem ab executore litterarum; quia conveniuntur coram Judice Regiæ Coronæ.*

149 *In Beneficiis juris patronatus Coronæ non attenditur ultimus status, quando constat de violentia, & mala fide possidentis.*

150 *Etiam pendente lite super jure patronatus, & illius proprietate, admittenda est præsentatio ejus, qui est in quasi possessione præsentandi.*

151 *Possessor manutenendus est in sua possessione, & commodo illius lite pendente.*

152 *Limita, nisi tempore præsentationis alius docuerit de proprietate.*

Quando constat de defectu proprietatis possessoris, tunc proprietatis absorbet possessorium, & non habetur respectu ad possessionem, sed ad proprietatem. Ibid.

153 *Si Episcopus instituerit aliquem in Beneficio pendente lite inter eum, & patronum, evicto jure patronatus per sententiam removetur institutus ab Episcopo.*

Lite pendente super possessorio, is qui obtinuit, restituendus est, & provisus debet amoveri. Ib.

154 *Lite pendente inter duos super jure patronatus non potest præsentare patronus.*

Pendente lite super Beneficio Episcopus non potest illud conferre etiamsi unus ex litigantibus cedat, vel decedat, donec cum superstite lite finiatur, Ibid.

Idem dicendum, si lis vertitur inter præsentatos intra terminum, qui certant de præsentationibus; & quæ, qualisve sit attendenda.

155 *Episcopus tenetur instituere præsentatum à patrono. Et intra quod tempus.*

Si Episcopus intra duos menses non instituerit præsentatum à patrono, datur recursus ad Metropolitanum, aut Episcopum viciniorem, vel ad Sedem Apostolicam. Ib.

156 *Si Beneficium fuerit simplex; & Episcopus distulerit præsentatum instituere, habet recursum ad Metropolitanum, vel Nuntium, ut terminum præfigat, vel instituat.*

157 *Patronus laicus intra quadrimestre potest variare post primam præsentationem.*

158 *Secunda præsentatio, in qua nihil dictum est de variatione præsumitur facta cumulativè, & potest Episcopus, quem velit instituere. Sed inter præsentatos examen fieri debet per concursum*

159 *Inter plures præsentatos à patronis, qui habent æquales voces, datur locus gratificationi Episcopi: si verò unus habet plures voces, his instituendus est.*

160 *Si duo fuerint patroni, scilicet masculus, & fœmina, qui sint discordes, præferendus est præsentatus à masculo.*

161 *Gratificationi non datur locus, nisi data paritate terminorum & jurium.*

162 *Patronus Ecclesiasticus semel tantùm præsentare potest.*

Laicus pendente lite inter præsentatos post mortem unius, non valet alium præsentare. Ib.

163 *Jus patronatus præsumitur laicale, ex quo laici illud possident.*

Et quando dicatur sufficienter probatum per notorietatem, sententiam, & præsentationes continuas, atque effectuatas. Ib.

164 *Quando lis vertitur inter compatronos: leviores sufficiunt probationes: Si vero agatur de libertate Ecclesiæ necessaria est plena probatio, & non sufficit quasi possessio præsentandi.*

Si agitur de patronatu Regio, non est necessaria plena probatio Ib.

165 *Qui semel docuit de jure patronatus secundum formam Concili Tridentini, non est repellendus à sua quasi possessione.*

166 *Patronus se ipsum præsentare nequit.*

Procurator patroni illum præsentare non potest. Ib.

167 *Procurator constitutus ad præsentandum se ipsum præsentare non valet.*

Substitutus à procuratore non potest principalem præsentare Ib.

168 *Patroni si sunt plures, possunt ex se ipsis unum præsentare. Clericus compatronus non potest simul cum aliis se ipsum præsentare; bene tamen valet consentire præsentationi à compatronis de se facta.*

169 *Si Clericus patronus abdicavit à se jus præsentandi, potest Episcopus motu proprio eum instituere in Beneficio sui patronatus.*

170 *Pater potest præsentare filium, aut nepotem, vel alios consanguineos.*

171 *Donatarius juris patronatus non potest præsentare donatorem, si donatio facta fuit pro illa vice, secus si in perpetuum cum Ordinarii consensu.*

172 *Patronus non habet jus præsentandi in actu, nisi à tempore vacationis Beneficii.*

Præsentatio facta à patrono vivente Beneficiato nulla est, nec convalescit eo mortuo. Ib.

173 Pro-

173 *Promissio de Beneficio vacaturo facta à patrono nulla est.*

Constitutio Procuratoris ad præsentandum facta tempore, quo Beneficium non erat vacans, si postea per obitum contigerit vacatio, non confirmatur. Ibid.

174 *In generali donatione facta à Rege alicujus oppidi cum jurisdictione, mero, & mixto Imperio, atque juribus Regalibus, non continetur jus patronatus, nisi de illo fiat specialis mentio.*

175 *Donatarii patronatum Regiæ Coronæ censentur usufructuarii,& tanquam tales præsentant Rectores ad Ecclesias.*

Patronatus Regiæ Coronæ, quamvis donentur à Rege, semper regulantur tanquam bona Regiæ Coronæ, apud quam remanet directum dominium. Ib.

176 *Præsidibus Provinciarum cura est injuncta, ut mortuo Beneficiato juris patronatus Regii possessionem apprehendant pro conservatione juris Regiæ Coronæ.*

177 *Constructore primo Ecclesiæ invito non potest alius quærere jus patronatus, offerens dotare Ecclesiam.*

178 *Neque audiri debet offerens majorem dotem Ecclesiæ jam dotata ad acquirendum jus patronatus.*

179 *Summus Pontifex de plenitudine potestatis potest concedere jus patronatus alii in præjudicium primi patroni.*

180 *Reficiens Ecclesiam non acquirit jus patronatus, immo non dicitur patronus, sed benefactor ut num.* 182.

181 *Reficere aliud est, aliud de novo facere.*

1 PRo dilucida hujus quæsiti explicatione primò sciendum est, quod impræsentiarum non loquimur de jure patronatus quod dominis competit in libertis propter manumissionem juxta terminos *text. in c. liberti cum seq.* 12. q.2. non solùm quod obedientiam, de qua *in L.* 1. *&* 2. *ff. de jur. patron.* & quoad successionem juxta *text. in L.* 1. *&* 2. *ff. de bon. libert.* §. *qua de causa Instit. de success. libert.&* §. *sed nostra Inst. eod.* sed etiam quoad alia obsequia, de quibus *in L. bonori*, L. *liberto*, *ff. de obseq. præst.* Circa quæ videndi sunt Doctores in dictis juribus, & Cardin. *in rubr. ad tit. de jur. patron.* Rocchus *de jur. patron. in princ.n.*2. Lambert.*eod.tract.art.*2.*q.*1.*p.*1.*l.*1.*n.*5. Paul. de Citadin. *de jur. patron.* 2.*p.n.*6. Sed agimus de jure patronatus competenti in Ecclesiis. Deinde observandum in hoc capite tam de jure patronatus Regio in Ecclesiis, quàm aliorum patronorum acturos esse.

2 Atque ita dicendum est jus patronatus aliud esse Ecclesiasticum, aliud laicale. Primum est, quod competit Clerico respectu Ecclesiæ, seu Beneficii, quod obtinet: adhæretque Ecclesiis, vel dignitatibus Ecclesiasticis, à quibus exercetur. Secundum verò, quod competit alicui ratione fundationis, constructionis, vel donationis Ecclesiæ: ut utrumque probatur *in c.cum autem* 24.*de jur.patron.& in c.unic. eod.tit.in* 6.Corraf.*de Sacerdot cap.*6.*n.*8.Paul.Fusc. *de visitat. cap.* 1. *n.* 3. Zerola *in praxi Episcop. verb. jus patr. n.*1. Cabed. *de patr. Regiæ Corona c.*1.*n.*10. Solorzan. *de jure Indiar. t.* 2. *l.* 3. *cap.* 3. *n.* 4. Fragos. *de Regim. Reip. tom.* 2. *p.* 2. *disp.* 9. §. 3. *n.* 110. *&* 14. Salgad. *de protect. Reg.* 3. *p. cap.* 9. *à nu.* 100. August. Barbos. *de potest. Episc.* 3.*p. alleg.*72.*n.*128. Vivian.*in prax. jur. patron. lib.*2. *cap.* 3. *per tot.* Covarr. *pract. cap.* 36. *n.* 2. *vers. distinguitur autem*, idem August. Barbos. *de jure Eccles. lib.* 3. *c.* 12. *à n.* 6. *cum seqq.* Ut late agit de jure patronatus Ecclesiastico, & quale dicatur: & à *nu.* 13. *cum seqq.* de jure patronatus laicali, & quando acquiratur ex fundatione *n.*28.29. *&* 30. & quando acquiratur ex constructione, vel dotatione à *n.* 29. *cum seqq.* novissimè Jacob. Fontanel. *de jur. patron. lib.* 5. *quæst.* 10. *n.* 1. *&* 2.

3 Datur etiam aliud jus patronatus, quod dicitur mixtum, & pertinet partim ad Ecclesiasticum, & partim ad laicum: ut ex Felin. Gonçal. & Moneta tradit August. Barbos. *d.c.*12.*n.*17. Sed est advertendum, quod jus patronatus acquisitum à Clerico ex fundatione, constructione, vel donatione alicujus Ecclesiæ de proprio patrimonio,& non de bonis quæsitis intuitu Ecclesiæ, non est Ecclesiasticum, sed laicale: docet *gloss.verb.præsentare in Clemen.plures de jur.patron.* Gigas *de pension. q.* 24. *n.* 2. Lambertin. *de jur. patron.* 1. *p. lib.* 1. *art.* 5. *q.* 1. *princ. n.*2. Covarr. *d. cap.* 36. *n.* 2. Cabed. *de patron, Reg. Coron. cap.*1. *n.* 13. Hoged. *de incompa . cap. ult. n.* 113. Mandos. *super regul.*1. *Cancellar. q.*10.*n.*7.Puteus *lib.* 2. *decis.* 222. Barbos. *de jur. Eccles. d.cap.* 12.*n.*13.*&* 14. *& in cap. cum dilectus n.* 6. *&* 7. *de jur.patron.* Ubi ait, quod Clericus in hac specie æquiparatur laico. Non obstat *text. in cap. Apostolicos* 12. *q.* 2.*& in cap. ad audientiam c.* 1. *de Eccles. ædific.* 4

5 Quia respondetur *in d. cap. Apostolicos*, ideo patronatus jus in monasterium ad Ecclesiam pertinuisse, quoniam Episcopus convictus fuit construxisse monasterium de redditibus Ecclesiæ: & ideo fuit compulsus tradere monasterium Ecclesiæ: & *in d. ad audientiam*, agitur de donatione facta de bonis Ecclesiæ, vel de oblationibus ad eam pertinentibus. Unde nil mirum quod patronatus Ecclesiasticus maneat, uti docent Abb. *in d. cap. ad audientiam n.* 10. & ibi Cardin. *n.*2. Achil, de Grost. *de jure patr. n.decis.*1. Roch.de Curti *de jure patron. verb. Jus q.*7.Solorzan. 2.*tom.lib.*3.*cap.n.*1. Cabed. *de patron. Reg.Coron.cap.* 1.*n.*11. Flamin. *de resigat. lib.*2.*q.*4.*à n.* 19. Salgad. *de protect.* 3.*p. cap.* 9. *n.* 100.

6 Sed est intelligenda prædicta resolutio dummodo verè constet, an de propriis, vel Ecclesiæ bonis jus patronatus sit quæsitum. Si enim sumus in dubio; & hæredes Clerici non sunt in quasi possessione præsentandi, præsumitur jus patronatus Ecclesiasticum, & ex bonis Ecclesiæ quæsitum juxta *text. in c.* 1. *de pec. Cler.* Gonç. *ad reg.*18. *Canc. à n.*107. Garcia *de Beneficiis.* 5.*p. c.*10.*n.*593. Qui in Hispania aliud dicendum tradit, non solum quando sumus in dubio an jus patronatus sit acquisitum ex bonis Ecclesiæ, & fructibus Beneficii, vel ex patrimonio Clerici; sed etiam quando constat Clericum fundasse, vel dotasse Ecclesiam, aut Capellam instituisse de bonis quæsitis intuitu Ecclesiæ, & ex fructibus Beneficii: quia adhuc consanguineis hæredis jus patronatus relinquere potest; & si de eo non disposuit, pertinet jus ad hæredes; manet enim jus patronatus laicale, non Ecclesiasticum. Ex eo quoniam in Hispania de consuetudine generali possunt Beneficiati hæredibus relinquere quæsita ex redditibus Beneficii, Navarr. *in Manual. c.* 25. *n.*129. Gama *decis.*323.*n. fin.* Valasc. *consult.* 165. *n.*11. *& de partit. c.*35. *à n.*7. Emman. Barbos. *ad Ordinat. lib.* 2. *tit.* 18. §. 7. *n.* 3. Gabr. Pereir. *decis.* 95. *à n.*20. *cum seqq.* Spino *in rubr. de testam. gloss. p.*14. *n.*12. *cum seqq.* Covarr. *in c.cum in officiis de testam. num.* 23. *cum seqq.* post plures Solorzan. 2. *tom. lib.* 3. *c.* 10. *num.* 11. Felician. de Oliva *de for. Eccles.*2.*p. q.*31.*n.*1.*& q.*8.*n.*21. Cresp. de Valdaur. *observ.* 31. *n.* 4. Immo venientes ab intestato succedunt in dictis bonis, si de illis Clericus non disposuit, Spin. *d.p.*14.*gloss.n.*16. Pereir. *d.decis.*95.*n.* 21. Cresp. *d. observ.*31.*n.*4. Qua ratione Garciæ opinioni accedo. 7 8

9 Et quamvis Episcopus neque in Hispania valeat disponere de bonis quæsitis ex redditibus Ecclesiæ, neque

neque ea suis hæredibus relinquere, Spino d. p. 14.
gloss. n. 31. Valasc. d. cap. 35. n. fin. Oliva d. quæst.
31. num. 10. Pereir. decis. 95. num. 3. & seqq. Solorz.
d. cap. 10. n. 9. & 12. quia dictis bonis succedit Ec-
clesia, Noguer. alleg. 26. à num. 4. cum seqq. So-
lorz. d. c. 20. num. 9. & 12. Bobad. in sua Polit.
lib. 2. cap. 18. n. 180. Joseph. de Sesse decis. 325.
10 n. 6. & 7. Olea de cession. jur. quæst. 9. tit. 3. n. 36. Cum
tamen Episcopus valeat impetrare à Summo Ponti-
fice dispensationem ad dispcnendum de dictis bo-
nis, Covarr. d. c. cum in officiis n. 20. & seqq. Spino
ubi supra num. 21. Pereir. decis. 95. num. 7. Solor-
zan. d. c. 10. num. 13. Si obtenta dispensatione
11 Episcopus fundaverit Ecclesiam, construxerit, aut
dotaverit, vel Capellam instituerit ex dictis bonis, vel
redditibus Ecclesiæ, laicale erit jus patronatus, &
pertinebit ad ejus hæredes: ut bene suadat Garcia
d. §. cap. 1. n. 595.

Videndum igitur, Quinam possint jus patronatus
12 acquirere, & illius capaces censeantur? Et quidem
regula constituenda, est quod omnes sunt capaces
acquirendi, & possidendi jus patronatus, qui non
reperiuntur in jure prohibiti: concessum enim fuit ex
gratia cap. 1. c. quod autem de jur. patron. Camill.
Borrell. de præst. Reg. Cathol. c. 52. nu. 2. ut omnes
excitarentur ad ædificationem, fundationem; &
donationem Ecclesiarum: & sic omnibus competit,
non exceptis. Cùm enim edictum hoc sit prohibito-
rium cap. nobis de jur. patron. in verb. siquis edocent,
ibi Joann. Andr. in 1. respons. Annan. n. 3. Cardinal.
num. 3. vers. quæro in eod. text. Paul. de Citadin. de
jur. patron. 3. p. q. 11. n. 36. Lambertin. lib. 1. p. 1.
q. 7. art. 1. & quæst. 8. art. 10. n. 5. Et probatur ex
text. in c. piæ mentis ibi: Omni Christiano: c. frigen-
cius ibi: Christianis omnibus 16. q. 7. Edicti autem
13 prohibitorii ea est natura, ut omnes, qui in jure spe-
cificè non prohibentur, admitti debeant: ut videre
est in edicto de testamentis, quod est prohibitorium:
& sic omnes, qui non prohibentur, testari possunt
L. si quæramus 5. ubi gloss. ff. de testam. princ. Instit.
quibus non est permiss. fac. testam. Ordinat. lib. 4. tit. 81.
L. 14. tit. 5. part. 6. ubi Gregor. Lopez gloss. 5. Abbas
in rub. de testam. n. 2. Bart. in d. L. si quæramus n. 4.
& ibi Alberic. Matienc. in L. 3. tit. 4. lib. 5. Recopil.
Azeved. in L. 1. eod. tit. & lib. 9. Quod idem proce-
dit in edicto de testibus L. ex eo ff. de testib. Ordinat. lib.
3. tit. 56. cum similib. Anton. Gomez lib. 3. var. c. 12.
n. 12. & 13.

Ex prædicta regula infertur: Primò laicos capa-
14 ces esse juris patronatus absque aliquo privilegio aut
dispensatione: ut probatur ex gloss. verb. de sua in d.
c. nobis de jur. patron. & ex generalitate text. in c.
decernimus 16. quæst. 7. cum similib. Ubi indistinctè
dicitur omnibus patronis, sive laicis competere jus
patronatus. Nouissimè Jacob. Fontan. de jur. patron.
lib. 6. q. 12. n. 12. Unde cum de novo laici babiles
non efficiantur, tales præsupponuntur. Deinde jus
patronatus ex natura sua res est temporalir, quam-
vis sit spiritualibus annexum: ut scribunt Abb. & alii
in c. quanto 3. de judic. Tiraq. in tract. res inter alios
15 acta pag. 8. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 19. q. 2.
Suarez de Relig. lib. 4. de simon. c. 14. n. 21. Vivian.
in prax. jur. patron. p. 1. lib. 1. c. n. 4. August. Barbos. in
d. cap. quanto n. fin. Roch. de jur. patron. verb. ipse
q. 36. n. 81. Jacob. Fontan. in d. tract. lib 3. q. 6. n. 8.
& lib. 5. q. 21. n. 2. Ergo laici capaces sunt illius ju-
ris, cùm aliqua lege non reperiantur prohibiti. Et
ita hancpartem tenent Spino de testam. gloss. 4. n. 43.
& eam dixit veriorem communis Præceptor Ludovic.
Correa in manuscript. ad tit. de judic. in d. c. quanto
vers. secundo adverte.

Secundo infertur quod non solùm masculus, sed
16 etiam fæmina capax est juris patronatus: ut probatur
in c. fin. de concess. præb. nam Comitissæ, de qua ibi,
competebat jus patronatus: & ita docent post alios
Rocch. de jur. patron. verb. competens in princ. Vi-
vian. in prax. jur. patron. p. 3. lib. 5. c. 4. n. 5. August.
Barbos. in d. c. fin. de concess. præb. num. 2. Lamber-
tin. 1. p. n. 1. art. 2. q. 7. n. 40. Et quamvis text. in d.
c. fin. loquatur in muliere constituta in dignitate
tamen etiam procedit in muliere privata: ut ibi te-
nent Imol. Abb. & Anton. & Lambertin. d. numer.
40. Quod etiam probatur in d. c. nobis, & similib.
licet videantur loqui de masculis, tam cum decisio
sit generaliter concepta, fæminas etiam comprehen-
dit siquidem appellatione masculorum veniunt fæ-
minæ L. si ita scriptum §. si sub conditione ff. de
legat. 2. L. 1. ff. de verb. signific. Surdus cons. 21. 17
Marescot. lib. 1. var. cap. 2. num. 3. & 4. Grurb.
de success. feud. §. 1. gloss. 8. à n. 10. cum seqq. D.
Joseph. Vela dissert. 49. n. 80. Reynos. observ. 15.
n. 2. Capyc. Latro decis. 3. ubi Michael. Angel. Giz-
zi observ. 3. n. 2. Probatur etiam ex text. in c. ex lit-
teris 7. de jur. patron. c. licet de majorit. & obed. Ubi
agitur de patronatu Abbatissæ, quod licet ipsi com-
petere dicatur ratione dignitatis tamen si mulieres
istius juris essent incapaces, aliud esset dicendum.
Ex quibus & aliis fundamentis hanc sequuntur opi-
nionem ultra Imol. Abbas & Anton. Rocch. d. verb.
competens q. 1. Lambertin. d. lib. 1. p. 1. quæst. 7. art.
2. à n. 30. cum seqq. Riccius in collect. decis. p. 5. col-
lect. 1682. Vivian. in prax. lib. 1. p. 1. c. 1. n. 14. Mar. An-
tonin. lib. 2. variar. resol. 60. à n. 1. Azor. instit. mo-
ral. p. 2. lib. 6. c. 21. Garcia de Benefic. p. 5. c.
9. à num. 142. August. Barbos. in d. c. ex litteris
num. 12.

Verum contra dictam resolutionem obstat, quod 18
mulieres civilium, publicorumque officiorum sunt
incapaces. L. fæminæ, ubi notant omnes ff. de regul.
jur. L. cum Prætor. §. moribus ff. de judic. Cened. ad
Decretal. collect. 122. Petr. Barbos. in d. §. moribus n.
254. Ergo jus patronatus mulieribus competere non
potest: Siquidem multa competunt patronis, quæ
mulierem decere non videntur; puta honor in pro-
cessionibus, & alia: Et sic propter indecentiam non
licet mulieribus jus patronatus habere. Deinde obs- 19
tat text. in d. c. fin. de concess. præb. per argumen-
tum ab speciali: nam dum textus Comitissæ, de qua
ibi, jus patronatus concedit, privatæ mulieri illud
denegare videtur, cum exceptio firmet regulam in
contrarium L. nam quod liquide §. fin. ff. de penit. le-
gat. L. quæsitum §. idem respondit. & ibi gloss. verb. non
potest ff. de fund. instruct. c. 2. de conjug. lepros. Menoch.
de arbitr. libr. 1. quæstion. 30. n. 4. & consult. 4. n. 23.
Surdus consult. 303. n. 11. & seqq. Valasc. cons. 45. n. 1.
in fin. Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 4. capit. 40.
num. 19.

His tamen non obstantibus vera est nostra reso- 20
lutio: & pro majori declaratione primæ difficultatis
advertendum est mulieres esse incapaces exercendi
publica officia, & judicandi ex dictis supra: capaces
autem esse jurisdictionis, & actus judicandi ratione
officii, aut dignitatis 1. cum dilectissima 12. q. 2. c.
si post. 23. q. 4. c. significavit. de rescript. textus opti-
mus in c. delicta 12. majorit. & obed. Quæ jura ita
communiter intelliguntur â Doctoribus, Burgos
de Paz in procem. leg. Tauri num. 6. Molin. de pri-
mogen. lib. 1. c. 13. n. 14. & post alios Barbos. in d. L.
cum Prætor §. fin. num. 168. Ac proinde responde-
tur cum Lambertin. ubi sup. n. 42. quod licet detur in-
capacitas ex parte mulieris respectu jurisdictionis,
actuumque civilium, & publicorum officiorum
semota dignitate, attamen jus patronatus non est
officium publicum, aut civile mulieribus prohibi-
tum; immo nec dignitas, quia non reperitur in titu-
lo de præbendis, & dignitatibus; sed est jus quoddam
pri-

privatum transiens cum universitate bonorum *d. c. ex literis de jur. patron.* concessum generaliter omnibus juxta superius tradita: Atque ita competit etiam mulieribus non habentibus dignitatem. Ad secundùm de *text. in c. fin. de conces. præb.* satisfacit Lambertin. loco citato, asserens jus patronatus in eo textu non provenire ex dignitate, neque de ea mentionem fieri quasi necessaria ad acquisitionem jur. patronat. sed Pontificem illud dixisse narrativè, & ponderasse in illo textu: narrativa autem nil disponit, argum. *text. in c. si Papa de privileg. in 6.*

21 Tertio infertur regulam supra positam locum habere etiam in meretrice, quæ si ex meretricio, & illicito quæstu: ac ex eo quæsitis fundat, ædificat, aut dotat Ecclesiam, acquirit illius jus patronatus: ut probat *gloss. in c. non est putanda verb. ex illicitis 1. quæst. 1.* dum dicit quod ex malè quæsitis non possit fieri eleemosyna, quando ita quæsitorum dominium acquisitum non fuit: secus alias. Et infert meretricem eleemosynam facere posse: quia acquisitum ex illo illicito, & meretricio quæstu transit in dominium hujusmodi mulieris, à qua repeti non potest, cum in pari causa turpitudinis, melior seu potior
22 sit causa possidentis, argum. *text. in L. idem §. quoties ff. de condict. ob turp, caus. c. in pari regul. jur. in 6.* Fachin. *lib. 8. controv. c. 9. vers. hanc posteriorem*, Caldas *cons. 53. n. 9.* Mantic. *de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 22. n. 15.* Antonin. Amat. *var. resolut. 31. n. 7. & 8.* Deinde probatur ex *text. in c. piæ mentis 16. quæst. 7.* Ubi dicitur omnem Christianum esse capacem juris patronatus: Ergo & meretrix Christiana illud acquirere valet. Ex quibus, & aliis hanc sequuntur sententiam Paul. de Citadin. *de jur. patron. 3. p. q. 14. §. prima causa, n. 58.* Ripa *in rubr. de judic. n. 82.* Rocch. *d. verb. competens à n. 3.* Spino *de testam. gloss. 6. n. 21.* Riccius *d. 5. p. collect.* 1682. August. Barbos. *in d. c. ex litteris n. 12.* Stephan. Gratian. *c. 218. n. 5. & 6.*

23 Neque obstat *text. in d. c. non est putanda 1. q. 1.* quia licet eleemosyna fieri non possit ex illicite acquisitis: hoc est intelligendum de illis, quorum dominium non quæritur, & potest dari repetitio; tunc enim acquisita non efficiuntur propria illius, qui in locum pium arogare vult: & sic mirum, quod ille textus ita disponat. At verò in meretrice aliud est dicendum; quæ quamvis illicitè acquirat, tamen licite retinet quæsita ex meretricio *L. 4. §. sed quod meretrici ff. de condict. ob turp. caus.* Gama *decis. 223. num. 3.* ubi Flores de Mena, Navarr *in Manual. cap. 17. num. 33. 34. & seqq.* idem Gama *decis. 226. n. 1. & decis. 236. n. 2. gloss. d. verb. ex illicitis in d. cap. non est putanda.* Et ita respondent Paul. de Citadin. *d. 3. p. q. 21. n. 19.* Lambertin. *d. nu. 14.* Obstat tamen fortiter, & urget authoritas Deuteron. *cap. 22.* ibi: *Non offeres mercedem prostibuli*: quam adducit Lambertin. *d. num. 14.* Ex ea deducitur, quod licet meretrix dominium habeat in quæsitis illicite; tamen ex illis opus pium facere nequit, Sed respondetur illam authoritatem intelligendam. ut scilicet meretrix, dum vivit in lupanario, seu loco publico, accedere non debeat ad altare; ad effectum, ut rubore confusa ad pænitentiam revocetur. Verum tamen poterit facere alia pietatis opera: ut optime dicit *gloss. in summa 14. quæstion. 5.* Paul. de Citadin. *ubi supra n. 6.* Lambertin. *d. n. 14.*

Denique non facit in contrarium, quod jus patro-
24 natus fuit concessum laicis ex privilegio juxta *text. in cap. 3. de jur. patron.* Ergo meretrix ob infamiam, & personæ utilitatem eo privari debet secundum *gloss. verb. ignominiosam in cap. 1. de vita, & honest. Cleric. in 6.* Sed huic difficultati sit satis ex eo, quod jus patronatus non fuit concessum laicis, principaliter in eorum favorem, sed in favorem Ecclesiarum, ut ipsi magis excitarentur ad fundationem. Unde nil refert, quod fundans, construens, vel dotans Ecclesiam sit meretrix, argum *text. in L. qui ex ceptionem ff. de condict. indeb.* attamen advertendum est, quod etiamsi meretrix possit acquirere jus patronatus, illius exercitium habere non debet, dum fuerit in meretricio: ut scribunt Lambertin. & Paul. de Citadin. *locis citatis.*

Quarto infertur spurios, & illegitime natos juris 25
patronatus capaces esse, ut illud acquirere possint ex fundatione, constructione, & dotatione Ecclesiæ. Quæ resolutio probatur primo ex *d. c. piæ mentis: & ex d. c. frigentius 16. q. 7. d. c. nobis de jur. patron. cum similib.* Ex quibus colligitur jus patronatus competere posse etiam illegitimis, dum generaliter constituunt omnibus competere qui fundant, construunt, vel dotant Ecclesiam. Item probatur ex illa ratione generali, secundùm quam jus patronatus concessum fuit omnibus in favorem Ecclesiæ, ut excitarentur ad fundationem, & constructionem. Quæ ratio cessaret, si etiam illegitimis jus patronatus competere non posset. Et ita propter has, & alias rationes hanc partem sequuntur Rocchus de Curti *d. verb. competens q. 2. per totam*, Lambertin. *1. p. lib. 1. art. 17. q. vers. quæro decimo tertio.* Gigas *de pension. p. 2. n. 2. & 7.* & post Baldum, Alex. & alios Gratian. *c. 218. num. 1. 2. & 3.*

Non obstat, quod jus patronatus est annexum re- 26
bus spiritualibus *cap. quanto de judic. c. quanto de jur. patronat.* Et sic illegitimè nati illius incapaces videntur, cum rerum spiritualium incapaces sint juxta *text. in c. 1. de fil. presbyter. in 6.* Quod idem dicendum est respectu rerum annexarum spiritualibus: cum quia annexum, additum, vel adjunctum, assumit naturam rei, cui annexatur *L. quæ religiosis ff. de rei vendic.* Gama *decis. 218. n. 2. & decis. 390. nu. 5. & 6.* ubi Flores de Mena, Valasc. *de partit. c. 13. n. 133.* Oliva *de for. Eccles. 1. p. q. 7. n. 5.* Castill. *lib. 5. controv. c. 100 n. 19. & lib. 6. c. 128. n. 23.* tum etiam quia annexum idem est judicium *d. c. quanto de judic.* Respondetur enim cum Roccho, & Lambertino ubi supra, quod jus patronatus principaliter concessum fuit in utilitatem, & favorem Ecclesiæ *c. quoniam de jur. patron.* Gratian. *d. c. 218. n. 62.* Et sic nil interest quod fundans, ædificans, vel dotans Ecclesiam sit illegitimus: dum tamen Christianus sit: præsertim quia dictus favor non conceditur ad effectum, ut illegitimis Beneficia conferantur, vel ut ipsi ordinentur. Unde quamvis spiritualium sint incapaces: juris patronatus capaces sunt: & hoc respectu cessant rationes incapacitatis, de quibus Butrius *in c. præsentium de fil. presbit.* Et ita docent Vivian. *in prax. jur. patron. lib. 2. c. 6. n. 28.* Paleot. *de noth. & spur. quæst. 61. per totam* Riccius *decis. 196. n. 89.* Lambertin. *d. q. 7. art. 12.*

Neque etiam obstat filium illegitimum non esse 27
capacem emphyteusis Ecclesiasticæ juxta doctrinam Bald. *in L. generaliter §. cum autem n. 2. Cod. de instit. & substit.* ubi Salicet. & Decius *cons. 170. n. 1. & 2.* Gama *decis. 2. n. 1. & seqq. & decis. 377. num. 2.* Valasc. *cons. 134. n. 7. & seqq.* Cald. *de nomin. q. 7. n. 39.* idem Valasc. *consult. 147.* & Caldas *de renovat. quæst. 12. à n. 54. & q. 21. à princ.* Gratian. *d. c. 218. n. 35.* Quod procedit, etiamsi fuisset legitimatus à Principe: Decius *d. cons. 170. n. 1. & 2.* Gama *decis. 2. n. 7.* ubi plures dat Flor. de Mena, Marescot. *lib. 1. c. 15. n. 1.* Molin. *de just. & jur. disp. 475.* Rebell. *de obligation. just. lib. 13. quæst. 14.* secus autem erit, si legitimetur à Papa; quia tunc in emphyteusi Ecclesiæ succedere poterit, Decius *in d. L. generaliter in fin. vers. & hoc intelligitur, nisi esset*, Gratian. *d. cap. 218. n. 38.* Marescot. *supra n. 2. & 5.*

Respondetur namque, quod licet illegitimus non

28 non succedat in dicta emphyteusi? tamen per hoc
non detrahitur favori Ecclesiæ: in nostra verò quæs-
tione favor Ecclesiæ diminuitur, si illegitimè nati re-
trahantur à fundatione, constructione, & dotatio-
ne Ecclesiarum: quod ferendum non est, nec da-
tur par ratio in casu emphyteusia, & acquisitionis
juris patronatus. Et sic manet inconcussa nostra re-
solutio.

29 Obiter quæro, An illegitimus suceedat in jure
patronatus ab antecessoribus quæsito? Pro cujus quæ-
stionis resolutione sciendum est, quod jus patronatus
laicale, vel est gentilitium, vel hæreditarium. Pri-
mum pertinet ad agnatos, & consanguineos, & non
potest ad extraneos, transire, Cabed. *de patron. Reg.*
Coron. c.33. n.7. Sanch. *ad precept. Decal. lib.2. cap.*
19. num. 2. & aliis relatis Vivian. *in prax. jur. pa-*
tron. lib. 15. c. 1. num. 29. Lother. *de re Benefic. lib.*
2. q. 14. n. 22. & 23. Neque venit in restitutione
fideicommissi, si fideicommissarius non est de sangui-
ne, August. Barbos. *de offic. Paroch. c. 26. n 39. in*
fin. Fontan. *in d. tract. lib.3. q. 15. n. 5. & 6.* Adeo
ut confiscatis bonis hujusmodi patroni non confiscetur
jus patronatus. Ex ea regula, quæ habet non veni-
re in confiscationem ea, quæ non transmittuntur ad
extraneos: ut in individuo tradunt Clarus *lib. 5. §.*
fin. quæst. 78. n.8. Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1.*
n.72. & 121. Sanchez *d. lib. 1. c. 19. n. 2.* Lother *d.*
lib.2. q.14. num. 22. & 23. Vivian. *d.c.1 n.29.* Mas-
sin. *de confisc. q. 37. n. 2.* Fermosin. *de confisc. alleg.*
32. n. 3. Castr. Palao *in oper. moral. tract. 4. disp. 5.*
punct. 5. n. 3. Hæreditarium verò vel est cohærens
alicui castro, oppido, aut loco, vel de per se; &
quoad primum distinctionis membrum dicendum est
jus patronatus cum castro, oppido, aut loco transi-
re tanquam accessorium, Palac. Rub. *in repetit. c.*
per vestras §. 43. in princ. de donat. inter. Menoch.
30 *cons. 66. n. 27.* Petr. Barbos. *in L. divortio §. si vir*
nu.55. & seqq. ff. solut. Matrim. Molin. *de just. & jur.*
tom.3. disp.620. n.6. ad fin. Vivian. *in prax. jur. pa-*
tron. 1. p. lib. 4. c. 7. n. 6. Barbos. *de potest. Episcop.*
alleg. 71. nu.87. & de jur. Ecclesf. lib. 3. c. 12. num.
238. Garcia *de Benefic. p.5. c.9. n. 26. & seqq.* Ideo-
que confiscatis honis patroni ob delictum jus patro-
natus ita annexum prædictis bonis transit in fiscum
cum universitate bonorum, Cabed. *de patron. Reg.*
31 *Coron. c.33. n. 3.* Garcia *d. c.9. n.27. 32. & 33.* San-
ch. *d. lib.2. cap.19. n.8.* August. Barbos. *d. alleg.71.*
num. 45. Lother. *d. lib. 2. quæst. 14. n. 21. 26. &*
27. Guazin. *de confiscat. conclus. 13. limit. 32. num.*
18. Seraphin. Massin. *eod. tract. quæst. 37. n.7.* Castr.
Palao *d. disp. 5. punct. 5. n. 9.* Giurb. *ad consuetud.*
Messan. c. 1. gloss.2. n.54. Et in hoc nulla apud Inter-
pretes est controversia, Farin. *d. q.25. n.156. & seq.*
Proindeque si de jure patronatus non disposuit patro-
nus, transit ad hæredes.

In secundo distinctionis membro, quando jus pa-
tronatus competit de per se, dubium non est transire
in hæredes cum universitate bonorum: ut tradunt
supra citati *n.30.* Atque ita agendo imprimis de quæ-
stione proposita circa successionem illigitimi, dicen-
32 dum est jus patronatus laicale gentilitium non posse
transire in illegitimum etiam descendentem ab eo, qui
jus patronatus ex privilegio acquisivit: ut in termi-
nis scribunt Rocch. *de jur. patron. verb. competens q.2.*
in fin. vers. hunc tamen conclusionem Buttius *in c. per*
venerabilem qui fil. sint leg. Alex. *in L. ex facto §. siquis*
rogatus in fin. ff ad Trebell. Bald. *in L. ult. in fin. C. de*
verb. signific. Gratian. *discep. forens. c.218. n.13.* Vivian.
in prax. jur. patron. lib.4. c.2. n.66. & 68. Ex eo quod
jus patronatus spiritualibus est annexum *d. c. quanto*
de judic. c. quanto de jur. patron. cumque illegitimus
sit incapax rerum spiritualium *c. 1. de fil. presbit. in 6.*
etiam patronatus incapaces existunt.

Præsertim quia illegitimus non dicitur de familia; 33
domo, agnatione, aut cognatione Molin. *lib. 1 c.4. n.44.*
Gama *decis.167. n.2.* Phæb. *decis.34. n. fin.* Reynos.
observat.53. n.12. Sanfelic. *decis. 56. n.15.* Noguer.
alleg. 28. n.68. Solorzan. *de jur. Indiar. 2. tom. lib.*
2. c.17. n.6. Giurb. *de feud. §. 1. gloss.9. n. 9.* Et lo-
quendo in propriis terminis juris patronatus, Vivian.
d. lib. 4. c. 2. num. 66. Qui *num. 65.* addit illegi-
timum non dici de parentela, neque de linea Pere-
grin. *de fideicommiss. art.22. n.81.* Farinac. *de inquisit.*
q.14. n.52. & seqq. Cum igitur illegitimus sit incapax
rerum spiritualium, ut diximus: etiam incapax est
annexorum rebus spiritualibus prout dictum fuit *n.*
26. Et sic juris patronatus.

Confirmatur quia licet in institutione juris patro- 34
natus sint vocati filii, & descendentes institutoris
respectu patronatus appellatione filiorum, & descen-
dentium non veniunt illegitimi seu bastardi, quando
absunt legitimi, cum quibus bastardi concurrere ne-
queunt. Menoch. *cons.283. n.14.* Alex. *in L. ex fac-*
to §. siquis rogatus n. 16. col. 7. in princ. vers. si au-
tem aliqui essent, Peregrin. *de fideicommiss. art.*
28. n. 50. junctis his quæ *art.22. n. 80. & seqq.* Gra-
tian. *d. c. 218. num. 25.* in verbis ibi: *in filiorum, &*
descendentium vocatione non veniunt illegitimi in ju-
re patronatus, quando adsunt legitimi: cum illi so-
lùm veniant in subsidium, quatenus legitimi non ex-
tant: & tantum in eorum defectum cum non sit æquum,
ut tales simul concurrant, quasi inter eos non adsit par
ratio, neque æquitas. Et hoc à fortiori procedit in jure
patronatus fundatorum nobilium, & in dignitate exis-
tentium, cùm non sit censendum illos voluisse princi-
cipaliter vocare ad jus patronatus, & eos admittere in
concursum cum legitimis, quasi tunc verecundia es-
set habere tales successores: ut cum Imol. & Alex.
bene tradit Gratian. *d. c. 218. n. 32.*

Confirmatur etiam: quia illegitimus non est capax
emphyteusis Ecclesiasticæ: etiamsi sit legitimatus à
Principe: ut diximus supra *num.27.* Et sic neque po-
test esse capax juris patronatus Ecclesiastici. Quæ
quidem procedunt licet in institutione patronatus
vocati sint hæredes, & successores: illa enim clau- 35
sula restringenda est ad filios, & successores legiti-
mos: & non prohibitos, Bald. *cons. 207. num. 3. lib.*
2. Beroius *in c. in præsentia de probat. num. 336.*
num. seqq. Afflict. *decis. 386. num. 3.* Molin. *de just.*
tract. 2. disp. 446. num. 1. Joann. de Amicis *de jur.*
emphyt. q. 93. num. 14. August. Barbos. *claus. 113.*
num. 10. Imò etiamsi jus patronatus hæreditarium
sit, filius illegitimus in eo succedere nequit; præ- 36
sertim ascendentibus nobilibus, & illustribus, qui-
bus illegitimus succedere non valet in hæreditate,
neque in juribus illis competentibus *Ordinat. lib. 4.*
tit. 92. Gama *decis. 229.* Anton. Gomez *in L. 9.*
Tauri n.30. cum seqq. Cancer. *lib. 1. var. c. 5. n.49.*
Solorzan. *de jur. Indiar. tom.2. lib.2. c.17. n.16.* Ca-
pyc. Latro *decis. 166. n. 95. & seqq.* Quod idem di-
cendum est respectu descendentium ex filio illegiti-
mo, hi namque quamvis legitimi, non succedunt
avo, Anton. Gomez *in d. L. num. 6.* Gama *decis.*
135. num. 4. & pluribus relatis Solorzan. *d. c. 17.*
num. 23. & 24. Nam cum proveniant ex radice in-
fecta non possunt habere plus juris quàm illegitimus,
à quo descendunt Bald. *in L. 1. ff. de Senator.* Molin. 37
de primog. lib. 3. c. 5. n. 45. & 46. Fusar. *de substit.*
quæst.314. n.4. & 13. & quæst. 307. num 78. Castill.
lib. 5. controv. capit. 103. num. 13. & capit. 67.
n. 31. Mantic. *d. conject. ultim. lib. 11. tit.12. n.32.*

Redeundo igitur ad secundum distinctionis mem-
brum de jure patronatus personali, quod stat de per
se, gravis est dubitatio inter Doctores. An confis-
catis bonis patroni veniat, & ipsum jus patronatus
in confiscationem? In qua dubitatione perstringendo
plura,

plura, cum quibus Doctores, variè comminiſcuntur;
38 verius cenſeo quod confiſcatis bonis à Judice ſæculari non venit in confiſcationem jus patronatus, quod ſtat de per ſe. Ex eo quod cum ſit ſpiritualibus annexum, ſæcularis ex defectu juriſdictionis iſtud confiſcare nequit: prout ſcribunt Farinac. *d. q.* 25. *n.* 151. & 153. & *de hæreſ. q.* 190. §. 1. *n.* 24. Nicol. Garcia *de Benefic. p.* 5. *cap.* 9. *n.* 28. & *ſeqq.* Petr. Caball. *reſol. crimin. caſu* 4. *n.* 2. & *per totum*, Sanchez *in præcept. Decalog. lib.* 2. *cap.* 19. *à princip.* Auguſt. Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 3. *c.* 12. *num.* 249. Lother. *de re Benefic. lib.* 2. *q.* 14. n. 29. Vivian. *in prax. jur. patron. lib.* 15. *cap.* 1. n. 31. *verſ. & quo ad prædict.* Ricciol. *de jur. perſon. extra grem. Eccleſ. exiſt. lib.* 5. *cap.* 34. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *q.* 22. n. 11. Caſtr. Palao *d. tract.* 4. *diſp.* 5. *punct.* 5. *n.* 6. 9. & 10. Spino *de teſtament. gloſſ.* 4. *n.* 115. Giurb. *d. cap.* 1. *gloſſ.* 2. n. 54. Maſſin. *de confiſcat. q.* 37. *n.* 5. Ubi veriorem dicit. Cabed. *de patron. Reg. Coron. cap.* 33. *n.* 4. Et pro hac parte teſtatur judicatum Peregrin. in dominio Venetorum *de jur. fiſc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 72. *verſ. contrariam*, Fermoſin. *de confiſcat. allegat.* 32. n. 3. Alfar. *de offic. fiſcal. gloſſ.* 20. §. 10. *n.* 266. Et verè hæc opinio magis ad veritatem accedit: quidquid diſtinguit. Jul. Clar. *d. q.* 78. *n.* 7. quem ſequitur Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 10. & alii relati à Fermoſin. *ſupra n.* 8. Namque quidquid ſit de ratione, qua moventur Doctores Contrariæ partis, nempe omnia, quæ poſſunt tranſire ad extraneos hæredes, venire in confiſcationem: quod non negamus, Attamen illa ratio defectus juriſdictionis in Judice laico nullam recipit congruam reſponſionem: ut advertit Farinac. *in addit. ad quæſt.* 25. n. 151. & 153. Unde dicendum eſt jus patronatus neque directè, neque indirectè venire in ſententia Judicis ſæcularis confiſcantis.

Si vero delictum ſit commiſſum in Eccleſiam ſecuta Judicis Eccleſiaſtici ſententia confiſcationis, Ec-
39 cleſia libera manet: at ſi delictum non ſit commiſſum in Eccleſiam, poterit Judex Eccleſiaſticus jus patronatus Publicare, Caſtro Palao *d. diſput.* 5. *punct.* 5. *n.* 1. Lother *de re Benefic. d. q.* 14. n. 30. Alii autem docent, quod licet delictum non ſit contra Eccleſiam, ſi Judex ſæcularis bona omnia patroni publicaverit, poterit Eccleſiaſticus declarato delicto jus patronatus publicare, ut Eccleſia libertatem acquirat auferendo illud ab hærede delinquentis tanquam ab indigno, Rota *deciſ.* 53. *n.* 5. *p.* 2. *recentior.* & *in una Lucana juris patron.* 12. *Junii* 1606. *coram Coccino*, quam refert. Vivian. *poſt tract. jur. patron. deciſion.* 106. Garcia *d.* 5. *p. cap.* 9. à n. 29. Auguſt. Barboſ. *de jur. Eccleſ lib.* 3. *cap.* 12. n. 239. *in fin.* Caſtro
40 Palao *d. punct.* 5. *n.* 11. *verſ. inter has*, Maſſin. *d. q.* 37. *n.* 13. & 14. Quod de libertate Eccleſiæ velim intelligas; niſi alii eſſent compatroni apud quos remaneret jus patronatus, Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 7. quia delictum unius aliis nocere non debet, ſequitur Caſtro Palao *d. diſp.* 5. *punct.* 5. *n.* 2. Vel niſi alii eſſent vocati ab inſtitutore juris patronatus, Socin. Jun. *conſ.* 51. *n.* 6. *vol.* 2. Sanchez *d. c.* 19. *n.* 17.

Obſervandum tamen eſt, quod jus patronatus po-
41 teſt legari, donari, & fidei committi loco pio, & Religioſo ſine licentia Epiſcopi; laico verò de licentia Epiſcopi *cap. quod autem*, *cap. illud de jur. patron.* Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 13. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 177. *n.* 2. Lambertin. *de jur. patron. libro* 1. *p.* 2. *art.* 1. *q.* 1. *n.* 2. & *q.* 4. Verala *dec.* 287. *p.* 1. Rota *deciſ. ultim. de jur. patron. in antiq.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 959. *n.* 40. Cabed. *de patron. Reg. Coron. cap.* 4. *n.* 7. Auguſt. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. allegat.* 71. *n.* 11. & *de jur. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 12. n. 253. Jacob. Fontan. *de jur. patron. lib.* 3. *q.* 6. *num.* 1. Quod amplia reſpectu laici; etiamſi legatum, vel donatio fiat in favorem filiorum, Rocch. *de jur. patron. verb. ipſe vel is quæſt.* 7. *nu.* 15. Lambertin. 2. *p.* 1. *lib. art.* 2. *q.* 6. Seraph. Maſſin. *de confiſcat. q.* 37. *n.* 82.

Prædicta autem licentia Epiſcopi non requiritur, quando donatio ſit compatrono, Achil. *dec.* 10. *d.* 42
jur. patron Peregrin. *conſ.* 87. *n.* 6. *volum.* 3. Zerola *in prax. Epiſcop. p.* 1. *verb. jus patronatus* §. 2. *verſ. ſecundum dubium*, Auguſt. Barboſ. *d. c.* 12. *n.* 150. Ludovic. Poſt. *de manuten. dec.* 239. n. 5. Maſcard. *concluſ.* 959. n. 41. Item non eſt neceſſarius conſenſus Epiſcopi in donatione juris patronatus facta ſimul cum caſtro, vel oppido, cui adhæret, *cap. ex litteris*, *c. cum ſeculum de jur. patron.* Cabed. *d. cap.* 4. *n.* 8. Hæc autem licentia Epiſcopi in caſibus 43
ubi deſideratur, ſufficit, quod ſequatur poſt donationem *cap. ſuggeſtum de jur. patron.* Rota *dec. ult. de jur. patron. in antiq.* Cabed. *d. cap.* 4. *n.* 7. Maſſin. *d. q.* 37. *n.* 89. Adeo ut ſi Epiſcopus inſtituerit præſentatum à donatario juris patronatus, cenſeatur conſenſiſſe donationi, Lambertin. *lib.* 1. *p.* 1. *art.* 7. *in fin.* Additio *ad deciſ.* 420. *Gregor* 16. *num.* 7. *verſ. item ſufficit.*

Declara, ut prædicta licentia Epiſcopi neceſſaria ſit quando jus patronatus transfertur titulo particulari; non verò cum transfertur titulo univerſali inſtitutionis hæredis, ſive ex teſtamento, ſive ab 44
inteſtato vel quando transfertur in donatarium omnium bonorum; quia tunc nulla Ordinarii licentia, aut confirmatio deſideratur, juxta doctrinam Abb. *in d. cap. illud* n. 4. & *in cap. cum jaculum*, & *in cap. ex litteris n.* 12. *de jur. patron.* Lambertin. *in* 1. *q. princ.* n. 3. *in fin. verſ. ſed nec reſponſio*, Auguſt. Barboſ. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 71. *n.* 2. & 3. Maſſin. *d. q.* 37. *n.* 86. & 87. Sed nota, quod jus patronatus non tranſit ex fideicommiſſo in ſubſtitutum vocatum, quoniam manet apud gravatum, Caballin. *millelog.* 145. *n.* 1. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 220. *n.* 2. & *q.* 634. *n.* 2. Auguſt. Barboſ. *de poteſt. Epiſ-* 45
cop. 3. *p. allegat.* 71. *n.* 9. Ubi plures laudat Maſſin. *d. q.* 37. *n.* 50. & 90. Giurb. *ad ſtat. Meſſan. cap.* 1. *gloſſ.* 2. *n.* 45. In caſibus autem, ubi ad tranſlationem juris patronatus neceſſaria eſt licentia Epiſcopi, ſi ipſe abſque juſta cauſa licentiam denegavit, poteſt ab eo appellari *capite nullus de jur. patronat.* 46
Lambertin. *in* 20. *art.* 1. *q. princ.* 2. *p. libro* 2. Salgad. *de Reg. protect.* 2. *p. c.* 14. *n.* 40. & *ſeqq.* Ubi *n.* 42. intelligit, quando proceditur judicialiter. Jacob. Font. *de jur. patr. l.* 5. *q.* 23. & *q.* 24.

Non tamen jus patronatus de per ſe vendi poteſt abſque nullitatis, & ſimoniæ pœna *c. nemini* 12. *q.* 7. *c. de jure in ſinul. de jur. patron. c. querelam de ſimon.* Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de refor. c.* 9. *verſ. nec dictum jus patronatus*, Anton. de Nigris *de execut.* 47
rei judic. cap. 13. §. 5. *n.* 4. & 7. Garcia *de Benefic.* 5. *p. c.* 9. *n.* 9. Redoan. *de ſimon. p.* 3. *c.* 13. *n.* 22. Azor. *lib.* 6. *moral. c.* 20. *q.* 8. Par. Suarez *lib.* 4. *de ſimon. c.* 28. *n.* 17. *cum ſeqq.* Barboſ. *de jur. Eccleſ. lib.* 3. *c.* 12. n. 242. Maſſin. *d. q.* 37. *n.* 16. Noviſſim. Jacob. Fontan. *de jur. patron. lib.* 1. *q.* 26. n. 2. Neque etiam jus patronatus de per ſe obligari, vel hypotecari poteſt ex his quæ Merlinus *de pignor. libro* 2. *q.* 22. à *n.* 3. Giurb. *ad conſuetud. Meſſan. c.* 1. *gloſſ.* 2. *n.* 44 quia bonorum appellatione non venit, Bald. *conſ.* 1. *volum.* 3. neque in eorum diviſione *c.* 1. *ubi gl. de jure patron.* Ripa *de jure patron. reſponſ.* 2. *n.* 5. Felicius *de ſocietate cap.* 29. *n.* 82. quia eſt individuum & æſtimationem non recipit *d. c. de jure inſtit. de jure patron.* Lambertin. *lib.* 1. *p.* 2. *q.* 5. *art.* 9. Spino *de teſtam. gloſſ.* 4. *n.* 118. Peregrin. *conſ.* 27. *n.* 9. *vol.* 1. Giurb. *d. c.* 1. *gloſſ.* 2. *n.* 41.

At verò vendito caſtro, vel oppido, cui adhæret jus patronatus benè tranſit in emptorem Lambertin.

S *lib.* 1.

48 *lib.1. capite 24. n. 7.* Marescot. *lib. 2. capite 55. n. 6. 8. 9. 81. & seqq.* Garcia *de Benefic. 5. p. c. 5. n. 9. 15. & 16.* Sanchez *lib. 2. moral. cap. 3. dub.* 80. 81. 82. Beroius *in c. 1. n. 20. & in c. ex literis in ult. conclus. de jure patron.* Aug. Barbos. *d. c. 12. n. 228.* Fontan. *d. q. 26. n. 1.* quod idem dicendum quando venditor fundus, in quo est capellæ ædificata, qoia in emptorem transit jus patronatus, Beroc. *d. n. 9.* & cum Bart. Romano, Lambertin. & Joseph. Ludovic. Barb. *d. capite 12. n. 228.* qui idem procedere ait *n. 229.* vendito palatio in quo est capella, maximè si ad illam non patet additus, nisi per ipsum palatium, Boer. *dec. 322. in fin.* Zabarel. *in c. cum secundum vers. idem dico in palatio vendito de jure patron.* Garciæ *de benefic. 5. p. c. 9. n. 34.*

Sic vendita hæreditate, in qua est jus patronatus,
49 ipsum transit in emptorem, Roch. *de jure patronat. verbo ipse, vel is, q. 22. num.* 40. Molin. *de primog. lib. 1. capite 24. n. 25.* Marc. Anton. Genuens. *in prax. Archiepisc. Neapolit. cap. 61. n. 26.* Alois. Ricc. *collect. 1679. vers. infero.* Salazar. *de usu, & consuetud. cap. 12. n. 7.* Lambertin. *2. p. lib. 1. q. 5. art. 15.* August. Barbos. *d. cap. 12. n. 227.* Covar. *in lib. 2. variar. cap. 18. num.* 8. Nicol. Garciæ *de Benefic. p. 4. cap. 9. n. 10. & 11.* Mantic. *lib. 4. tit. 12. à n. 1. usque ad 7.* cum pluribus Hermosill. *ad L. 15. tit. 2. partit. 5. gloss. 4. n. 2. & seqq.* & insuper si castrum, opidum, aut villa in dotem detur marito, competit jus patronatus illi cohærens, Joann. Lupus *in c. per vestras de donat. inter §. 43. à princip.* Molin. *lib. 1. c. 24. n. 3.* Garciæ *de Benefic. 4. p. c. 9. à n. 147.* Bança *de non melior. filiab. c. 26. n. 1. & de decima tut. c. 23. n. 19.* August. Barbos. *d. c. 12. n. 223.*

50 Hæc tamen intelligenda sunt quando hæreditas, castrum, fundus, aut palatium venduntur simpliciter absque mentione juris patronatus, tunc enim transit cum bonis accessoriè; si verò patronatus facta sit mentio, questionis est, in qua distinguendum est an venditio fiat cum dictinctione *cum*, videlicet vendo bona cum jure patronatus, vel quando dicitur vendo bona, & jus patronatus: primo enim casu valet venditio juris patronatus, secundo verò non valet, & est ratio, quia quando venditur hæreditas, seu castrum cum jure patronatus, vendit illud accessoriè cum universitate bonorum, quibus cohæret, & illa expressio est ejus, quod tacitè inest, & eo modo, quo inest. Secundo vero casu dictio *Et*, denotat utrumque principaliter venire juxta doctrinam, Bart. *in Auth. ingressi n. 34. C. de sacro Eccles.* quippe de natura illius distinctionis est conjungere æqualiter, perfectè; & principaliter, Bart. *in L. seia §. Caio ff. de fundo instructo*, Stephan. Gratian. *cap. 70. n. 37.* Larrea *decis. 42. n. 28.* Solorzan. *de jure indiar. tom. 2. lib. 3. c. 26. n. 85.* Cassanat. *cons. 4. n. 192.* August. Barbos. *dictione 110. n. 25.* & iterom illius naturæ est ampliare, Surd. *cons. 315. num. 17.* Barbos. *d. num. 25.* Camuncula *decis. 38. num.* 8. cumque juris patronatus venditio prohibita fit *d. cap. de jure in tit. de jur. patron.* & apposita prædicta dictione *&*, censeatur, venditum principaliter, verum est dicere venditionem non valere, atq; adeo hanc sustinent distinctionem, Abbas *in c. querelam n. 6. de simonia*, ubi Marian. Socin. Junior. *n. 11.* Decius *in cap. quanto de judic. in nova editione n. 40.* Roch. *verb. ipse vel is q. 25. n. 9. & 50.* Navarr. *lib. 3. consil. in priore editione tit. de jure patron. cons. unico, & in posteriore edie titulo de jure patron. cons. 3. n. 19.* & cum Sylvestr. Tabiena, & Aragonio, Sanchez *ad præcept. Decalog. lib. 2. cap. 19. n. 13.* Aug. Barb. *d. cap. 12. n. 243.* Fontan. *in d. tract. lib. 1. q. 25. n. 1. & 2.* Hermosill. *in L. 15. tit. 5. partit. 5. gloss. 4. n. 9.*

Ex quibus si hæreditate vendita nil aliud esset
51 quàm jus patronatus, non valebit venditio illius juris universalis hæreditatis, ut scribunt Marescot. *lib. 2. variar. cap. 55. n. 42.* Vivian. *in praxi juris patron. lib. 4. capite 5. n. 17. & 18.* Salgad. *in labyrinth. creditor. 3. p. capite 5. n. 28. 29. & 37.* Seraphin. Massin. *de confisc. q. 37. n. 21.* Anton. de Negri. *de execut. rei judicatæ c. 13. §. 5. n. 7.* ex ea ratione, quia apparet intentio vendendi principaliter jus patronatus, & hæc resolutio procedit etiamsi in venditione hæreditatis fuisset aposita clausula, cum jure patronatus, ut insinuat Sanchez *d. c. 19. n. 13. circa finem.*

Quintò infertur ex regula supra posita *n. 11.* ex- 52
communicatum capacem esse acquirendi jus patronatus ex dictis causis fundationis, constructionis, & dotationis, quia excommunicatus fidem retinet Catholicam, & illius Religionem profitetur si alias Catholicus est, ergo tanquam Christianus juris patronatus capax est juxta regulam *text. in d. capite piæ montis, cum similib.* & confiscatur ex *text. in c. responso 43. de sentent. excommunicat.* ubi probatur excommunicatis licitum esse audire verbum Dei in Ecclesia, ergo videtur dicendum etiam eis licere fundare, construere, & dotare Ecclesiam, & ita tenent Joan. Andr. Anton & Abb. *in d. cap. nobis de jure patron.* ubi communiter DD. & Paul. de Citadin *de jure patron. 3. p. §. prima causa q. 10 n. 37.* Roch. *d. verb. competens n. 20.* Azor. *instit. moral. lib. 6. cap. 21. vers. nono quæritur.* Non obstat excommunicatum per separationem à communione Ecclesiæ resultantem ex excommunicatione amittere omnia privilegia ei per legem competentia *Aut. de privileg. dotis hæreticæ mulieri non præstandis*, unde cum jus patronatus à Canonibus ortum habeat, excommunicatus eo privari debet: quia respondetur hoc dictum tantùm conclodere excommunicatum carere exercitio juris patronatus dum durat tale impedimentum (quod concedimus com Roch. *d. n. 20.* Paulo *n. 28.* & Azorio ubi supra August. Barbos. *d. c. 12. n. 162.*) non tamen tollit, quod excommunicatus possit ex dictis causis jus patronatus acquirere.

Confirmatur hæc declaratio ex *cap. decernimus de* 53
sentent. excommunicat. ubi præcipitur judicibus quod per censuram Ecclesiasticam excommunicationis repellant excommunicatos ab agendo, patrocinando, & testificando, ergo etiam ab exercitio juris patronatus; & præsentatione. Nam cum generaliter interdicatur communicatio cum aliis, & in præsentatione detur magna communicatio, Rectè sequitur eisdem esse denegandam. Et ita hanc partem sustinent Innocent. & Abb. *in d. c. viam. veritatis*, Lupus *allegat. 8. incipit præsentans*, Roch. *verb. bonorificum q. 4. n. 19.* optimè Fragos. *de regim. reipub. tom. 2. p. 2. libro 9. disp. 20. §. 7. n. 17. vers. nihilomiuus.* Ubi benè tradit patronum laicum excommunicatum non posse præsentare ad Beneficium Ecclesiasticum. Quod à fortiori ait procedere in patrono Clerico excommuni- 54
cato *in d. n. 17. vers. ex dictis à fortiori.* qoidquid in contrarium teneant alii, quos refert. Fragos. *d. n. 17. in princ.* & sequitur August. Barbos. *de jur. Eccles. lib. 3. cap. 12. n. 162.* Qui refert Nicol. Garcia *de Benefic. p. 5. cap. 4. n. 317.* Sed contra eos est verior opinio ex Lambertin. *1. p. libro 2. quæst. 2. art. 2. & 3. p. libro 2. quæst. 3. artic. 4.* Covarr. *in relect. ad text. in cap. alma mater §. 7. num. 9. vers. ego verò 1. p.* Et ipse Garcia ubi supra *n. 320.* fatetur præsentantem excommunicatum repellendum ab ipsa præsentatione, si contra eum oppositum fuerit de excommunicatione.

Neque obstant contrariæ partis, fundamenta nem- 55
pe quod præsentatio est quid facti, & ea quæ facti sunt, non prohibentur excommunicato, ex Abb. *in c. veritatis de dol. & contum.* Costa *in §. & quid si tantum p. 2. n. 14. & seqq.* Bened. Ægid. *in L. 1. q. 1. §. 2. n. 19. C. de sacros. Eccles.* Fontan. *de jur. patron. lib. 6.*

q. 24.

q.24. n. 3. Et ea propter excommunicatus potest
nominare ad emphyteusim, ut tradunt Ripa *in L. ex
facto §. si quis rogatus c. 2. n.4. ff. ad Trebell.* Cald.
Pereir, *de nomin. emphyt. q.5.n.47.vers. bis non obs-
tantibus.* Quia respondetur cum Rocch.ubi supra *n.*
21. quod licet actus præsentandi in se facti sit: ta-
men ipsa præsentatio juris est quoniam spiritualitati
dicitur annexa *de capite quinto de judic.*ubi Abb.*col.*
2. Quæ verò juris sunt excommunicato non licent
56 juxta *text.in c. ad probandum 25. de sentent. & re ju-
dic.* Et ita Covarr. ubi supra. Lambertin. *d. 3. p. li-
bro 2.q.3.art.4.* Fragos,*d.§.7.n.16.vers. nihilominus*
Et hæc intelligerem in laico excommunicato noto-
rio, vel declarato. Nominatio autem ad emphyteu-
sim cum tota facti sit, facta ab excommunicato vali-
da erit. Sed limitanda est resolutio circa nominatio-
nem emphytensis, ut non procedat in excommunica-
to propter hæresim; qui nominare nequit *cap.excom-
municamur §.credentes de hæretic.Authent.credentes,
C. eod.* Marant. *in L. is potest. n. 121. in fin. ff.de ac-
quir. hæred.* Cald. Pereir. *d.q. n.* 47.
57 Illa autem resolutio; quæ habet excommunica-
tum posse acquirere jus patronatus ex fundatione, &
aliis causis limitatur, ut non procedat in hæretico,qui
jus patronatus acquirere nequit ut probatur *in cap.
pia mentis & in capite frequentius 36. quæstione 7.
cum similibus.* Ubi habetur, quod solis Christianis jus
patronatus conceditur, Probat etiam *text. in capite
quicumque* ibi: *Fidelium 16. quæst. 7.* & verbum
Fidelium, nullo modo potest convenire hæretico
qui Fidem deseruit, & non retinet: atqui de his, qui
foris sunt, nihil ad nos; ut ex Apostolo refertur *in c.
gaudemus de divort.* Cum igitur hæretici, & infi-
deles sint extra Ecclesiam, non debent includi in dis-
positione juris canonici. Ultra quod hæretici nihil ha-
bent in bonis, cum omnia amiserint juxta *text. in c.
cum secundum de hæretic. in 6.* ubi Doctores & Abb.
*in c.& in c.urgentius de hæretic.*Covarr.*lib.2.variar.
cap. 11. n. 12.* Sanchez *ad præcept. Decalog. lib. 2.
cap 14.n.1. & quæstione ultima n.* 31. Unde cum hæ-
retici non habeant bona, neque fundare aut dotare,
vel ædificare possunt Ecclesiam: & sic neque jus
patronatus acquirere.Propter quæ hanc limitationem
sequuntur Doctores communiter *in d. c. nobis de
jur. patron.* Paul. de Citadin. *d.3. p.§. prima causa
quæstione 3. numer.* 13. Roch. *de verb. competens
n.25.*Archidiac. *in cap. filiis 16. quæst. 7.* quem re-
fert & sequitur Lambertin. *lib. 1. art. 4. q.7. n.1. &
24.p.1.* Azor *instit. moral. lib.6. capite 21.§. Octavo
quæritur.*
58 Amplia limitationem in credentibus hæreticorum,
qui etiam hæretici reputantur, Hostiens. *in d. c. ex-
communicamus §.credentes* & ibi commun.DD.Prop-
ter quæ hanc ampliationem probat Lambertin. *d.
quæstione art.5.* Sciendum tamen est credentes hære-
ticorum dupliciter considerari; vel enim credunt
eorum erroribus, & hæresibus; Soarez *de triplici dis-
59 put. 24. sect.1. n.3.* Fr. Anton. de Sousa *in explica..
Bull. Cœn. capite 2. disp.8. n.7. vers. secunda conclu-
sio.* Fragoss. *de regim. Reip. 2. tom.lib.1. disp.3.§.1.
n. 26.* & hi non solùm incurrunt excommunicatio-
nem text.*in d.cap.excommunicamus §. credentes.* sed
& excommunicationem Bullæ in Cœna Domini,
quando credentiam suam, & fidem hæreticis habitam
verbo aliquo, vel signo exteriori ostendunt, Fragos.
d. §. 1. n. 26. vers. ultra hanc excommunicationem.
Et quidem isti verè sunt hæretici, & tales judicantur
d. c.excommunicamus c.2.§. si qui de hæretic. ibi: *cre-
dentes autem eorum erroribus hæreticos similiter ju-
dicabunt.* Vel etiam credentes considerantur hæreti-
corum illi, de quibus, non constat,quod eorum erro-
ribus credant: sed videntur credere verbis hæretico-
rum, jussionibus,& operibus, ac mandatis eorum obe-
diunt, eosque visitant: & alia agunt, ex quibus de
eorum erroribus nihil apparet: existimant tamen hæ-
reticos bonos esse viros, & hi quidem hæretici non
reputantur, sed sola suspicione notantur,ad inducen-
dam purgationem: *text. in c. excommunicamus c.
1.§. qui autem de hæretic. c. accusatus eod. tit. in 6.*
Quam differentiam eleganter considerat directorium
Inquisitorium *2.p. quæst. 50. n.5.* Farinac. *de hæres.
q.182. §.3. n.55.* Simanch. *de Catholic. c. 16.* Lam-
bertin.*d.art.5.quæstion.7.n.3.*eleganter Fragos *d.disp.
3.§.1.n.26.per totum.* Et quibus declaranda est præ-
dicta ampliatio, ut procedat in credentibus primo
modo, qui non possunt acquirere jus patronatus, non
verò in credentibus secundo modo.
Et insuper declara, quod si hæreticus conversus 60
sit, & postea fundaverit, construxerit, vel dotave-
rit Ecclesiam, acquirit illius jus patronatus, cum jam
tunc reperiatur Christianus fidelis & capax. Ita Lam-
bertin. *d. articulo 5. quæstione 7.n.31.*
Sexto dubitatur, An pupillo, vel infanti quæra- 61
tur jus patronatus ex fundatione, constructione &
dotatione? hunc casum non posse dari in facto dicit
Lambertin. *art.14. quæstione 7. p.1.lib.1.n.5.*Rocch.
quæstione 3.de jur.patron. Thom. Sanchez *lib.2.con-
sil.capite 3. dubio 70. n. 5.* Qui omnes fatentur ca-
sum revera accidere non posse. Ex ea ratione, quia
tutor in detrimentum pupilli ædificare non debet
Ecclesiam, verum, ut quæstio procedat, termini ha-
biles supponendi sunt: nempe, si pupillus finita tute-
la ratum habeat, vel tutor ædificet jussu patris pupil-
li, si enim pupillus jam pubes factus ratum non ha-
buerit, vel tutor jussu patris Ecclesiam non ædifica-
verit, verè quidem tutor ita ut nequibat dotare, &
ædificare: ita neque pupillo vel infanti juspatronatus
acquirere: maximè quia Octavian.Simoncel.*in tract.
de decret. lib.1.tit.2.insp.2.* resolvit, etiam puberem
majorem decimo quarto anno, sacræ domus erectio-
ne, aut dotatione patronum effici non posse: quoniam
nec piæ causæ sine decreto donatio permissa est mi-
nori. Deinde quia si minor Ecclesiæ dotare posset, &
sine decreto, duo concurrerent specialia contra *text.
in L.1. C.de dot.promiss.* unum quod contra regulam
juris minor donare posset, & secundum quod sine de-
creto id faceret, ultra quod Paul. de Citadin. *de jur.
patronat. 3.p. casu 2. quæstione 7.n.2.* docet necessa-
rium esse decretum in dote, quæ à minore Ecclesiæ
elargitur, Narbon. *de ætate anno 7. & 8.* Suppositis
ergo terminis habilibus,de quibus supra, dubium non
est jus patronatus acquiri,pupillo, vel infanti, si ex
ipsius pecunia Ecclesia fuerit ædificata, constructa,
vel dotata, qui attento jure pupillus, & infans capax
est juris patronatus ex regul.*text.in d.cap.nobis c.pia
mentis.cap.frigentius, cap. quicumque 16.quæstion.7.*
Thusc. *litt. P. conclus.141.n.6.* Lambertin.*lib.1.1.p.
quæst.7. art.3.n.21.* Rocch. *de verb. competens quæs-
tione 3.n.12.*Archidiac. *in cap. decernimus 16. q. 7.*
Narbon. *d.anno 7. q.22. n.2. & 9.*
Insuper etiam tentari potest quod licet tutor illici- 62
tè ædificet tamen si de facto ex pecunia pupilli Eccle-
sia fundata sit, constructa, aut dotata, eidem pupillo
jus patronatus quæritur ut considerat Azor *2.p.insti-
tut. moral. capite 22. §. 14.*
An autem pupillus præsentare possit ad Benefi- 63
cium juris patronatus sine tutoris, & Judicis authori-
tate. Non lævis est dubitatio. In qua distinguendum
est inter infantem minorem septennio, & pupillum
majorem infante; Et quoad primam distinctionis par-
tem dicendum est patronum minorem septennio præ-
sentandi jus non habere: ut per Ancarran. *cons.325.
incipit, visis circa fin.* Lupus *allegat. 8. post. n. 2. &
allegat. 75.n.5.* Lambertin. *de jur. patron. lib. 2. 1.
p. quæstione 2. princ. articul. 9. & 3.p. quæstione
princ.n.2.* Caldas *de nomin. emphyt. quæstione 4. n.7.*

Narbon. de ætat. anno 7. quæst. 22. n. 10. & 13. Ubi
habet hoc casu tutorem nomine infantis præsentare
debere. Quod idem tenent Federic. de Senis conf.
102. nobilis quidam in princ. Joann. Chalderin. conf.
430. alias 8. de jur. patron. Thusc. lit. P. conclus. 241.
n. 5. Nicol. Garcia de benefic. 5. p. capite 9. n. 193.
Lambertin. t. p. lib. 2. quæstione 2. articulo 9. & 10. Aug.
Barb. de jur. Eccles. lib. 3. cap. 12. n. 231.

Si verò pupillus sit major Septennio, intrat supra
posita dubitatio: in qua pro parte negativa ut non
possit pupillus præsentare sine tutoris authoritate.
64 Facit primo: quod pupillus excluditur ab actis le-
gitimis sine tutore, ita ut ab eo gesta nullius sint ro-
boris, cap. prohibentur 2. q. 1. c. si annum. de judic.
in 6. L. contra pupillum ff. de re judic. L. 4. 2. ff. de
author. tutor. L. 8. L. 9. ff. de acquir hæred. §. neque ta-
men Instit. de autorit. tutor. Caldas in L. si curatorem
verb. hunc contractum n. 5. Narbon. de ætat. anno 25
quæstione 18. n. 20.

65 Secundo facit text. in c. ex eo quod de elect. in 6.
dum in eo probatur Canonicum constitutum in pu-
pillari ætate eligere non posse: Ergo & à fortiori non
poterit pupillus præsentare, cum fortius sit jus com-
petens Clerico circa electionem, quod est de jur. com-
muni c. t. & per tot. de elect. quam jus circa præsen-
tationem: quod ex privilegio conceditur cap. 4. cum
similib. de jur. patron. Tertio facit, quod pupillus sine
tutore nil facere possit in sui præjudicium, L. obli-
gari ff. de auth. tutor. L. clarum C. de authorit. præst.
Sed ex præsentatione pupillo præjudicium generari
potest: namque si indignum præsentaverit: pro ea
vice privatur jure suo, ut sumpto argumento de elec-
tione ad præsentationem, quod validum est; notant
66 DD. in c. fin. de elect. n. 6. & probatur circa electio-
nem in c. cum in cunctis §. fin. c. bona c. 2. de elect.
cap. gratum de postulat. prælat. August. Barb. in cap.
quamquam n. 2. de elect. in 6. & de potest. Episcop. 3.
p. allegat. 72. num. 103. Gratianus cap. 58. num. 11.
Spino in specul. testam. gloss. 4. n. 86. Mierez de ma-
jorat. quæst. 10. n. 1. p. 1. idem Aug. Barbos. de jur.
Eccles. lib. 3. c. 12. n. 75. Propter quæ fundamenta hanc
partem sustinent aliqui Doctores, quos refert, licet
non sequatur Lambertin. art. 9. q. 2. p. 1. lib. 2. Et Ni-
colaus Garcia de Benefic. 5. p. c. 9. n. 188.

67 Cæterum pro parte affirmativa, quod pupillus si-
ne tutore præsentare potest, facit primo validum
esse argumentum de Matrimonio carnali ad spiritua-
le cap. 2. de translat. Epis. gloss. 1. in cap. accedens
24. de præb. Adeo ut idem judicetur de uno quod de
alio §. sed & hoc præsenti in Authent. de sanctissim.
Episcop. Authent. nisi rogat. cap. ad Trebell. Giurb. ad
consuetud. Messan. cap. 3. gloss. 4. p. 1. n. 2. Sanchez de
Matrim. lib. 4. disp. 26. n. 7. Castill. de alim. cap.
36. §. 8. n. 2. Intrigliol. de substit. centur. 3. q. 62.
n. 22. Vincent. de Franch. decis. 42. n. 2. Atque pu-
pillus major septennio validè contrahit sponsalia c.
litterat 4. c. accessit 5. cap. duo pueri 12. de despons.
impuber. Et dicitur sponsalia contrahere præsentans
cum præsentato ut ex Lambertin. & Lupo tradit
Narb. d. anno 7. quæst. 22. n. 12. Ergo videtur dicen-
dum pupillum sine tutore posse præsentando jus pa-
tronatus exercere. Secundo facit, quod pupillus in
spiritualibus liberatur à patria potestate juxta text. in
d. c. si annum: Et sic cum jus patronatus sit spiritua-
le vel saltem spiritualibus annexum d. cap. quando de
judic. Rectè sequitur pupillum per se posse præsenta-
re, & habere exercitium jus patronatus.

68 Confirmatur: quia pupillus facere potest sine tuto-
re omnes actus, qui extra judicium, & sine illius fi-
gura celebrantur juxta text. in L. 1. Cod. qui admitti
juncto §. emancipati Instit. de hæred. quæ ab intest. de-
fer. Salicet in d. L. 1. n. 2. & ibi Jason. nu. 19. ad fin.
sed præsentatio non fit in figura judicii, at omni
tempore, & statim præsentatus jus suum prosequi va-
let text. in c. cum Bartoldus de sentent. & re judic.
ubi Abb. n. 9. c. dilectus de offic. deleg. Felin. in d. c.
Bertoldus. ubi Innocent. Ergo poterit præsentare. Ex
quibus hanc sententiam tanquam veriorem sequun-
tur Archidiac. in cap. decernimus n. 1. Joann. Andr.
in d. cap. ex eo ad med. & ibi Dominic. n. 8. Bart in
quæst. Dominic. incipit tutor cujusdam, Paul. de Cita-
din. de jur. patron. p. 6. art. 3. quæst. 40. dicit magis
communem Rocch. d. verb. competens quæst. 3. & 4.
quos refert, & sequitur Lambertin. art. 9. quæst. 2. p. 1.
lib. 2. à n. 8. cum seqq. Tiraq ad leg. Connub. gloss. ult. n.
6. Caldas in L. si curatorem verb. non absimilis n. 34.
& de nomin. q. 4. n. 7. & seqq. Bened. Ægid. in L. 1.
C. de sacros. Eccles. 1. p. §. 2. n. 19. Nicol. Garcia d. 5.
p. cap. 9. n. 186. & 189. & 194. Narbon. d. quæstione
22. à n. cum seqq.

Qua opinione retenta non obstant fundamenta 69
contrariæ partis. Nam ad primum respondetur illa
jura procedere in actibus judicialibus, qui prohiben-
tur pupillo sine tutore: Nos autem agimus de præ-
sentatione quæ est actus extrajudicialis, & celebra-
tur extra judicii figuram, & licet pupillo ex dictis,
& in terminis tenent Lambertin. ubi supra n. 13. Ad
secundum de text. in c. ex eo, satisfit cum Joann. An-
dr. & Dominic. ibidem & cum Paul. de Citadin. d. art.
3. quæst. 40. asserendo, quod licet pupillus eligere
non possit; tamen eidem præsentare non prohibe-
tur. Ratio est: quia licet pupillus sponsalia contra-
here queat; tamen Matrimonium contrahere non va-
let, per electionem enim Matrimonium spirituale ce-
lebratur juxta text. in d. c. 2. cum similib. Et ea prop-
ter in electione non admittitur variatio per text. in c.
Cumana 50. de elect. ubi Cardinal. num. 3. Felin. in
d. c. cum Bertoldus num. 3. & probat text. in L. apud
Aufidium ff. de option. legat. L. statu liberum §. Sti- 70
chum ff. de legat. 2. c. si compromissarius de elect. in 6.
Stephanus Gratian. cap. 58. n. 3. & 4. Valasc. con-
sult. 102. n. 12. Surdus cons. 264. n. 34. Cyriac. con-
trov. 227. num. 27. & 38. Sanfelic. decis. 278. num.
1. & 4. Solorz. tom. 2. lib. 2. cap. 22. num. 60. &
61. Horat. Montan. de Regal. verb. de Regalib. offi-
ciis num. 46. Unde quamvis pupillo non permitta-
tur electio; attamen illi præsentatio non prohibe-
tur quia ex ea non resultat Matrimonium spirituale,
sed tantum sponsalia, quæ eidem non interdicun-
tur: ut ex aliis dixit Lambertin. d. quæstione 2. art. 9.
n. 16. Ad tertium ut respondetur argumentum benè
procedere in actibus judicialibus: non verò in extra-
judicialibus: Et sic pupillus ut potè exercens actum
extrajudicialem præsentare potest sine tutore Lam-
bertin. d. n. 16. præsertim quia in spiritualibus sive an-
nexis spiritualibus, nil impedit patris tutoris, vel cu-
ratoris potestas ex text. optimo in d. cap. si annum junc-
ta gloss. ibi verb. debebis, Garcia d. cap. 9. num. 195.
& seqq.

Quæ dicta sunt in tertio contrariæ partis funda- 71
mento, nempe eligentem vel præsentantem indi-
gnum privari jure suo pro illa vice, ut præter supra
relatos tradit Augustin. Barbos. de jure Eccles. d. li-
bro 3. cap. 12. n. 175. Fontan. de jur. patron. lib. 2. quæ-
stione 1. à num. 1. intelligenda sunt dummodo quis
scienter indignum præsentaverit, vel elegerit, se-
cus si ignoranter: quia tunc non privabitur, & po-
terit iterum eligere, vel præsentare: ut docent ex
aliis Molin. de primogen. libro 2. capite 4. num. 40.
Stephan. Gratian. capite 58. n. 11. in fin. August. Bar-
bos. de potest Episcop. d. allegat. 72. n. 105. in fin. vers.
si autem scienter p. 3. & in capite quamquam n. 2. de
elect. in 6. Joann. Franch. Tondut. resolut. benefic.
2. tom. p. 3. c. 159. num. 10. vers. quod autem c
ubi differentiam constituit inter patronum Ecclesia-
sticum, & laicum, Spino d. gloss. 4. n. 87. Mierez
de

de Majorat. 1. *p.* q. 19. *n.* 1. 2. & 4. Fontan. *d. q.* 1. *n.* 11. & 12. Et nota; quod de rigore juris præsumitur scientia non verò de æquitate, per ea quæ tradit Mierez *d. quæst.* 19. *n.* 5. & 6.

Hanc resolutionem limitabis, ut non procedat in
72 Officialibus Universitatis, qui ad officium elegerunt indignum non enim privantur potestate eligendi pro illa vice juxta Doctrinam Cyni *in L.* 1. *in fiuem ff. siquis in jus vocatus*, Avendañ. *de exequend. mand.* 1. *p.* 19. *n.* 22. Mierez *d. quæstion.* 191. *n.* 12. Cùm verò hic casus contingeret in Civitate Portuensi super electione ad officium Judicis Orphanorum Concilii de Aguiar de Sousa, cujus electio ad Decuriones Civitatis pertinebat ex Regia donatione, & Decuriones elegissent quandam fæminam ad officium, nubere ut posset: dubium fuit in Senatu, An propter electionem incapacis privarentur Decuriones jure præsentandi pro illa vice? Et ita judicatum me reluctante cum fundamento dictæ doctrinæ hujus limitationis.

73 Declara, quæ diximus de pupillo præsentante sine tutore, ut adeo verum sit ut præsentatus ab eo præferatur præsentato à tutore, Auton. de Butrio *consf.* 26. *incipit visis post. n.* 4. *vers. olim* immo in majore infante Calderin. *consf.* 9. *de jur. patronat. n.* 1. Rocchus *verb. competens quæst.* 4. *n.* 13. Pavin. *de offic. & potest. Capit. Sede vacante* 2. *p. q.* 5. *n.* 5. Thusc. *litt. P. conclus.* 141. *n.* 8. Joann. Gutierr. *d. tutel. p.* 3. *c.* 29. *n.* 7. Garcia *d. cap.* 9. *n.* 186. Narbon. *d. anna* 7. *n.* 16. Caldas *de nomin. quæst.* 4. *n.* 6. Pinheir. *de censib. & emphyt.* 2. *p. disp.* 6. *sect.* 2. *n.* 21. Bened. Ægid. *in L.* 1. *C. de sacros. Eccles.* 1. *p.* §. 2. *n.* 19. Dicit tamen Narbon. *d. quæst.* 22. *n.* 18. quod non præsentante pupillo majore septennio debet institui præsentatus à tutore: qui licet de rigore juris nullum præsentandi jus habeat, nisi de consensu pupilli saltem tacito: attamen æquitate suadente receptum fuit tutorem præsentare posse nisi pupillus ante institutionem alium præsentet. Ita Nicol. Garcia *d. c.* 9. *n.* 194. & 195. Narbon. *d. quæst.* 22. *n.* 18. 19. & 20.

Ex dictis consequitur pupillum, majorem septen-
74 nio posse nominare ad emphyteusim sine tutore, vel judice, Gama *decis.* 14. ubi Flores de Mena. Qui in Senatu judicatum dicit Molin. *de just. & jur. disp.* 480 *n.* 9. Bened. Ægid. *in d. L.* 1. *C. de sacros. Eccles. p.* 1. §. 2. *n.* 21. Caldas *de nominat. quæstione* 4. *n.* 7. Pinheir. *d. disp.* 6. *sect.* 2. *n.* 20. Qui eo nituntur fundamento, quod nominatio facti sit, & pupillus exercere possit sine tutore omnia quæ consistunt in facto. Sed hanc resolutionem intelligit Bened. Ægid.
75 *d. n.* 21. *vers. ubi autem*, in nominatione facta à pupillo in tempus post mortem suam & Pinheir. *d. sect.* 2. *n.* 21. idem ferè dicens tradit procedere in nominatione revocabili, in quibus terminis intelligenda est decisio Antonii à Gama. Si verò nominatio ita sit concepta, ut irravocabilis maneat juxta terminos *Ordin. lib.* 4. *tit.* 37. §. 1. inutilis erit nominatio facta à pupillo sine tutoris, & Judicis authoritate, quia absque his solemnitatibus non possunt ejus bona alienari. Et ita declarant Cald. *d. quæst.* 4. *n.* 12. & *in L. si curatorem verb. cùm non absimilis n.* 78. Ægid. *d. n.* 21. & Pinheir. *d. n.* 20. & 21. Qui ait *n.* 22. quod etiam nominatio facta cum prædictis solemnitatibus poterit pupillus læsus contra eam beneficio restitutionis juvari.

Sunt autem præsentationes fructus juris patrona-
76 tus, Caldas *consf.* 5. *n.* 26. Gonçal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 45. §. 2. *n.* 9. Gabr. Pereir. *de Man. Reg.* 1. *p. cap.* 7. *n.* 25. & 2. *p. c.* 26. *n.* 15. Post. *de manuten. observ.* 32. *n.* 9. Reynos. *observ.* 66. *n.* 7. Salgad. *de protect.* 3. *p. c.* 10. *n.* 3. Ubi plures laudat Solorzan. *de jur. Indiar.* 2. *tom. l.* 3. *n.* 38. *c.* 3. Portugal. de Donat. *Tom. II.*

Valenz. *consf.* 188. *n.* 10. Marescot. *lib.* 1. *var. c.* 55. *n.* 16. August. Barbos. *voto* 20. *n.* 27. Massin. *de confess. quæst.* 37. *n.* 73. & ideo cum fructus pertineant ad possessorem, non ad dominum *L. bona fidei emp-* 77
tor ff. de acquir. rer. domin. §. *si quis à non domino Instit. de rer. divis.* Post. *de manut. observ.* 1. *n.* 35. & 36. Massin. *d. quæstione* 37. *n.* 73. Pact. Papienf. *sequestr. in gloss. sapiens sub n.* 1. Conrard. *de manuten. possess. opposit.* 5. *n.* 8. & 9. Menoch. *de retinend. remed.* 3. *n.* 178. Sequitur; quod præsentandi quasi 78
possessio, & ultimus status Beneficii est attendendus ut præsentatus à possessore instituatur. Ita Gonçal. *d. gloss.* 45. §. 2. *à princ.* & *n.* 4. Pereir. *de Man. Reg.* 2. *p. cap.* 62. *n.* 66. & *seqq.* Noguer. *alleg.* 28. *n.* 53. Caldas *d. consf.* 5. *n.* 24. & 25. Marescot. *d. c.* 55. *n.* 12. Vincent. de Franch. *decis.* 85. *n.* 2. Capyc. Latro *consult.* 153. *n.* 8. & *decis.* 77. *n.* 14. August. Barbos. *in c. consultationibus de jur. patron. n.* 7. Post. *de manutent. observ.* 73. *n.* 4. Valasc. *consult.* 79. *sub n.* 10.

Namque quasi possessio juris præsentandi præ- 79
valet inter patronos pertendentes jus, Vivian. *in prax. jur. patron. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 69. Marchesan. *de commission. p.* 1. *fol.* 438. *n.* 1. Post. *observ.* 32. *n.* 4. Thusc. *litt. P. conclus.* 430. *n.* 28. idem Post. *observ.* 71. *n.* 52. & *seqq.* Cabed. *de patron. Reg. Coron. c.* 34. *n.* 8. Caldas *d. consf.* 5. *n.* 26. etiam in terminis Concilii Tridentini *sess.* 25. *de reform. c.* 9. ut declarant supra citati, & Garcia *de Benefic. p.* 9. *c.* 2. *n.* 289. & *seqq.* Valenz. *consf.* 135. *n.* 69. Quod 80
ampliat. Marescot. *d. cap.* 55. *num.* 40. ut procedat etiam lite pendente. Immo ultimus status præsentandi non posset mutari ex probationibus factis per testes, nisi plenè, & concludenter doceatur de proprietate alterius veri patroni per rem judicatam, confessionem partis, aut instrumentum fundationis clarum & indubitatum, cui nihil opponi possit Butrius *in c. ex litteris n.* 8. *de jur. patron.* Lambertin. *de jur. patron. lib.* 2. *quæst.* 3. *artic.* 6. *n.* 4. *p.* 1. Post. *post. tract. dec.* 239. *n.* 2. & *decis.* 232. *n.* 6. Lother. *de re Benefic. lib.* 1. *quæst.* 34. *n.* 30. & 31. Massin. *d. quæst.* 37. *n.* 10.

At quasi possessio præsentandi acquiritur per uni- 81
cum actum, qui sortitus est effectum Cabed. *d. c.* 34. *n.* 9. Reynos. *observ.* 66. *n.* 8. & *observ.* 62. *n.* 13. & *seqq.* Pereir. *de Man. Reg.* 1. *p. c.* 7. *n.* 26. & *dec.* 91. *n.* 24. Themud. 3. *p. decis.* 302. *num* 5. 59. & 74. Phæb. 2. *p. dec.* 213. *n.* 11. idem Cabed. *supra c.* 6. *n.* 2. Noguerol. *alleg.* 28. *n.* 37. Marescot. *lib.* 2. *c.* 55. *n.* 24. August. Barbos. *voto* 20. *n.* 18. Fontan. *de jur. patron. lib.* 1. *q.* 16. *n.* 1. ubi *num. seqq.* tradit quæ requirantur ad hoc, ut per unicum actum quasi possessio acquiratur, an autem quasi possessio defuncti sufficiens sit ut successor in ea esse dicatur, & cæteris sit præferendus? Non satis constat. Namque possessio ita ut non transfertur in hæredem sine apprehensione respectu rerum corporalium ex re- 82
gula *text. in L. cum hæredes* 23. *L. qui universas* §. *quod per colonum. ff. de acquir. possess. L. si ager* §. 1. *ff. de rei vendic. L.* 1. §. *Scævola ff. si is qui testam. lib. esse juss. est*, Valasc. *consult.* 126. *num.* 9. *cum seqq.* Gomez *in L.* 45. *Tauri num.* 103. Post. *post tract. decis.* 444. *nu.* 2. variis relatis, Anton. Amato *resolut.* 39. *n.* 1. Capyc. Latro *decis.* 137. *n.* 2. Alphon. de Olea *de cess. jur. tit.* 6. *quæst.* 5. *n.* 1. Castill. *l.* 3. *controv. c.* 24. *n.* 3. Melchior de Valentia *illustr. tam.* 1. *tract.* 2. *c.* 4. *n.* 10. Salgad. *de potest. Reg.* 1. *p. c.* 3. *n.* 109. sive hæres sit extraneus sive suus juxta *gloss. verb. quasi conjunctum in L. cum milles ff. ex quibus causa majores*, Bart. *in d. L. cum hæredes*, & plures alii cum quibus Nicol. de Noal. *de transmiss. cas.* 38. *n.* 4. Lother. *de re Benefic. tom.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 11. *n.* 115. & 117. Census *de censib.*

& plures alii relati à Ludovic. Post. *de manuten. observ.* 55. *n.*26. Paz. *de tenuta c.* 8. *sub n.*50. Cyriac. *controv.* 247. *num.* 15. Castill. *d. lib.* 3. *c.* 24. *num.* 11. *&* 19. Olea *d. tit.* 6. *quæst.* 5. *n.*1. ita etiam non
83 transfertur possessio in corporalibus in successorem sine apptehensione, & actuali exercitio Tiraq. *in tract. le mort.* 4. *p. declar.* 7. Alex. *in L. in suis n.*8. *ff. de liber. & posthum.* Reynos. *observ.* 66. *n.*18. Roderic. *d. ann. red. lib.* 1. *quæst.* 17. *n.* 45. Gutierr. *conf.* 3. *num.* 1. Cum in illis non reperiatur limitata generalis regula, *text. in d. L. cum hæredes*: ut benè advertit Reynos. *de observ.* 66. *num.* 18. *&* 19. Qui dicit standum esse regulæ Marc. Anton. Genuens. *in pract. Archiep. Neapolit.* 100. *n.* 4. Subindeque licet defunctus esset in quasi possessione præsentandi, illam non transire in successorem: vel hæredem tenuerunt Rocch. de Curti *de jur. patron. in verb. jus n.*20. *versi. limita hanc conclusionem*, Calderin. *conf.* 12. *de jur. patron.* Verall. *decis.* 112. *&* 420. *p.*2. Achil. *decis.* 5. *de causa possess. & propriet.* Reynos. *d. n.*18. *& seqq.* Noal. *d. c.*36. *n.*6. Barbos. *de jur. Eccles. lib.*3. *c.* 12. *num.* 190.

Contrariam affirmativam opinionem, quæ habet quasi possessionem juris præsentandi transire in hære-
84 dem, vel successorem, sequuntur Lambertin. *de jur. patron. p.* 2. *quæst.* 3. *art.*22. Gutierr. *conf.*3. *n.*2. Nicol. Garcia *de Benefic.* 5. *p. c.*5. *n.* 33. Pereir. *de man. Reg.* 2. *p. c.* 29. *n.*9. August. Barbos. *voto* 20. *num.* 19. Pichard. *in* §. 2. *de hæred. qualit. & different. n.* 46. *&* 47. Fermosin. *ad rubr. de caus. possess. & propriet. quæst.* 2. *num.* 24. Et hanc veriorem dicit Ludovic. Post. *d. observ.* 55. *nn.* 33. *&* 34. ubi pro una, & altera parte decisiones Rotæ adducit: sequitur Themud. 3. *p. decis.* 302. *n.* 45. Cavaler. *decis.* 665. *n.* 9. Qui omnes moventur ex doctrina Bald. *in d. L. in suis opport.* 2. *ff. de lib. & posthum.* Ubi habet quod quasi possessio jurium incorporalium tam activè, quàm passivè transit in hæredem absque nova, apprehensione, vel exercitio. Ex qua ratione eandem opinionem sequitur Ottalor. *d. nobilit. lib.*1. *p.*3. *c.*6. *n.*8. Et ex eorum dictis hæc sententia communior est; quamvis in puncto juris prior opinio verior videatur. Et quidem notabis quod in terminis propositis & si quasi possessio non transeat in hæredem quo ad factum; transit tamen quoad effectum, Franc. *in c. sine possessione* 3. *n.* 1. *vers. propriè tamen* Baldus *de præscrit.* 2. *p.*3. *princ. quæst.*19. *n.*3. *&* 4. Seraphin. Massin. *de confesse. quæst.*37. *n. fin.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 46. *n.* 19.

85 Cæterum prædicta affirmativa opinio proculdubio tenenda est, quando jus patronatus competit alicui ratione dignitatis, castri, villæ, vel majoratus: nam apprehensa possessione majoratus dignitatis: Ecclesiæ, villæ, aut castro cui annexum est jus patronatus, quasi possessio præsentandi transit in successorem sine aliqua apprehensione, vel exercitio quippe per ipsam dignitatem, majoratum, castrum vel Ecclesiam retinetur dicta quasi possessio præsentandi etiam mortuo possessore, vel ptælato, ut in terminis scribunt Garcia *d. c.*5. *n.*37. *& seqq.* Rota *decis.* 1. *de jur. patron. alias* 140. *in novis*, Tiraq. *in tract. le mort. in præf. n. declarat.* 5. Salgad. *de protect. Reg.* 1 *p. c.*3. *n.*115. *& seq. &* 3. *p. c.*10. *n.*158. Cabed. *de pat. on. Reg. Coron. c.*6. *n.*9. Molin. *de primog. lib.*1. *c.*26. *in fin.* Noguer. *allegat.* 28. *n.* 39. *&* 40. Melch. Lothet. *de re Benefic. tom.* 1. *lib.* 1. *q.* 36. *n.* 123. Stephan. Gratian. *c.* 871. *n.* 2. Garcia *d. c.* 5. *num.* 37. *&* 123. 125. *&* 126. Post. *observ.* 55. *n.* 96. Sic limitata regula *d. L. cum hæredes*, quæ non habet locum in successore jurisdictionis, præbendæ, vel dignitatis, in quem sine proprio facto transit quasi possessio jurium, quæ fuerunt apud prædecessorem juxta sententiam Bart. *in L.* 1. §. *municipes ff. de acquir. possess.* Innocent. *in c. cum in officiis de testam.* Salgad. *d. p.* 1. *c.* 3. *n.* 110. *& seqq.* Amato *resolut.* 39. *n.* 4. August. Barbos. *voto* 42. *n.*12. & tunc pro justificatione pertinentiæ juris patronatus sufficit quod quis ptobet esse successorem, hæredem, vel filium ejus; qui extitit in quasi possessione præsentandi, Lother. *de re Benefic. lib.*2. *quæst.* 11. *n.*118. *&* 119. Gregor. XV. *decis.* 452. *n.* 16. *& dec.* 349. Massin. *d. quæst.* 37. *n.* 66. *&* 95.

Notabis etiam, quod jus patronatus hæreditarium 86
sequitur naturam aliorum bonorum, & eandem recipit divisionem *c. considerandum* 16. *q.* 7. *cap.* 1. *cap. quoniam de jur. patron. cap. significavit. de testib. Clement. plures* & ibi *gloss. de jur. patron.* Perez *in L.* 1. *tit.*6. *lib.* 1. *Ordinam. verb. deven succeder en su derecho* Rota *dec.* 1. *n.*3. *& dec.*287. *n.*1. *p.* 1. *recentior* August. Barbos. *voto* 20. *n.* 7. *&* 14. Namque prædictum jus patronatus ad omnes transit hæredes *c. perlatum c. quoniam de jur. patron.* Vincent. de Franch. *dec.* 85. *n.* 1. Lother. *de re Benefic. lib.* 2. *quæst.* 11. *n.* 19. *&* 20. August. Barbos. *de jure Ec-* 87
cles. lib. 3. *c.* 12. *n.* 21. *& seqq. & in prætermiss. ad sext. in cap.* 1. *de jure patron. n.* 1. ubi plus refert. Post. *dec.*172. *n.* 20. *post tract.* Spino *de testam. gloss.* 4. *n.* 46. Jacob. Fontan. *de jur. patron. lib.* 3. *quæst.* 12. Quod procedit sive hujusmodi hæredes sint sui, sive extranei, sive succedant ex testamento sive ab intestato *gloss. in c. cum sæculum de jur. patron. & in c. considerandum, cap. piæ mentis* 16. *quæstion.*7. Innocent. *in rubr. de jur. patron.* optimè Riccius ad Franch. *d. dec.* 85. August. Barbos. *d. voto* 20. *n* 7. Immo inter hæredes quoad præsentationem dividuntur voces, ita ut si in fundatione, vel prima acquisitione fuerunt duo patroni, & unus ex his habuit decem hæredes; alius verò unum tantum decem non 88
constituunt majorem partem quam unus sed æqualem, *c.*3. *de jur. patron.* Lother. *de re Benefic. lib.*2. *quæst.* 11. *n.*139. Thusc. *litt. M. conclus.* 14. *n.* 18. Gratian. *c.* 521. *n.*18. August. Barbos. *in c.* 1. *n.* 5. *de jur. patron.* Cresp. de Valdaur. *observ.* 117. *n.*30. 31. *&* 32. Et etiam fæmina hæres succedit in patronatu Aug. Barbos. *de potest. Episcop.* 3. *p. alleg.* 71. *n.* 4. *& voto* 20. *n.* 8. Quæ intelligenda, sunt quan- 89
do jus patronatus est in hæreditate; secus si sit annexum castro villæ vel in oppido aut Palatio: quia tunc non ad omnes hæredes transit, sed ad eum cui desertur successio castri, villæ, oppidi, vel palatii.

Sic hæreditate jacente, in qua jus patronatus exi- 90
stit, curator hæreditati datus præsentare potest ad Beneficium, seu Ecclesiam tunc vacantem Aloysius Riccius *in tract. de noviss. præb. jur. patron. resolut.* 192. *n.* 5. August. Barbos. *de jur. Eccles. lib.* 3. *n.*230. Item usufructuarius universitatis bonorum, in quibus existit jus patronatus præsentare poterit, qui in eum transit, Rocch *verb. ipse, velis quæst.*28. *à n.* 62. Molin. *de primogen. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 3. Spino *d.* 91
gloss. 4. *n.* 113. Menoch. *conf.* 66. *n.* 26. Riccius *d. resolut.* 192. *n.* 6. Similiter emphyteuta, vel feudatarius villæ vel castri, in quo existit jus patronatus, illud exercere potest præsentando ad beneficium: de probat *text. in cap. ex litteris de jur. patron.* juxta intellectum Paul. de Castr. *conf.* 262. *incipit venerabilis vir. n.*1. *vol.*1. quem sequuntur Rocchus *d. verb. ipse vel is quæst.*26. *n.*38. Lambertin. *lib.*1. *p.* 1. *art.*2. *quæst.* 8. *princ.* Joseph. Ludovic. *tom.* 3. *commun. opinion. tit. de jur. patron. quæst. unic. vers. acquiritur etiam pag.* 334. *col.* 2. Azor. *instit. moral. lib.* 6. *c.* 20. *quæst.* 12. August. Barbos. *d. c.* 12. *n.* 225. *circa fin.*

Sequestrato autem castro vel villa, aut fundo, in 92
quo consistit jus patronatus si vacaverit Beneficium durante

durante sequestro, præsentatio pertinebit ad sequastrem. Ita Felin. in c. cum Bertoldus n. 30. de re judic. Gigas de pension. q. 72. n. 3. Rocch. d. verb. ipse vel is n. 71. Gutier. de tutel. p. 3. c. 7. n. 18. Carosius lib. 3. miscellan. c. 2. n. 16. Azor. instit. moral. 2. p. lib. 5. c. 25. quæst. 17. & cum pluribus Aug. Barbos. de potest. Episcop. 3. p. alleg. 71. n. 19. Garcia de Benefic. 5. p. c. 6. n. 1. Cevall. commun. contra commun. q. 130. à n. 3. idem August. Barbos. lib. 3. de jur Eccles. c. 11. n. 232. lib. 3. Qui n. 234. limitat in sequestratione voluntaria facta de consensu partium; secus in necessaria facta à Judice quia per eam non amittitur possessio, neque transit in sequestrem: ut præter ibi allatos docent Salgad. de protect. 2. p. c.
93 16. n. 14. Castill. de alim. c. 13. n. 8. & 9. idem Salgad. in labyrinth. cred. 1. p. c. 12. §. 1. n. 29. & seqq. Capyc. dec. 137. n. 6. Quod intelligendum est, nisi probetur Judicem habuisse intentionem, & animum transferendi possessionem, post plures Salgad. in labyrinth. 1. p. c. 13. §. 1. n. 29. Noguerr. allegat. 25. n. 299. Capyc. Latro d. n. 6. Tunc enim sequester à Judice constitutus præsentare poterit.

Ex prædicta ratione depositarius castri vel villæ
94 non poterit præsentare ad Beneficium, quod durante deposito vacavit: quia in depositarium non transfertur dominium, neque possessio gloss. 2. in fin. in c. bona fides de depos. Anton. Gomez in L. 48. Tauri n. 8. & lib. 2. variar. c. 7. n. 2. Conan. lib. 7. comment. c. 4. in princ. Castill. lib. 3. controv. c. 16. n. 2. & seq. Aug. Barbos. d. c. 12. n. 236. Salgad. in Labyrinth. 1. p. cap. 11. n. 21. Costa in L. si ex cautione fallent. 1. n. 7. Mendez à Castro in prax. lib. 4. c. 10. n. 6.

95 Similiter creditor, cui villa, vel castrum, in quo jus patronatus existit annexum datum fuit in pignus, non potest præsentare in Ecclesiam vacantem c. cum Bertoldus de sentent. & re judic. Spino de gloss. 4. n. 118. Barbos. in L. divortio §. si vir n. 57. ff. solut. Matrim. Gregor. Lopez in L. 9. tit. 15. partit. 1. verb. empenado, Lambertin. lib. 1. p. 2. quæst. 9. art. 2. n. 3. Aug. Barbos. d. c. 12. n. 237. ubi alios citat. quibus addo Merlin. de pignorib. lib. 1. tit. 1. q. 22. n. 7.
96 Ex ea ratione, quia in creditorem non transfertur dominium neque possessio pignoris sed sola detentio, donec debitum solvatur L. si pignus 37. ff. de pignor. action. L. 1. §. per servum c. 2. de acquir. possess. Et ideo non suo; sed debitoris nomine possidet L. servus depositus 22. §. 1. ff. d. noxal. Caldas de empt. c. 8. n. 37. Petr. Barbos. in d. §. si vir n. 57. Salgad. in Labyrinth. d. c. 11. n. 16. & 17. & cap. 14. n. 70. August. Barbos. d. c. 12. n. 237. & seqq Confirmatur: quia fructus pignoris non pertinent ad creditorem; siquidem eos tenetur computare in sortem
97 L. 1. & 2. Cod. de pignor action. L. 1. C. de distract. pignor. c. 1. & 2. cap. conquestus de usur. Neguzant. de pignorib. 5. p. membr. 5. n. 1. Covarr. in c. quamvis pactum 1. p. §. 4. n. 8. Molin. de inst. tract. 2. tom. 2. disput. 320. Castill. 3. controv. c. 23. n. 5. & seqq. Surd. cons. 194. n. 10. Gaito de credit. 4. quæst. 8. n. 980. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 8. Cyriac. controv. 77. n. 15. & 16 Arias de Mesa lib. 3. variar. cap. 45. à n. 1. Capyc. Latro decis. 97. n. 3. & seqq. Atqui præsentationes sunt fructus juris patronatus: ut diximus supra. Ergo non pertinent ad creditorem. Quod intelligendum, nisi in pactum deductum sit, quod creditor possit præsentare: ut tradit August. Barbos. d. c. 12. n. 237. post. med. vers. at data conventione.

Observandum tamen est, quod si jus patronatus
98 laicale à sui origine fuerit translatum in monasterium, seu Ecclesiam, personamve Ecclesiasticam intuitu Ecclesiæ, vel dignitatis Ecclesiasticæ, aut beneficii titulo donationis, vel ex testamento jus patronatus efficitur Ecclesiasticum: ut probat text. in cap. unic. §. verum, de jur. patron. in 6. & scribunt Covarr. pract. cap. 36. n. 2. & 5. Flamin. de resignat. lib. 1. quæst. 4. n. 39. Valasc. consult. 163. n. 15. Seraphin. dec. 1420. n. 1. Lambertin. lib. 1. q. 1. art. 1. Rocch. verb. jus quæst. 7. n. 14. Gonçal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 18. n. 5. Salgad. de protect. 3. p. c. 10. n. 289. & seqq. & in d. cap. unic. n. 3. August. Barbos. voto 30. n. 15. & de jur. Eccles. lib. 3. c. 12. n. 10. Cabed. de patron. Reg. Coron. c. 5. n. 3. Spino de testam. gloss. 4. n. 16. Hanc tamen resolutionem limita, ut 99
non procedat, quando Rex alicujus Ecclesiæ patronus cum castro, seu villa donat eam Episcopo in titulum Comitatus quia tunc jus patronatus ita donatum non fit Ecclesiasticum sed manet laicale, ut antea erat, ut perbellè notat Cabed. d. cap. 5. n. 4. Namque benè potest Episcopus esse comes, ut ultra Cabed. tenent Abbas in c. inter dilectos n. 5. de fide instrum. Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 13. num. 97.

Verum prædicta limitatio displicet Nicolao Garcia de Benefic. 5 p. c. 1. n. 155. Ex ea ratione, quia 100
cum comitatus sit Ecclesiæ, & juris patronatus ipsius Comitatus, dicendum est jus patronatus esse Ecclesiasticum, sequitur Salgado de protect. 3. p. c. 10. n. 30. & seqq. Qui probat opinionem, Et allegat. Gambar. de offic. leg. lib. 2. n. 418. & seqq. Nihilominus tamen verissima est sententia Cabed. quamvis enim Episcopo, & ejus dignitati donatum fuisset castrum, vel civitas in Comitatum, tamen concessio non fuit ita facta Ecclesiæ, ut dominium jusque absolutum illius, vel dignitatis Episcopalis efficeretur; siquidem apud Regem concedentem supremum jus, supremaque potestas semper remanet; quam à se abdicare nequit, Ripol. de Regal. c. 41. n. 15. & c. 101
43. n. 43. Horat. Montan. de Regal. verb. potestas n. 18. ibi: Sed tunc pener Regem concedentem allodium remanet jus superioritatis Regiæ, id est, jurisdictio, major ea, quæ concessa est. Et infra ibi: Est enim jurisdictio illa suprema Regis inseparabilis à Corona, seu à persona Regis. Unde cum Episcopus possideat nomine Regis, & ab eo dignitatem Comitatus habeat, dubitari nequit Comitatum esse temporalem, & laicalem & ita jus patronatus illi annexum laicale esse & semper fuisse. Et ea propter judices Regii cognoscunt de caosis bonorum, seu jurisdictionis Regiæ 102
Coronæ, etiam contra Clericos, Caldas Pereir. cons. 5. n. 3. & 18. Latrea allegat. 27. n. 14. Salgad. de retent. Bullar. 1. p. c. 1. n. 133. Joseph de Sesse de inhibit. c. 8. §. 3. n. 100. Et ita intelligenda est Ordinat. lib. 1. tit. 9. in princip. Et probat. Ordinat. in terminis lib. 2. tit. 1. §. 7. vers. E pelo mesmo modo ibi: E pelo mesmo modo se a causa for sobre bens, a que se pertenda ser annexo o direito do Padroado, o conhecimento pertence ao Juiz secular.

Confirmatur: quia ab Ecclesiastico Comite, Duce, vel Marchione exercente jurisdictionem tempo- 103
ralem à Principe concessam, appellatur ad Regalia Tribunalia, non ad Archiepiscopum si duobus 7. §. denique de appellat. Cancer. lib. 1. var. c. 12. n. 88. 89. & 90. post plures Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. c. 25. n. 12. Tondut. de prævent. 1. p. c. 29. n. 34. Hieronym. Leo decis. 2. n. 26. & 27. Boyad. in sua polit. 1. tom. lib. 2. c. 17. n. 196. Caldas Pereir d. cons. 5. n. 18. Peregrin. lib. 1. cons. 1. n. 22, Besold. in pract. de pac. c. 5. n. 5. Montan. de Regal. verb. potestas constituendorum d. n. 18. Et insuper Episcopus, qui simul est Dominus temporalis alicujus loci, vel villæ, in causis sæcularibus, de quibus cognos- 104
cit, tanquam talis non potest uti sententia excommunicationis, & aliis censuris, sed temporaliter procedere debet per judices sæculares: ut diximus tom. 1. 2. p. tit. 8. n. 39. 40. & 41. Quare cùm talis Episcopus, ut Comes, Regis donatarius sit respectu juris patro-

natus præſentandi facultate tanquam laicus uti de-
bet: Et verum eſt jus patronatus eſſe laicale, & non
Eccleſiaſticum.
Inſuper ſi prioratus alicujus Eccleſiæ ſit juris pa-
105 tronatus laicorum, etiam erit laicale jus patronatus,
quod pertinet ad Priorem in Beneficiis ſimplicibus,
Valaſc. *conſult.* 165. *n.* 16. *&* 17. quia cùm præſen-
tationes ſint fructus juris patronatus, durum videtur,
quod patronatus, Beneficiorum ſit Eccleſiaſticum, &
jus patronatus Prioratus ſit ſæculare juxta notata per
Caſſad. *deciſione* 3. *de penſion. n.* 6. Felin. *in capite,
cum olim n.* 2. *de majorit. & obedient.*
106 Sed Nicolaus Garcia *de Benefic.* 5. *p. c.* 1. *n.* 5.
55. *ad finem* reprobat Valaſc. Ex ea ratione quia
jus patronatus competens Prioratui ad Beneficia ſim-
plicia, eſt Eccleſiaſticum, licet Prioratus Eccleſiæ
ſit juris patronatus laicalis; ſequitur Salgad. *de pro-
tecl.* 3. *p. capit.* 10. *n.* 302. *&* 303. *& ſeqq.* Verum
enim vero Velaſci opinio tanquam verior tenenda
eſt: quam amplexus eſt in plurimis cauſis Senatus
noſter Beneficiorum Prioratus Eccleſiæ Oppidi de
Sintra, & Beati Petri Oppidi de Torres-Vedras, &
alii Regii patronatus. Nam cum ad Priores prædicta-
rum Eccleſiarum pertineret præſentatio Beneficio-
rum earundem, non defuerunt, qui impetraverint
107 à Sede Apoſtolica aliqua ex illis Beneficiis, tam per
viam proviſionis, quàm reſignationis. Qua de cau-
ſa Procurator Regiæ Coronæ juſſu Regis adverſus
proviſos de ſpolio actiones inſtituit coram Judicibus
Regiæ Coronæ, ad quos pertinet cognitio cauſarum
ſpolii juris patronatus Regis *Ordinat. lib.* 2. *tit.* 1. §.
7. Et diſcuſſis fundamentis, tam Procuratoris Regis,
quàm impetrantium judicatum fuit ipſos ſpolium
commiſiſſe in impetratione Beneficiorum Eccleſia-
rum Regii patronatus, & quidem rectè. Quia Prio-
res patronatus Regiæ Coronæ ſunt donatarii Regis
quoad uſum juris patronatus reſpectu Beneficiorum
ſimplicium, Cabed. *de patronat. capit.* 12. *n.* 10. Et
ſic jus patronatus, de quo agitur, laicale eſt, & Re-
giæ Coronæ, & tanquam tale non comprehenditur
in quibuſcumque reſervationibus: neque Summus
Pontifex illi præjudicare voluiſſe præſumitur. Ca-
bed. *d. cap.* 12. *n.* 9. Lambertin. *de jure patronat.
quæſt.* 9. *princ. articul.* 11. 3. *p. limit.* 1. Et probat
expreſsè Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 9.
Immo Bulla Pontificis cum clauſula non obſtante,
non præjudicat juri patronatus Regio, Alciat. *de
verbor. ſignific. lib.* 1. *col.* 25. Alfar. *de offic. fiſcal. gloſſ.*
2. *n.* 19. Quapropter poſſeſſio impetrantium prove-
108 niens à titulo nullo, & injuſto, ſpoliativa cenſenda
eſt, Seraphin. *dec.* 732. *n.* 6. Mantic. *dec.* 165. *n.* 2.
Poſt. *de manuten. obſerv.* 12. *n.* 44. *&* 45. Qui om-
nes docent poſſeſſionem captam vigore ſententiæ
nullæ, dici vitioſam, violentam, & ſpoliativam:
& ſic poſſeſſio impetrantium non poterat eſſe impe-
dimento, quin legitimè proviſus à patrono immitte-
retur in poſſeſſionem Beneficii: ut per Auguſt. Bar-
boſ. *voto* 3. *n.* 22. ubi agit de poſſeſſione capta vi-
gore proviſionis nullæ. Et *n.* 24. ait poſſeſſionem eſſe
infectam, & allegat Gooçal. & Rotam apud Durand.
dec. 68. *n.* 3. *&* 4 Atque ita ſic judicatum fuit in lite
Procuratoris Regis contra Franciſcum Cabral, &
109 Gaſparem Cabral, nec non Antonium Velloſo Et
in alia cauſa contra Ferdinandum Gondiſalvi, & in
alia contra Bernardum Barrano: ac ſuper Beneficio
Eccleſiæ Beati Bartholomei contra Michaelem dos
Anjos: & in alia contra Antonium do Couto de Ara-
gaon ſuper Beneficio oppidi de Torres-Vedras in
Eccleſia Sancti Petri. Quæ ſententiæ, & aliæ plures
ſunt apod Scribam Coronæ. Inſuper Rex noſter Jo-
annes Quartus expedivit, reſcriptum die decima octa-
va Januarii anni 1646. per quod juſſit, ut ſententiæ
exequerentur, procederetur que adverſus impetran-
tes Beneficia Regii patronatus, ut exterminarentur
à Regno, juxta formam *Ordin. lib.* 2. *tit.* 15. quam
exornat Cabed. *d. patron. Coron. c.* 36.
Et verè nulla poteſt aſſignari congrua ratio, cur
Prioratus ſit juris patronatus Eccleſiaſtici: quia jus 110
patronatus Prioratus competit laico ratione funda-
tionis, conſtructionis, vel dotationis Eccleſiæ, &
ideo verè laicale eſt quoad Prioratum: fatentur
Garcia, & Salgad. eodem jure & ratione jus patro-
natus Beneficiorum ejuſdem Eccleſiæ laicale eſſe
debet: non enim Eccleſia, & eadem res debet di-
verſo jure cenſeri *L. eum qui ædes ff. de uſucapion.* 111
L. 1. *verſ. nec ratio patitur ff. de rer. permut. L. pater
§. ſi ſervus ff. de inſtr. pecul.* L. *jam hoc jure ff. de
vulgar. L. Titiæ de condition. & demonſtr.* Salgad. *de
protecl.* 2. *p. c.* 7. *n.* 23. Giurb. *de ſucceſſ. feudor. præl.*
3. *n.* 32. Cyriac. *controv.* 100. *n.* 15. Olea *de ceſſ. jur.
tit.* 2. *q.* 2. *n.* 12. Et inſuper quoniam jus patronatus
Beneficiorum Prioratus eſt acceſſorium juris patro-
natus ipſius Prioratus, & ſequi debet naturam ſui
principalis *c. acceſſorium de reg. jur. in* 6. L. *ſi eum
§. qui injuriarum ff. ſiquis caution. cum ſimilib.* Ultra
quod Beneficia conſtituta fuere ex redditibus ipſius
Prioratus: & ſic ejuſdem ſunt naturæ. Et Valaſci
opinio ſuſtinenda venit, & vendicatur ab impugna-
tione Garciæ, & Salg.
Non obſtat fundamentum contrariæ partis, qua- 112
tenus ſupra dicti autumant, quod licet jus patronatus
Prioratus ſit laicale; tamen ipſa Eccleſia, & ipſe
Prioratus non ſunt patroni, tanquam incapacis.
Quia reſpondetur Eccleſiam quamvis patronatam
ſemper eſſe Eccleſiaſticam: Nos verò tantùm agere
de jure patronatus ipſius Eccleſiæ, quod laicus po-
teſt acquirere, quamvis ſit ſpirituale, vel ſpirituali-
bus annexum: quod favore Eccleſiæ introductum
fuit: & ſic non bene infertur de incapacitate laici
circa dominium Eccleſiæ ad patronatum, cujus laï-
cus capax eſt. Neque etiam terret declaratio Sacræ
Congregationis Concilii Tridentini, de qua Garcia
de Benefic. p 9. *c.* 2. *n.* 263. & Salgad. *d.* 3. *p. c.* 10. *n.*
304. quippe huic ſpeciei adaptari nequit, cum ibi
actum fuiſſet de Beneficiis Ordinum, ſeu Militiarum
Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Divi Jacobi, & Avi-
cenſis, quarum Dominus Rex eſt perpetuus Admini-
ſtrator, atque Magiſter, ac oti talis præſentat Cle-
ricos ad Beneficia Eccleſiaſtica. Dantur namque in
Rege noſtro duo diverſi reſpectus, & qua Rex, & qua
Magiſter Ordinum: quatenus Rex juriſdictionem, 113
juraque Regiæ Coronæ exercet, & quatenus Magi-
ſter Ordinum, Prælatus eſt Eccleſiaſticus: ut benè
docent Gabr. Pereir. *dec.* 58. *n.* 7. Solorzan. *tom.* 2.
lib. 3. *cap.* 23. *n.* 37. *&* 38. Et ſic tanquam patronus
Eccleſiaſticus, & Prælatus Eccleſiarum hujuſmodi
Militiarum in proviſione Beneficiorum obſervare de-
bet diſpoſitionem Concilii Tridentini, cum jus pa-
tronatus verè ſit Eccleſiaſticum: ut declaravit Sacra
Congregatio. Sed ex hoc non ſequitur, quod jus
patronatus competens laico Principi in Prioratu Ec-
cleſiæ non comprehendat jus præſentandi ad Bene-
ficia ejuſdem Eccleſiæ cujus laicus eſt patronus: ne-
que quod jus præſentandi competens Priori ex per-
miſſione, ſeu conceſſione Principis patroni, Eccle-
ſiaſticum dicatur.
Inter jus patronatus Eccleſiaſticum, & laicale,
plures dantur differentiæ, de quibus Covarr *practic.* 114
c. 36. Riccius 3. *p. collect.* 188. Rocch. *de jur. patron.
verb. jus n.* 18. *verſ. ultima quæſtio,* Auguſt. Barboſ.
de jur. Eccleſ. lib. 3. *cap.* 12. *n.* 168. Et inter alias
illa primas obtinet, quæ verſatur circa tempus ad
præſentandum: namque patronus laicus intra qua-
drimeſtre præſentationem facere debet, computan-
dum à die vacationis, vel ſaltem à tempore ſcien-
tiæ vacaturæ: Eccleſiaſticus verò intra ſemeſtre,
c. quia

115 c. quia diversitatem de concess. præb. c. licet de sup-
plend. neglig. prælat. cap. cum propter de jur. patron.
c. unic. §. verum eod. titul. in 6. Lambertin. 2. p. lib.
2. quæst. 1. art. 1. Peregrin. cons. 32. n. 15. vol. 1. Gama
dec. 390. n. 5. Spino de testam. gloss. 4. n. 18. Riccius
1. p. collect. 119. Anton. Faber. in Cod. tit. de sacros.
Eccles. diffin. 35. & in tit. de Episcop. & Cleric. diffin.
17. Cardos. in prax. verb. jus patronatus n. 15. &
16. Nicol. Garcia, de Benefic. 5. p. c. 9. n. 209. So-
lorz. 2. tom. lib. 3. c. 3. n. 48. August. Barbos. de jur.
Eccles. lib. 3. c. 13. n. 168. Et hoc tempus currit à
tempore scientiæ vacationis Beneficii, Spino d. gl.
4. n. 11. Tiraq. de retract. lignag. §. 33. à n. 7. Cal-
das de nomin. emphyt. q. 6. n. 24. & 25. Flores de
Mena lib. 1. var. q. 3. à n. 1. Garcia de Benefic. p. 10.
c. 2. n. 34. Salgad. de protect. 3. p. c. 11. n. 60. & seqq.
August. Barbos. d. c. 12. n. 267. Fragos. de Regim. Reip.
tom. 2. p. 2. disp. 20. §. 7. n. 22. Fontan. in d. tract. 1.
2. quæst. 2. n. 1. & 3.

116 Et quidem scientia unius ex compatronis non no-
cet alteri, ita ut ex capite ignorantiæ unius, omni-
bus jus præsentandi præservetur, Salgad. d. 3. c.
11. n. 63. & 64. Garcia d. p. 10. c. 2. n. 4. August.
Barbos. d. cap. 12. n. 167. Immo prædicta scientia ve-
ra esse debet, vel præsumpta, determinanda per
Judicem considerata Beneficii qualitate, modo va-
cationis, longitudine temporis, distantia locorum,
& fama, ut ex Hostiens. Selva, Mascard. & Lam-
bertin. tradit Salgad. d. cap. 11. n. 65. Præsumitur au-
117 tem scientia intervenire à tempore vacaturæ in Epis-
copo, qui habet Vicarium, & Visitatores, qui ex
officio debent inquirere de vacatura Beneficiorum,
Mascard. de probation. conclus. 879. n. 10. Flores de
Mena d. quæst. 2. n. 8. & 9. ita ut non excusetur Epis-
copus propter absentiam; quia tenetur commissio-
nem relinquere Vicario ad præsentandum, argu-
mento eorum quæ gloss. verb. vota per text. ibi: per
se, vel per alium: in Clement. 1. de concess. præbend.
Flores de Mena d. q. 3. n. 14.

Non tamen currit tempus ad præsentandum ab-
118 senti, vel legitimè impedito, puta si patronus ab-
sens sit causa Reipublicæ, vel injustè carceratus, aut
si non habeat tutum accessum propter alicujus inimi-
ci timorem, Rebuff. de pacific. possessor. n. 304. Flo-
res de Mena d. q. 3. n. 4. August. Barbos. d. c. 12. n.
170. Est etiam advertendum, quod si jus patro-
natus fuerit mixtum, laicale scilicet, & Ecclesiasti-
cum, patronum laicum habere tempus semestre ad
præsentandum. Nicol. Garcia d. 5. p. cap. 9. n. 210.
Riccius in prax. aur. resolut. 558. Vivian. in prax.
jur. patron. lib. 7. c. 1. n. 9. August. Barbos. d. c. 12.
n. 169. & 198.

Si verò patronus intra tempus à jure præfinitum
119 non præsentavit, devolvitur provisio Beneficii pro
illa vice ad Episcopum c. si verò, c. eam te decet de
jur. patron. c. 2. in fin. de supplend. neglig. prælat. op-
timè Marescot. lib. 1. var. cap 84. August. Barbos. d.
cap. 12. n. 165. dummodo tamen constet de lapsu tem-
poris à die scientiæ, Rota decis. 173. sub n. 1. & dec.
186. sub n. 1. p. 1. recentior. Cabed. de patronat. Re-
giæ Coronæ c. 28. n. 3. Seraphin. decis. 1273. n. 3. Au-
gust. Barbos. d. cap. 12. n. 166. Fragos. de Regim. Reip.
2. tomo p. 2. lib. 9. disp. 20. §. 7. n. 16. vers. quam ob
rem. Valenz. consil. 103. n. 42. Et hæc conclusio etiam
locum obtinet quando patronus intra tempus præsen-
tavit indignum, inhabilem, vel incapacem, Rota de-
cis. 5. de jur. patron. in Novis, Rocchus de jur. patron.
120 verb. honorificum n. 16. Lambertin. 1. p. lib. 2. quæst.
10. n. 4. Gonçal. in regul. de mensib. gloss. 8. n. 40.
& 41. Nicol. Garcia 7. p. c. 1. n. 65. & 5. p. c. 9. n.
240. Salgad. d. p. 3. cap. 11. n. 78. & seqq. August.
Barbos. d. cap. 12. n. 175. optimè Tondut. resolut. Be-
nefic. 3. p. cap. 130. n. 4. & cap. 195. n. 8. Ubi benè
declarat necessariam esse scientiam indignitatis in
præsentante. Benè tamen poterit Episcopus post
lapsum tempus patronum admittere ad præsentan-
dum per text. in c. 2. de supplend. neglig. prælat. pon-
derando ibi verbum licet, per quod ponitur causa in
voluntate illius, cui licet Mascard. conclus. 1219. p.
3. n. 6. Lambertin. de jur. patron. art. 25. & art. 26.
Fragos. d. disp. 20. §. 7. n. 16. vers. quamobrem Lara
de capellan. lib. 2. c. 9. à n. 46. Immo Episcopus
prorogare potest patrono tempus ad præsentandum,
antequam labatur omnino quadrimestra, vel seme- 121
stre, quia tunc vera dicitur prorogatio per text. in
L. & si manente ff. de precar. ubi Alberic. verb. præ-
dicta, & gloss. in L. 4. in princ. ubi Bart. ff. de damn.
infect. & potest fieri prorogatio, in ultimo temporis
momento cum eisdem conditionibus, & qualitatibus,
quibus erat factus primus actus, Flamin. de resignat.
lib. 7. q. 29. n. 11. Fragos. d. §. 7. n. 16.

Quando autem devolutio fit Episcopo ob negli- 122
gentiam patroni, transit provisio in eum cum onere,
causa, & qualitatibus Beneficii. Ita Cabed. de pa-
tronat. Reg. Coron. c. 28. n. 3. & 2. p. decis. 52. n. 4. &
decis. 97. n. 9. & 10. Garcia d. p. 10. c. 3. n. 42. Salgad.
de protect. 3. p. c. 11. n. 3. & 86. cum duobus seqq. Et
tenetur conferre Beneficium ei, qui habuerit quali-
tates requisitas in provisione Beneficii eodem modo,
quo præsentatio erat facienda à patrono, Cabed. d.
dec. 97. n. 10. Salgad. d. c. 11. n. 86. 87. & 88. Valenz.
cons. 103. n. 42. Unde infertur, quod si jus patro-
natus fuerit Ecclesiasticum, & devolutio fiat ad
Episcopum, vel alium superiorem, & provisio erat
facienda per concursum, puta quia Ecclesia paro-
chialis erat juxta formam Concil. Tridentin. sess. 24. 123
de refor. c. 18. Secundùm quod debet fieri examen
per concursum, in eadem forma provisio facienda
est Beneficii devoluti. Immo quamvis in provisione
Ecclesiæ patronatus laici non requiratur concursus
ex dicto decreto Concilii; tamen si fiat devolutio
Ecclesiæ parochialis, concursus necessarius est: ut
optimè prosequitur Salgad. d. c. 11. n. 86. & seqq.

In Beneficiis autem Regii patronatus non habet
locum devolutio ex eo quod Rex patronus intra 124
quadrimestre non præsentavit; quia Regi non currit
tempus, etiamsi illius officiales scientiam habuerint
vacaturæ Beneficii: Et iterum quamvis ipsius Regis
scientia probetur: ut scribunt Cabed. de patronat.
Reg. Coron. cap. 28. n. 5. & 6. Garcia de Benefic. 10.
p. cap. 2. n. 34. ad fin. Salgad. d. 3. p. cap. 10. n. 45. So-
lorz. d. 2. tom. lib. 3. c. 3. n. 49. & 50. Aug. Barbos.
de potest. Episcop. 3. p. alleg. 72. n. 37. Ex ea ratio-
ne, quoniam cum Reges multis sint occupationibus
implicati tam in bello, quàm in pace, indulgendum
est eis si intra legitimum tempus non præsentaverint,
argum. text. in c. cæterum 5. de præscript. c. ex parte
12. de offic. alleg. Quo circa quandocumque, & om-
ni tempora præsentationes factæ fuerint, admittan-
dæ sunt tam à Summo Pontifice, quàm à Prælatis
inferioribus: ut tenent supra citati. Atque ita dum
Rex non præsentat, debet Episcopus œconomum
constituere ad regendam Ecclesiam; non verò potest
eam alicui conferre absque Regis consensu, gloss.
penult. in c. cum dilectus de jur. patron. per text. in
c. decernimus 16. q. 7. Cabed. de patron. Reg. Coron.
cap. 35. n. 1. & per totum.

Inde fit, quod Summus Pontifex non intelligitur
velle conferre Beneficium juris patronatus laici in- 125
vito, & non consentiente patrono; ita ut si non fe-
cerit mentionem juris patronatus laici, collatio nul-
la sit, & subreptitia: ut tradunt unanimiter Doctores
in c. per litteras de præb. & dignit. in 6. c. ex parte,
c. super eo de offic. deleg. Gomez in regul. de annal.
quæst. 27. n. 4. in fin. Rota in antiq. dec. 266. incipit
nota quod Papa Lambertin. libro 1. p. 1. q. 9. art. 3.
n. 27.

n. 27. & 28. & lib. 1. p. 1. q. 6. art. 22. n. 4. Cabed.
126 de patron. c. 35. n. 4. Camill. Borell. de præst. Reg.
Cathol. c. 52. n. 3. & 6. Immo etiam jus patronatus
mixtum non cadit sub generalibus reservationibus,
Lambertin. de jur. patron. 3. p. libra 2. q. 8. artic. 4.
& q. 9. art. 9. in fin. Covarr. pract. c. 36. n. 5. vers.
tertio opportune, Salgad. de protect. 3. p. c. 9. n. 114.
Hoged. de Benefic. incompat. 1. p. c. 24. à n. 114.
Verall. dec. 405. lib. 1. Solorzan. d. lib. 3. c. 3. n. 12.
August. Barbos. in c. unic. n. 8. de jur. patron. in 6.

Et quamvis juri patronatus Ecclesiastico facile
127 derogetur, c. cum dilectus de jur. patron. cap. dilectus,
ubi Abb. de offic. deleg. Hoged. d. c. 24. n. 112. Co-
varr. pract. c. 36. n. 5. Adeo ut per simplicem colla-
tionem factam à Papa censeatur derogatum patrona-
tui Ecclesiastico, Cassad. decis. 4. n. 11. de probation.
jur. patron. Salgad. d. c. 9. n. 101. & 102. Gonçal. in
regul. de mensib. gloss. 18. n. 5. & seqq. Solorz. d. c. 3.
n. 12. Tamen juri patronatus laicorum numquam de-
rogatum censetur ex his, quæ Gonçal. d. gloss. 18.
in princ. Salgad. d. c. 9. n. 102. Cabed. d. c. 35. So-
lorz. d. c. 3. n. 12.

Quod si ita est respectu juris patronatus privato-
128 rum, à fortiori procedit in patronatu Regio, quod
potentius, & efficacius est, quam aliorum inferio-
rum: ut colligitur ex Concil. Trident. d. sess. 25. de
refor. c. 9. Menchac. libra 2. controv. c. 51. à n. 37.
Cabed. de patron. c. 1. n. 14. Solorz. d. c. 3. n. 13. Pa-
lac. Rub. de Benefic. vacant. in Curia §. 16. Alfar.
de offic. fiscal. gloss. 2. n. 19. Flamin. de resignation.
lib. 2. q. 4. n. 42. & 43. Camill. Borell. de præst. Reg.
Cathol. c. 52. n. 4. Immo, quamvis Beneficia, quæ
vacant in Curia pertineant ad Summi Pontificis pro-
visionem; tamen ea, quæ sunt Regii patronatus, non
veniunt in dicta reservatione: ut docuit Palac. Rub.
d. §. 16. & eo non relato Alfar. d. gloss. 2. n. 9. Fla-
129 min. in d. tract. lib. 10. q. 6. n. 57. Nicol. Garcia de
Benefic. 5. p. c. 1. §. 1. Valenz. cons. 128. n. 77. & 106.
Solorz. tom. 2. c. 6. n. 89. lib. 2. & lib. 3. c. 3. n. 14. &
15. Cabed. de patron. d. c. 35. Covarr. d. c. 36. n. 6.
Lambertin. p. 3. q. 9. art. 11. Cened. ad Decret. col-
lect. 79. n. 2. Garcia d. c. 1. n. 119. Illustr. D. Rode-
ric. à Cunha Hispaniæ primas in c. cum longè n. 4. 53.
distinct. Aug. Barbos. de potest. Episcop. p. 1. tit. 1. c.
3. n. 32. & de jur. Eccles. lib. 1. c. 8. n. 99.

130 Item non potest Pontifex Romanus facere permu-
tationem cum Beneficio patronatus Regii, neque in
eo reservare pensionem de consensu partium; nisi Re-
gia assensus accedat, quamvis expressa, & specialis
derogatio fiat prædicti juris patronatus: ut tenent
Gigas de pension. q. 23. Flamin. d. resignat. lib. 2.
q. 4. Cabed. de patronat. c. 11. n. 2. Covarr. d. c. 36.
n. 9. vers. bis denique, & n. 10. vers. secunda est, So-
lorzan. d. l. 3. c. 3. n. 18. Vivian. in prax. jur. patro-
nat. lib. 13. c. 9. & 19. Et ideo Papa non potest con-
ferre Beneficia juris patronatus Regis, Ducum, &
131 Marchionum, sive Magnatum, etiamsi fieret speci-
fica mentio illorum juris patronatus, Felin. in tract.
quando litter. Apost. nec. patronat. col. 6. ampliat. 8.
Et probat Cabed. d. c. 35. n. 7. Flamin. d. quæst. 4. n.
42. & 43. Quapropter in hoc Regno, & in Castella
132 non admittuntur collationes, reservationesque Be-
neficiorum spectantium ad Regem, factæ per Sum-
mum Pontificem, Palat. Rub. de Benefic. vacant.
in Curia §. 10. & 11. optimè Camill. Borrell. d. c.
52. n. 4. Et esse retinendas Bullas Apostolicas, in
quibus derogatur jus Regii patronatus, docet Sal-
gad. de recent. Bullar. 1. p. c. 3. §. unic. n. 38. &
39. quia ex tali derogatione, ut plurimum, semper
timentur scandala, & seditiones, quæ vitandæ sunt:
ut per eum ibidem n. 41.

Quæ si Papa sine Regis assensu Beneficium patro-
natus conferat, & post executionem Bullarum, &
immissionem in possessionem Beneficii Regius pro-
curator tanquam legitimus contradictor apparuerit
poterit possessionis repositionem petere etiam ab
eodem executore, qui ante omnia eam facere debet,
cum enim immissio fuerit nulla, tanquam facta non 133
citato patrono possessore, res, non desinit esse inte-
gra, ut probat Rota in una Majoricensi parochialia
de Campaneto 23. Januarii 1591. quam ad litteram
transcripsit Nicolaus Garcia de Benefic. 6. p. c. 2. n.
125. Salgad. de protect. 1. p. c. 5. n. 66. & 67. & banc
partem idem optimè fundat de recent. bullar. 1. p. c.
10. à n. 109. cum seqq. ut tradit comparatione patro-
ni laici, qui citatus non fuit, etiam post peractam
executionem litterarum; resolvi, & annulari litte-
ras Apostolicas, collationem, & possessionem, ut d.
c. 10. n. 126. ibi: Tum etiam quia accedente sua con-
tradictione littera Apostolica, collatio, & possessio
jure resolvuntur, & annullantur facta sine sua consen-
su: prout abundè post plurimos Doctores resolvimus
uti indubitabile 3. p. c. 9. à n. 131. & c. 10. à n. 2. 134
cum seqq. in tract. de Regia protect. quare succedit
regula firmissima, & latè comprobata hactenus, quod
per nullitatem executionis res non desinit esse inte-
gra, & quandocumque patronus compareat, & con-
tradicat re integra comparuisse dicetur. Et com-
probatur quia possessio data non citato possessore
nulla est, & non privat primum possessorem sua pos-
sessione, Seraphin. dec. 732. n. 1. Ludovic. Post post.
tract. dec. 189. n. 1. Salgad. de Regia protect. 4. p.
cap. 8. n. 103. & seqq. Farinac. dec. 555. n. 2. p. 1.
idem Post. de manuten. observ. 12. n. 57. Noguerol.
alleg. 25. n. 189. Tondut. resolut. civil. c. 136. n. 17.
hæc enim possessio nulla, & infecta est, nullius mo-
menti habetur pro vacua, Post. obs. 71. n. 70. & sic
non est impedimento legitimè proviso, quin immit-
tatur, ut diximus supra n. 133. Deinde illa posses-
sione data virtute litterarum absque consensu patro-
ni inducitur turbatio suæ possessionis juris patrona-
tus, cujus, ratione quandocumque compareat dici-
tur legitimus contradictor ad reponendum, ut per ea-
dem verba dixit Salgad. de recent. Bullar. d. c. 10. n.
125. & quod possessio posterior impetrantis dicatur
clandestina, vitiosa, & turbativa, & non manuteni-
bilis, probat text. in c. licet causam de probat. & scri-
bunt Bart. in L. si duo n. 4. ff. uti possidetis, Menoch.
de retin. remed. 3. n. 725. Post. post. tract. decis. 500.
n. 1. & decis. 402. n. 15. & 441. n. 4. & dec. 349. n. 8. 135
& observat. 71. Noguerol. alleg. 26. n. 391. Cancer.
respons. 1. n. 75. & seqq. ad finem lib. 1. Marescot. lib.
1. cap. 59. n. 3. Capyc. Latro, dec. 77. n. 22.

Ex quibus ortum habuisse censeo stylum judican-
di in nostro Senatu spolium committere impetrantem
Beneficia juris patronatus Regiæ Coronæ, etiam
post executionem Bullarum peractam, & immissio-
nem factam proviso in possessionem Beneficii, & ju-
stè: Si quidem juri patronatus Regio Summus Pon-
tifex numquam intendit præjudicare: neque dero-
gatio illius patronatus admittitur in Regno, neque
datur manutentio impetranti, etiamsi verè possideat:
ut diximus 2. p. c. 32. n. 61. Neque ei, qui habet
possessionem spoliativam, vel alio modo nullam, vel
est intrusus: ut d. c. 32. n. 67. Qua propter quando
agitur de possessione juris patronatus, ad Judicem
Regiæ Coronæ pertinet cognitio, ex Ordinat. lib. 2. 136
tit. 1. §. 7. Super quo facto fuit concordata: ut per
Cabed. de patron. Reg. Coron. c. 39. n. 10. & 14. Et
quod magis est usu receptum, & permissum tam in
Hispania, quàm in Regnis Franciæ, Angliæ, &
Hungariæ, quod de causis circa patronatum Regium
sive in proprietate, sive in possessione, cognoscant
Judices, Sæculares, & Regium Consilium: ut tes-
tantur Anfrer. ad Capell. Tolosan. decis. 165. n. 25.
vers. vigesima quinta fallit, Castal. & alii, cum quibus

Salgad.

Salgad. *de Reg. protect.* 3. *p. c.* 10. *n.* 190. *& seqq.*
Solorzan. 2. *tom. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 28. *& seqq.* Gardos.
verb. causa à n. 10. Salgad. *de retent. Bullar.* 1. *p.* 1.
137 *n.* 140. Et quamvis apud Nos de causis respicienti-
bus proprietatem juris patronatus Regii cognoscat
Auditor Capellani Majoris; tamen quando in judi-
cium deducitur spolium juris patronatus Regiæ Co-
ronæ, cognoscit sæcularis absque ulla hæsitatione:
ut per Cabed. *d. n.* 10. *&* 11. Et ita servat stylus. Et
insuper quæ dicta sunt circa jus patronatus Regiæ
Coronæ, etiam locum sibi vendicant in quocumque
patrono laico, in cujus præjudicium à Sede Aposto-
lica Beneficium fuit impetratum, qui si erat in pos-
sessione juris patronatus, & comparuit post peractam
executionem Bullarum, potest petere repositionem
possessionis, & revocatur immissio: ut latè agit Sal-
gad. *de retent. Bullar.* 1. *p. c.* 10. *à n.* 109. *& seqq.*
& optimè prosequitur Menoch. *de adipisc. remed.* 4.
n. 627. *& seqq.*

Præterea sciendum est jus patronatus Regium esse
138 de Regalibus, ut fundat Salgad. *de protect.* 3. *p. c.* 10.
n. 148. *&* 226. *& de retent. Bullar. c.* 1. *n.* 137. & in-
ter bona Coronæ computatur, *Ordinat. lib.* 2. *tit.* 35.
§. 6. Cabed. *de patron. Reg. Coron. c.* 4. *n.* 6. *& c.* 12.
n. 6. Atque ita si patronatus donetur à Rege, sem-
per regulatur, ut bona Regiæ Coronæ; dummodo
laico sit facta donatio, vel Episcopo, non tanquam
Episcopo, sed velut domino temporali alicujus ca-
139 stri, & donatio non sit absoluta in Ecclesiam. Quan-
do namque donatio Ecclesiæ absolutè, & simplici-
ter facta fuit, dubium non est jus patronatus effici
Ecclesiasticum, & primævam naturam amittere, as-
sumereque naturam donatarii, *capit. unic.* §. *verum
de jur. patron. in* 6. Et diximus supra *n.* 98. Si verò
laico, vel Episcopo jus patronatus sit concessum,
vel ad vitas, vel in feudum perpetuum cum castro,
vel villa, tunc cum directum dominium remaneat
140 penes Coronam, & regulatur ut bona Regiæ Coro-
næ, retinet suam primævam, & originalem natu-
ram, Cabed. *d. c.* 4. *n.* 6. Salgad. *de protect.* 3. *p. c.* 10.
n. 296. Proindeque si lis oriatur inter prælatum do-
natarium patronatus Coronæ, & Regis Procurato-
rem, debet lis ventilari coram Judicibus Regiæ Co-
ronæ, Cabed. *cap.* 5. *n.* 3. Et idem dicendum si in-
ter Donatarios lis mota fuerit super eodem patrona-
tu. *Ordinat. libro* 1. *titulo* 9. *in princ.* Et quidem jus
patronatus Regium magna cura, & solicitudine ser-
vandum est: ut tradit Bernatius *de patron. Reg. Ara-
gon. per totum*, Rebuff. *in L.* 40. *n.* 2. *C. de fund. rei*
141 *privat. lib.* 11. Rocch. *de patron. verb. onerosum n.* 1.
& 2. Gigas *de pension. p.* 1. *q.* 6. *&* 23. Oliban. *de jur.
fisc. c.* 23. *n.* 33. Cabed. *de patron. Reg. Coron. c.* 7. *n.*
3. *& cap.* 34. *n.* 3. Quos refert & sequitur Solorz. 2.
tom. lib. 3. *c.* 2. *n.* 34. Et ideo Rex Joannes Quartus
in diplomate, de quo supra *n.* 109. juris patronatus
curam Procuratori Regiæ Coronæ commendavit &
Philippus in alio transcripto à Pereir. *de man. Reg.
c.* 29. *n.* 11.

142 Diximus supra *n.* 29. jus patronatus gentilitium,
seu familiare, pertinere ad eos, qui sunt ejusdem
familiæ. Sed adverte tale jus patronatus non expi-
rare ad lineam fundatorum finitam, at eo in casu
pertinere ad hæredes ultimi de familia, quia sui na-
tura transitorium est etiam ad extraneos hæredes jux-
ta doctrinam *gloss. in c. considerandum* 16. *quæst.* 9.
Abb. *in cap.* 1. *de jur. patron.* Seraphin. *decis.* 364. *&*
378. Covarr. *lib.* 2. *var. cap.* 10. *n.* 6. Ludovic. Post.
post tract. de manuten. dec. 267. *n.* 7. Et quando jus
patronatus familiare intravit unam lineam, non fit
transitus ad aliam, nisi prima extincta, Gama *dec.*
93. *n.* 1. *& dec.* 354. *n.* 6. Molin. *de primog. lib.* 3. *c.*
6. *n.* 30. *& seqq.* Post alios Valenz. *cons.* 135. *n.* 66.
143 Si verò is, ad quem pertinet jus patronatus fami-
liare, ingrediatur monasterium capax bonorum, qui
se, suaque Deo dicavit, jus patronatus durante vita
Monachi in Monasterium transit: prout etiam quan-
do post professionem successit in majoratu, cui erat
annexum jus patronatus. Namque ita ut talis mona-
chus succedit in majoratu per ea, quæ diximus *tom.*
1. *p.* 1. *præl.* 2. §. 2. *n.* 142. ita & in monasterium tran-
sit jus patronatus, quia de jure patronatus, & anni-
versarii ad Hispanorum primogenia validum est ar-
gumentum; præcipuè si eadem militet ratio, Peralt.
in rubr. ff. de hæred. instit. n. 123. Anton. Gomez *in
L.* 49. *Tauri n.* 65. *in fin.* Molin. *lib.* 1. *c.* 9. *n.* 10. *&
lib.* 3. *c.* 7. *n.* 19. Covarr. *pract. c.* 38. *n.* 13. *vers. ego
verò*, latè, & optimè Valenz. *d. cons.* 135. *n.* 44.
& seqq.

Non est omittendum, quod cùm quasi possessio
præsentandi, & ultimus status Beneficii sit atten- 144
dendus, præsentatus à possessore præferendus est
præsentato à proprietario, Reynos. *observat.* 66. *n.*
4. Cabed. *de patron. Reg. Coron. c.* 34. *n.* 8. August.
Barbos. *in c. consultationibus n.* 3. *de jur. patron.* No-
guer. *alleg.* 28. *n.* 37. Marescot. *lib.* 1. *variar. c.* 55.
n. 12. Gutier. *pract. lib.* 5. *q.* 42. *n.* 9. *&* 10. Postius
de manuten. observat. 32. *n.* 8. Spino *de testam. gloss.*
4. *n.* 26. Quod adeo verum est, ut quamvis post in-
stitutionem jus patronatus à proprietario per senten-
tiam evincatur, non possit præsentatus à possessore,
& institutus amoveri per *text. in d. c. consultationi-
bus* Reynos. *d. observat.* 66. *n.* 14. Phæb. 2. *p. dec.*
213. *n.* 8. Cabed. *de patron. c.* 8. *à n.* 1. Salgad. *de
protect.* 3. *p. c.* 10. *n.* 179. *& seqq.* Marescot. *d. c.* 55.
n. 49. Gutierr. *d. quæst.* 42. *n.* 9. August. Barbos. *in
d. c. consultationibus n.* 1. *& de jur. Eccles. lib.* 3. *c.* 12.
n. 187. Gabr. Pereir. *de Man. Reg.* 2. *p. c.* 29. *n.* 15. dum
tamen verò patrono in futurum præservetur exerci-
tium præsentandi, Rota *recent. p.* 5. *dec.* 362. *n.* 2.
Post. *d. observ.* 32. *n* 7. *in fin.*

Verum proxima resolutio, & dispositio *text. in d.* 145
capit. consultationibus, limitatur ut non procedat in
patronatu Regiæ Coronæ. Si enim Procurator Re-
gius adversus institutum in Beneficio patronatus Re-
giæ Coronæ sine præsentatione Regis agat, & victor
existat, institutus removendus est, Cabed. *de patron.
Reg. Coron. cap.* 8. *n.* 2. sequitur Salgad. *de protect.*
3. *p. cap.* 10. *n* 182. Et ita in praxi servari tradit Gabr.
Pereir. *de Man. Reg. d. c.* 29. *n.* 15. Qui in Senatu ita
multoties judicatum dicit: ac reddit rationem, quo-
niam Rex proponitur spoliatus à jure præsentandi,
in quo consistunt fructus juris patronatus. Spoliatus
autem ante omnia restituendus est juxta vulgaria, &
quia instituens Rectorem Ecclesiæ Regii patronatus
absque Regis præsentatione est in mala, fide, qua
data, omnes fructus restituuntur. Et sic *text. in d.
c. consultationibus*, intelligendum esse in præsenta-
to, & instituto à bonæ fidei possessore: ut per In-
nocent. ibi *n.* 3. & Rocch. *verb. competens quæstion.*
22. *n.* 44. Gregor. Lopez *in L.* 9. *verb. tuum esset tit.*
15. *p.* 1. Menoch. *cons.* 80. *n.* 116. Barbos. *in d. c. con-
sultationibus n.* 8. Quare sive ob malam fidem, sive
ob violentiam à Prælato commissam, Rex restituen-
dus est ad veterem quasi possessionem.

Ultra quod juxta *text. in d. c. consultationibus*. ut 146
præsentatus à possessore removeri nequeat evicto jure
patronatus, requiritur quod præsentans esset in
quasi possessione: ut tenent ibi *gloss. verb. credeba-
tur.* & August. Barbos. *in collect.* is verò, qui deti-
nebat jus patronatus Regium, illud possidere nequi-
bat, cum possessio non detur contra Principem in bo-
nis Regiæ Coronæ, *Ordinat. lib.* 2. *tit.* 45. §. 10. *n.* 54.
Proindeque si Regius Procurator sententiam obti-
nuit in causa spolii, ut tentata contra Prælatum
conferentem, seu institutum, provisus removen-
dus est.

An

An autem Regins Procurator contra provisum ab
147Ordinario in Beneficio Regii patronatus agere possit
interdicto, unde vi adversus institutum absque Re-
gis præsentatione coram Judicibus Regiæ Coronæ?
Disputat optimè Gabr. Pereir. *de Man. Reg. c.* 29. *à*
n.6. cum seqq. Qui resolvit in praxi receptum, quod
Regius Procurator potest convenire institutos in Be-
neficiis patronatus sine Regis præsentatione interdic-
to unde vi, etiam ultra annum, & Coronam in his
terminis esse restituendum; dum tamen probetur
aliquando fuisse in quasi possessione præsentandi,
adeoque praxim hanc invaluisse, ut legis potestatem,
& virtutem acciperet ex diplomate Regio, quod
transcripsit n. 11. simile alteri Regis Juannis Quar-
ti, de quo supra *n.*104. Et ita judicatum tradit Ca-
bed. *de jur. patron. arest.* 1. *& seqq.* & ipse Pereira
ubi supra n. 15. Qui n. 16. praxim extendit ad pen-
siones impositas à Summo Pontifice super Beneficiis
Regii patronatus: & ita in Senatu judicatum testa-
tur in pluribus causis.

Et quidem prædicta praxis etiam procedit in illis,
148qui à Summo Pontifice impetrarunt Beneficia Regii
patronatus, & fuerunt instituti, & immissi in posses-
sionem ab executore litterarum, isti namque etiam
interdicto unde vi conveniuntur coram Judicibus
Regiæ Coronæ, & violentiam admisisse declarari
solent: ut constat ex sententiis, de quibus supra *n.*
109. & Regum rescriptis, de quibus ibi, *& num.*
præced. Quæ resolutio comprobatur ex his, quæ
Lambertin. *de jur. patron. lib.*3. *q.* 7. *in princip. art.*
7.*n.*6. Ubi tradit provisionem Apostolicam non im-
pedire jus patronatus, nec quasi possessionem illius
etiam illi derogando: latè Felin. *in tract. quando*
litter. Apost. Decius *cons* 126. *sub n.*4. *vers. & sic di-*
cta collatio, Marescot. *d. lib.*1. *cap.*55. *n.*35. Et sic
in Beneficiis Regii patronatus non attenditur status
ultimus Beneficii, prout attendi non debet, quando
149constat de violentia, & mala fide possidentis, Rota
in novis decis. 7. *de jure patron.* Ubi dicitur colla-
tionem, sive præsentationem factam per possessorem
violentum, de cujus violentia, & mala fide constat,
non valere; cum malæ fidei possessor non faciat fru-
ctus suos, Marescot. *d. cap.*55. *n.*53. *&* 54. Fragos.
de Regim. Reip. 2. *tomo p.* 2. *lib.* 9. *disput.* 20. §. 7.
num. 23.

150 Advertendum tamen est, quod etiam pendente
lite super jure patronatus, admittenda est præsen-
tatio illius, qui est in quasi possessione præsentandi,
quando lis vertitur super proprietate, Frideric. de
Senis *cons.* 234. *col.* 2. *circa med. vers. sed in casu*
proposito, Aymon *cons.* 322. *sub n.* 5. Marescot. *d.*
*cap.*55. *n.*41. *&* 42. Salgad. *d.c.*10. *n.*179. Spino *de*
*testam.gloss.*4. *n.*26. Namque pendente lite possessor
manutenendus est in sua possessione, & commodo il-
lius, Plotus *de in litt. jurand.* §.3. *sub n.* 34. Thusc.
*litter. L. conclus.*318. *n.*18. *& litt. M. concl.*79. *n.*1.
151Menoch. *de adipisc. remed.* 6. *n.* 32. Pacific. *de Sal-*
vian. interd. inspect. 3. *c.*2. *n.*436. Censius *de censib.*
decis. 242. n. 3. Postius *de manuten. observ.* 2. *n.* 9.
*& seqq. & observ.*8. *n.*96. Salgad. *in labyrinth. credi-*
*tor.*1.*p.cap.*11.*n.*30. *& seqq.* Giurb. *de success. feudor.*
§.1 *gloss.*16.*n.*14. August Barbos. *voto* 21. Michael.
Angel. Gizy ad Capyc. Latro *observ.* 77. *n.* 8. Va-
lenz. *consult.* 188. *n.* 27. Limitanda tamen est hæc
conclusio, ut non procedat, quando tempore præ-
sentationis alius docuerit de proprietate, Lambertin.
152*lib.*2. *p.*1. *q.* 3. *art.*6. n.4. *vers. tertius est casus*, Ferret.
*cons.*210. *n.*7. in *fin. vers. primo non obstat*, Marescot.
*d. cap.*55. *n.*63. *&* 64. Nognerol. *allegat.* 28. *n.*77.
Salgad. *de protect.*3.*p.c.*10.*n.*160. quando enim con-
stat de defectu proprietatis possessoris, tunc pro-
prietas absorbet possessionem, *c. dilectus d. caus.*
possess. & propriet. & non habetur respectus ad posses-
sionem, sed ad proprietatem, Abb. *in d. c. consulta-*
*tionibus n.*9. *vers. quod ego intelligerem* Rocch. *verb.*
*competens quæst.*19. *sub. n.*45. Decius *cons.*126. *n.* 5.
in fin. Salgad. *de protect. c.*10.n.160. Post. *observat.*
32.*n.*8. Ubi quod de proprietate debet constare per
confessionem partis, vel rem judicatam, aut publi-
cum instrumentum clarum fundationis. At verò si
lis pendeat inter patronum, & Episcopum conten-153
dentem Beneficium esse liberæ collationis, & ipse
aliquem instituerit in Beneficio; evicto postea jure
patronatus per sententiam, institutus ab Episcopo
removendus est, Cabed. *de patron. Reg. Coron. c.*8.
n. 3. Salgad. *d.c.*10.*n.*181. Et in his terminis limita-
tur. *text. in d. cap. consultationibus.* Cujus disposi-
tionem limitabis etiam ut non procedat, quando lis
vertitur super possessorio, is enim, qui obtinet præ-
ferendus, & restituendus est, & provisus amoveri
debet, Cabed. *d. c.*8. *n.*8. Perez de Lara *de Capel-*
lan. lib. 2. *cap.* 9. *sub num.* 41. Salgad. *d. cap.*10. *n.*
183. *&* 184.

Attamen pendente lite inter duos super jure pa-
tronatus non potest patronus, præsentare *c.*2. *ut lite*154
*pend. lib.*6. Calderin. *cons.* 1. *ut lite pendente*, Paris.
cons 47. n.13. *vol.*4. & est communis opinio est Rocch.
*de jure patron. verb. honorificum n.*53. *q.*13. Lancelot.
*de attent.*2.*p.c.*4. *à n.*522. *usque ad fin.* Salgad. *d.*3.
*p. c.*9.*n.*165. Pront etiam pendente lite super Bene-
ficio Episcopus non potest illud conferre, etiamsi
unus ex collitigantibus cedat, vel decedat, donec
cum superstite lis finiatur *d. c.* 2. *ut lite non constet*
in 6. *Clement.* 1. *eod. tit.* Lancelot. *de attent.* 1. *p.*
*c.*3. *ex n.*97. Ubi ampliat, & limitat Salgad. 3. *p. c.*
9. *n.*162. optimè Marescot. *lib.*1. *c.* 84. n. 6. *& seqq.*
& n. 8. Quod idem dicendum, quando lis est inter
ipsos præsentatos intra terminum, qui certant de
præsentationibus, & quæ, qualisve sit attendenda,
Marescot. *d. cap.*84. *n.* 10. August. Barbos. *in capite*
eam te 22. *de jure patron. n.*3. *&* 5. Farin. *dec.*306.
n. 2. *p. recentior.*

Episcopus autem tenetur instituere præsentatum
à patrono, Fragos. *de reg. Reip. tom.* 2. *p.* 2. *lib.* 9.155
*disp.*20. §.7. *n.*12. Ubi quod à jure non est præfini-
tum tempus ad instituendum, sed potest à superiore
terminus assignari, Salgad. *d.* 3.*p.c.*10. n.208. Qui
tamen asserit ad institutionem in Beneficiis curatis
præfixum esse terminum duorum mensium à motu
proprio Pii Quinti *incipit in conferendis:* Cujus ver-
ba transcribit n. 209. Differente verò Episcopo col-
lationem ultra duos menses potest præsentatus à pa-
trono pro obtinenda hujusmodi institutione recur-
sum habere ad Metropolitanum, vel Ordinarium vi-156
ciniorem, aut ad Sedem Apostolicam, Spino *de tes-*
*tam. gloss.*4. *n.*95. In quo etiam consentit Fragos. *d.*
*n.*12. Si verò Beneficium sit simplex, & Episcopus
distulerit præsentatum instituere, poterit retrorsum
habere ad Metropolitanum, aut Nuntium, qui tem-
pus præfigat, intra quod id faciat, quo elapso ipse
supplebit, vel compellendo, vel instituendo, Paul.
de Citadin. *de jur. patron.* 6. *p. articul.*3. *n.*103. Au-
gust. Barbos. *in capit. pastoralis* 29. *de jur. patron.*
*n.*4. & post alios Salgad. *d. cap.* 10. *n.* 211. *&* 212.
Ubi *n.*213. tradit, quod potest appellare ad superio-
rem: *& n.*214. *cum seqq.* declarat prædictam doctri-
nam procedere, quando Ordinarius sine justa cau-
sa distulit institutionem secus autem si justa existit
causa.

Item patronatus laicus intra quadrimestre post157
primam præsentationem variare potest, *text. cum*
autem 24. *capit. pastoralis* 29. *de jur. patron.* Spino
de testament. gloss. 4. à n. 73. *cum seqq.* Rocch. *de*
*verb. honorificum quæst.*9. *& seqq.* Lambertin. *p.*1. *lib.*
2. *quæst.*7. *articul.*22. Nicol. Garcia *de Benefic.* 5. *p.*
cap. 9. *n.*211. *& seqq.* Vivian. *in prax. jur. patronat.*

p. 2.

p.2. lib. 10. c.1. plures citat August. Barbos. p. 3.
allegat. 71. n.151. & in capit. cum autem n.2. de jur.
patronat. Cevall. commun. contra commun. quæst. 265.
& 605. Valenz. consultat. 23. n. 90. & 98. Fragos.
de regim. Reip. tom. 2. lib. 9. disp. 20. §. 7. nu. 15.
Quod intellige, ut possit semel tantum variare, &
quidem cumulativè, non privativè, Franc. Marc.
decis. 478. post num. 6. p. 1. Tiraq. in L. bove
§. hoc sermone in regul. num. 23. ff. de verbor. signific.
Nicol. Garcia d. capit. 9. num. 215. Caldas Pereir.
de potest. allegand. c. 3. n. 10. August. Barbos.
in d. capit. cum autem n.2. & de potest. Episcop. allegat.
72. n. 159. p. 3. ita ut si in secunda præsentatione
158 nihil dictum sit de variatione, aut cumulatione,
præsumatur facta cumulativè secunda præsentatio,
Lambertin. de jur. patronat. p. 1. lib.
2. quæst. 7. articul. 22. Gutierr. de juram. confirmat.
p.3. c.13. num.5. August. Barbos. d. num. 2. in
fin. Et in hoc casu potest Episcopus, quem velit,
instituere, quis gratificationi locus est, Rocch. d.
verb. honorificum quæst. 15. n. 4. Cavalcan. decis. 32.
num. 6. p.5. Marc. Antonin. lib. 1. variar. resolut. 104.
num. 2. in fin. Caldas Pereir. de renovat. quæst. 17.
num. 33. cum seqq. & quæst. 18. num. 27. August.
Barbos. de potest. Episcop. p.3. allegat. 52. num. 199.
& in d. capit cum autem num. 8. Spino de testament.
gloss. 4. num. 79. Intellige tamen, ut in hoc casu inter
præsentatos debeat fieri examen per concursum:
ut declaravit Sacra Congregatio Concilii super cap.
18. sess. 24. de reformat. Famin. de resignat. libr.
6. quæstion. 5. num. 22. Marescot. libr. 1. variar.
c. 52. num. 11. Salgad. de protest. 3. p. c. 10.
num. 123.

Eodem modo si plures à patronis fuerint præsentati,
qui habent equales voces, locus erit gratifi-
159 cationi Episcopi: secus si unus habet plures voces
patronorum; quia solus instituendus est, cap. 3. de
jur. patron. Covarr. in regul. peccatum 2. p. §.7. n.4.
Gutierr. Canonic. lib.2. quæst. 11. n. 20. Lambertin.
1. p. lib.2. quæst. 10. art. 3. n. 17. & 3. p. lib.2. quæst. 4.
art. 1. & post alios Salgad. d. 3. p. c.9. n. 124. August.
Barbos. de jur. Eccles. lib. 3. c.12. n.171. idem
160 in d. c.3. de jur. patronat. n.4. & in c. cum autem n.3.
& in c. jure communi 56. n.7. de regul. jur. in 6. Cresp.
de Valdaura 6. observat. 112. n.13. Quod si duo fuerint
patroni, masculus scilicet, & fæmina, & discordes
sint in præsentando: præferri debet vox masculi,
tanquam dignioris, & præsentatus à masculo,
præferendus est præsentato à fæmina juxta doctrinam,
Bald. in L.1. notab. ultim. ff. de Senat. quem sequuntur
Crotus in tract. de test. chart. 3. n.58. Hyppolit.
de Masil. singul. 611. n.6. Felin. in cap. quoniam
n.5. de testib. Zerol. in prax. Episcop. verb. jus patronatus
vers. vigesimum quintum. Lambertin. de jur.
patron. lib.2. p.3. quæst. 5. princ. art. 19. Salazar. de
usu, & consuet. cap.12. n.26. Lara de Capellen. lib.
2. c.3. n. 25. Avilez in c. Prætorum verb. y Reyna nu.
4. post alios Valenz. cons. 139. n. 13. & 14. Quam
161 opinionem communionem, & veriorem dicit nu. 23.
Quo casu Episcopus præsentatum à masculo instituere
debet nullo dato gratificationi loco quæ non datur,
nisi data paritate terminorum, & jurium præsentatorum.
c. quod autem ubi Abbas. & alii de jur. patron.
Rocch. d. verb. honorificum. quæst. 15. n.41. Valenz
d. cons. 139. n.24. & 25. Ubi plures refert. Et
hæc doctrina intelligenda est, quando in institutione
patronatus vox fæminæ prælata non est voci masculi:
ut per Valenz, ubi supra n.13. in fin.

Si autem jus patronatus fuerit Ecclesiasticum pa-
162 tronus semel præsentare potest: non enim illi permittitur
variatio, Spino d. gloss. 4. n.78. Valenz. 2. cons.
23. n.89. & plures alii relati ab August. Barbos. in d.
c. cum autem n.2. de jur. patron. Sed quamvis patro-
nus laicus possit variare tamen pendente lite inter
præsentatos post mortem unius variare non poterit,
nec alium præsentare, Covarr. pract. c.26. n.7. vers.
tertio quandoque. Lancelot., de attent. cap. 4. in præfat.
à n. 560. & 659. Nicol. Garcia d. c.9. n.217. post
plures August. Barbos. in d. capite cum autem n.
3. Noguer allegat. 28. n.76. quia superstiti jus ex præsentatione
fuit quæsitum.

Jus autem patronatus laicale præsumitur; ex quo 163
laici illud possident, Postius de manuten. observ. 32.
n.8. Et dicitur sufficienter probatum per notorietatem,
quæ rei judicatæ, vel parti confessioni æquipollet;
ubi contra eam nihil potest opponi, idem Postius
de observ. 32. n.7. Etiam ex sententia excedente
metam centum annorum Lambertin. de jur. patron.
lib. 1. p. 2. quæst. 11. art. 9. Ferrer. cons. 135. n. 1.
lib. 1. Calvacan. decis. 11. n. 23. p. 2. Hyeronym.
Gabr. cons. 146. n. 1. & cons. 198. num. 4. lib. 2. Ludovic.
Postius post decis. 172. n. 1. & per præsentationes
continuas, & effectuatas Rota recent dec. 211.
n. 1. & dec. 224. n.7. & 8. p.1. Postius ubi proximè n.
2. Concil. Tridentin. sess. 25. c.9. ubi August. Barbos.
n.3. & seqq. apud quem invenies modos, quibus jus
patronatus dicitur probatum, Post. post tract. decis.
172. 238. & 267. & observat. 32. idem August. Barb.
de potest. Episcop. 3. p. alleg. 72. à n. 21. cum seqq.
Observa tamen quod si lis vertitur inter compatronos
leviores sufficiunt probationes, Cassador, decis. 2. n.
5. de probat. August. Barbos. ad Concil. Trident. d.
c.9. n.19. Gonçal. ad reg. 8. Cancellar. gloss. 18. n. 164
59. Garcia de Benefic. p. 5. c. 9. n. 68. Post. decis.
172. num. 3. Quando verò non agitur inter patronos,
sed de libertate Ecclesiæ non sufficit quasi possessio
præsentandi, sed est necessaria plena probatio
nisi agatur de patronatu Regio Cavaler. dec. 609.
n.5. Vivian in praxi juris patron. libro 5. c. 2. num.
36. Post. d. observat. 82. n.26. quia dispositio Concilii
d. cap 9. non comprehendit patronatum Regium
Salgad. de protect. 3. c.10. n. 96. Solorzan. tom. 2. 165
lib. 3. c. 3. n. 11. Attamen qui semel docuit de jure
patronatus secundùm formam Concilii non est repellendus
à sua quasi possessione, ut declaravit Sacra
Congregatio Concilii, de qua Post. decis. 238.
num. 23.

Cæterum patronus se ipsum præsentare nequit c. 166
per nostras, ubi gloss. verb. præsentare de jure patron.
Spino de testam. gloss. 4. n.80. Tiraq. de primog. quæst.
33. n. 1. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 21. quæst.
1. & 2. Flamin. de resignat. lib. 9. quæst. 17. nu. 22.
August. Barbos. d. alleg. 72. n.85. & de jure Eccles.
lib. 3. c. 12. n.193. Mar. Antonin. lib. 1. var. resolut.
51. n.1. Vivian. p.1. lib.6. c.8. Valer. Reginald. in
pravi fori panit. l.30. tract. 3. n.22. Fragos. de Reg.
Reip. tom. 2. l.9. disp. 20. §.7. n.14. ex ea ratione, quia
inter præsentantem & præsentatum, & inter eligentem
& electum debet dari differentia, ut per supra
dictos: Neque procurator patroni illum præsentare
valet Ciarlin. controv. forens. lib. 1. c.69. n. 11. & 12.
August. Barbos. d. alleg. 72. n.87. & d. c.12. Fragos.
d. §. 7. n. 14. vers. at hæc gloss. Vivian. d. c. 8. n. 9.
Lambertin. de jure patron. lib. 2. p. 1. quæst. 8. art.
9. & 10. Immo neque procurator constitutus ad præsentandum
se ipsum præsentare valet; Gonçal. ad 167
reg. 8. Cancell. gloss. 2. n. 17. August. Barb. d. alleg.
72. n.88. & d. c.12. n.195. neque substitutus à procuratore
principalem substituentem potest præsentare,
ut cum Lambertin. & Vivian. locis citatis tradit Barb.
proximè n. 89.

Si autem plures sint patroni possunt ex se ipsis 168
unum præsentare gloss. fin. in c. consuluit 15. de jure
patronat. Azor. d. c.21. quæst.3. Mar. Anton. de resolut.
52. n. 5. Mivian. d. lib.6. c. 8. n.7. ubi num. 8.
ait non posse Clericum simul cum compatrono se
ipsum

ipsum præsentare, sed præsentationi intra præfixum
tempus à solia compatronis factæ consentire, & idem
tradit Mar. Antonin. *de resolut.* 51. *nu.* 5. August.
Barbos. *de jure Eccles. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 196. *& de al-
leg.* 82. *n.* 91. *&* 92. Fragos. *d.* §. 7. *nu.* 14. Castro
Palao *in opere moral. tract.* 13. *disp.* 2. *punct.* 7. *n.* 3.
169 At verò si Clericus patronus à se præsentandi jus
abdicavit; Episcopus motu proprio vocet Clericum
patronum, & eum instituat in Beneficio sui patrona-
tus, valebit collatio quia non habet originem à dicto
patrono *gloss. in c. ad nostram verb. dantem de jur,
patron.* Abb. *in c. per nostras n.* 3. *eod. tit.* Vivian. *d. c.*
8. *n.* 8. Ciarlin. *d. c.* 60. *n.* 16. August. Barb. *d. alleg.*
72. *nu.* 90. Fragos. *d. disput.* 90. §. 7. *n.* 14. *vers. at
hæc glossa.*

Benè tamen poterit pater præsentare filium aut
nepotem, vel alios consanguineos *gloss. verb. filii*
170 *in c. quia Clerici, similis gloss. verb. propria authori-
tate in capite consuluit de jur. patron.* Paul. de Cita-
din. *de jur. patronat. p.* 6. *n.* 3. Tiraq. *de primogen. quæst.*
33. *n.* 1. Spino *de testam. glost.* 4. *n.* 80. Flamin. *de resi-
gnat. Benefic. lib.* 9. *quæst.* 17. *n.* 122. Vivian. *d. lib.* 6. *c.*
8. *n.* 11. *&* 12. August. Barbos. *de alleg.* 72. *n.* 93. *&
de jur. Eccles. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 179. & melius *in d. c. con-
suluit, n.* 3.

Deinde donatarius juris patronatus non potest præ-
sentare donatorem, quando donatio facta fuit pro
171 illa vice; secùs si facta fuit in perpetuum cum Ordi-
narii consensu, Rocch. *de jure patron. verb. ipse, vel
is, quæstione* 20. *n.* 37. Carlin. *d. cap.* 69. *n.* 19. Vi-
vian *d. cap.* 8. *numer.* 10. *&* August. Barbos. *d. al-
leg.* 72. *num.* 95. Ubi *num.* 79. *& seqq.* invenies eos:
qui propter incapacitatem, vel indignitatem præ-
sentari nequeunt. Item observa patronos non ha-
bere jus præsentandi in actu, nisi à tempore vaca-
tionis Beneficii; quamvis in habitu illud habeant,
Cassador. *in tit. de jur. patron. quæst.* 5. Dueñas *re-
gul.* 279. August. Barbos. *d. alleg.* 72. *num.* 5. *&* 6.
172 Proindeque præsentatio facta à patrono vivente ad-
huc Beneficiario nulla est *c. cum dilecta ultim.
de concess. prabend.* Adeo ut mortuo Beneficiario
non convalescat præsentatio quia cum lex à principio
resistat, causa superveniens nulliter gesta non con-
firmat, Caldas Pereir. *de potestat. eligend. c.* 10.
n. 12. Agust. Barbos. *num.* 6. Fragos. *d. disp.* 20. §.
7. *n.* 13. Qui hanc sententiam confirmat, ex eo
quod collatio Beneficii facta laico non convalescit
per supervenientem Ordinem Clericam; Selva *de
Benefic. p.* 3. *quæst.* 6. Neque valet promissio facta
per patronum de Beneficio vacaturo. August. Barbos.
d. allegat. 72. *n.* 6. Caldas *d. capite* 10. *n.* 1. Quod
adeo verum est, ut constitutio procuratoris facta ad
præsentandum tempore quo beneficium non erat va-
173 cans, si postea per obitum possessoris vacatio con-
tigerit, non confirmetur, Cassidor. *de jur. patron. d.
quæstione* 5 Fragos. *d. n.* 13. Quando autem Benefi-
cium vacare dicatur consule Aug. Barb. *d. alleg.* 72. *à
n.* 7. *cum seqq.*

Prætcrea observa, quod jus patronatus non ve-
nit in donatione generali facta à Rege alicujus op-
pidi, villæ, aut castri cum omni jurisdictione, mero,
& mixto imperio; & juribus Regalibus, quæ ibi ad
Regem pertinebant; si enim specificè non fiat men-
tio juris patronatus, donatum non censetur: ut pro-
bat *Ord. lib.* 2. *tit.* 35. §. 24. Cabed. *de patron. Reg. Co-*
174 *ron. c.* 3. *n.* 3. *&* 2. *p. decis.* 27. *n.* 10. Bened. Ægid. *in
L.* 1. *C. de sacros. Eccles* 5. *p.* §. 2. *num.* 18. *vers.
tertia conclusio.* Emmam. Barbos. *ad ordinat. d.* §. 24.
Fragos. *d. disp.* 20. §. 7. *n.* 19. Quamvis de jure com-
muni jus patronatus annexum castro vel oppido tran-
seat cum universitate bonorum: ut alibi diximus
n..., Et quidem donatarii patronatuum ad Regiam
Coronam pertinentium usufructuarii censentur, &
tanquam tales præsentant Rectores ad Ecclesias, Ca-
bed. *d. patron. c.* 4. *n.* 5. Et licet illi patronatus
donentur, à Rege tamen semper regulantur, tan- 175
quam bona Regiæ Coronæ, & retinent primævam
naturam, Cabed. *d. capite* 4. *num.* 6. exornat Sal-
gad. *de protection.* 3. *p. cap.* 10. *n.* 296. Ubi quod
penes Coronam remanet directum dominium, *& nu.*
297. tradit originem esse attendendam, Cabed. *d.
num.* 6. Præsides autem provinciarum proximam de-
bent habere curam, ut mortuis Rectoribus Eccle-
siarum juris patronatus Regii statim possessionem
apprebendant nomine Regia pro conservatione juris 176
Regiæ Coronæ: ut advertit Cabed. *de patronat. Reg.
Coron. c.* 6. *n.* 10. *& capite* 10. *n.* 10. Prout invigilare
debent circa bona regiæ Coronæ suæ provinciæ, ut
mortuo possessore illorum possessionem occupet no-
mine Regis.

Prætcrea Ecclesia à laico constructa, non tamen 177
ab eo dotata, non potest alius invito constructore
eam dotare, ut jus patronatus acquirat: Siquidem
ad constructorem spectat jus patronatus, & obligatio
eam dotandi; ut per Abbat. *in capite quoniam de
jur. patron.* sequitur Rocchus *de jur. patron. verb. &
construxit quæstion.* 3. *&* 4. Fontan. *eodem tractatu
libro* 4. *quæstione* 11. *num* 1. *& quæstione* 12. *num.*
1. *& seqq.* Immo si Ecclesia constructa fuerit dota- 178
ta, & aliquis majorem dotem offerat, ut jus patro-
natus acquirat audiri non debet in præjudicium patro-
ni, Rocch. *de jure patron. verb. in Ecclesia quæstione*
4. Aloys Riccius 1. *p. decis.* 13. Fontan. *d. lib.* 5. *quæs-
tione* 12. *n.* 5. Qui ampliat, ut nec per Episcopum jus
patronatus possit concedi in præjudicium patroni; ut
ibidem n. 6.

Quod limitandum videtur in summo Pontifice, 179
qui de plenitudine potestatis potest Ecclesiis servitu-
tem imponere, *c. per principalem, & c. cuncta per
mundum n.* 9. *quæstion.* 3. Ideoque cum in Beneficiis
habeat plenariam potestatem. Annan. *cons.* 81. *in fin.*
Roman. *cons.* 21. *volum.* 4. bene potest ex certa scien-
tia convedere aliis jus patronatus in præjudicium pa-
troni, Joann. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de le-
gib.* §. *nunc ostendendum* 1. *p.* Decius *cons.* 498. *n.* 15.
Fontan. *d. quæstione* 12. *n.* 7.

Similiter jus patronatus non acquiritur ei, qui re- 180
fecit Ecclesiam, aut ædificium, ne corruat, suppo-
nens trabes, vel alia instrumenta Bald. *cons.* 285. *lib.*
6. Menoch. *de arbitrar. casu* 388. Hyeronym. Ma-
gon. *decis. Lucens.* 33. Abb. *cons.* 96. *libro* 1. Fon-
tan. *libro* 5. *quæstion.* 13. *n.* 1. *& quæstion.* 16. *n.* 1.
Aliud enim est reficere, aliud de novo facere, L. 3. 181
§. *enim vero, &* §. *reficere ff. de itiner. actuque privat.
capite consuluit de Judæis gloss. in Clement.* 1. *de res-
cript.* & facit *text. in L.* 1. §. *siquis ædificium ff. de
nov. oper. nuntiat.* Fontan. *d. libro.* 5. *quæstione* 13.
n. 2. Stephan. Gratian, *discept. forens. capite* 84. *nu.*
9. Ideoque reficiens, vel repetens Ecclesiam non
appellatur patronus, sed benefactor, Innocent. *in
capite* 2. *de nov. oper. nuntiat.* Afflict. *decisione*
392. & ibi Vursill. Fontan. *d. libro* 5. *quæstione* 13. 182
num. 1.

CAPUT XXIX.

De bonis quæ ab indignis auferuntur.

Ad Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 9.

SUMMARIUM.

1 *Bona quæ auferuntur ab indignis ad Regalia jura
pertinent, & etiam dicuntur ereptitia.*

2 *Quoad*

2 *Quoad successiones dantur capaces, & incapaces, atque indigni; capaces sunt qui inspecta sua qualitate possunt ex meliori causa acquirere, & acquisita retinere.*

3 *Incapaces simpliciter sunt qui non possunt acquirere ex defunctorum causis, non propter aliquod sui demeritum, sed ob aliam causam extrinsecam, quæ illos inhabiles reddit successionum.*

4 *Fratres minores sunt omnino incapaces successionis hæreditariæ, & captivi.*

5 *Alii sunt incapaces ex proprio, vel alieno delicto, qui nullo modo capere possunt, & latè sumpto vocabulo, dicuntur indigni, ut sunt naturales spurii, & alii.*

6 *Indigni attenta sui qualitate possunt capere ex defunctorum causis; sed propter aliquod demeritum: sive offensam commissam in eum de cujus bonis agitur, vel in legem, non possunt retinere relicta quorum à lege declarantur indigni, & à fisco ab eis auferuntur.*

7 *Indigni differunt ab incapacibus, quia indignus succedit, & acquirit, sed quia non potest retinere dicitur occupare, & non capere.*

8 *Incapax repellitur ipso jure ita ut neque acquirere, neque retinere possit.*

9 *Incapax non habet testamenti factionem passivam & habetur pro mortuo.*

10 *Incapax non constituit gradum neque obstat sequentibus in gradu.*

11 *Relictum incapaci, & institutio de eo facta habetur non scripta.*

Existentia incapacis non facit deficere conditionem si sine liberis, & ea non obstante substitutus admittitur Ib.

12 *Legatum relictum incapaci remanet apud hæredem.*

13 *Hæreditas delata indigno applicatur fisco qui excludit sequentes in gradu, & substitutum.*

Indignus melioris conditionis est quàm incapax, capit enim bona defuncti, incapax non capit. Ib.

14 *Indignus potest retinere bona relicta, donec fiscus, vel agendo auferat, vel excipiendo eum repellat, ita ut si fiscus nolit auferre, bona apud eum maneant in perpetuum.*

15 *De indignitate nemo agere, neque excipere potest nisi fiscus.*

16 *De jure tertii nemo opponere potest, neque jus tertii allegare.*

1 JUxta ordinem præscriptum ab *Ordinat. lib. 2. tit. 26.* in hoc capite agere cogimur de bonis, quæ, ab indignis auferuntur de quibus *Ordinat. in §. 1*[illegible] Secundum quam ad Regalia jura pertinent bona, quæ auferuntur ab indignis. Quod idem fatetur Frideric. *in c. unic. titulo quæ sunt Regalia in usib. feud.* Et jam olim Imperatori, & ejus fisco vindicabantur juxta *text. in L. papinianus §. meminisse ff. de inoffic. testam. K. cum mortem L.* [illegible]*cto cum L. seqq. ff. de jur. fisc. L. Claudius ff. de iis quæ ab indigno L. hæreditas Cod. eodem.* Et ita tenuerunt Feudistæ *in d. cap. unic.* Cabed. *2. p. decis. 58. n. 1.* Horat Montan. *de Regalib. verb. bona quæ ut ab indignis n. 1.* Camill. Borrell. *de præst. Reg. Catholic. c. 15. n. 1.* Sixtin. *de Regal. c. 10. in princip. &* Ripol. *eod. tract. cap. 17. n. 1.* Quæ bona etiam dicuntur ereptitia ab Ulpian. *in fragment. titulo 19.* & à Paul. *in L. cum tacitum 49. in fin. ff. de jur. fisc.* Notant. Sixtin. *d. cap. 10. n. 2.* Henning. Arnis. *de jurib. Majest. lib. 3. cap. 6. n. 1. in fin.* Ubi bené explicat, in quo ereptitium differat à caduco ex Anton. Contio *lib. 1. disp. 12.*

2 Verùm ut melius quæ de indignis notari solent, percipiantur, sciendum est quoad successiones dari capaces, & incapaces, atque indignos. Capaces sunt, qui inspecta sui qualitate & habilitate possunt ex morientium causis acquirere, & acquisita retinere docet Decius *in L. non videtur 51. de reg. juris.* Et hi sunt omnes, cum quibus est testamenti factio *L. filius familias 16. ff. de testam. §. testamenti Instit. de hæred. qualit. & diff. §. legari Instit. de legat.* Unde cum possint acquirere; & retinere, si possessionem relictorum capiunt, ea ad suos hæredes transferre valent: Si autem omiserint acquirere relicta: vel ad substitutum, aut hæredem gravatum, vel ad venientes ab intestato pertinebunt non ad fiscum: ut optimè tradit Joann. Anton. Bellon. *de jur. accrescend. 2. p. c. 7. quæst. 48. n. 2. & 3.*

3 Incapaces verò simpliciter sunt, qui non possunt acquirere ex defunctorum causis non propter aliquod sui demeritum quod illos indignos reddat emolumentis, quæ ex testamento, vel ab intestato deferuntur, sed ob aliam causam extrinsecam, quæ eos inhabiles reddit successionum, quia cum illis non est testamenti factio, L. 1. *C. de hæred. instit. L. si alien. 49. §. 1. ff. eod. §. in extraneis Instit. de hæred.* [illegible] *d. §. Legari Instit. de legatis,* Peregrin. *de fid.* [illegible] *art. 22. n. 1.* Cyriac. *controv. 305. n. 22.* Cy[illegible] Latro *2. gloss. consult. 131. n. 25.* Giurb. *de success. f*[illegible]
4 *6. n. 69.* In quorum numero sunt Fratres Minores Divi Francisci. Namque Fratres [illegible] omnino sunt incapaces successionis hæred[illegible]iæ; sive ex testamento sive ab intestato abs[illegible] eorum demerito: ut dicemus infra *cap. seqq. n.* [illegible] *2.* & ultra ibi citandos Bellon. *d. cap. 7. qu*[illegible] *2. n. 2. & seqq.* Et captivi, qui pendente cap[illegible]tate etiam censentur incapaces successionum. [illegible] Peregrin. *de jure fisc. lib. 3. tit. 3. n. 6.* Bellon. *d. quæ*[illegible] *2.* unde cum hi ob proprium delictum, vel cul[illegible]m minus digni non efficiantur, fisco locum non f[illegible]unt, sed ad eos pertinet, qui capaces sunt acquir[illegible]di.

5 Alii verò sunt incapaces ex proprio, vel alieno delicto seu culpâ, qui nullo modo capere possunt, & improprié latè sumpto vocabulo dicuntur indigni: ut sunt naturales: spurii, servi pœnæ deportati, & alii, qui lege juris communis vel municipalis prohibentur acquirere, & veré, ac proprié sunt incapaces, cum impediantur acquirere, ut per Bald. *in L. hæreditas 4. n. 3. & 6. C. de his quib. ut indign.* eleganter Bellon. *d. c. 7. quæst. 48. n. 5. 6. 7. & 8.* Peregrin. *cons. 92. n. 6. vol. 1.*

6 Per contrarium verò indigni capaces sunt, & attenta sui qualitate, & habilitate possunt capere ex defunctorum causis sibi relicta: sed propter aliquod demeritum, seu offensam commissam in eum, de cujus bonis agitur vel in legem non possunt retinere relicta, quorum à lege indigni declarantur Capyc Latro *consult. 131. n. 26.* Giurb. *d. §. 2. gloss. 6. n. 63.* Sixtin. *d. lib. 2. c. 10. n. 2.* Ripol. *de Regal. capite 17. num. 4.* Quapropter fiscus ita ab eis acquisita aufert tanquam ab indignis, *L. his qui consequenter 18. §. 1. ff. famil. ercisc. d. L. Papinianus, §. meminisse L. non oportet, L. cum fratrem L. sororem,* L. *pen. C. de his quib. ut indig. L. ejus qui 29. §. fin. ff. de jure fisc. L. ex facto 43. §. ultim. ff. de vulgar.* Peregrin. *de jure fisc. lib. 2. titulo 2. n. 10. 14. & 21.* Bellon *d. quæst. 48. n. 9.* Menoch. *cons. 1189. n. 19.* Seraphin. Massin. *de confisc. quæst. 24. n. 3.* Guazin. *eod. tract. conclus. 13. ampliat. 6. n. 2.* Horat. Montan. *de Regal. verb. bona quæ ut ab indignis num. 1.*

7 Indigni autem ab incapacibus differunt, quia indignus succedit, & acquirit, & est capax dominii, quod in eo radicatur, & possessionis, licet fiscus auferat ab eo in pœnam delicti: ut post Bald. Salicet. & alios in L. *hæreditas C. de his quib. ut indign.* scribunt Peregrin. *de jur. fisc. lib. 2. tit. 2. n. 7.* Conan. *lib. 10. comment. c. 7. n. 5. vers. est, & cum non est*

hæres, Bellon. *d. quæst.* 48. *n.* 18. Montan. *d. verb. bona qun ut ab indignis n.*1. Capyc. Latro *d.consult.* t 31. *n.*26. Giurb. *d.*§.2. *gloss.*4. *n.*7. Noguer. *alleg.* 12. *n.*184. & 185. Sed quoniam non possunt retinere, dicuntur acquirere non verò cum effectu: & sic occupare, at non capere *L. filium* §. *non solum ff. de legat. prnstand. d. L. Papinianus* §. *meminisse de inoffic. testam.* L. *Beneficio* 39. §. *sed ea quarta ff. ad L. Falcid.* notant Bart. *in d. L. hæreditas n.*3. & ibi Alex. *n.* 2. *Cod. de his quibus ut indign.* & post plures Bellon. *d. q.*48. *n.*20.

8 At vero incapaces repelluntur ipso jure ita ut neque acquirere valeant relictum, neque hæreditatem *L.* 1. *Cod. de caduc. tollend.* Et ita declarant Paul. de Castr. *in L.* 1. *n.*2. *vers. in text. ibi C. de hæred. instit.* Peregrin. *de jure fisc. lib.*2. *tit.*2. *n.* 26. & *lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 1. & 3. Bald. *in d. L. hæreditas n.*6. Fusar. *de substit. quæst.* 50. *n.* 60. & *quæst.* 51. *in princ.* Farinac. *in fragmen. post. tract. de furt. litt. F. vers.* ... *quando applicetur id quod. ab indignis n.* 35. ... *don. d. cap.*7. *quæst.*48. *n.*14. Giurb. *de success. feu.* 185.2. *n.* 6. L. Noguer. *d allegat.* 12. *n.* 184. & nem p... mque incapax non habet testamenti factionem *si alienum* ... *m, L.* 1. *ubi omnes C. de hæred. instit.* L.
9 *hæred. quali.* §. 1. *ff. eod.* §. *in extraneis Institut. de controv.* 205. ... egrin. *de lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 2. Cyriac. *lium ff. de bonor.* & habetur pro mortuo *L.* 1. §. *filium ff. de bonor.* ... *patronus ff. de conj* ... *ss. contra tabul.* L. 1. §. *sed si L. necem.* §. *deportati* ... *nd. cum emancip. liber ejus, primog. lib.*1. *cap.*9. *n.*27. ... *de bon. libert.* Molin. *de* 137. *n.* 46. & *seqq.* Giurb. ... still. *lib.*6. *controv. cap. d. quæst.* 48. *n.* 16. August. B... *gloss.* 6. *n.* 65. Bellon. Cresp. de Valdaura *observat.* 97. ... *of. voto* 30. *n.* 46. ... 1. Subindeque gradum non constituit, neque ob... t sequentibus in gradu; & perinde habetur ac si vo... tus non esset *L.* 1. §. *qui habebat ff. de bonor. possess.* ... *ntra tabul.* Molin. *d. cap.*9. *n.*17. Castill. *d. n.*46. & ... *b.*5. *cap.*
10 110. *n.* 30. Giurb. *d. n.*65. August. Barbos. *voto* 30. *n.*46. Bart. *in d.* §. *qui habebat*, *L. si pater filium, ubi gloss. ff. de inoffic. testam. L.* 1. §. *sciendum ff. de suis, & legit. hæred.* Decius *cons.* 333. *n.* 4. L. & *si ex modica* §. *si filius, ff. de bon. libert. L. actione* §. *publicatione ff. pro socio*, Solorzan. *lib.*2. *cap.*19. *à n.* 28. Valenz. *cons.* 83. *à n.* 5. Roxas *de incompatibilitate Regnor. p.* 8. *cap.*7. *n.* 25.

Quapropter relictum incapaci, & institutio de eo
11 facta habetur pro non scripta *L.*1. *C. de hæred. instit. L. si quis mihi bona* 25. §. *siquis plane ff. de acquir. hæred. L.*4. *ff. de his qun pro non script. hab.* Peregrin. *d. fideicomm. art.* 22. *n.* 1. Aug Barbos. *d. voto* 30. *n.* 44. & 45. Cyriac. *controv.*205. *n.* 23. Quod adeo verum est, ut existentia incapacis non faciat deficere conditionem si sine liberis, qua non obstante substitutus admittendus est Fusar. *quæst.* 425. 426. & 428. Cyriac. *de controv.* 205. *n.* 34. Cresp. de Valdaura *d. observ.* 97. *n.* 14. Unde ad hæreditatem delatam incapaci admittitur, vel substitutus, vel sequens in gradu, Bellon. *de jure accresc.* 2. *p. cap.* 7. *quæst.* 52. *n.* 1. & si ei negatum fuerit, relictum remanet apud hæredem, Jacob. Cancer. *lib.* 3. *var.*
12 *cap.* 22. *n.* 189. *gloss. in* §. *legati Instit. de legat.* Peregr. *de jure fisc. libro* 3. *à n.*1. Farinac. *in fragment. verb. fiscus n.* 35. Cyriac. *controv.*205. *n.*26. Aug. Barbos. *voto* 30. *n.*44. Et facit *Ordin. lib.*4. *tit.* 100. §. 7.

13 At è converso quando hæreditas defertur indigno, fiscus excludit sequentes in gradu, & substitutum, Capyc. Latro *consult.* 131. *n.* 28. Indignus autem plus juris habet quàm incapax & melioris conditionis existit, siquidem indignus bona defuncti capit, incapax non capit, ut optimè tradit Sixtin. *de Regal. lib.*2. *cap.*10. *n.*4. & 5. Capyc. Latro *d. n.*29. Giurb. *d.* §. 2. *gloss.*4. *n.*7. Peregrin. *lib.*2. *tit.*2. *n.*7.

Et ea propter indignus retinere potest bona sibi relicta, donec fiscus agendo auferat, vel excipiendo eum repellat, secundum Bald. *L. hæreditas* 4. *n.*7. *C. de his quib. ut indign.* Barbat. *cons.* 8. *n.*4. 7. & 10. *vers. facit textus*, & *n.*11. Peregrin. *de jur. fisc. lib.*2. *tit.*6. 14
*n.*38. Bellon. *d. cap.*7. *quæst.* 48. *n.*63. Ita ut si fiscus nolit auferre, bona maneant apud ipsum indignum in perpetuum, *L. si servus plurium* 53. §. *si quis ante ff. de legat.* 1. Cald *in L. etiam n.*2. *in fin. ff. ad L. Falcid.* Jason. *in L.* 1. *n.*3. *vers. secunda utilitas, C. de hæred. instit.* Bellon. *d. quæst.*48. *n.* 64. Quoniam de indignitate nemo agere; vel excipere potest, nisi fiscus, immo nec Judex propter indignitatem repellere valeat indignum *gloss. in L. his consequenter* §. 1. *ff. famil. ercisc.* Peregrin. *d. titulo* 2. *n.*7. & 8. Boss. *in tit. de his quib. ut indign. n.* 16. *vers. quæ conclusio.* Mantic. *de conject. ultim. lib.*12. *tit.*6. *n.*20.
Bellon. *d. quæst.* 48. *n.* 65. Menoch. *cons.* 502. *n.*18. 15
Surdus *cons.*93. *in fin.* Stephan. Gratian. *cap.*185. *n.* 19. & 20. Sixtin. *d. lib.*2. *cap.*10. *n.*5. Gaspar. Thesaur. *lib.*1. *forens. quæst.*41. *n.*2. Guazin. *de confisc.* 13. *ampliat.*6. *n.*39. Giurb. *de glos.* 4. *n.*7. & *gloss.*10. *n.* 92. Ripol. *de Regalib. c.*17. *n.*69. Franch. *dec.*153. *n.*24. & *dec.*213. *n.*18. Montan. *d. verb. bona qun ut ab indign. n.* 3. quippe cum indignus acquirat & in eo radicetur dominium, & soli fisco competat actio, vel exceptio ad auferendum, si tertius de indignitate opponat, non est audiendus, cum sit de jure tertii, quod allegari non potest, *L. loci corpus* §. *competit ff. si serviens vendic.* Cyriac. *controv.* 204. *n.* 82. & *controv.*168. *n.*1. Cancer. *lib.*1. *var. c.*18. *n.* 16. Larrea *alleg.*50. *n.*90. Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 2. *n.* 63. Quibus ita cognitis congruum videtur inquirere qui sint incapaces, & qui indigni, ut manifestum fiat, à quibus fiscus bona valeat auferre, juxta regulam Ordinationis, & sic in cap. sequenti de incapacibus sermo erit, in alio de indignis.

CAPUT XXX.

De incapacibus, & qui tales censeantur.

SUMMARIUM.

1 *Fratres Minores Ordinis Beati Francisci sunt incapaces, qui neque in particulari, neque in communi bona possunt possidere, neque capere ex testamento, neque ab intestato.*

2 *Limita in fratribus Tertii Ordinis Beati Francisci, qui capaces sunt successionis tam ex testamento, quàm ab intestato.*

3 *Captivus pendente captivitate incapax est.*

Limita in capto in bello inter Christianos. Remissivè. Ibid.

4 *Tertio: est incapax qui succedere, & acquirere probibetur quod exemplificatur in extero qui non potest succedere in bonis Regia Coronæ prout neque Clericus, neque famina.*

5 *Quarto: est incapax filius rebellis, & filius damnati ob crimen lesæ Majestatis.*

6 *Quinto: est incapax filius hæretici, qui non potest capere hæreditatem paternam, vel aliorum ascendentium, qui inciderunt in crimen hæresis potest tamen capere hæreditates descendentium & collateralium.*

7 *Datur differentia inter hæresim, & crimen lesæ Majestatis humanæ, filii namque hæretici mitius puniuntur.*

Ipse hæreticus incapax est, quia non potest capere ex alicujus testamento. Ibid.

8 *Sexto:*

8 *Sexto: est incapax servus pœnæ, & non indignus.*
Servus pœnæ dicitur qui est damnatus ad mortem naturalem, vel in metallum aut ad bestias. Ibid.
9 *Hodie nemo bene natus, qui supervixit, non efficitur servus pœnæ. Remissivè.*
10 *Condemnatus in triremes, vel ad opus publicum in perpetuum, vel ad perpetuos carceres in judicio Ecclesiastico incapax est.*
11 *Septimo: deportatus est verè incapax successionum quæ juris civilis sunt.*
12 *Excommunicatus æquiparatur deportato, & secundum aliquos dicitur incapax. Sed verius est esse capacem.*
Excommunicationis pœna non est mortalis, sed medicinalis, & datur ad disciplinam, non ad eradicationem. Ibid.
Et Comparatur relegationi, non deportationi. Ibid.
13 *Nono: incapax est assessinus.*
14 *Decimo: incapax est hæreditatis, vel legati, qui in alterius testamento hæreditatem, vel legatum sibi adscripsit quæ hæreditas, vel legatum pro non scriptis habentur.*
15 *Testamentum viri, & uxoris in eadem charta factum validum est.*
16 *Si maritus sua manu se hæredem scripsit uxoris non valet testamentum ipsius.*
Testamentum in eadem charta factum reputatur tanquam duo testamenta licet una tantùm solemnitas requiratur. Ibid.
Maritus, qui se hæredem sua manu scripsit, incapax est hæreditatis uxoris. Ibid.
17 *Sibi scribere in testamento dicitur, non solùm qui sua manu id fecit, sed etiam qui per servum, vel filium familias.*
18 *Item est nullum legatum relictum fratri in testamento per fratrem scripto.*
Non excusatur nullitas testamenti, in quo quis sibi adscripsit ex eo quod testator coram testibus in approbatione dixit illud esse suum testamentum, & de ipsius mandato fuisse scriptum. Ibid. & *num.* 21.
19 *Limita resolutionem, ut procedat quando scriptura privati, testamenti lecta fuit coram testibus juxta formam.* Ordin. lib. 4. tit. 80. §. 3. *Si enim testamentum fuit publicatum, & testes deposuerint de legato relicto adscribenti, validum erit: & n.* 22. & 23.
20 *Si à tergo testamenti factum fuit instrumentum approbationis non valet institutio, vel legatum adscribenti relictum: & n.* 21.
24 *Legatum qui sibi adscripsit cum onere fideicommissi, remanet apud eum à quo fuit relictum cum ipso onere fideicommissi.*
Si servus legatus fuit scribenti, ut cum manumitteret, vel quando legatum fuit relictum ut adscribens servo proprio libertatem præstaret, debetur servo fideicommissaria libertas. Ibid.
25 *Qui verè sit bannitus in Regno?*
In aliis provinciis, præsertim Italia proceditur contra absentes ad bannum propter quodcunque delictum ob contumaciam.
Et absens habetur pro confesso. Sed alio modo proceditur in Regno: ut ibi. Ib. atque *n.* 26.
26 *Refertur forma procedendi secundùm legem Regiam adversus delinquentes absentes & quomodo, & quando quis in Regno bannitus dicatur: & n.* 27.
28 *Tempus duorum mensium præfixum ab Ordinatione, ut absens sit citatus, non potest restringi à Judice absque nullitate totius processus.*
Tempus præfinitum à lege ad aliquem actum formam inducit, & qui tempus legis non observat, dicitur ejus dispositionem non observare. Ibid.
29 *Bannitus juxta legem Regiam potest se intra annum præsentare in carceribus; & tunc suspensa executione sententiæ auditur cum suis defensionibus, & super illis alia profertur sententia.*
30 *Iste bannitus præsentatus intra annum non potest petere, quod repetantur testes ab accusatore producti, neque testes inquisitionis.*
31 *Confessio ficta, quæ resultat ex contumacia rei, dicitur liquidissima probatio.*
32 *Quæritur: An bannitus ita præsentatus in carcere debeat omnino innocentiam probare, vel sufficiat elidere indicia ut mitius puniatur?* Et ponderatur Ordin. lib. L. tit. 126. §. 7.
33 *Aliud est probare innocentiam, & non deliquisse liquidissimis documentis, & aliud est indicia elidere.*
In Regno absens non condemnatur ex eo solum quod contumax sit, sed ex probationibus, & testibus. Ibid.
34 *Sententia, quæ transivit in rem judicatam præsumitur justa, & ritè, ac rectè prolata.*
35 *Fictio tantùm operatur in casu ficto, quantum veritas in casu vero.*
36 *Probatur opinio: quæ habet sufficere, quod bannitus deducat probationes, quæ in parte relevent: licet non in totum. Et est æquior opinio.*
37 *Judex æquiorem, & mitiorem opinionem sequi debet.*
38 *Si bannitus ultra pœnam corporalem fuit condemnatus in pœna pecuniaria, quæ jam erat exacta tempore, quo se præsentavit, non potest audiri quoad pœnam exactam: secus si adhuc exacta non erat, quia etiam respectu pœnæ pecuniariæ suspenditur sententia, & est audiendus.*
39 *Argumentum à contrario sensu validum est in jure. Et contrarius sensus legis, pro lege habetur.*
40 *Dubitatur: An bannitus captus intra annum, quo se poterat præsentare, vel post annum, sit audiendus cum exceptionibus, quando sententia illi notificatur, ut in persona fiat executio. Et refertur stylus Regni circa executionem sententiæ capitalis. Fundatur negativa opinio.*
41 *Ubi est casus legis, disputationi locus non datur, neque habet locum in Judicis arbitrium.*
42 *Judex absque Principis rescripto non potest admittere bannitum ad novas defensiones: & eo capto sententia statim exequi debet.*
43 *Fundatur contraria opinio affirmativa.*
Paria sunt occidere innocentem, & non audire defensiones accusati. Ib.
Defensio est de jure naturæ. Ib.
44 *Defensio per Principem tolli non potest.*
45 *Reus propriis defensionibus renuntiare non valet.*
46 *Valida est dispositio* Ordin. lib. 5. tit. 126. in princ. *Et ideo verior est opinio; quod bannitus cum exceptionibus non sit audiendus.*
47 *Author amplectitur mitiorem opinionem quæ habet dandum esse terminum bannito, ut possit exceptiones opponere, non simpliciter circa merita, sed ex causis infra enumerandis.*
48 *Primo potest opponere de nullitate sententiæ.*
Dispositio, quæ loquitur de sententia, intelligitur de valida, non de nulla. Ib.
49 *Sententia nulla non meretur nomen sententiæ, neque transit in rem judicatam.*
Si inquisitio, ex qua sententia fuit prolata nulla est, etiam sententia est invalida, & exequi non potest. Ibid.
Deficiente forma substantiali judicii, quod actum est contra contumacem, fundatur in vano. Ib.

50 *Bannitus potest opponere non solum contra acta, sed etiam contra sententiam, si in processu non fuerint servati illi termini, qui de jure stylo, aut consuetudine servari sunt soliti. Vel si citatio fuit nulla.*

51 *Probationes non sunt de substantia sententia: & dicuntur media causa, & de ordine justitia, non de ordine judicii.*

Sententia lata sine probationibus transit in rem judicatam. Ib.

Sine probationibus nulla potest dari justa sententia. Ibid.

52 *Notoria injustitia, & iniquitas nullitati aquiparatur. Et sententia notoria injusta comparatur nulla.*

Sententia injusta numquam transit in rem judicatam, neque sententia contumacialis. Ib.

53 *Nullitas notoria, qua constat ex ventre actorum, semper admittitur, & impedit executionem etiam trium conformium.*

54 *Sententia qua non justificatur ex actis dicitur injusta, & iniqua, ac per consequens nulla.*

55 *In judicio criminali probationes, & indicia sunt de ordine substantialis judicialis judicii.*

56 *Probationes sunt judici arbitraria: & in arbitrariis non potest dari certa regula.*

Si contra bannitum in processu apparent aliqua probationes, vel indicia sententia non dicitur notoriè nulla, neque bannitus de injustitia opponere potest. Si verò indicia sint adeo debilia, ut manifestum sit pœnam mortis inique fuisse impositam, debent Judices Principem consulere Ib.

57 *Bannitus audiendus est contra sententiam, quoties innocentia probatur per innocentiam rei.*

58 *Circa quæstionem incapacitatis distinguitur inter bannitum capitaliter damnatum, ita ut offendi possit: & inter condemnatum mitiori pœna.*

59 *Bannitus capitaliter pro mortuo habetur, & est vere incapax.*

60 *Bannitus capitaliter habetur pro hoste. Et relictum bannito in testamento non ad fiscum pertinet, sed ad substitutum, conjunctum, gravatum, vel ad venientes ab intestato.*

61 *Bannitus non capitaliter condemnatus, sed in mitiori pœna, non potest offendi in persona, comparatur relegato, & est capax bonorum successione. Non amittit jura communia, neque municipalia, etiamsi condemnetur cum confiscatione bonorum* Ib.

62 *Duodecimo dicitur incapax substitutus, qui occidit institutum.*

63 *Incapax censetur, quem lex juris communis aut municipalis incapacem esse constituit.*

Item qui à lege in pœnam, vel à testatore repellitur à successione. Et qui à lege succedere prohibetur.

SUnt igitur incapaces Fratres Minores Ordinis Beati Francisci, qui bona neque in communi possidere queunt *Clem. exivi de paradiso de verbor. sig. cap. exiit qui seminat. eod. tit lib.6.cap.unic. de Religios. domibus in 6.* Jul. Clar. *in §. testamentum ff.29.* Peregrin. *de jure fisc. lib.3. tit.14.n.1.* Thusch.
1 *litt. I. conclus. 467.n.1. 4. & seqq.* Surd. *de aliment. c.5.n.9.*& ea propter incapaces censentur omnis successionis hæreditariæ sive ex testamento, sive ab intestato *d. Clem. ex vi §. quia ergo c. exiit qui seminat* Ant. Gabriel. *commun. opin. lib.4. tit.de hæred. instit. conclus. 1. n. 1. & seqq.* Pater Emmanuel. Rodriguez *de regular. tom. 2. q.126. art.4.* Castill. *d.c. 5.n.13. & 16.* ubi quod etiam æstimationis hæreditatis sunt incapaces, Joann. Bellon. *d.c.7.q.52. n.2.&*
seqq. Quod est limitandum in Fratribus tertii Ordinis S. Francisci, qui capaces sunt successionis tam ex testamento, quàm ab intestato secundum Abb. *in compendio Canonican. resolut. lib.3.tit.7.n.12.* Aug. Barbos. *ad Concil. Trident. sess.25. de regularibus c.3. n. 11.* & de Tertiariis videndus Emmam. Rodriguez *tom.3. de regular. q.72. art.1. & seqq.* 2

Secundo est incapax captivus pendente captivitate, ut diximus *c. praeced. n.4.* Sed limitabis, ut non 3
procedat in capto in bello inter Christianos, qui habet testamenti factionem, ut diximus *tom. 1. 2. p.c. 26.n.41. & 42.* Tertio dicitur incapax, qui succedere, & acquirere prohibetur lege, vel statuto, Gozadin. *cons.21. per totum*, Socin. Jun. *cons.3.n.3.* Peregrin. *de jure fisc. lib.3.tit.1.n.7.* Bellon. *d.quæst.52. n.10.* Et hoc exemplificatur in exteris, qui apud Nos prohibentur succedere in bonis Regiæ Coronæ: ut relatum est *in 1.tom. p.2. c.29. n. 167.* & in Clerico, & fæmina, qui in eisdem bonis Coronæ succedere nequeunt: ut respectu Clerici probat *Ordinat. lib.2. tit. 35. §. 10.* & respectu fæminæ *Ordinat. d. tit.34.§.4.* Et hæc prohibitio consona est juri commu- 4
ni feudorum: ut probatur ex *text. in §. 1. §. hoc autem notandum ubi gloss. verb. legibus tit. de his, qui feud.dar.poss. & ex text. in c.1.§.filia de success. feudor.* Tiraq. *de primog.quæst.10.& ad L.1.connub.n.61. & 78.* Solorzan. *2.tom.lib.2.cap.5.n.41.& 42.& cap. 16.n.90.* Vicent. de Franch. *dec.7.* ubi additio Novarr. *vers.tu autem.*

Quarto dicitur incapax filius rebellis & filius dam- 5
nati ob crimen læsæ Majestatis: ut scribunt Angel. *in L.1. C. de hæred. instit.* Socin. Sen. *cons.22. n.7. vol.1. & cons.275.n.12. vol.2.* Anton. Gomez *lib.3. var.c.2.n.14.vers. sed his non obstantibus*, Peregrin. *d.lib.3.tit.9.n.1.* Menoch. *cons.275.n.2. & 27. vers. & primo, & n.33.* Bellon. *d. q.52.n.14. 15.16.& 17.* Fachin. *lib.9. controv. c. 30.* Farin. *in prax. q. 115. à n. 131.* Et probat *text.in L. quisquis §. filiis C.ad L. Jul. Majestat.* ubi Bald. *n.7.* Qui omnes docent, quod si filio rebellis hæreditas fuerit delata, vel aliquid relictum, non applicatur fisco, sed aliis successoribus.

Quinto est incapax filius hæretici, qui est Ortodoxus, successionis paternæ, vel aliorum ascenden- 6
tium. qui inciderunt in crimen hæresis; non vero descendentium & collateralium, quorum hæreditates capere potest, Anton. Gomez *de lib. 2. var. c. 2. n. 13. vers. ex quo subdeducitur*, Clar. *in §. hæresis num. 14.* Menoch. *cons. 805. nu. 23. & 24. cons. 8. n.26. cons. 1126. n.20. & cons. 1128. per tot.* Farinac. *in prax. q.24. n.44. q. 115. n. 128. & tit de hæresi quæst. tot. n. 15. & 25.* August. Barbos. *in cap. vergentis de hæretic. n. 25. & seqq.* Molin. *de just. & jur. tom.3. disp. 658. à n. 19.* Sanch. *ad præcept. Decalog. lib.2.c.29. n.13.* Bellon. *de jur. accresc. 2. p.c. 7. q. 52. n. 22. 23. & 24.* Et obiter notabis, quod in terminis propositis datur differentia inter hæresim, & crimen læsæ Majestatis humanæ. In illo namque 7
mitius puniuntur filii, hæretici, quàm in hoc læsæ Majestatis humanæ, Anton. Gomez *d. c. 2. nu. 13. vers. ex quo subdeducitur*, Menoch. *cons.1128.n.17.* Bellon. *d. quæst. 52. n.26.* Item ipse hæreticus etiam incapax est, quia neque institui, neque ei fideicommissum potest relinqui neque illud capere valet ex alicujus testamento, *L. Manichæos 4. L.fin. C. de hæretic. gloss. in L.1. verb.siquis*, ubi Bart. *n.2.ff.de jur. fisc.* Menoch. *cons.185.n.7.vers.re tamen, & n.12.* Peregrin. *d.lib.3.tit.29.n.1.* Bellon. *d.q.52.n.120.* idem Menoch. *cons.1128. n.4.*

Sexto dicitur incapax servus pœnæ, & non indi- 8
gnus *L.1.§.filio qui mortuus ff.ad S.C.Tertyl.gl. verb. siquis in L. 1. in princ. ff. de jur. fisc.* ubi Barb. *similis gloss. in §. legari verb. testamenti factio Instit. de legat.*

legat. Bart. in L. 1. n. 8. *ff. de bon. damnat.* Alex. *consf.* 23. n. 10. *lib.* 1. Decian. *consf.* 86. n. 32. *vol.* 3. Peregrin, *de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 2. n. 1. & 2. Bellon. *d. q.* 52. n. 29. Is autem dicitur servus pœnæ, qui damnatus est ad mortem naturalem, vel in metallum, vel ad bestias *L. ejus qui* §. *si cui ff. de test. L. quod ad statum* 11. *in fin. L. qui ultimo* 29. *L. in metallum* 36. *ff. de pœn. L. si quis filio* 6. §. *irritum vers. sed & si quis ff. de injust. rupt. L. si quis mihi bona* §. *servus vers. si quis plane ff. de acquir. hered.* L. *in metallum* 4. C. *de bon. proscript.*

Verum hodie nemo bene natus, qui super vixit, efficitur servus pœnæ, ut diximus *supra c.* 19. n. 60.
9 Atque ita damnatus in metallum, vel ad perpetuos carceres, aut exilium perpetuum, jam hodie non efficitur servus pœnæ: quia quamvis olim æquipararentur damnatis in metallum, & servi pœnæ efficerentur; hodie tamen deportatis æquiparantur, & servi pœnæ non fiunt: ut diximus *d. c.* 15. n. 61. Quoniam hodie servus pœnæ tantùm dicitur, qui ad mortem naturalem fuit damnatus: ut etiam dictum est *ubi supra n.* 62. Vel is, qui è carceribus aufugit, aut à manibus familiæ fuit ereptus: diximus *ubi supra num.* 66. Ubi etiam qui de jure Regio servandum sit.
10 Ideoque illi qui adhuc servi pœnæ fiunt incapaces esse concludimus successionum, quæ ex testamento, vel ab intestato illis deferuntur: immo incapaces esse dicimus condemnatos ad triremes, vel ad opus publicum in perpetuum, vel ad perpetuos carceres, quando in judicio Ecclesiastico huic carcerum pœnæ subjiciuntur, cum de jure Civili illa pœna esset interdicta: per *text. in L. incredibile C. de pœn.* Caldas *de nominat. quæst.* 5. *num.* 24. Et est ratio, quia ut supradictum est, condemnati in prædictis pœnis deportatis æquiparantur. At verò deportatus incapax censetur, ut dicemus *infra n. seqq.* Proindeque ita ut deportatus incapax reputatur successionum, ita, & alii: qui cum antea essent servi pœna, nunc deportatis æquiparantur.

Septimo: deportatus est verè incapax; tanquam
11 ille qui non habet testamenti factionem, cùm enim jus succedendi tam ex testamento, quàm ab intestato juris civilis sit *L. lege obvenire* 130. *ff. de verb. signific. gloss. in L. si quis mihi bona* §. *servus verb. damnatus ff. de acquir. hered.* Bart. in L. 1. n. 1. *vers. certo C. de hered. instit.* ubi etiam Bald. n. 3. *vers. item oppono,* Peregr. *de jure fisc. lib.* 3. *tit.* 5. n. 2. *vers. contrarium,* Crass. in §. *testamentum quæst.* 27. n. 2. Farinac. *in prax. quæst.* 102. n. 150. Bruno a Sole *in quæst. legal. q.* 16. n. 5. ubi communem dicit: sequiquitur Joann. Bellon. *d. q.* 52. n. 58. Et deportatus fit incapax eorum, quæ juris Civilis sunt. *L. quidam sunt, ff. de pœn.* ex eo quia per deportationem desinit esse in civitate *d. L. quidam sunt, & per text. in L. intercidit* 58. *vers. quid ergo ff. de condition. & demonstr.* L. 3. §. *ij quibus ff. de legat.* 3. Rectè sequitur, quod incapax est deportatus successionum. Et ita scribunt Bart. *in L.* 1. n. 1. *C. de hered. instit.* ibi Bald. n. 1. *& ista gloss. & n.* 3. *vers. tertio oppono, & vers. item oppono.* Peregr. *d. tit.* 5. n. 2. *vers. contrarium.* Deportatus namque efficitur peregrinus, Cald. Pereir. *de nomin. q.* 5. n. 14. Bellon. *d. q.* 52. n. 57. Et ea propter incapax est omnium, quæ juris Civilis sunt *d. L.* 1. *C. de hered. instit.* Proindeque dispositio ad favorem incapacis pro non scripta habetur. *L. cum quidam* 12. *ff. de his quib. ut indign.* Bart. *in L. hujusmodi* 86. §. *si Titio, & de Mevio vers. hoc est falsum ff. de legat.* 1. *& in L.* 1. n. 2. *C. de delatorib. L.* 10. Gozadin. *consf.* 21. n. 20. Socin. Jun. *consf.* 3. n. 12. *vol.* 3. Cujac. *in notis ad Ulpian. tit.* 17. *Inst.* Bell. *d. c.* 7. q. 25. n. 1. Qua ratione relicta deportato transeant in substitutos, conjunctos, vel succedentes ab intestato, non verò in fiscum, ut supra dictum est. Et referens contrarias Doctorum opiniones tradit Bellon. *d. q.* 53. *à n.* 46. præcipuè *à num.* 53. *& seqq.* Ubi latius, & melius omnium, quos viderim, satisfecit contrariæ partis fundamentis.

Et quidem supra dicta quoad incapacitatem deportati respectu successionum, procedunt etiam jure novo inspecto; quoniam licet bona deportatorum non devolvuntur in fiscum, sed in personas, de quibus *Authent. bona damnatorum Codic. de bon. damnat.* Tamen jura disponentia de amissione eorum, quæ sunt juris Civilis, manent incorrecta Bart. & commun. DD. *in L. ejus qui* §. 1. *ff. de testam.* Imol. *in cap. ingredientibus sub. num.* 30 extra eod. & post Socin. Clarus *in* §. *testamentum q.* 22. Peregrin. *d. lib.* 3. *tit.* 5. n. 7.

Octavo: juxta aliquorum senteutiam excommunicatus incapax censendus est: quia habetur ad instar 12
ejus, cui olim interdicebatur aqua, & ignis, qua in illius locum successit deportatio L. 3. *ff. ad L. Jul. peculat. L. cognitionum* 5. §. *consumitur de variis, & extraord. cognition.* L. 1. §. 2. *quibus de legat.* 3. §. *deportatio in Authent. de nupt. collat.* 4. Cumque excommunicatus deportato comparetur juxta *gloss. in* §. *minor. verb. interdictum Instit. de capit. diminut.* Bald. *in L.* 1. n. 3. *vers. quid excommunicato, C. sacrosf. Eccles.* Ripa *in L. ex facto* 17. §. *si quis rogatus* 2. n. 4. *ff. ad Trebello.* Bellon. *d. quæst.* 52. n. 88. Attamen verius est excommunicatum capacem esse, & habere testamenti factionem: ejus enim testamentum validum est: secundùm veriorem sententiam de qua supra *d. c.* 15. n. 74. quippe excommunicationis pœna non est mortalis, sed medicinalis *c.* 1. *in princ. de sent. excomm. in* 6. *c. multi* 2. *quæst.* 1. namque datur ad disciplinam, non ad eradicationem *c. notandum.* 23. q. 3. & non admittit libertatem, neque civitatem: ut docent Bart. *in L.* 2. n. 7. *ff. de public. judic.* Bald. in L. 1. n. 17. *Cod. de sacrosf. Eccles.* Peregrin. *d. tit.* 11. n. 26. & 34. Bellon. *d. q.* 52. n. 91. Ideoque excommunicatio comparatur relegationi, non deportationi *gloss. verb. subtrahuntur in c. pastoralis* §. *verum de appell.* Bened. *in c. Reynutius verb. mortuo itaque primo n.* 288. & 289. Menchac. *illustr. lib.* 3. *c.* 102. n. 5. *vers. contrariam,* Bellon. *d. q.* 52. n. 92. Igitur ita ut excommunicatus testari potest, ita & capere ex testamento, vel ab intestato, Bald. *in L.* 1. n. 17. *C. de sacrosf. Eccles.* Bened. *d. verb. mortuo itaque primo n.* 294. *vers. cæteri,* Menchac. *ubi proximè,* & Durand. *de arte test. tit.* 1. *cautel.* 10. n. 1. Anton. Gabr. *lib.* 4. *commun. tit. de testam. conclus.* 1. n. 4. Peregrin. *d. tit.* 11. n. 34. Limitanda erit conclusio in excommunicato propter hæresim: is enim non habet testamenti factionem: ut diximus *supra c.* 15. n. 75. & incapax est, ut probat *Ordinat. lib.* 4. *tit.* 81. §. 4. Bened. Ægid. *in d. L.* 1. *Cod. de sacrosf. Eccles.* 1. p. §. 4. n. 1. Covarr. *in rubr. de testam.* 2. p. n. 56. Caldas *de nomin. q.* 5. n. 48. Spino *de test. in rubr. gloss. p.* 12. n. 24.

Nonò: assassinus incapax reputatur *c.* 1. *de homicid. in* 6. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 1. n. 6. Ubi 13
incapacem dicit eum, quem lex communis, vel municipalis incapacem reddit: assassinus autem bona amittit, quæ occupantibus conceduntur, & præsertim illis, ad quos temporalis successio pertinet, Capyc. *decis.* 155. n. 5. Decian. *in tract. crimin. lib.* 9. *c.* 30. n. 32. Farinac. *p.* 123. n. 9. & 20. Anton. Gomez *lib.* 3. *var c.* 3. n. 10. August. Barbos. *in d. c.* 1. *de homicid. in* 6. n. 28. Atque ita assassinum esse incapacem tradit Bellon. *d. quæst.* 52. n. 126. Ubi n. 127. ait relictum assassino; non fisco, sed substituto, & aliis, de quibus supra, quæri: & allegat Barbat. *consult.* 8. n. 1. *vers. & ideo vidi vol.* 3. & Peregrin. *d. tit.* 1. n. 6. Qui tamen illud non dicit.

T 4 Decimò:

Decimò: dicitur incapax hæreditatis, vel legationis, qui in testamento alterius sibi hæreditatem, vel legatum adscripsit, quæ pro non scriptis haben-
14 tur, & transeunt in substitutum, vel remanent apud
eum, à quo fuerunt relicta, vel apud cohæredem: quia ex Senatus Consulto Claudiano, seu Liboniano dispositio in persona scribentis ab initio non consistit L. 1. §. *ad testamenta*, *L. Divus* 15. *in princ. ff. ad L.Cornel. de fals.* L. *Divus* 14. §. *sequens ff. eod. L.*1. L.*fin. ff. de his, quæ pro non script. hab.* L. *quod adhibitus C.de his, qui sibi adscrib.* Bart. *in L. fin. n.*11. *vers. secundùm tempus, ff. de his, quib. ut indign.* Peregrin. *de jur. fisc. lib.*3. *tit.*12. *n.*1. Valasc. *consul.* 178. Reynos. *observ.*17. Cancer. *lib.* 1. *variar. c.*6.*n.*23. Clarus *in* §. *Falsum n.* 27. Bellon. *de jure accresc* 2.*p.c.*7. *q.*27.*n.*4. & 5. Gama *decis.*231. Gabr. Pereir. *decis.* 32. *à n.*14. Melch. de Valent. *illustr. lib.*1. *tract.* 1.*c.*4. *n.* 3. Præsumitur enim dispositio, quoad scribentem falsa, & non vera, Bart. *in d.* L.*fin. n.* 11. *vers. secundum tempus*, Bellon. *d. quæst.* 27. *num.* 6.

Ampliatur autem dicta resolutio etiam in testamento viri, & uxoris facto in eadem charta, quamvis
15 enim regulariter validè fieri possit *L. licet C. de pact.*
Tiraq. *de primog. q.* 68. Roderic. Soarez *in L. quoniam in pluribus limit.* 5. *C. de inoffi. testam.* Gama *decis.* 85. *n.*3. additio Flor. de Mena, & *decis.* 231. *n.*1. *decis* 245. *n.*2. *decis.* 158. *n.*2. Spino *de testam. in rubr. gloss.*2. *p. n.*9. Larrea *decis.* 62. *à n.* 1. & *nu.* 10. & 12. Parlador. *lib.*2. *rer. quotidian. quæst.*7. *n.*1. Valenz. *cons.*138.*n.*1. Valasc. *consul.*7. Castill. *lib.*2. *c.*18. Etiam eo casu, quò vir, & uxor se invicem hæredes instituunt: ut scribunt Oldrad. *cons.*174. Gama *decis.*231.*n.*1. Spino *d.*2.*p. gloss. in rubr. n.*9. Larrea *d. decis.* 60. *n.*1.

Attamen, si maritus sua manu se hæredem scripserit, non valet testamentum uxoris *L. quæ in testa-*
16 *mento C.de his, qui in testam. sibi adscrib.* Gama *de-*
cis. 231. ubi Flores de Mena, Spino *in d. rubr. de testam.* 2. *p. gloss.n.*10. Valasc. *consult.*178.*n.*4. Castill. *lib.*2. *controv. c.*18.*n.*11. & 12. Quoniam prædictum testamentum commune duo testamenta judicantur. Ita Bart. *in L. patris, & filii n.*2. *ff. de vulgar.* Gama *decis.*131. *n.*6. Tiraq. *d. q.* 68. *n.* 5. Valasc. *consult.* 7. *n.*2. Larrea *decis.*60. *n.*1. & 11. Cevall. *commun. contra commun. q.* 265. Castill, *d. c.* 18. *n.* 7. quamvis in dicto testamento viri, & uxoris una tantùm desideretur solemnitas, Anton. Gomez *in L.*22. *Tauri n.*17. Valasc. *consult.* 7. *n.*3 Proindeque quando maritus se propria manu hæredem uxoris scripsit, nihil agere uidetur, & testamentum uxoris non valet juxta superius tradita: Atque ita maritus hæreditatit incapax est: Et si habuit cohæredem, vel conjunctum in legato, aut fideicommisso, portio hæreditatis, vel legati illi accrescit, *L. filius* 14. §. *sequens, & ibi gloss. & in* §. *fin. verb. quæstiani ff. ad L.Cornel. de fals.* Ruin. *consult.* 104. *n.*15. *vol.*2. Michael. Crassus *in* §. *jus accrescendi q.* 16. *n.* 8. Becchius *consul.* 193. *n.* 12. Spino *de testament. gloss.* 9. *n.*8. Cujac. *lib.* 22. *quæst. Paul. in d. L. filius* 14. Bellon. *d. q.* 27.

Sed notare oportet, quod scribere sibi in testamento censetur non solum is, qui manu sua id facit, sed etiam ille, qui per servum, vel filium, quem
17 habet in potestate dictante testatore legato honora-
tur Probat. *text. in L. Divus Claudius verb. scribere, ff. ad* L. *Cornel. de fals.* L.2. §. 1. *ff. de administr. rer. ad civit. pertin. gloss. verb. scribere in L. Senatus consulta Cod. de his, qui sibi adscrib.* Quo enim per nos non possumus, neque per alios possumus L. *de eo; ff. ad L.Cornel. de fals. d.* L. 2. §. 1. optimè Reynos. *observ.* 17. *n.* 11. & *seqq.* Qui ampliat *n.* 14. etiamsi filius patri adscribens Clericus sit; quia Clericatus non eximit filium à patria potestate. Et ait *n.*15. etiam nullitate laborare institutionem, vel legatum relictum fratri in testamento à fratre scripto. Antonius à Gama *dec.*69. *n.*2. per *text. in d. L. de eo ff. de falsi*
Nec excusatur nullitas ex eo quod testator postea 18
codicillos fecit, in quibus confirmavit testamentum; quia hæres à se ipso scriptus juvari non potest confirmatione facta in codicillis, in quibus nec dari nec adimi hæreditas potest. Et non est sufficiens quod testator coram testibus approbationis testamenti exprimat illud esse suum testamentum & ejus mandato fuisse scriptum; hæc enim declaratio non prodest ad validitatem institutionis, vel legati & solum liberabit hæredem, vel legatarium à pœna falsi per *text. in L.*1. §. *inter, ubi gloss. verb. pæna ff. de fals.* Requiritur namque ad validitatem specialis confirmatio, & non sufficit generalis, ex his quæ Petr. Barbos, *ad text. in L. patris, & filii ff. de vulgar. n.*2. *in privat. sebal.* Valasc. *consult.*178. *n.* 12. Reynos. *d. observ.* 17. *n.* 19. Ubi *num. seqq.* Agit de generali, & speciali confirmatione.

Limitanda tamen est supra posita conclusio, ut 19
non procedat, quando scriptura privata testamenti coram testibus, & notario lecta fuit juxta terminos *Ordin. lib.* 4. *tit.* 80. §. 3. Cum enim testamentum vires accipiat non ab scriptura privata sed à dictis testium, non erit locus Senatus Consulto Liboniano; quod tunc procederet, quando per scripturam privatam plenè testamentum probaretur; non verò in terminis dict. Ordinationis. Ubi testamentum vires non accipit ab scriptura, sed à testibus, cum quibus, debet fieri publicatio, ut probat *prædicta Ordinatio: & text. in L. publicati, C. de testam.* Anton. Gomez *in L.*3. *Tauri n.*35. & 36. Tondut. *resolut. civil. c.*131. *à n.*11. Immo an testes debeant esse conformes non tantùm in substantia facti, sed etiam in forma verborum? Dubitant Doctores: ut videre est apud Fabr. *in Codic. tit. de fideicomm. diffinit.* 15. *lib.*6. & *tit.* 7. *de instit. diffin.* 2. Cum pluribus 20
Cancer. *lib.*1. *variar. c.*4. *n.*85. & *seqq.* Ideoque si testes plenè deposuerint de voluntate testatoris, & de legato relicto ei, qui scripsit testamentum, validum erit per ea, quæ Gama *decis.* 157. *n.*3. Si autem à tergo testamenti factum fuerit instrumentum approbationis, tunc quoniam instrumentum propriis nititur viribus, & de se probat absque testium examine secundum *gloss. in* L. *hæredes palam ff. de testament. & in L. fin. C. de fideicomm.* Mascard. 3. *p. conclus.* 1357. *n.* 59. Surdus *cons.* 414. *n.* 21. Gratian. *discept. forens. c.* 429. *n.*5. Altograd. *cons.* 50. *n.* 7. Anton. Gomez *in d.* L. 3. *num.* 46. *vers. secus vero*, Major est dubitatio propter doctrinam, Bart. *in L.* 1. §. *in illa in fin. ff. de Fals.* Ubi tradit adscribenti sibi in testamento nocere Senatus consultum, si scriptura ab eo facta fidem faceret; non verò si quod scriptum est per se, non probat, sed per scripturam notarii, sequitur Alex. *consultat.* 50. *in princip. lib.* 3.

Nihilominus tamen adhuc in prædicto casu non va-
lere legatum, vel institutionem factam ei, qui sibi in 21
testamento adscripsit, verius sentit Reynos. *d. observat.* 17. *n.* 25. & *seqq.* asserens, quod & si testator in instrumento approbationis declaret illud esse suum testamentum, & ejus mandato fuisse scriptum: illa verba nil amplius operantur, quam posset operari generalis quædam ipsius testatoris confirmatio, Ideoque tantùm sufficiet, ut adscribens à pæna falsi excusetur: non vero sufficiet ad assecutionem legati cum specialis confirmatio desideretur. Quare etiam testamentum lectum fuerit coram testibus, & notario, nullum erit, quod sibi quis adscripsit. In quo assentior Reynos.

At vero in ea parte, qua dicit non valere relictum, 22
quando testamentum interrogatis testibus fuit red-

actum

actum in publicam formam, ab eo dissentio: tunc enim si ex testium depositionibus constiterit, testatorem legatum reliquisse adscribenti, cum illius scriptura nihil probet, & constet de voluntate testatoris, sustinebitur legatum juxta Bart. doctrinam *in d. §. in illa*; siquidem testatoris dispositio prubari potest per testes, si instrumento quis usus non sit *L. hac consultissima* ubi DD. *C. de testam.* Marta *de success. legal. 4. p. q.2. n.9. & q.9. art.4. n.11. & 12.* Altograd. *d. cons. 50. n.34. & 35.*

23 Facit doctrina Cancer. *d. lib.1. cap.6. n. fin.* Ubi ait, quod si relictum adscribenti ab eo petitum sit tempore, quo testes, qui intervenerunt testamento Nuncupativo sint mortui, ita ut legatum tantum probetur per instrumentum publicum approbationis testamenti Nuncupativi, locus sit Senatus consulto Liboniano. Si verò testes adhuc vivunt, & deponunt de veritate relicti, sustineatur dispositio: optimè Anton. Fab. *in Cod. libr. 9. titul. 14. de his, qui sibi adscrib. diffin. unic.* Subindeque cùm voluntas testatoris probetur testibus, & cesset fraudis suspicio, nil mirum, quod legatarius relictum consequatur. Et faciunt quæ Valasc. *consultat. 178. n.13.*

Quid dicendum, si is, qui sibi adscripsit in testamento alterius, legatum sibi adscripsit cum onere fideicommissi, vel alio. Dic legatum remanere penes
24 eum, à quo fuit relictum cum dicto onere fidei commissi; cessat enim ratio prohibitionis Senatus consulti: docet Paul. *in L. ultim. ff. de his, quæ pro non script. L. filius 14. §. ultim. ff. ad L. Cornel. de fals.* Melch. Valent. *libr. 1. tract.1. cap.4. n.3.* Qui *n. 4.* subjungit etiam eum casum, in quo servus legatus fuit adscribenti, ut eum manumitteret: vel quando legatum fuit relictum, ut servo proprio libertatem præstaret. Nam in hac specie, licet legatum servi, vel alterius rei pro non scripto sit; tamen debetur servo fideicommissaria libertas *L. cum vero 26. §. si pro non scripto ff. de fideicomm. libert.* Cujac. in *L. unic. §. in primo C. de caduc. tollend.* & cum aliis Valent. *d. c.4. n.4.*

Undecimo dubitatur: An bannitus dicatur incapax? Sed quia circa bannitos non eadem datur dispositio in hoc Regno, ac in aliis provinciis, prius discutiendum est, quis in Regno dicatur bannitus, ut inde, quid juris sit circa incapacitatem, vel indignitatem, certa possit dari determinatio. Itaque in pluribus provinciis, præsertim Italiæ, proceditur contra absentes ad bannum propter quodcunque delictum, & contumaciam. Quo facto ita absens, & bannitus pro confesso habetur. In hoc autem Regno non proceditur contra absentes, pro quibuscunque delictis, sed tantùm pro his, in quibus imponitur pœna mortis, neque habetur pro confesso: sed ordinariè proceditur adversus absentes in casibus homicidii, & aliis delictis, propter quæ infligitur pœna ultimi supplicii.

Disponit igitur *Ordin. lib. 5. tit. 126.* ne delicta maneant impunita ex absentia reorum. Quod Præ-
25 sides causarum criminalium Curiæ, & Senatus Portuensis, nec non Præsides provinciarum, Auditores Regii, & Militiarum Domini nostri Jesu Christi, Beati Jacobi de Spata, & Avisii, & insuper Judices foranei se informent maleficiorum homicidii, aliorumque, quibus probatis pœna mortis naturalis, aut civilis esset imponenda, & contra reos edicta proponant in loco judicii, & incolatus delinquentium, vel ubi bona, & consanguineos habent, jubendo quod à die edictorum ad duos menses, vel in termino sibi viso, veniant in judicium pro ipsorum defensione: & si in termino non apparuerint, procedatur adversus eos in contumaciam. Quo si non facto, instituto processu deveniatur ad diffinitivam sententiam contra reos, tanquam si præsentes essent; & juxta merita causæ, & probationes, vel condemnentur, vel absolvantur: dummodo inferiores à sententiis prolatis appellent ad Senatum juxta *Ordinat. d. lib.5. titul.122.* Delataque appellatione ad Senatum supremi Judices reum condemnatum bannitum declarant, & jubent, quod Magistratus convocato populo bannitum insequantur, & comprehendere curent, exequanturque sententiam ultimi supplicii, si ad mortem fuerit damnatus: sin minus quælibet alia minor pœna executioni mandetur juxta formam *Ordinat. d. tit. 126. §. 7.*

Pro cujus Ordinationis vera explicatione scien 26
dum est neque Judicibus Ordinariis locorum, neque Auditoribus, & Judicibus Magnatum, qui terras possident Coronæ cum jurisdictione, concessum esse, ut valeant procedere contra absentes. Hæc enim jurisdictio quasi privativè concessa censetur Magistratibus Regiis, supra nominatis, ablata aliis, derogata jurisdictione ordinaria, ex his quæ Solor. *2 tom. lib.4. cap.7. n.23.* Cumque Magistratus supra dicti Provinciarum non valeant suas sententias executioni mandare in criminalibus, nisi in Senatu Confirmentur ex *d. Ordin. t. 122. & d. t. 126. §. 1. & 2.* ex officio appellare tenentur ad Senatum, Ubi rei absentes, vel absolvuntur, vel condemnantur, ac banniti declarantur: ita ut si ad mortem naturalem quis fuerit condemnatus, & bannitus, quilibet de populo eum occidere possit juxta *Ordinat. d. tit. 126.* § 8. Giurb. *consult. 3.* Cabed. *2. p. dec. 57.*

Deinde notandum est, quod tempus duorum 27
mensium designatum ab *Ordinat. d. tit. 176. in princip.* circa citationem absentium nullo modo potest à Judice restringi absque vitio nullitatis totius processûs, Cabed. *1. p. arest. 57.* Pereir. *dec. 61. in* Scaccia *de judic. lib. 1. cap. 97. n. 32. & 39.* Flamin. Cartar. *de execut. sent. c. 1. n. 435. & 436. & seqq. ac cap. fin. n. 184. usque ad* 193. Farinac. *q. 11. n. 36. 44. & 102. vers. & [illegible]mitæ:* quia tempus à lege præfinitum ad aliquem actum in se formam inducit, Noguer. *alleg. 11. n. 113. & 114.* Immò qui tempus legis non observat, dicitur ejus dispositionem non observare, Tiraq. *de retract. lignag. §. 3. gloss. 4.* Gama *dec. 334. n. 4.* Larrea *allegat. 29. n. 36.* Surdus *cons. 124. n. 6. & cons. 377. n. 32.*

Observandum etiam est, quod si ita bannitus jux- 28
ta legem Regiam intra annum à tempore latæ sententiæ voluntariè se præsentaverit personaliter in carceribus ad allegandas suas defensiones, audiendus est suspensa executione sententiæ, donec alia super defensionibus feratur juxta *Ordinat. d. tit. 126. §. 7. vers. porem* Cujus dispositio fulcitur ex his quæ Clarus *§. fin. quæstion. 75. n. 13.* Cartar. *de execut. sententia, capit. bann. capit. fin. quæstion. 175.* Anton. Gomez *in L. 76. Tauri n. 11. & 13.* Costa *de re* 29
integr. distin. 46. n. 14. Farinac. *quæstion. 11. n. 100. & seqq.* Et in Aragonia est similis forus 113. Curiarum anni 1626. de quo Cresp. de Valdaura *observ. 77.* Quando autem bannitus, vel condemnatus in mitiori pœna intra annum in carceribus præsentatur ad se defendendum, benè potest defensiones proponere, ac si condemnatus non esset, & causa de novo judicatur ex eisdem probationibus productis ab accusatore, & ex testibus inquisitionis, quas Reus petere nequit, ut de novo examinentur, & repetantur Jul. 30
Clar. *in §. fin. quæst. 45. sub n. 13. post vers. cæterum si reus ad finem.* Farinac. *quæst. 11. n. 105. vers. sed si post sententiam*, Cartar. *de execut. sentent. c. bann. c. fin. n. 175. vers. prout ne defectus citationis*, Petr. Caball. *casu 110. n. 36. & 37.* Qui benè tradit, quod licet testes examinati reo non citato regulariter repeti debent Cacheran *decis. Pedemont. 79. incipit quoniam sub n. 18. & 19. vers nec etiam facit judicium.* Tamen de generali consuetudine, & practica

omnium

omnium Cariorum si reus contumax condemnatus
diffinitivè, postea fuerit admissus ad novas defensio-
nes, testes examinati in primo processu informati-
vo non sunt de novo repetendi reo citato, sed ha-
bentur pro legitimè examinatis in odium ejus con-
tumaciæ, & faciunt plenam fidem; sequitur Cresp.
de Valdaura *observat.* 77. *n.* 1. quia gesta durante
rei contumacia juxta legis formam valida fuere: &
31 insuper reus contumax pro confesso fuit habitus, &
illa ficta confessio liquidissima dicitur probatio ar-
gum. *text. in L. manifestè*, ubi Alex. *ff. de jurejur.*
Nata *cons.* 542. *n.*8. *& seqq. vol.*3. Bertasol. *cons.*82.
n. 19. *lib.* 1. Cartar. *in d. tract. c.*1. *n.* 48. Foler. *in
pract. crimin. verb. & si confitebuntur* 4.*p.*3.*p. princ.*
*n.*28. Scaccia *de judic. l.*1. *c.*97. *n.*161.

Unde subintrat quæstio: An ad revocationem
sententiæ latæ in absentia necessarium sit, quod
reus ita præsentatus intra annum omnino probare de-
32 beat innocentiam, vel alleget, quæ licet non suffi-
cerent ad absolutionem, tamen sufficientes essent ad
minuendam pœnam, si se defenderet ante senten-
tiam? In qua quæstione videbatur dicendum reum
teneri omnino probare defensiones ad absolutionem
assequendam: ut insinuare videtur *Ordinat. d. titul.*
126. §. 7. in verbis ibi: *Equizerem allegar tal de-
feza, ou contrariedade, que provada os relevaria de
todo da pena, & foraon absolutos, se a principio se
vieram livrar, & allegaraon; seja lhes recebida, &c.*
Ex qua Ordinatione clarè probatur non sufficere ta-
lem qualem probationem, & defensionem ad minu-
endam pœnam; sed eam, quæ necessaria erat ad to-
talem absolutionem.

Confirmatur, quoniam ad docendum se non com-
misisse delictum, non sufficit elidere indicia; aliud
33 enim est probare innocentiam, & non deliquisse li-
quidissimis documentis, & aliud est indicia elidere.
Quod ex eo patet, quia ad elidenda indicia quoad
torturam sufficiunt contraria, & æqualia indicia: sed
ad probandam innocentiam, seu non deliquisse, re-
quiruntur efficaciores, & liquidissimæ probationes:
ut eleganter ratiocinatur Scaccia *d. c.*97. *n.*161. Er-
go necessariò desideratur plena probatio ad infrin-
gendam sententiam latam. Secundo confirmatur:
quia in Regno non devenitur ad condemnationem
absentis ex eo solum, quod contumax sit, sed ex
probationibus, & testibus productis tam ab accusa-
tore, quam inquisitione delicti, à Judice formata
*Ordinat. d. tit.*126. §.1. ibi: *E sabida à verdade os
condene na pena, que por direito merecerem*: juncto
§. 3. ibi: *E naon se provando contra elles cousa, per
que mereçaon condenaçaon, os absolvaon.* Atque ita
sententia transivit in rem judicatam, & justè, ritè, ac
34 rectè prolata præsumitur, Gama *dec.*110. *n.* 5. Mos-
card. *de probat. concl.*1297. *per totam*, Cyriac. *con-
trov.*81. *n.*31. *&* 33. *& controv.*286. *n.*7. 8. *&* 9. Va-
lena. *cons.*123. Proindeque de ejus justitia, vel in-
justitia amplius non est disputandum, Zozius *cons.*3.
*n.*3. *volum.*1. Cyriac. *de controv.* 81. *n.* 32. Valenz.
*d. cons.*123. *n.*6. Ergo non debet sententia retractari,
nisi plenè probetur innocentia.

Denique facit, quod etiam sententia lata foret ex
confessione ficta resultante contra reum ratione con-
tumaciæ; prout evenire solet in Civitatibus Italiæ
juxta earum statuta, de quibus Scaccia *de judiciis*,
libr. 1. *c.*97. *n.*23. *& seqq.* adhuc reus audiendus non
35 erat, nisi probata innocentia per liquidissimas proba-
tiones: quia tantum operatur fictio in casu ficto,
quantum veritas in casu verò *L.* 1. *ff. de adoption.* L.
*cum ex oratione ff. de excus. tutor. L. si tibi homo §.
cum servus ff. de legat.* 1. Peris. *cons.*118. *n.*52. *libr.*
2. Andr. Gail. *lib.* 2. *observat.* 127. *n.* 6. Scaccia *d.
cap.* 97. *n.* 126. *vers. tantum operatur*, Cresp. de
Valdaura *observat.*77. *n.*8. Mantic. *de conject. ultim.*
*libr.*11. *tit.*18. *n.* 39. Giurb. *ad consuet. Messan. cap.*
1. *gloss.* 4. *n.* 95. Atque ita eodem modo, quo reus
si verè esset confessus delictum, teneretur plene er-
rorem confessionis probare, ita quando pro confesso
fuit reputatus.

Cæterum contrariam sententiam veriorem existi- 36
mo ex ipsamet *Ordin. d. tit.*126. §.7. ibi: *Atè se dar
sobre isso sentença final, na qual seja relevado em to-
do, ou em parte, segundo a prova de sua defeza, ou
contrariedade.* Ex quibus verbis satis apertè colli-
gitur sufficere probationem, quæ in parte relevet,
licet non in totum. Præsertim quia illa sententia fun-
datur in confessione ficta, & indiciis processus infor-
mativi; cumque reus sic admissus ad novas defen-
siones, omnia deducere possit, per quæ elidantur
indicia, & ficta confessio, quamvis omnino defen-
siones non ita sint efficaces, ut sententia in totum
revocetur, benè sufficient ad minorandam pœnam;
ita ut sufficerent, si tales probationes ante senten-
tiam fuissent productæ: ut in terminis voluerunt
Clar. §. *fin. quæst.* 44. *n.*6. Farinac. *quæst.*11. *n.*203.
pulchre Scaccia *d. c.*97. *n.*103. quos sequitur Cresp 37
de Valdaur. *observ.*77. *n.*8. *&* 9. Et verè hæc opinio
æquior est: & ea propter tanquam mitior amplecti
debet *L. sanctio legum, ff. de pæn. c. in pænis de re-
gul. jur. in* 16. Petr. Caball. *de omn. gener. homicid.*
n. 374. Et quidem Judex æquiorem opinionem se-
qui debet, argum. *text. in L. quoties* 20. L. *in omni-
bus* 90. *de regul. ju. L.* 1. *vers. sane crebrior. ff. de
offic. Quæst.* Post plures Cevall. *in præfat. commun.
opinion. n.*30. Larrea *dec.*7. *n.*25. Coras. *de commun.
opin. n.* 27 Cavalcan. 1. *p. dec.* 44. *n.* 34. Nov. ad
Vinc. de Franch. *dec.*51. *vers. quare.* Propatereaque
hæc pars in hoc Regno proculdubio sequenda est,
quando reus elidit indicia resultantia ex inquisitione;
siquidem in processu facto contra absentem sententia
profertur juxta probationes, non ex causa fictæ con-
fessionis propter contumaciam.

Intellige supra tradita, ut procedant respectu
pœnæ corporalis, quia comparente reo damnato in-
tra annum, & posito voluntariè in carceribus suspen-
ditur effectus sententiæ prolatæ in absentia, & ex- 38
pectatur alia sententia, quæ ferri debet productis
defensionibus à reo. Si vero ultra corporalem fuisset
reus condemnatus in aliqua pœna pecuniaria, quæ
jam erat exacta tempore, quo reus se præsentavit
in carceribus, non erit audiendus circa pecuniariam
pœnam, quæ jam erat executa: ut probat *Ordinat.
d. tit.* 126. §. 7. *vers. porem se na sentença*, ibi: *Po-
rem sentença alem da pena corporal lhes for dada
outra pena de dinheiro, & jà for executada em seus
benes, posto que se venhaon meter na cadea dentro
do anno, & provem tanto, per que sejam absolutos,
naon se desfarà a dita execuçam, que jà em sua fa-
zenda for feita, sòmente seraon ouvidos quanto à
pena corporal.* Joseph. de Sesse *dec.* 335. *n.* 2. Et
Mediolani simile esse statutum tradit Boss. *tit. de litt.
Princ. in princ.* Clarus §. *fin. q.* 44. *n.* 5. *vers. dixit
quod in fin.* Scaccia *d. c.* 97. *n.* 155. *in fin.* Simanc.
*de Catholic. instit. tit.*2. *n.*20. *&* 21. Et faciunt, quæ
circa bona annotata dixi infra *c.*40. *n.*8. Attamen si
pœna pecuniaria adhuc non fuerit executa, quan-
do reus se voluntariè præsentavit in carcere, etiam
respectu hujus pœnæ sententiæ effectus suspenditur
ex generalitate *Ordinat. d. tit.*126. §.7. Ibi: *E di-
late se a execuçam ante se dar sobre isso sentença final.*
Lex enim, quæ generaliter disponit, generaliter est
intelligenda L. *de pretio ff. de Public. in rem action.
cum similib.* Et idipsum insinuare videtur *Ordinat.
d.* §. 7. ibi: *Naon se desfarà a dita execuçam, que
jà em sua fazenda for feita.* Unde per argumentum
à contrario probat Ordinario suspendendam esse exe-
cutionem quoad pœnam pecuniariam adhuc non
exactam.

exactam. Argumentum autem à contrario sensu le-
gis validum est in jure, Reynos. *observ.* 42. *n.* 12.
Gama *decis.* 16. *n.* 4. Immò contrarius sensus legis
39 habetur pro lege, Valasc. *de partit.c.*16. *n.*26. Rey-
nos. *d. n.*12. maximè quando ex eo evidenter, & ne-
cessariò colligitur dispositio contraria in casu contra-
rio, Jason, & alii plures *in L.* 1. *ff. de offic. ejus cui*
mand. est jurisd. Blas. Flores de Mena *in addit. ad*
*Gam. decis.*7. *n* 1. *vers. hac sunt.* Unde cum *Ordinat.*
d.§.7. disponat executionem pœnæ pecuniariæ jam
factam esse sustinendam, à contrario sensu disponere
videtur suspendendam esse executionem sententiæ
etiam quoad pœnam pecuniariam nondum executam.
Subindeque reus ita voluntariè præsentatus in car-
cere intra annum etiam audiendus est circa pœnam
pecuniariam non exactam, quod tene menti: quia
jam hoc dubium habui de facto in Senatu Portugal-
lensi, dum ibi Præsidis Curialis causarum crimina-
lium munere fungeret: & vidi Senatus Palatini re-
solutionem contrariam, per quam jussum fuit sen-
tentiam quoad pœnam pecuniariam exequendam
esse bonis cujusdam rei, qui intra annum voluntariè
se præsentavit in carcere. Sed Portuensis Senatus
noluit prædictam resolutionem observare, & Regi
rescripsit proponendo rationes pro hac parte deduc-
tas: Et sic secundùm meam opinionem executio sen-
tentiæ fuit suspensa.

Alia in materia non levis est dubitatio: An scili-
cet, si absens fuit condemnatus ad mortem, & ban-
nitus, captus, vel intra annum, quo voluntariè po-
terat se præsentare in carcere, vel post annum, au-
diendus sit cum exceptionibus, quando sententia illi
notificatur, ut in persona fiat executio? In qua quæ-
stione, quæ quotidiana est, præsupponere opportet,
40 quod de stylo Regni, quando qui damnatur ad mor-
tem, statim illi notificatur sententia, & adhibentur
viri Religiosi, ut condemnatum dirigant in viam sa-
lutis æternæ: & tertio die sententia ultimi supplicii
executioni datur. Interim tamen condemnati in præ-
sentia adversus sententiam exceptiones opponere
possunt, & solent: super quibus ante executionem
in Senatu sententia profertur; ita ut si exceptiones
rejiciuntur; ultimi supplicii pœna infertur. Si verò
exceptiones recipiuntur, suspenditur executio, do-
nec super illis sententia diffinitiva feratur, per quam
exceptiones aut probatæ, aut non probatæ judican-
tur. Et hoc præhabito subintrat quæstio: An con-
demnatus in absentia audiendus sit cum exceptioni-
bus, in quibus deducat sententiam vel esse injustam
vel nullam? Et quidem videtur dicendum non esse
admittendum cum prædictis exceptionibus, neque
audiendum ex *Ordinat. d. tit.*126. §.7. ibi: *Evindo*
despois do dito anno, naon ferà mais ouvido com de-
feza alguma. Planè ubi est casus legis, disputationi
41 locus non datur juxta Bart. Doctrinam *in L. quod*
constitutum, ff. milit. testam. Decius *cons.* 503. *n.* 4.
Stephan. Gratian. *c.*420. *n.*17. Castill. *lib.* 3. *controv.*
*c.*7. *n.* 34. *in fin.* Et probat *text. in L. ancilla juncta*
gloss. ibi C. de furt. L. illam, ubi Decius *n.*1. & com-
mun DD. *C. de collation.* Adeo ut neque, Judicis
arbitrium locum habere queat Solorzan. 2. *tom. lib.*
2. *c.*7. *n.*21. Anton. Hering. *de fidejuss. c.*11. *n.* 60.
Valenz. *cons.*123. *n.*13. August. Barbos. *axiom.*136.
n. 10. Et faciunt tradita ad Scaccia *d. c.* 97. *n.*137.
ubi in nostris terminis juxta motus proprios Pauli
Quarti, & Pii Quinti idem disponentes, quod *Ordin.*
d.§.7. docet captum vel intra annum vel post annum
audiendum non esse; nisi obtento ad id Principis
rescripto, ita ut recurrendum sit ad Principis cle-
mentiam.

Judex namque absque Principis rescripto reum
42 audire nequit, Boss. *de remed. contra bann. n.*1. *&*
3. *& titul. bann. quid amitt. n.* 30. Clar. *in* §. *fin.*
quæst. 94. *n.* 12. Farinac. *quæst.* 11. *n.* 68. Ubi quod
solus Princeps, & non alius reum ad novas defensio-
nes admittere potest ex Jodoc. *in pract. crimin. tit.*
de contum. purgand. n. 3. Scaccia *d. c.* 97. *n.* 140.
Confirmatur, quia capto bannito, & legitimè recog-
nito, Judex debet statim sine alio termino senten-
tiam, exequì, Bart. *in L.* 1. *in fin. ff. de requir. reis*,
& post plures Scaccia *d. c.*97. *n.*183. *Ordin. d. tit.*126.
§. 7. & sic hæc pars tenenda videtur.

Verùm pro contraria parte non levia stant funda- 43
menta, & est primum quod paria sunt occidere inno-
centem, & non audire defensiones accusati, ut dixit
Bald. *in L. addictos C. de Episcop. audientia per text.*
in L. lex Julia §. *hodie ff. ad L. Jul. repetund.* Bellu-
ga *in speculo Princip. rubr.*11. *cap.*4. *n.*16. unde cum
defensio sit de jure naturæ nemini deneganda est *L.*
defensionis facultas, Codic. de jur. fisci libro 10. Fa-
rinac. qui infinitos allegat. *quæst.* 39. *ampliat.* 10. *n.*
32. sequitur Petr. Caball. *resolut. crim. cas.*41. *n.* 2.
ubi id procedere ait tam in reo confesso, quam, con-
victo. Adeo ut dixerit Bart. in tractatu quæstionis
ventilatæ coram Domino nostro Jesu Christo inter
Beatissimam Virginem Mariam ex una parte, & Dia-
bolum ex alia, quod defensio neque Diabolo dene-
ganda est, sequitur Petr. Foler. *in praxi in* 2. *p.* 2. 44
princip. verbo recipiantur defensiones. Petr. Caball.
de omni genere homicidii n. 422. qua ratione defen-
sio per principem tolli nequit, Caball. proximè *n.*
425. Hypolit. de Marsil. *in L. unius* §. *cognit. cum*
*n.*35. *& seqq. vers. nunc revertar. ff. de quæstionib. &*
*cons.*16. *n.*19. *& seqq. vers. sexto moveor, & cons.* 25.
*n.*51. Frac. Vivius *dec.*32. *n.*7. ubi ait neque per Pa-
pam tolli non posse, & quod magis est regulariter
neque ipse reus propriis defensionibus renuntiare va-
let, glossa magna circa finem vers. item pactum ne
quis se defendat *in L. pactum inter hæredem ff. de pa-* 45
ctis, Foler. 1. *p.*3. *partis verb. & si confitebuntur n.*72.
vers. octavo operatur, Marsill. *cons.*16. *n.*25. *& seqq.*
quinimo etiam Petr. Caball. *de omni genere homicid.*
n. 424. Phæb. *dec.*10. *n.*19. ac proinde quocumque
tempore reus contra sententiam opposuerit, audiri
debet.

In hac gravissimà difficultate si meum licet inter-
ponere arbitrium dicendum est, quod licet *Ordin.* 46
*d. tit.*126. §.7. quatenus audientiam denegat reo ban-
nito, qui captus fuit post annum, rigorosa, & dura vi-
deatur, immo injusta secundum opinionem Pegnæ
*in Comment. ad direct. Inquis p.*3. *comment.*49. *vers.*
ex quibus; tamen eam validam esse tradit ex commu-
ni Doctorum sententia, Scaccia *de judic. lib.* 1. *c.*97.
n. 144. Et sic capto bannito executio pœnæ corpo-
ralis, ritè, & rectè statim fieri debet juxta formam
prædictæ *Ordinat. d. tit.*126. ut tradunt Bart. *in L.*1.
in fin. de requir. reis, & cum Felin. Afflict. Clar. &
Cartar. tenet Scaccia *d. c.*97. *n.*183. Qui omnes do-
cent non esse assignandum terminum ita condemnato
ad dicendum contra sententiam, si illi priusquam
banniretur fuerit assignatus terminus ad comparen-
dum cum comminatione, quod eo elapso poneba-
tur in banno: & quia frustra admittitur ad proban-
dum, quod probatum non relevat: sed iste banni-
tus captus quamvis probaret aliquid contra senten-
tiam ad sui defensionem non evaderet: Ergo frustra
ei terminus præfigendus est. Atque ita non sunt ad-
mittendæ exceptiones bannito capto post annum vel
intra annum antequam se præsentaret in carcere vo-
luntariè.

Sed quia contrariam sententiam tenuerunt Salicet. 47
*in L.*2. *n.*2. *C. de requir. reis*, Foler. *in pract. crimin.*
*verb. captis foriudicatis n.*2. *&* 3. Nata *cons.*444. *n.*
9. Farinac. *quæst.* 11. *n.* 47. Scaccia *d. n.* 183. *vers.*
contrariam. Et hæc quidem pars magis æqua favo-
rabilis est, & juridica: ut probat Scaccia *d. c.* 97.
n. 184.

n. 184. Verius censeo concedendum taliter con-
demnato non solùm terminum consuetum dari ulti-
mo supplicio damnatis; sed etiam copiam omnium
actorum, & processus, ut possit opponere contra sen-
tentiam ex causis infra enumerandis.

Et primò poterit reus opponere de nullitate sen-
48 tentiæ, vel actorum: quia licet in lege dicatur, quod
sententia lata contra bannitum eo capto statim exe-
quatur: tamen illa dispositio intelligenda est, dum-
modo sententia sit ritè, & rectè prolata non verò,
si nulla sit: ut in terminis docet Angel. de malefic.
in verb quiddam. Index videns quod dicti inquisiti
non compareat. n. 12. Cujus verba transcripsit Farin.
quæst. 11. n. 34. Ubi hanc opiniònem sequitur; &
eam communem dicit. Quæ probatur ex text. in L.
4. §. condemnatum ff. de re judic. in verbis ibi con-
demnatum accipere debemus eum, qui ritè condem-
natus sit, ut sententia valeat. Cæterum si aliqua ra-
tione sententia sit nullius momenti dicendum con-
demnationis verbum non tenere. Facit text. in L.
quoties ff. qui satisd cog. L. sancimus in princ. de do-
nat. Et in nostris terminis docent Afflict. dec. 182. n.
4. & dec. 366. n. 10. Grammat. 79. n. 10. Flamin. Car-
tar. in tract. de execut. dec. 79. senteut. capt. bann. e.
fin. n. 144. & seqq. Roland. à Valle cons. 41. n. 5. &
6. lib. 1. Scaccia d. c. 97. n. 193.

49 Namque sententia nulla non meretur nomen sen-
tentiæ Boss. de remed. just. contra sent. n. 8. Sebast.
Vant. de nullit. tit. quis possit dic. de nullit. n. 39.
Afflict. dec. 182. n. 3. Bertasol. cons. 58. n. 10. lib. 1.
Qui dicunt sententiam nullam non transire in rem ju-
dicatam. Scaccia d. cap. 97. n. 195. Ordinat. lib. 3.
tit. 75. in princ. Nullitas verò ex variis causis con-
tingere potest: nempe ex inquisitione formata nul-
liter in casu, ubi de jure ad eam procedi non pote-
rat, tunc namque cum inquisitio fuerit fundamen-
tum sententiæ, si illa nullitate laboraret, etiam sen-
tentia nulla & invalida erit, & exequi non poterit
juxta, text. in L. si filius a. 2. ubi Bart. ff. de interrog.
action. & facit text. in L. sed sive §. si servus ff. eod.
idem Bart. in L. 2. §. quod si actor. circa fin. C. de jur.
calumn. ubi Bald. Qui asserit; quod si libellus est
ineptus, vel non concludens, aut defecit aliqua for-
ma substantialis judicii, non valet quod actum est
contra contumacem, neque sententia, quæ fundatur
in vano, Hyppolit. de Marsill. in pract. §. postquam
n. 56. & seqq. Foler. in pract. crimin. 4. p. 3. princ.
vers. & si confitebantur n. 6. & cum pluribus Farinac.
d. q. 11. n. 35.

Deinde erit bona exceptio pro bannito, si in pro-
50 cessu non fuerunt servati illi termini qui de jure, sty-
lo; aut consuetudine, vel statuto servari sunt soliti,
tunc enim audiendus est bannitus non solùm contra
acta sed etiam contra ipsammet sententiam Clar. §.
fin. quæst. 31. vers. quaro modo in fin. n. 22. Farinac.
d. quæst. 11. n. 36. ubi latissimè. Vel si citatio fuit nul-
la, Judexve suspectus, aut incompetens, quia potest
bannitus de his nullitatibus opponere, ex quibus
processus, & sententia nulla declarantur: ut in vul-
gatis: & tenet Farinac. d. q. 14. n. 46.

Hinc fit, ut quamvis probationes non sint de sub-
51 stantia sententiæ L. prolatam C. de sent. & interlocut.
omn. Judic. Alex. cons. 105. consideratis n. 4. col. 1.
vers. accedit ad confirmationem l. 5. Stephan. Gra-
tian. c. 76. n. 12. cum verè probationes dicantur me-
dia causæ, & de ordine justitiæ; non verò de ordi-
ne judicii juxta communem Doctorum opinionem,
de qua Alex. in L. præses n. 1. & seqq. ff. de re judic.
Afflict. dec. 28. n. 2. & 8. dec. 39. n. 6. in finem & n.
7. dec. 47. per totam. Vantius de nullit. tit. de nullit.
ex defect. process. n. 38. ubi quod sententia lata sine
probationibus transit in rem judicatam, Scaccia d. c.
97. vers. contraria sententia. Attamen cum sine pro-
bationibus nulla possit dari justa sententia ex his, quæ
Gratian. d. c. 76. n. 12. Si contra bannitum prolata
fuisset sententia sine probationibus: vel indiciis, re-
ctè poterit bannitus opponere contra sententiam, tan-
quam nullam; siquidem notoria injustitia & iniqui-
tas nullitati æquiparatur c. inter cætera de re judic.
Vursill. ad afflict. dec. 28. n. 4. Vincent. de Franch. 52
dec. 148. n. 7. Atqui sententia notoriè injusta nullæ
etiam comparatur secundùm Bald. in L. unic. col. 2.
n. 5. vers. denuo quæro C. si de moment. possess. Marant.
de ordin. judic. 6. p. act. 2. princip. verb. & quando-
que, limit. 6. n. 331. Salgad. de Reg. protect. 4. p. c.
13. n. 24. & seqq. Proindeque sententia injusta num-
quam transit in rem judicatam, Seraphin. dec. 1123.
n. 6. Prout etiam sententia contumacialis in rem ju-
dicatam non transit, & semper reus auditur contra
eam Carpan. ad constit. Mediolani tom. 3. super c.
omnium verb. publicantur n. 375. Farinac. d. quæst.
11. n. 62. Noguer. alleg. 12. n. 47.

Atque ita cum injustitia sententiæ latæ sine pro-
bationibus notoriæ constet ex actis, ita ut nullitas 53
notoria, quæ ex ventre actorum semper admittitur,
& impedit executionem etiam trium conformium,
Bart. in d. L. 4. §. condemnatum n. 2. de re judicat.
Scaccia de appellat. quæst. 19. remed. 1. conclus. 4.
n. 29. & 72. Cassad. dec. 8. de rescript. Osasch. dec.
Pedemont. 22. n. 22 ad med.. Avendañ. de exequend.
mand lib. 2. c. 30. n. 8. & 9. Salgad. de protect. 3. p.
cap. 9. n. 26. & seqq. Mendez à Castr. in prax. Lusi-
tan. lib. 3. c. 21. n. 43. Oliva de for. Eccl. p. quæst. 25.
n. 30. Phæb. 2. p. arest. 77. Xamar. de offic. Judic. 1. p.
quæst. 9. n. 275. Sanfelic. dec. 299. n. 8. Tondut. de
præven. 2. p. c. 60. n. 7. Ita etiam injustitia, & iniqui-
tas sententiæ, quæ constat ex actis illius executio-
nem suspendere debet.

Præsertim, quia sententia, quæ non justificatur 54
ex actis, dicitur injusta, & iniqua, ac per consequens
nulla Ludovic. Post. resol. 58. n. 24. & resol. 68. n. 9.
Afflict. dec. 47. August. Barbos. voto 112. n. 12. Ur-
sill. ad Afflict. dec. 28. n. 1. vers. sed contrarium, &
n. 2. Scaccia de judic. lib. 2. c. 3. n. 292.

Quod quidem optima cum ratione procedit in
causis criminalibus, siquidem quidquid sit in civili-
bus, probationes, & indicia sunt de ordine substan- 55
tiali judicia criminalis: ut subtiliter considerat Scac-
cia de judic. c. 1. n. 197. & 198. vers. secundo respon-
deo. Subindéque cùm deficiant probationes, & in-
dicia, quæ respiciunt substantiam criminalis judicii,
justa cum ratione audiendus est bannitus, si ex ven-
tre actorum docuerit nullas contra se esse proba-
tiones.

Si verò in processu aliqua dentur indicia, sed non
ita legitima, ut sententia ex illis plenè justificetur, 56
tunc quoniam probationes Judici sunt arbitrariæ Me-
noch. de arbitr. quæst. 90. n. 2. & 3. Petr. Caball. re-
solut. crimin. casu 231. n. 25. Et in arbitriis non pos-
sit dari certa regula Caball. casu 165. n. 25. Fachin.
controv. lib. 9. c. 45. Giurb. cons. 6. n. 11. Anton. He-
ring. de fidejuss. c. 5. n. 15. non poterit sententia dici
notorie nulla & injusta. Et ideo Judex, ad quem
spectat executio sententiæ contra bannitum non va-
lebit de exceptione hujusmodi injustitiæ cognosce-
re. Neque judices, qui sententiam tulerunt. Ve-
rùm si ita debilia sint indicia, ut manifestum sit mor-
tis naturalis pœnam iniquè fuisse impositam, non
male facient Judices, si Principem consulant, an
super eisdem actis de novo sit pronuntiandum: ut
bene advertit Scaccia d. c. 97. n. 198. vers. si præce-
dentibus. Ubi n. seqq. ponit exempla.

Denique debet audiri bannitus contra sententiam, 57
quoties innocentia probaretur per evidentiam rei;
puta si condemnatus propter stuprum ostenderit se
esse castratum, vel eunuchum. Et si condemnatus
de

de incendio domus ostenderit illam esse illæsam. Item siquis condemnatus de homicidio ex vulnere docuerit nullum fuisse vulnus: ut evenit in casu de quo Bald. *in L. siquis testibus in fin. Cod. de testib.* Vel si ostenderit eum, qui dicebatur occisus, adhuc vivere. Vel quando sententia lata fuit super re omnino inverisimili. Vel quando repugnat possibilitas ut per Scaccia *d. c. 97. n. 185.*

Quibus ita positis accedendo ad quæstionem un-
58 de digressi sumus, An scilicet bannitus sit incapax, vel indignus? Distinguendum est inter casum, quo bannitus fuit capitaliter damnatus ita ut impune offendi, ac occidi possit juxta *Ordin. d. tit.* 126. §. 8. Mascard. *de probat. conclus.* 162. *per totam*, Jul. Clar. *in §. homicidium à n. 52. & §. fin. quæst. 71. n. 5. & seqq.* Giurb. *cons.* 3. *à n.* 2. Sylvest. *in summa verb. assassini n. 3. & verb. homicidium* §. 1. *n. 5. & 7.* & inter eum quo condemnatus fuit in minori pœna. Primo casu cùm bannitus pro mortuo habeatur *L. si qua pœna ff. de his, qui sunt sui L. 1. de bonor. possess. contra tabul. gloss. in §. relegati instit. quib. mod. jus patr. potestatis solvit.* Caball. *casu* 264. *n.* 24. Farin. *q.* 102. *n. 23. & cons.* 135. *n.* 37. Giurb. *cons. 3. n. 7.* Vincent. de Franch. *dec.* 102. & deportato comparetur, incapax verè est non tantum ex forma statuto-
59 rum, sed etiam de jure communi, ut voluerunt Boss. *in tit. de bonorum publicat. sub n. 69. post vers. an bannitus nostri temporis*, Alciat. *cons. 6. quæritur de intellectu statuti n. 14. post. vers. quamvis enim tom.* 1. *lib.* 2. & sic hanc opinionem uti communem defendit Corneus *cons. 55. col. 3. & 4. lib. 2.* Alex. *cons. 23. n. 9. & seqq. vers. octavo probatur, & concl. 75. n. 7. vers. & fortificantur prædicta l. 1.* Durand. *de arte testandi tit. 1. de his qui non habent factionem testamenti cautella 10. sub n. 3. vers. idemque dicendum*, Giurb. *cons. 3. n. 2.* Simon de Pret. *de interpret. ultim. voluntat. lib. 2. interpret. 2. dub. 1. solut. 1. sub n. 14. post vers. quoniam comprehenditur*, Paul. de Castr. *cons. 212. col. 1. n. 1. & 2. lib. 2.* Petr. Caball. *d. cas.* 264. *n.* 28. Bellonus *de jure accrescendi 2. p. c. 7. quæst. 52. n. 97.* talis enim bannitus pro hoste habetur, Caball. *proximè n.* 29. Franc. *dec.* 213. *n.* 22 Giurb. *d. cons. 3. n. 2. in fine*, unde relictum taliter bannito non pertinet ad fiscum, sed ad substitutum, con-
60 junctum gravatum, aut advenientes ab intestato, Paul. de Castr. *cons. 212. n. 2. lib. 2.* Socin. Sen. *cons. 22. n. 12. vers. verum prædictis vol. 1.* Bellon. *d. quæst. 52. n. 100.* Caball. *d. cas. 264. n. 29.* Ultra quod iste bannitus non habet testamenti factionem activam, immo testamentum factum ante condemnationem irritum fit, ut diximus *c. 15. n. 65. & 66.* & probat *Ord. lib. 4. tit. 81.* §. 6.

61 In secundo verò casu quando absens non fuit condemnatus in pœna capitali, sed alia mitiori, tunc neque potest impunè offendi, quia relegato comparatur; neque indignus, aut incapax censetur, immò est capax omnium successionum prout concordando DD. opiniones concludit. Curt. Junior. *cons. 182. sub n. 8. vers. tamen ego*, Farinac. *quæst. 102. n. 90. & seqq. vers. sublimita* 5. Caball. *d. cas. 264. n. 30.* Clar. *in §. testamentum quæst. 20. n. 1.* is namque non amittit jura communia, neque municipalia, Peregr. *de jure fisc. lib. 3. tit. 7. n. 5.* Caball. *supra n.* 36. Et procedit conclusio etiamsi bannitus quis sit cum confiscatione bonorum Farinac. *d. quæst. 102. n. 81. & seqq. vers. limita* 3. Caball. *d. casu 264. n. 22.* Bellon. *d. quæst. 52. n. 96.* Quippe sola confiscatio non reddit condemnatum incapacem, *L. certa forma*, ubi Bart. *n. 2. & 3. C. de jure fisc. lib.* 10. Peregrin. *d. tit. 7. n. 6. & 9. vers. notandum tamen est* Bellon. *d. q. 52. n. 97.* Petr. Caball. *d. cas. 264. num.* 23. Quare concludo bannitum condemnatum ad mortem naturalem de jure Regio incapacem esse, condemnatum verò in alia pœna mitiori capacem omnium successionum, & si alia scire velis circa bannitum, vide Peregr. *d. tit.* 7. Caball. *d. cas.* 264. Joann. Bellon. *d. q.* 52.

Duodecimo incapax dicitur substitutus, qui occi-
dit institutum *L. si ab hostibus §. si vir uxorem ff. so-* 62
lut. matrim. Bald. *cons. 50. lib.* 4. ubi tradit, quod si frater substitutus, per fideicommissum occidit fratrem, ut conditionem purificet, non consequitur fideicommissum, ne dolus illi prosit, sequitur Petr. Barbos. *in d. §. si vir uxorem n.* 20. Molin. *de primog. lib. 3. c. 2. n.* 52. Corn. *cons. 222. lib.* 4. Barbac. *cons. 8. n. 2. & seqq. lib.* 3. Peregrin. *de fideicomm. art. 22. n.* 98. Pedrocha *cons. 49. n. 223. & 261.* Castill. *lib. 6. controv. c.* 161. Clar. §. *homicidium, n. 22. vers. sed quid si maritus*, & post infinitos Nogueroll. *alleg. 12. n. 186. & 193. & allegat. 13. à n. 10. cum seqq.*

Denique incapax censetur, quem ex juris com- 63
munis, aut municipalis, incapacem esse constituit, Peregrin. *de jure fisc. lib. 3. tit. 1. n. 6.* & insuper qui in pœnam à lege, vel testatore à successione repellitur, ut *in L. hac edictali C. de secund. nupt. L. mater C. ad S. C. Tertul. toto tit. Cod. de his qui pœnæ nomine, Auth. hoc amplius C. de fideicomm.* Peregr. *d. tit. 1. n.* 10. vel qui à lege aliis succedere prohibetur Bald. *in L. siquis C. de incestis nupr.* Decius *cons.* 325. Peregr. *d. tit. 1. n.* 8.

CAPUT XXXI.

Qui dicantur indigni.

SUMMARIUM.

1 *Indignus verè est, qui à lege talis declaratur.*
2 *Hæres qui non vindicat mortem defuncti dicitur indignus, & ab eo fiscus aufert hæreditatem.*
3 *Officium hæredis est ut necem defuncti vendicare curet.*
4 *Intellige, ut non liceat hæredi sumere vindictam cum armis, sed per viam juris.*
5 *Hæres ut dicatur indignus sufficit quod adierit hæreditatem ante habitam quæstionem de familia, si dominus ab ea occisus dicatur.*
6 *Idem dicendum si defunctus fuerit occisus palam ab alio, & per vim.*
7 *Si defunctus clam, & secreto fuit occisus bene potest hæres adire hæreditatem, sed si postea necem defuncti ultus non fuerit, aufertur ab eo hæreditas.*
8 *De consuetudine non servatur hæc pœna contra hæredem, qui pacem facere potest super nece defuncti.*
9 *Indignus dicitur, qui occidit agnatum defuncti testatoris, ut ejus successione privaretur.*
Intellige, respectu successionis ab intestato, non successionis ex testamento. Ibid.
10 *Indignus est, qui post mortem testatoris coivit cum ejus uxore, filia, matre, aut sorore.*
11 *Amplia sive hæres vivo testatore coivit cum prædictis personis, sive post ejus mortem.*
Item si coivit cum nuru testatoris. Ib.
12 *Intellige, quæ dicta sunt de uxore defuncti, ut procedat in vidua ejus de cujus hæreditate agitur: secus si illa secundo nupsit, & hæres cum illa rem habuit; quia non efficitur indignus hæreditatis prioris mariti.*
13 *Indignus est, qui occidit filium, patrem, aut uxorem ejus de cujus bonis agitur.*
14 *Indignus est ille, quem testator declaravit indignum, sive in testamento, sive in codicillis.*
15 *Amplia etiamsi declaratio fiat in dispositione imperfecta, quando testator disponere cœpit & non perfecit.*

Nou est neteſſe quod exprimatur cauſa indiguitatis & ſufficit quod ex verbis colligatur offenſio. Ibid.

16 *Indignus reputatur, qui aliquem teſtari probibuit, & idem dicendum, ſi probibuit, & mutare teſtamentum, aut metu aut vi coegit ut hoc; vel illo modo diſponeret.*

17 *Titulus ſiquis aliquem teſtari probibuit quatuor modis procedit, de quibus ibi.*

18 *Probibere dicitur aliquem teſtari, etiam ille qui notarium, vel teſtes probibuit ne convenireut ad actum teſtamenti.*

19 *Propouitur quaſtio, An teſtamentum per vim, vel metum, ſit ipſo jure uullum: ut fiſco nou deferatur bareditas. Et reſolvitur n. 20. teſtamentum metu factum mero jure valere.*

21 *Amplia ut, procedat nedum in extraneo quem teſtatorem coegit, ut eum inſtitueret, ſed etiam in eo qui ab inteſtata ſuceeſſurus erat, & babebat pares in gradu.*

22 *Secundo amplia in eo qui teſtatorem coegit ad inſtituendum filium ſuum familias, vel ſervum, niſi filius ab inteſtato eſſet ſucceſſurus.*

23 *Sub amplia in eo qui teſtatorem coegit, & probibuit mutare teſtamentum in quo filius, aut ſervus erat inſtitutus.*

24 *Indiguus eſt etiam bæres inſtitutus per metum, vel coactionem factam ab alio, ſive inſtitutus ſcieverit ſive ignoraverit coactionem.*

25 *Dolus alterius, qui eſt cauſa immediata acquiſitionis nocet ei, cui acquiſitum fuit.*

In bis, qui metu fiunt non ſpectamus perſonam facientis ſed ipſum factum. Ib.

26 *Legata relicta in teſtamento per metum facto non debentur, ſi conſtat, teſtatorem coactum feciſſe tam diſpoſitionem tam reſpectu inſtitutionis, quam legatorum: Secus ſi coactio ſit tantum circa inſtitutionem: Et reprobatur declaratio Caſtilli.*

27 *Indignus ea qui cum ab inteſtato eſſet ſucceſſurus, probibuit defunctum teſtamentum condere.*

28 *Indignus eſt, qui cum eſſet ſolus inſtitutus, probibuit mutare teſtamentum.*

29 *Declara ut ſi eum probibente alii erant inſtituti, probibitio uocebit ei non aliis niſi conſtaret, teſtatorem quoad omnes mutare voluiſſe teſtamentum, & alios bæredes inſtituere.*

30 *Idem dicendum de eo qui ab inteſtato erat ſuceeſſurus cum aliis in pari gradu, quia ſi probibuit teſtamentum facere, pro ſua portione efficitur indignus, non tamen nocebit aliis.*

31 *Si quis probibuit mutare teſtamentum non ad ſui commodum, ſed ad utilitatem extranei qui erat inſtitutus, & non conſtat, cui teſtator volebat relinquere, probibitio non nocebit inſtituto, ſi vero conſtat alium voluiſſe inſtituere fiſcus aufert bareditatem ab inſtituto.*

32 *Probibitio teſtandi, & coactio procedit etiam in eo, qui dolo malo teſtatorem induxit ad teſtandum, vel non teſtandum, aut non mutandum teſtamentum, quod teſtator mutare volebat.*

33 *Dolus dans cauſam actui reddit illum ipſo jure nullum.*

34 *Teſtamentum factum alterius dolo eſt indiſtincte validum.*

Teſtamento facto per dolum bæreditas aufertur ab barede ſcripto, & applicatur fiſco.

35 *Teſtamentum, in quo quis blanditiis teſtatorem perſuaſit, ut eum baredem inſtitueret validum eſt.*

Idem in teſtamento facto per maritum, quem uxor perſuaſit, ut eam baredem inſtitueret. Ib.

36 *Haredi licitum eſt blanditii ſuadere teſtatorem, ut non mutet teſtamentum in quo bares ſcriptus eſt, dummodo dolus abſit.*

37 *Intellige ſupra dicta, quando quis uſus eſt blandis verbis: Secus ſi verbera, mina, aut dolus intervenerunt.*

38 *Licitum eſt perſuadere teſtatorem blandis verbis ut mutet teſtamentum, & ſuadentem inſtituat baredem.*

39 *Limita, ut non procedat, quando ultra blanditias intervenerunt preces importuna, & dolus.*

40 *Preces importunæ, & perſuaſiones arguunt dolum.*

41 *Preces importuna, & perſuaſiones factæ à marito conjunctæ cum metu reverentiali, aut dolo, ſufficiunt ad annullandum teſtamentum uxoris.*

Si quis blanditiis allexit teſtatorem ad commodum alterius, cenſetur dolo feciſſe. Ib.

42 *Cogens defunctum teſtari, vel mutare teſtamentum, vel qui illud facere probibuit, tenetur ad damnum illis, ad quos, ſi non interveniret coactio, & impedimentum, bæreditas erat perventura.*

43 *Amplia ut teneatur ad duplum valoris bæreditatis, vel legati.*

44 *Intellige, ut qui agit contra impedientem, teneri probare defunctum vi, dolo ac metu fuiſſe probibitum teſtari. Et inſuper bareditatem vel legatum ei relinquere velle: & quid, vel quantum relinquere volebat.*

45 *Item probare debet tempore probibitionis defunctum teſtari voluiſſe, & propter impedimentum non diſpoſuiſſe.*

Intellige, ut impediens de ſuo proprio teneatur damnum reſarcire: quod ſi ſolvendo non ſit in ſubſidium agit contra fiſcum. Ib.

46 *Dolus: aut metus non præſumitur.*

Teſtator non præſumitur coactus, vel impeditus ad teſtandum: & ſic probibitio, vel dolus probanda eſt à fiſco Ib.

Quod teſtes ſufficiunt ad probandum teſtatorem fuiſſe coactum Ib.

47 *Coactio non dicitur probata, quando teſtator expreſſit ſimpliciter fuiſſe coactum, vel probibitum teſtari: ſecus ſi ſpecificè declaraverit perſonam, à quo dixit fuiſſe coactum.*

48 *Qui accuſavit teſtamentum ut falſum indignus eſt, ſi in cauſa ſuccubuit.*

49 *Idem dicendum in eo, qui falſos dixit codicillos.*

Idem ſi fuerit fidejuſſor. accuſantis teſtamentum vel ne advocatus interfuit. Ib.

50 *Filius, qui dixit inofficioſum patris teſtamentum, indignus eſt, & bæreditas applicatur fiſco.*

51 *Amplifica ut talis filius amittat legitimam.*

52 *Accuſans teſtamentum de falſo ſuccedit baredi ejus, cujus teſtamentum falſum dicitur.*

Item qui dicit inofficioſum teſtamentum, non amittit donationem quæ illi inter vivos vel cauſa mortis facta eſt. Ib.

53 *Accuſans teſtamentum ex defectu ſolemnitatis non reſpiciente perſonam teſtatoris, licet ſuccumbat in cauſa, non amittet bareditatem vel legatum.*

54 *Dicens teſtamentum nullum ex defectu perſona teſtatoris, & ſuccumbens in cauſa: indignus eſt.*

55 *Filius emancipatus, qui agnovit bonorum, poſſeſſionem contra tabulas, dicitur indignus.*

56 *Indignus efficitur, qui movet controverſiam ſuper ſtatu teſtatoris.*

Item eſt indignus, qui teſtatorem fecerit Reum gravis delicti Ib.

57 *Qui paciſcuntur ſuper bæreditate viventis, ſunt indigni.*

Pactum de bæreditate viventis, ſine ejus conſenſu factum nullus eſt. Ib.

58 *Intellige, ut paſciſcentes ſuper bæreditate viventis ſint indigni, ſive pactum fiat ſuper bæreditate: ſive de particulari ad eam pertinente.*

59 *Filii, aut cognati, qui viventis bæreditatem dividunt*

dunt inter se: vel conveniunt de dividendis bonis etiam in tempus mortis, redduntur indigni.
60 *Viventis nulla est hereditas.*
Qui viventis hareditatem sciens tentat adire, efficitur indignus. Ib.
61 *Frater renuntians fratri legitimam vivo eo de cujus bonis agitur, & non consentiente, amittit legitimam, qua aufertur à fisco.*
62 *Pactum de hareditate viventis eo consentiente validum est.*
63 *Pactum de dividenda quacumque hareditate incertarum personarum viventium appositum in societate validum est.*
64 *Uxor qua commisit adulterium viro ignorante si ab eo fuerit instituta; vel ab intestato successerit, dicitur indigna, & ab ea fiscus aufert.*
Idem de muliere, qua mala gratia à marito divertit. Ibid.
65 *Mulier à marito instituta, vel legataria, qua post mortem viri luxuriose vixit tanquam indigna privatur hareditate, vel legato, & applicatur fisco.*
66 *Proponitur quastio: An occidens testatorem, qui eum in testamento instituerat, sit indignus, vel incapax? Et affertur opinio negativa.*
67 *Refertur opinio, qua habet haredem occidentem testatorem non privari ipso jure hareditate, sed ipsa per sententiam ab eo auferri tanquam indigno à fisco.*
68 *Occidens defunctum, cujus hares est pro parte, non prajudicat paribus in gradu, & occisoris pars aufertur ab eo per fiscum, tanquam ab indigno, & n.* 69.
70 *Occisor non potest succedere occiso neque immediate, nec mediate, ita ut pater, qui occidit uxorem, non possit postea succedere filio in bonis, qua habuit à matre occisa.*
71 *Substitutus occidens institutum ad praveniendam successionem efficitur indignus, & ab eo aufertur hareditas, tanquam ab indigno.*
72 *Substitutus occidens gravatum per fideicommissum, non admittitur ad fideicommissum, quod defertur sequenti in gradu.*
73 *Successor majoratus qui occidit ultimum illius successorem, non succedit in majoratu, qui defertur sequenti in gradu.*
74 *At verò delictum patris occidentis possessorem non nocet filio.*
75 *Non potest succedere defuncto hares qui medicum infirmo non adhibuit, vel malum adhibuit: aut non administravit medicamenta necessaria, & ab eo tanquam ab indigno aufertur hareditas per fiscum.*
76 *Negligens curam infirmi dicitur esse in culpa mortis illius & perinde habetur, ac si occideret.*
77 *Intellige si culpa haredis fuit lata, vel levis, non levissima.*
78 *Intellige, si infirmitas defuncti erat gravis, secus si levis.*
79 *Proponitur quastio: An legatarius occidens testatorem efficiatur indignus ut ab eo fiscus auferat legatum? Et resolvitur num. seqq.*
80 *Hareditas data in testamento non potest tacita voluntate auferri, & solum in testamento dari potest, & per aliud adimi.*
Ad ademptionem hareditatis necessaria est expressa dispositio in alio testamento valido. Ib.
81 *Hareditas codicillis dari neque adimi potest.*
82 *Legata ita possunt adimi expresse, quam tacite.*
83 *Legata censentur adempta, si post testamentum inter testatorem, & legatarium graves oriuntur inimicitia: & remanent apud haredem, & non transeunt ad fiscum.*
84 *Limita, si inimicitia causa, & indignitas post mortem testatoris contrahatur, quia tunc non revocantur legata sed auferuntur à legatario, tanquam ab indigno.*
85 *Affertur ratio differentia inter causam, qua evenit vivo testatore, & inter eam, qua supervenit post ejus mortem.*
Voluntas extinguitur morte. Ibid.
86 *Intellige, ut tunc inducatur revocatio legati propter inimicitias, qua supervenerunt, si fuerunt graves, vel offensa talis, qua respiciat personam: statum, vel existimationem testatoris, secus si fuerit levis.*
87 *Secundo intellige, ut legatum non censeatur revocatum, quando post inimicitias secuta fuit reconciliatio inter testatorem & legatarium.*
88 *Tertio intellige, ut propter inimicitias censeatur revocatum legatum, etiamsi testator diu vixerit, vel postea codicillos fecerit.*
89 *Quarto intellige ut propter inimicitias censeatur revocatum legatum sive inimicitia interveniant culpa testatoris, sive culpa legatarii.*
90 *Quinto intellige, ut revocatio propter inimicitias non inducatur ipso jure: sed ope exceptionis.*
91 *Ad probandas inimicitias ad revocationem legati sufficiunt duo testes.*
92 *Magistratus, qui in ea provincia, in qua officium gerit duxit uxorem sibi subditam, non potest retinere relictum ab uxore: & dicitur indignus.*
Magistratus non potest contrahere matrimonium in provincia, quod erat nullum de Jure Civili. Ib.
93 *Amplia, ut neque filii magistratus possent contrahere matrimonium in provincia, quam pater administrabat.*
94 *Princeps sacularis nihil potest statuere circa validitatem matrimonii, & impedimenta illius dirimentia.*
Matrimonium contractum cum provinciali à magistratu validum est. Ib.
95 *De jure Regio prohibitum est magistratibus temporalibus matrimonium contrahere cum sibi subdita sub pœnis ibi declaratis.*
96 *Judicare per sordes idem est: ac per gratiam judicare.*
Leges imponentes pœnam magistratibus contrahentibus nuptias cum provincialibus valida sunt. Ib.
97 *Sponsalia de jure antiquo non erant prohibita magistratibus cum muliere subdita.*
De jure Regio sponsalia non sunt prohibita magistratui cum subjecta.
98 *De jure antiquo tutor, vel curator, qui ducebat pupillam, vel adultam, vel qui eum ea sponsalia contrahebat, erat indignus, & ab ea relictum auferebatur à fisco: sed hodie non habet locum pradicta pœna.*
De jure Regio imponitur pœna tutori, ut de propriis bonis refundat tantum pupilla: quantum illa habebat in bonis ultra carceris pœnam. Ib.
99 *Donatum à Clerico, vel à milite sua concubina, ab ea aufertur à fisco, tanquam ab indigna.*

Indignus verè est ille, qui à lege talis declaratur; 1 Capyc. Latro *consult.* 131. *n.* 26. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 2. & 3. Alex. Bald. & Corn. *in L.* 1. *C. de hared. instit.* Giurb. *de success. feud.* §. 2. *gloss.* 6. *n.* 63. Guazin. *de confisc. concl.* 13. *ampliat.* 6. *num.* 32. Ruin. *cons.* 123. *n.* 6. *lib.* 4. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 2. Curs. *cons.* 182. *n.* 7. Et sic primo dicitur indignus hæres, qui non vindicat mortem defuncti, à quo fiscus aufert hæreditatem juxta *text. in L.haredem* 17. *L. portiones* 21. *ff. de his* 2 *quib. ut indign.* L. 1. *C. eod. L. necessarios* §. 2. *L. cum fisco*, *L. si sequens*, *ff. ad Syllan. L. Senatusconsulto*

consulto §. si filius familias ff. eod. L. minoribus, L.
eum fratrem L. sororem, ff. de his quib. ut indign. L.
si quis §. quod ad causam ff. ad Silan. L. ejus qui 29.
ff. de jur. fisc. L. marcellus 3. §. ultim ff. ad Trebell.
Boss. tit. de his quib. ut indign num. 3. Clarus §. fin.
quæst. 79. num. 8. Ant. Gomez. lib. 1. variar. c. 10.
n. 30. Connan. lib. 10. comment. c. 7. n. 5. vers. est,
& cum non est hæres, Peregr. d. lib. 2. tit. 5. n. 1. Bel-
3 lon. de jur. accresc. 2. p. c. 7. quæst. 54. n. 68. Sixtin.
d. c. 10. n. 13. Caldas Pereir. cons. 35. n. 2. Etenim
officium hæredis est, ut necem testatoris vindicare
curet d. L. portiones 21. de his, quib. ut indign. d.
L. 1. Cod. eod. ubi Jason. n. 1. Ripol. de regal. c.
17. n 21. Cabed. 2. p. dec. 58. n. 1. quod si illud
omittat, quodammodo censetur spernere defunctum,
& tanquam ingratus crimen committit, & hæredita-
tis reputatur indignus L. Caius in fin. ff. ad Sylvan.
Sixtin. d. num. 13.
4 Quod est intelligendum, non ut teneatur armis vin-
dictam sumere, cum nemini liceat sibi ipsi propria au-
thoritate jus dicere, sed par viam juris Peregrin: d.
lib. 2. tit. 5. n. 19. & tit. 3. n. 10. Cancer. lib. 2. va-
riar c. 11. de pace, & treuga n. 89. Ripol. d. capite
17. n. 23. & 24.
5 Sed est advertendum. quod ut hæres dicatur indi-
gnus, sufficit: quod adierit hæreditatem ante habitam
quæstionem de familia, si dominus ab ea occisus esse
dicatur, L. si ea quæstio. ubi Bart. Bald. & alij C. de
his quib. ut indign. L. si servus plurium 53. §. si quis an-
te ff. de legat 1. L. 3. §. ultim. ff. ad Trebell. d. L. Se-
natus consulto §. si filius familias ff. ad Syllan Bos-
sius d. tit. de his quib. ut indign. n. 4. Bellon. d. cap.
7. quæst. 54. n. 70 Ratio est: quia adeundo ante ha-
bitam quæstionem familiæ præsumitur, quod prop-
ter compendium, suum familia facinus occultabit L.
3. §. non tantum, L. propter ff. ad Syllan. Bart. in
L. cum fratrem, C. de his quib. ut indign. Ideoque
6 hæres indignus efficitur. Idem dicendum si testator
non à familia, sed ab alio palam, & per vim dicatur
occisus; quia tunc hæres non ante adire debet, quàm
ultus sit necem defuncti d. L. minoribus 6. C. de his quib.
ut indign. L. 1. §. occisorum ff. ad Syllan. Ita Bart.
in L. cum fratrem, ubi Alex. n. 2. Caldas Pereir. cons.
35. nu. 9. & 10. Et hoc etiam casu hæres adeundo
efficitur indignus, & ab eo fiscus hæreditatem aufer-
re potest.
Si verò testator ab alio clam, & secreto fuerit oc-
7 cisus, benè potest hæres adire hæreditatem ante ul-
tam necem defuncti: ut probatur in dictis juribus, &
in L. necessarios §. fin. d. L. propter veneni ff. ad Sil-
lan. & tenet Cujac. lib. 6. respons. Papiniam. in L.
propter veneni, Caldas d. cons. 35. n. 27. Quod etiam
casu si hæres postea necem defuncti ultus non fuerit,
tanquam indignus hæreditate privabitur.
Verùm hæc pœna contra hæredem ob inultam
defuncti necem non servatur de consuetudine, Clar.
8 d. §. fin. quæst. 79. n. 8. vers. scias tamen, Peregr. d.
lib. 2. tit. 5. n. 22. Guazin. de confisc. conclus. 13. am-
pliat. 6. n. 52. Sixtin. d. c. 10. n. 24. Noguer. alle-
gat. 13. num. 24. Et quotidie videmus hæredes oc-
cisi facere pacem cum occisoribus, & hæreditatem
retinere Ant. Gomez lib. 3. variar. c. 3. n. 62. Plaça
de delict. c. 39. n. 28. Castill. de usufruct. cap. 40.
Valeron. de transaction. tit. 4. quæst. 7. n. 103. Esset
enim lex nutritiva peccati, si per eam impediretur
pax & concordia, ut per Sixtin. d. c. 10. n. 24. ad fin.
Clar. d. quæst. 79. n. 8. vers. scias tamen, Bellon. quæst.
54. n. 79 Immo advertit Montan. de Regal. verb. quæ
ut ab indig. n. 5. quod etiam in terminis juris com-
munis non reperitur assignatus terminus intra quem
hæres teneatur vindicare mortem defuncti per viam
juris. Atque ita excusari hæredem, vel quia pro-
baret defunctum non fuisse occisum; sed morte
naturali extinctum, vel quoniam probaverit pro-
curasse vindictam de occisoribus extrajudicialiter,
quippe nostris temporibus inolevit usus pessimus, ut
decori sit viro nobili adire judicem pro vindicta: ut
quamvis prædictus usus sit malus sufficiat ad hoc, ut
hæres, non reputetur indignus. Et sic mala consue-
tudo à pœna poterit excusare, attamen cum illa jam
in desuetudinem abierit non est cur in hac parte im-
moremur.
Secundò dicitur indignus, qui occidit agnatum 9
defuncti testatoris, & ei sanguine conjunctum, ut
ejus successione privaretur gloss. verb. non pertinere
in L. his consequenter ff. de his quib. ut indig. Me-
noch. cons. 1139. n. 20. Peregrin. de jure fisc. lib. 2. tit.
3. n. 12. & 13. Quod ego intelligerem respectu suc-
cessionis ab intestato, non testamentariæ, quia si de-
functus post mortem agnati hæredem instituerit oc-
cisorem, non censebitur indignus.
Tertio indignus est, qui post mortem testatoris coi-
vit cum ejus uxore, vel filia, matre, aut sorore, 10
Bald. in L. id quod pauperibus 24. num. 14. Cod. de
Episcop. & Cleric. & in L. Codicillis 91. §. matre vers.
in textu ff. de legat. 2. Mantic. de conject. ult. l. 12.
tit. 52. n. 8. Bellon. d. q. 54. n. 54. Peregr. d. lib. 2. tit.
8. n. 3. Gratian. discept. forens. c. 5. n. 12. Quam re-
solutionem ampliabis, ut procedat sive hæres coive-
rit cum prædictis personis vivo testatore, ut tenet 11
Paul. de Castro in L. fideicommiss. n. 3. C. de fidei-
comm. Peregrin. de jure fisc. l. 3. tit. 13. n. 4. Bellon.
d. quæst. 54. n. 55. Sive post ejus mortem gloss. verb.
indignum in L. sororem 10. ubi Bart. Bald. & Alex.
C. de his quib. ut indig. Bellon. supra n. 56. Et idem
dicendum si cognoverit nurum testatoris quæ loco
filiæ habetur L. 16. §. fin. cum L. seqq. ff. de solut. Ma-
trim. §. affinitatis. Instit. de nupt. Mantic. d. lib. 12. 12
tit. 5. num. 8. Intellige quæ dicta sunt de uxore de-
functi, ut procedant in vidua ab eo, de cujus hære-
ditate agitur: nam si illa secundo nupsit, & hæres,
vel legatarius cum illa rem habuit, non efficietur
indignus hæreditate prioris mariti, Peregr. d. lib. 2.
tit. 8. n. 3. & lib. 3. tit. 15. n. 20. Gratian. d. c. 5. n. 13. & 14.
Quarto dicitur indignus, qui occidit filium pa- 13
trem, aut uxorem ejus de cujus bonis agitur: ab eo.
namque fiscus hæreditatem aufert. L. his consequen-
ter 18. §. 1. ff. famil. ercisc. Bald. in L. hæreditas 4.
n. 8. C. de his quib. ut indign. Peregrin. d. lib. 2. tit.
3. n. 12. & tit. 8. n. 4. Bellon. d. q. 54. n. 61. & 62.
Sixtin. d. lib. 2. c. 10. n. 57. & 58. Franc. Anton.
Scalon. de testament. lib. 5. c. 14. n. 144
Quinto indignus est ille, quem testator declaravit in-
dignum: quamvis enim hæc declaratio non impedi- 14
at hæredem adire hæreditatem; tamen sufficit, ut ab
eo tanquam ab indigno per fiscum auferatur hæredi-
tas, text. in d. L. hæreditas 4. ubi gloss. verb. peti po-
terunt C. de his quib. ut indign. & ibi Bart. in princ. &
Bald. n. 5. Angel. n. 4. & 1. Jason. n. 11. vers. ter-
tius casus, Mantic. de conject. ultim. lib. 8. tit. 1. num.
30. Peregrin d. lib. 2. tit. 4. in princ. & num 1. Bel-
lon. d. q. 54. num. 83. Clar. in §. testamenti in quæst.
93. Quod nedum procedit, si talis declaratio fiat
in testamento, sed etiam in codicillis d. L. hæreditat,
ubi Bart. in princ. & Bald. n. 1. Alex. n. 1. & 2. Bel- 15
lon. d. q. 54. n. 84. Immò sufficiet, si fiat declaratio
in dispositione imperfecta: ut puta si testator cæpit
disponere, & non potuit perficere; si enim hæredem
indignum reputavit, poterit fiscus ab eo hæreditatem
auferre, L. cum quidam 12. ubi Bart. vers. sed.
dices ff. de his quib. ut indign. & in d. L. hæredi-
tas n. 3. Cod. eod. Peregrin. d. lib. 2. tit. 13. n. 12.
vers. declara, Bellon. d. n. 84. & 85. Et insuper non
est necessarium, quod testator causam indignitatis ex-
primat sufficiet enim, quod ex illius verbis col-
ligatur testatorem fuisse deffensum, ut fiscus ab hæ-
rede

rede hæreditatem auferat, Peregrin. *d. lib.2. tit. 4. n. 2.* Bellon. *d. q. 54. n. 86.*

16 Sextò indignus reputatur is, qui aliquem testari prohibuit, à quo tamquam ab indigno aufertur bæreditas, & applicatur fisco: quod idem est, si prohibuit mutare testamentum, vel testatorem coegit metu, aut vi, ut boc, vel alio modo de hæreditate disponeret *L. 1. in princ. L. 2. ff. siquis aliq. test. prohib. L. Marcellus 3. §. ultim. ff. ad S.C. Trebell.* DD. commun. *ad tit. ff. & C. si. aliq. test. prohib.* & post eos Socin. Jun. *cons. 148. n. 38. lib. 2.* Boss. *in tit. de bis qui prob. aliq. test. vers. & casus, vers. & exemplum est*, Menoch. *de arbitr. casu 395. & cons. 189. n. 21.* Peregrin. *de jur. fisc. l. 2. tit. 6. à n. 1.* Bellon. *de jure accresc. 2. tom. cap. 7. quæst. 54. n. 95. & seqq.* latissimè Castill. *lib. 3. controv. cap. 1.* Et probat *Ordinat. lib. 4. tit. 84.*

Pro cujus materiæ intelligentia advertendum est
17 cum Castill. *d. c. 1. n. 87.* quod titulus, si aliquem testari prohibuerit, duo continet capita, nempe coactionis, & compulsionis, & prohibitionis, atque impedimenti, & verificatur quatuor modis. Primus est, quando ego te cogo, ut me instituas, vel ut aliquid mihi relinquas. Secundus est, quando compello te, ut alium instituas, vel aliquid ei relinquas. Tertius est, quando impedio aliquem volentem de novo testari. Quartus est, quando quis prohibet, vel impedit aliquem, qui testamentum jam factum mutare volebat. Docet Bart. *in L. 3. n. 1. 6. 9. & 11. ff. siq. aliq. testam. prohib.* Peregrin. *de jure fisc. lib. 2. tit. 6. n. 2. 13. 15. & 18.* Castill. *d. c. 1. n. 88.*

Deinde observandum est, quod prohibere ali-
18 quem testari, non solum verificatur in eo, qui per vim, aut metum liberam testandi facultatem abstulit; sed etiam in eo, qui notarium, vel testes prohibuit, ne convenirent ad actum testamenti *L. 1. in princ. L. 2. ff. siq. aliq. test. probib. Ordinat. d. tit. 84. §. 1.* Corn. *cons. 56. & cons. 84. lib. 2.* Paris. *cons. 67. n. 5. & 43. lib. 2.* Socin. Jun. *cons. 148. n. 1. & 28. lib. 3.* Menoch. *d. casu 395. n. 36.* Bellon. *d. q. 54. n. 55.*

19 Primo casu quando quis per metum aut vim aliquem testari coegit, dubium est, An de jure valeat testamentum, vel sit ipso jure nullum, aut fisco hæreditas non deferatur? In qua quæstione Joann. de Imola *in L. 1. n. 4. ff. de testam.* & Jason. *in L. 1. n. 3. C. siq. aliq. testam. probib.* in ea sunt opinione, quod testamentum sit ipso jure nullum. Quibus accedere videtur Spino *in rubr. de testam. gloss. p. 2. n. 5.* Fachin. *lib. 10. contrav. c. 15.* Peregrin. *de jure fisc. lib. 2. tit. 6. n. 4. & seq.* Ubi hujus opinionis fundamenta jactat.

20 Verior tamen est sententia testamentum metu factum mero jure valere: ut de communi opinione testatur Hieron. Gabr. *cons. 99. n. 1. vol. 1.* Menoch. *d. casu 395. n. 7.* Crassus *in §. testamentum quæst. 83. in princ.* Cevall. *commun. contra commun. q. 348. n. 4.* Gregor. Lopez *in L. 27. tit. 1. partit. 6. verb. haziendafuerza*, Fachin. *d. c. 15.* Bellon. *d. q. 54. n. 112.* Castill. *d. lib. 3. c. 1. n. 44. & seqq.* Cum enim in tali testamento reperiatur substantia nempe volontas testatoris, quæ licet coacta, voluntas est *L. si mulier 21. §. penult. ff. quod met. caus.* Bart. *in L. fin. n. 11. vers. secundus casus ff. de bis quib. ut indign.* Et insuper testamentum contineat formam intrinsecam, rectè sequitur testamentum validum esse. Et ideo Gabriel. *d. cons. 99. n. 15.* benè declarat hæredem ex eo testamento posse adire hæreditatem. Et inde sequitur, quod fiscus hæreditatem auferre valet ab eo tamquam indigno, qui ad sui commodum coegit per vim, aut metum defunctum, ut faceret testamentum *L. 1. Cod. siq. aliq. testam. prohib.* Bart. *in L. fin. n. 1. ff. eod.* Clarus *in §. testamentum quæst. 79. n. 9.* Crassus *in eod. §. quæst. 83. n. 1.* Peregrin.

d. tit. 6. n. 2. & 8. Bellon. *d. quæst. 54. n. 115.* Et probat *Ordinat. d. tit. 84. in princ. junct. §. 6.*

Quæ resolutio nedum procedit in extraneo, qui 21
testatorem coegit, ut eum institueret; sed in eo qui ab intestato successurus erat: ut tenuit Bart. *in d. L. ultim. n. 1. ff. siq. aliq. test. probib. & in L. 2. C. eod.* Bald. *in L. 1. n. 6. C. eod. tit.* Menoch. *d. casu 395. n. 5. & 10.* Bellon. *d. quæst. 54. n. 117.* Et probatur argumento *Ordinat. d. tit. 84. in princip.* Quod idem dicendum de eo, qui testatorem coegit ad se instituendum, & non erat solus successurus ab intestato, qui habebat pares in gradu, tunc namque tota hæreditas aufertur à fisco, si cogens fuit institutus etiamsi non constet testatorem alios esse instituturum, Menoch. *d. casu 395. n. 6.* Bellon. *d. q. 54. n. 120. & 121.*

Simili modo idem dicendum de eo, qui testato- 22
rem coegit ad instituendum filium suum familias, vel servum; quia ab eo tamquam indigno aufertur hæreditas: ut post Dyn. Bart. & Bald. tradit Menoch. *d. cas. 395. n. 19.* Gabr. *d. cons. 99. n. 8. vers. id circo volum. 1.* Sequente Bellon. *d. q. 54. n. 122.* Castill. *d. lib. 3. cap. 1. n. 93.* nisi filius ab intestato erat successurus, quoniam tunc ei nocere nequit patris factum, & prohibitio juxta doctrinam Bart. *in d. L. 1. n. 8. vers. item prædicta, & vera*, Bald. *in L. 1. C. ead. n. 12. vers. & prædicta, & n. 13.* Menoch. *d. casu 395.* 23
n. 21. Bellon. *d. q. 54. n. 103.* Et proximè tradita de eo, qui coegit testatorem, ut filium suum familias, vel servum institueret, procedit in eo, qui prohibuit mutare testamentum, in quo ejus filius, aut servus erat institutus, Bart. *in d. L. 1. n. 8. vers. sed si erat ff. siq. aliq. test. prohib.* Bald. *in d. L. 1. n. 12. C. eod.* Menoch. *d. casu 395. n. 18.* Bellon. *d. q. 54. n. 102* Et facit *Ord. d. lib. 4. tit. 84. §. 2.*

Cæterum siquis testatorem coegit ad instituendum 24
tertium, si ex illa institutione nullum resultaret cogenti commodum, major est dubitatio. An testamentum valeat, vel sit ipso jure nullum, aut contrahatur indignitas? Sed verior est opinio etiam in hac specie contrahi indignitatem, quæ facit locum fisco, sive institutus sciverit, sive ignoraverit coactionem *L. 1. C. siq. aliq. test. probib.* Bart. *in L. fin. n. 4. ff. ead. gloss. in L. 2. verb. removeri in L. fin. C. ead.* ubi Bald. *n. 9. vers. secunda babet*, Paris. *cons. 67. n. 65. lib. 3.* Menoch. *d. casu 395. n. 11.* Bellon. *d. q. 54. n. 126.* Et est ratio, quia ubi dolus alterius est 25
causa immediata acquisitionis, nocet ei, cui acquisitum fuit, *L. si procurator ff. de dol. except. L. 1. §. siquis tamen, & §. si filius ff. de vi, & vi armata.* Et probat in specie *text. in d. L. 1. C. siq. aliq. test. probib.* Menoch. *d. casu 395. n. 12.* Bellon. *d. q. 54. n. 129.* Castill. *d. lib. 3. cap. 1. n. 56.* Vel etiam quia in his, quæ vis metus ve causa fiunt, non spectamus personam facientis sed ipsum factum; ita ut sufficiat vim, aut metum illatum esse, & ex eo commodum ad aliquem provenisse, ut is perinde habeatur acsi metum intulisset *L. metum 9. §. animadvertendum, & §. fin. ff. de eo quod met. caus. L. apud Celsum §. metus causa ff. de dol. except.* uptimè Bellon. *d. q. 54. n. 127.*

An autem debeantur legata, relicta in testamento
facto per metum, aut vim? Distingue. Namque tunc 26
non debentur legata, quando constat testatorem totam dispositionem fecisse coactum, tam respectu institutionis, quam legatorum. At verò quando constat dispositionem coactè circa institutionem, non autem circa legata, verè quidem debentur legata: ut scribunt Bart. *in L. 3. n. 3. ff. siq. aliq. testam. probib.* Bald. *in L. 1. Cod. eod. col. 2.* Peregrin. *lib. 2. tit. 6. num. 37.* sequitur Castill. *d. lib. 3. cap. 1. num. 52.* Qui *num. 54. & 55.* subjungit, quod quamvis legata non debeantur ex testamento in totum facto per vim, aut metum; tamen competit actio contra co-

gentem ad interesse. Sed salva pace hæc Castill. opinio sustineri nequit: si enim testamentum factum fuit per vim, & metum tam circa institutionnem, quam circa legata: interesse legatarii, nullum potest considerari, Siquidem supponendum est testatorem noluisse legata relinquere, & metu ea fecisse Quare cum legata possit fiscus auferre tamquam ab indignis, prout hæreditatem ab instituto, nulla actio competit adversus inferentem metum quoniam si metus absuisset, testator legata non relinqueret.

27 Ita ut si indignus is, qui defunctum testari coegit; ita & ille, qui dum testari prohibuit, ut ipse ab intestato succedat L. 1. *in princ ff. siq. aliq* L. 2. *eod.* Et probat *Ordinat. lib.* 8. *tit.* 84. *in princ.* quo casu hæreditas aufertur à fisco. ut probant præcitata jura, & docent Bart. *in d. L. ultim. n.* 9. *ff. siq. & in L.* 2. *C. eod.* Sequuntur Bald. *in L.* 1. *num.* 11. *C. eod.* Menoch. *d. casu* 395. *n.* 13. Peregrin. *lib.* 1. *tit.* 6. *n.* 1. *&* 15. Bellon. *d. quæst.* 54. *n.* 96. Ubi ait talum hæredem adire posse hæreditatem tanquam consanguineum proximiorem ab intestato. Ea eo quod non confecto testamento lea venientibus ab intestato defert hæreditatem, quam postea fiscus aufert; quia talis hæres graviter offendit eum, de cujus hæreditate agitur. L. *testamenti* 23. ubi Bald. *C. de inoffic. testam.* Et idem dicendum in eo, qui prohibet
28 mutare testamentum, in quo solus erat institutus, nam licet ipse hæreditatem adire valeat ea testamento delatam, quod mutatum non est, & de jure sustinetur, Corneus *consil.* 110. *n.* 3. *volum* 3.. Attamen quoniam ea prohibitione mutationis effectus fuit indignus, fiscus ab eo hæreditatem aufert. L. 1. *princip. & L.* 2. *ff. siq. aliq. testament. prohib.* L. *ultim. ff. quib. non comp. bonor. possess. L. si scriptus ff. quib. ut indig.* Bart *in d.* L. 1. sequitur Bellon. *d. quæst.* 54. *n.* 97. *Ordinat. lib.* 4. *tit.* 84. §. 2.

29 Si verò in dicto testamento, quod quia mutare prohibuit, non solum ipse erat institutus, sed etiam alii, prohibitio nocebit ei, qui metum intulit, non aliis juxta doctrinam, Bart. *in d. L. fin. n.* 8. *vers. si vero ipse ff. siq. aliq.* Sequitur Bald. *in d. L.* 1. *n.* 1. *vers. si vero ipse Cod. eod.* Peregrin. *d. tit.* 6. *n.* 18. *vers. aut vero*, Bellon. *d. quæst.* 54. *n.* 100. nisi constaret testatorem quoad omnes voluisse mutare testamentum, & alios hæredes instituere, tunc namque non tantum portionem prohibentis, sed hæreditatem totam fiscus aufert. Peregrin. *d. tit.* 6. *n.* 18. *vers. aut vero*, Bellon. *d. q.* 54. *n.* 101. Menoch. *cons.* 165. *n.* 22. & 23. Idem dicendum de eo, qui prohibuit testari, & erat successurus cum aliis in pari gradu existentibus; quia
30 tunc fiscus aufert portionem prohibentis, non aliorum, quibus prohibitio nocere non debet Bart. *in L.* 1. *n.* 9. *ff. siq. aliq.* Bald. *in L.* 1. *n.* 11. *eod.* Peregrin. *d. tit.* 6. *n.* 15. Menoch. *d. cas.* 395. *n.* 14. Bellon. *d. q.* 54. *n.* 99.

Siquis autem prohibuerit mutare testamentum, non ad sui commodum, sed ad utilitatem tertii, puta
31 quando, in testamento fuit institutus extraneus. Tunc distinguendum est: aut enim non constat cui testator voluerit relinquere, & prohibitio hæredi instituto non nocebit Bart. *in d. L. ult. n.* 11. *ff. siq.* Bald. *in d. L.* 1. *C. eod. num.* 12. Menoch. *casu* 395. *nu.* 16. Bellon. *d. q.* 54. *num.* 104. At vero si prohibuit mutare testamentum, & alium facere hæredem, quem testator volebat, locus erit fisco, qui hæreditatem auferet ad illo instituto. Menoch. *d. casu* 395. *n.* 17. Bellon. *d. n.* 104.

Quæ dicta sunt de cogente testari, & prohiben-
32 te mutari testamentum, procedunt etiam in eo, qui dolo malo testatorem induxit ad testandum, aut ad non mutandum testamentum, quod antea fecerat, & mutare volebat Namque in his terminis idem operatur dolus, ac vis, & metus: immo ut locum habeant pœnæ, de quibus in dictis juribus prohibitio, debet esse dolosa: ut voluerunt Socin. Jun. *cons.* 148. *n.* 34. & 49. *vers. nec tali conclusioni vol.* 2. Paul. Paris. *cons.* 67. *n.* 13. 69. & 70. *lib.* 3. Ubi agit de filio, qui cognita patris voluntate circa modum testandi, & jubente patre, ut notarium accerseret, decepit patrem, & eum non vocavit, Vincent. de Franch. *decis.* 180. Menoch. *d. casu* 395. *n.* 33. post alios Castill. *d. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 59. *& seqq.* Peregrin. *lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 9. Et probat *Ordin. d. tit.* 84. *in princ.* ibi: *Por força ou engano.*

Obstat tamen doctrina Baldi *in L.* 1. *col. pen. C. si*
quis aliquem testari probib. qui per text. in Auth. ut 33
cum appell. cognosc. §. *hoc autem*, tenet testamentum dolo factum, & extortum nullum esse, & sic hæreditatem, non fisco, sed venientibus ab intestato pertinere ex eo, quia cùm dolus dedisset causam actui, illum reddit ipso jure nullum L. *& eleganter ff. de dolo*, ubi Bart. *n.* 4. Jas. *in* §. *actionum n.* 31. *& seqq. instit. de actionib.* Gama *decis.* 266. *num.* 2. *& decis.* 289. *n.* 2. ubi Additio Flores de Mena, Giurb. *ad statut. Messan. c.* 1. *gloss.* 7. *num.* 62. *&* 63. Surd. *cons.* 528. *n.* 6. Noguerol *allegat.* 29. *n.* 198. *& seqq.* Sed
contrariam partem tuetur Peregr. *d. l.* 2. *tit.* 6. ex 34
Hieronym. Gabr. *cons.* 99. *n.* 4. *&* 5. qui rejecta opinione Baldi docet testamentum dolo alterius factum indistincte valere. Et in terminis hanc sententiam probat *Ordinat. d. lib.* 4. *tit.* 84. *in princip.* dum æquiparat vitæ, metum, & dolum, & disponit hæreditatem ad fiscum pertinere ibi: *Por força ou engano que lhe faça por si, ou por interposta pessoa, sendo hærdeiro que pertender succeder ab intestado, seja havido por indigno, & perca para nossa Coroa toda à parte que lhe cabia haver ab intestado.*

Et quoad legata relicta in hoc testamento per dolum extorto, observa idem quod diximus *supra n.* 26. circa legata relicta in testamento facto per vim, aut metum, ut per Castill. *d. c.* 1. *n.* 61. & 62.

Supra posita resolutio non procedit in casu, quo 35
quis blanditiis testatorem persuasit, ut eum hæredem institueret, cum id cuilibet licitum sit, & idcirco testamentum validum est, tenet Marsill. *singulari* 526. dicit judicatum Phæb. 1. *p. decis.* 25. & in marito, qui blanditiis persuasit uxorem, ut eum institueret, probat *text. in L. fin. C. siquis aliq. testari probib. Ordinàt. d. tit* 84. §. 4. *vers. porem se à mulher*, Menoch. *d. casu* 395. *n.* 42. post plures Castill. *d. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 122. 176. *& seqq.* Altograd. *cons.* 50. *n.* 196. Carol. Tapia *decis.* 16. *à num.* 20. Gratian. *discept. forens. c.* 659. *num.* 4. & 8. Similiter licitum est hæredi 36
suadere blanditiis testatorem, ut non mutet testamentum, in quo erat scriptus, dummodo dolus absit L. *fin. ff. siquis aliquem testari probib.* Pekius *de testam. conjug. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 1. *in fine*, Honded. *cons.* 32. *n.* 58. *lib.* 1. Socin. Jun. *cons.* 148. *num.* 30. *lib.* 2. Castill. *d. c.* 1. *n.* 194. Paris. *cons.* 67. *num.* 51. & 53. *lib.* 3.

Quæ intelligas velim quando hæres blandis tan- 37
tum verbis usus est, nam si verbera, minæ, aut dolus intervenerint, nullum erit testamentum, Peregr. *d. lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 9. Phæb. *d. decis.* 25. *n.* 5. Paris. *d. cons.* 67. *n.* 10. 11. & 12. *lib.* 3. Castill. *d. c.* 1. *n.* 178. *& seqq.* Vincent. de Franch. *decis.* 180. & illi Addentes: Est autem quæstionis, an secundum testamentum, quod quis motus alterius blanditiis fecit, revocet primum. In qua Ang. *in L.* 1. *C. siquis aliq. test. probib.* tenet quod licet secundum testamentum validum sit, hæres scriptus in primo poterit avocare hæreditatem ab scripto in secundo per actionem de dolo vel in factum, sequuntur Jason. & alii laudati à Marsil. *d. singul.* 526. & Capyc. Latro *cons.* 71. *n.* 49. Cyriac. *contr.* 549. *n.* 113.

Verum contraria sententia quæ habet etiam hoc 38
casu

casu licitum esse persuadere blandis verbis, ut mutet testamentum, & suadentem instituat, verior est, & tenenda ex in d.L.fin. C. siquis aliq. testam.probib. ubi Jason. num.5. Decius consult.489. num. 3. Socin. Jun. cons. 144.n.55. lib.2. Menoch. d.cas.395.num. 43. Castill. d. cap.1. n.186. Mierez de Majorat. 1.p. q.25. à n.2. usque ad 7. Petr. Pextus de testam. conjug. lib.1. cap. 5. n. 8. Jason. cons. 141. n. 5. vol. 4. Cæsar. Vrsill. ad afflict. decis.69. n.10. & hanc opinionem probat Ordinat. d. lib.4. tit. 84. §. 4. Limitanda tamen venit hæc resolutio, ut non habeat locum quando ultra blanditias intervenerant precea importunæ, & dolus; ex quibus vitiari testamentum tradunt Castill. d. capit. 1. n. 186, 187. & 190. Socin. Jun. consult.144.n.55. Menoch. d. cas.395.n. 41. admittunt alii supra relati, quibus addo Carol. Tapia decis.16. n.30. & 39. Sanchez de Matrim.lib. 4. disp. 7. num.8. & 9. Altograd. cons. 50. nu. 197.
39 Franch. decis. 180. Persuasiones namque, & preces importunæ arguunt dolum, gloss. in L. apud Celsum ff. de doli except. Peregrin. d. tit.6.n.12. Castill. d.cap.1.n.106. Mantica de conjectur. ultimar.volunt. lib.2. tit.7. n.4. & quidem nimia, & immodica persuasio habet vim doli L.1. vers. persuadere ff. de serv. corrupt. Ubi dicitur, quod persuadere est plusquam compellere, & cogi sibi parere. Decian. cons. 65. n. 2. lib. 2. Mantic. d. num. 4. Castill. d. cap. 1. num.
40 107.108. & 109. Ultra quod, quando precea importunæ factæ sunt à marito, vel alio, cui reverentia debetur, sufficiunt conjunctæ cum metu reverentiali aut dolo ad annullandum testamentum sic extortum, Afflict. decis.69. n. 4. & 5. Phæb. decis.25. n. 6. Bernard. Dias regul. 798. in fin. Petr. Peekius de testament. conjug. lib. 1. cap. 3. ex n. 4. & cum pluribus de more Castill. d. cap. 1. num. 180. d. decis. 16. n. 30. Sanchez d. disp. 7. num. 5. 6. & 7. Altograd. d. consultat. 50. num. 198. Mantic. d. lib. 2. t. 7. à n.1. Cap. Latr. cons.71. à n.4. cum se. Amaya in L.unic.C. de col. donat.l.10.n.57.Franch.dec.180. vbi judicatum testatur. Cæterum omnia, quæ dicta sunt circa validitatem testamenti blanditiis extortum, procedunt eo casu, quo quis blanditiis usus est ad sui commodum; si verò quis blanditiis testatorem allexit ad commodum alterius, dolo fecisse censetur, ex his, quæ Cevall. commun. contra commun. quæst. 348. n.6. & 7.

Sed est observandum eum, qui coegit defunctum
41 testari, vel mutare testamentum, aut illud facere prohibuit, teneri ad refectionem damni illis, ad quos, si non interveniret coactio, vel impedimentum, hæreditas erat perventuræ: ut de prohibente testari scribunt Corneus consultation. 110. num. 6. volum. 4. & de prohibente mutare testamentum, Paris. consultat. 67. num. 3. volum. 3. Menoch. d. casu 395. n.27. Grammat. cons. civil. 26. n. 4. Gregor. Lopez in L. 27. titul. 1. partit.6. verb. pierda, Gutierr. Canonic. lib.2. cap. 11. n. 83. & in tract. de titul. 2. p. cap. 14. n.6. post alios Castill. d. lib. 3. cap. 1 n. 19.
43 & seqq. Faehin. lib. 9. controv. c. 4. Bellon. de jur. accresc. d. c.7. q.54. num. 105. Immo aduersus eum agi potest ad duplum juxta sententiam glossa in L. 2. verb. remover. C. siq. aliq. test. probib. Et probat text. in Authent. ut nulli judicum §. & hic pervenit coll.9. Sequitur Jason. in L. 1. num. 1. C. eod. Paris. d. cons. 67. num. 4. Boss. titul. de his quiprohib. alıq. test. num. 3. vers. practica, Menoch. d.casu 395. n.28. Castill. d. c.1. n.25. 26.& 31. Et hanc opinionem probavit Ordinat. d. lib. 4. tit. 84. §. 3. ibi: *E se querendo alguma pessoa fazer testamento, & deixar a outra por seu herdeiro, ou deixarle algum legado, outro terceiro lho tolhesse cum força, medo, ou engano: provando aquele que houvera de ser instituido, ou a que se houvera de deixar o tal legado à dita força, medo, ou engano, & a herança quantidade, ou cousa, que no tal testamento se lhe houvera de deixar. o que impedio fazerle o testamento, lho pagara em dobro.* Et sic prædicta opinio apud nos sequenda est. Quidquid contrariam de jure communi veriorem dicat Castill. d.c.1. n.36. Quamvis enim Justinianus in d. Authent. ut nulli Judicum, loquatur de Rectore, vel administratore; ejus tamen decisio locum obtinet in quocumque prohibente, licet officialis non sit: ut optimè declarant Jason. in d. L.1. n.2. vers. contrarium, Cod. siquis aliquem. Corneus cons. 110. nu. 1. col. 4. Ubi hanc esse veram opinionem tradit, Menoch. d. casu 395. n.29. in finalibus verbis. Bellon. d. q. 54. n. 108.

Debet autem is, qui agit contra impedientem 44
probare defunctum vi, dolo, metu, fuisse prohibitum testari, & hæreditatem ei relinquere; vel legatum, & quid quantumve illi relinquere volebat; ut expressè disponit Ordinat. d. tit.84. §.3. & voluerunt Bart. in L.3. n.13. ff. siq. test. probib. Bald. in L.1.C. eod. num. 14. Socin. Jun. cons. 148. n. 13. & 40. lib.2. Burg. de Paz. cons. 7. n.11. Menoch. d. casu 395. n. 31. Castill d. c. 1. num. 102. Insuper pro 45
bare debet, quod tempore prohibitionis voluerit testari, & propter impedimentum testatum non fuisse, neque disposuisse: non enim satis esse probare, quod uno tempore voluisse testari, & alio fuisse impeditus: ut responderunt Paris. d. cons. 67. n.33. Socin. Jun. ubi proximè, Menoch. d. n. 31. Castill. d. c. 1. n. 103. Ordinat. d. tit. 84. § 3. Illud autem interesse tenetur satisfacere de propriis bonis ille, qui testari prohibuit; quod si solvendo non sit, rectè poterit læsus agere in subsidium contra fiscum, qui hæreditatem abstulit per ea, quæ Bart. in d L.3. ff. siq. aliq. test. probib. & Bald. in L. fin. ff. de eo per quem fact. erit, & in L.plane a 2.§.1.ff. de legat. 1. Gabr. cons.99.n.13. vol.1. Menoch. d.casu 395.n.10. in fin. Castill. d. c. 1. num. 36. Bellon. d. quæst. 54. n.108. & 134.

Denique observandum est, quod cum metus, & 46
violentia, item & dolus non præsumantur, Mascard. 2.p. conclus. 1055. & 1056. & 1057. Socin. Jun. d. cons.148. n.12. Pereir. decis.30. n. 7. & 8. Noguer. alleg. 29. à n.13. cum seq. ita non est præsumendum testatorem metu, vi, aut dolo fuisse compulsum ad disponendum: ut in terminis consuluit Bald. cons. 360. n.1. lib.3. Mantic. de conject. lib. 2. tit.7. n.1. Menoch. lib.4. præsumpt. 11. n.1. & lib. 3. præsumpt. 26. n.1. & 6. Peregrin. d. tit. 6. n. 19. Mascard. conclus.1054 n.1. & 2. Burg. de Paz. d. cons.7.n.7. Paris. cons.67.n.61. & post alios Castill. d. c. 1. n. 65. Ubi docet testamentum semper censeri validum, & spontaneum; nisi contrarium probetur: & n.81. Menoch. cons. 224. n.32. & lib. 4. præsumpt. 10. Atque ideo prohibitio, vel dolus probanda est à fisco, & aliis, qui interesse pertendunt. Quibus autem modis probetur, videndi sunt Castill d.c. 1. n.74. cum seqq. Pereir. decis. 39. n. 7. & 8. Peregrin. lib. 2. tit. 6. n. 20. 22. & seqq. Qui omnes docent metum, & dolum præsumptionibus probari, eum difficilis probationis reputetur, Noguer. ubi supra n.14. & 15. Capyc. Latro decis. 138. n. 20. Ubi etiam docet, quod testes singulares probant metum, Noguer. ubi supra num. 16. & quod sufficit probatio facta per unum testem de uisu, & alios de auditu, tenent Gama d.247. Surdus cons. 513. à num. 31. Noguer. d. alleg. 29. à num. 18.

Solet tamen dubitari, An prohibitio, seu coactio 47
probata dicatur, si testator coram testibus dixerit fuisse coactum, & prohibitum? In qua quæstione distinguunt Doctores: aut enim testator expressit personam, à qua se prohibitum & coactum dixit; & tunc sufficit dictum testatoris coram notario, & duobus, aut

aut tribus testibus: aut simpliciter dixit fuisse prohibitum, vel coactum, & tunc non dicetur probata coactio, seu prohibitio, neque hæredes possunt à fisco molestari. Ita Bart. in L. fin. n. 8. vers. si verò ipse ff. si q. aliq. test. probib. Bald. in L. 1. n. 15. C. eod. Paris. cons. 67. à n. 9. vol. 3. Sociu. Jun. d. cons. 148. n. 14. & 47. vers. huic autem volum. 2. Peregrin. d. tit. 6. n. 25. Mantic. d. lib. 2. tit. 7. n. 5. Bellon. d. q. 54. n. 136. & 137.

48 Septimo indignus est, qui testamentum ut falsum accusavit: quia si in causa succubuit, privatur hæreditate ei delata, vel legato, & utrumque applicatur fisco L. post legatum 5. in princ. vers. ergo, & §. si pater §. si filius familias §. si is cui ff. de his quib. ut indign. L. 2. L. alia 8. C. eod. L. ejus qui 29. L. edicto 13. §. eos qui ff. de jur. fisc. Peregr. de jur. fisc. l. 2. t. 7. n. 13. Conan. l. 10. comment. c. 7. n. 5. vers. est, & cum non est hæres, Cujac. l. 6. resp. Papin. in L. hærede ff. de his quib. ut indign. Bart. in d. L. post legatum in princ. n. 6. in fin. & n. 4. vers. oppono, & n. 14. vers. venio ad quartum & in d. §. si pater, Jason. in L. 1. n. 1. vers. secundus casus C. de his quib. ut indign. Bellon. de jur. accresc. d. c. 7. q. 54. n. 147. & seqq. Cancer. lib. 1. var. c. 6. n. 21. & lib. 3. cap. 15. n. 289. & seqq. Boer. dec. 147. ad fin. Quod idem dicendum est in eo, qui falsos dixit codicillos, L. hæredi 14. ff. de his quib. ut indign. Prout etiam fit indignus, qui dixit falsum testamentum, in quo ejus filius, vel servus institutus est, vel qui accusatori præbuit auxilium, ut si pro eo dixit testimonium d. L. post lega-
49 tum §. his verò, & §. qui principale vers. an libertas. Peregrin. d. lib. 2. tit. 7. n. 17. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 10. n. 43. Vel si extitit fidejussor. accusantis testamentum d. L. post legatum §. qui accusavit vers. sunt, qui putant, Sixtin. proximè n. 44. Vel si in causa tamquam advocatus interfuit Peregrin. d. tit. 7. n. 15. Bellon. d. quæst. 54. n. 149. Sixtin. d. c. 10. n. 45.

Similiter dicitur indignus filius, qui inofficiosum dixit patris testamentum; ita ut omne emolumen-
50 tum, quod ab eo capere poterat, cedat lucro fisci. Probat text. in L. Papinianus §. meminisse, ubi Bart. & Angel. n. 1. ff. de inoffic. testam. d. L. edicto 13. §. eos qui ff. de jur. fisc. Bart. in d. L. post legatum in princ. n. 3. in fin. Peregrin. d. tit. 7. n. 2. Conan. d. lib. 10. c. 7. n. 5. Bellon. d. quæst. 54. n. 150. Cancer. d. lib. 1. c. 6. n. 21. Sixtin. d. c. 10. n. 35. & 36. Melch. de Valent. illustr. lib. 3. tract. 5. c. 3. n. 9. Quod ex ea ratione procedit, quia is, qui judicium testatoris impugnat, tamquam indignus nihil potest consequi ex illius voluntate, L. quæstium 40. vers. nam
51 qui ff. de acquir. hæred. Bart. in L. Lucius 90. §. Sempronia ff. de legat. 2. Amplia conclusionem, ut talis filius, qui patris testamentum dixit inofficiosum, amittat legitimam jure naturæ debitam; cum enim à lege à successione sit exclusus, non detrahit legitimam, quæ bonorum & hæreditatis portio est L. cum quæritur C. de inoffic. testam. Notant omnes in L. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & posthum. Et generale est, ut non debeatur filio legitima in omnibus casibus, ubi fiscus aufert hæreditatem filiis, ut indignis, propter aliquod demeritum: ut post alios tradit, & fundat Peregrin. d. libr. 2. titul. 7. n. 9. Alex. in L. Polla num. 1. C. de his quibus ut indign.

At verò accusans testamentum de falso, bene succedit hæredi ejus, cujus testamentum falsum di-
52 xit d. L. post legatum §. qui accusavit, L. qui Titii testamentum, ff. de his, quib. ut indign. L. ult. ff. de legat. 3. Peregrin. d. tit. 7. n. 12. vers. limita sexto, Mierez de Majorat. p. 2. q. n. 66. Anton. Gomez in L. 22. Tauri n. 13. Petr. Barbos. in L. si ab hostibus n. 28. ff. solut. Matrim. Ubi dicit, quod indignus respectu testatoris non prohibetur succedere ejus hæredi, Item qui dixit inofficiosum testamentum non amittit id, quod extra causam testamenti illi delatum est; ut puta donationem causa dotis, vel inter vivos, L. etiam si ff. de inoffic. testam. neque donationem causa mortis, cum à testamento non dependeant ipsæ d. L. post legatum §. qui mortis causa gloss. & DD. in d. L. etiamsi Sixtin. d. c. 10. n. 39. & 40. Qui n. 41. ait etiam non amittere relictum in codicillis, nisi quando codicilli sunt accessorii ad testamentum, & inde dependent, Peregr. d. c. 7. n. 7.

Si verò quis nullum dixerit testamentum ex ali- 53
quo defectu solemnitatis non respiciente personam testatoris, quamvis succumbat in causa, non amittit hæreditatem, seu legatum illi relictum d. L. post legatum §. 1. L. penult. ff. de his quib. ut indign. Jason. in L. 2. n. 11. Cod. eod. Ratio est quia in hoc casu non dicitur impugnare judicium testatoris, sed ejus tantum allegatur error L. si pater, L. nec apud, Cod. de hæred. instit. Peregr. cons. 49. ante fin. Bellon. d. q. 54. n. 154. Polidor. Ripa observ. 83. n. 3. Ubi dicit allegantem testamentum nullum, non dici impugnare voluntatem testatoris, aut ejus mentem quando dispositio est invalida, Cancer. lib. 1. c. 6. n. 22. & lib. 3. c. 15. n. 288. Ubi alios refert, Bart. in L. post legatum n. 2. in fin. Bellon. d. q. 54. n. 152. Quod si quis dixerit testamentum nullum ex defectu personæ testatoris, veluti quia testari non potuerit, & in causa succubuerit, verè indignus est, & relicta in testamento appli- 54
canda sunt fisco, Peregrin. d. tit. 7. n. 1. Bellon. d. q. 54. n. 153. Ubi ampliat in eo, qui dixit pupillum, cui facta fuit substitutio pupillaris fuisse partum suppositum, quoniam eo modo negat testatorem fuisse patrem, & non potuisse pupillariter substituere, L. cum tabulis 16. in princ. ubi Bart. ff. de his quib. ut indig.

Octavò erit indignus filius emancipatus, qui agno- 55
vit bonorum possessionem contra tabulas; cum enim tunc judicium, & voluntatem patris impugnaverit, privatur omnibus commodis, quæ ex judicio patris ei deferuntur, & omnia fisco applicanda sunt L. 2. in princ. ff. de his quib. ut indign. & ibi Bart. L. his qui contra 22. ff. de vulgar. L. filium 5. §. non solum ff. de legat. præst. L. sub conditione 18. §. 1. ff. de bonor. poss. contra tabul. L. in servitutem §. si quis bonorum. L. penult. §. verbis ff. de bon. libertor. Peregr. d. tit. 7. n. 14. Ubi docet hunc privari omnibus, quæ antea extra testamentum à patre habuerat, ut putà ex donatione causa mortis, vel ex codicillis. Sequitur Bellon. d. q. 54. num. 151. Ubi reprehendit Alexandrum contrarium tenentem in L. alia n. 3. C. de his quib. ut indig.

Nonò efficitur indignus, qui movet controver- 56
siam super statu testatoris puta si dixerit eum non esse, vel fuisse liberum, sed servum, vel non esse ingenuum, sed libertinum, ab isto namque tamquam ab indigno aufertur relictum L. si inimicitia, L. cum tabulis ff. de his quib. ut indig. Peregr. de jur. fisc. lib. 2. tit. 10. n. 1. Cujac. lib. 6. respons. Papin. ad text. in L. ex parte 22. ff. de adim. legat. Bellon. d. quæst. 54. n. 20. Ubi n. 21. indignum dicit eum, qui ut excluderet pupillum, qui fuerat substitutus à patre, dixit pupillum non esse filium testatoris, sed partum suppositum d. L. cum tabulis, Peregr. d. tit. 10. n. 1. Insuper est indignus, qui defunctum gravis delicti reum fecerit, Peregrin. d. c. 10. n. 1. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 10. n. 59.

Decimò dicuntur indigni illi, qui sperantes alicujus viventis successionem, paciscuntur, vel contrahunt super hæreditate ignorante eo, de cujus bo-
nis agitur; quia quamvis pactum de hæreditate vi- 57
ventis sine ejus consensu nullum sit L. fin. C. de pact. L. quidam §. 1. cum seqq. ff. de donat. Castill lib. 3. controv. c. 9. n. 2. & seqq. Franch. dec. 89. ubi addent. Hermos. in L. 9. tit. 4. partit. 5. gloss. 10. n. 29. Phæbus

decis.

decis. 2. *n.* 12. Cabed.*p.*1.*dec.* 164.*n.* 5. Cyriac.*controv.* 88. Giurb. *de success. feud.* §. 1. *gloss.* 7. *à n.* 1. *cum seqq.* Alphons.de Olea *de cess.jur. tit.* 3. *quæst.* 3. *n.* 8. Attamen, si postea hæreditas perveniat ad paciscenses, illa privantur, & ipsa applicatur fisco L.2. §. *fin. ff. de his quib. ut indign.*L. *quidam* 30. §. *fin. cum* L.*seqq.ff. de donat.* Decius.*in L.* 1. *n.* 13. *vers. sed contra C. de secund. nupt.* Jason. *in L. fin. n.*7. *vers. tertio limita C.de pact.*Boss. *in pract. tit. de his quib. ut. indign. n.* 2. Ubi ampliat conclusionem, ut non solum habeat locum, quando sub nomine hæreditatis vel futuræ successionis factum, vel dispositio
58 facta fuit: sed etiam quando de re particulari ad eam obtinendam post mortem viventis, Cabed. *d. dec.* 164. *n. fin.* Anton. Gomez. *in L.* 22. *Tauri n.* 30. Cancer. *lib.* 1. *variar. capit.*6.*n.*18. Peregrin. *d.lib.* 2. *tit.*10.*n.* 20. Bellon.*d.q.* 54.*n.* 23. *& seqq.* Ratio est: quia improbus est, qui de vivi hæreditate quærit.

Unde infertur, quod, filii, agnati, vel cognati, qui sperant alicujus viventis successionem divident inter se bona eo vivente, aut conveniant de dividendis bo-
59 nis, quamvis conferant divisionis effectum in tempus mortis ejus, de cujus bonis agitur, redduntur indigni; & postea ab eis succedentibus hæreditas aufertur. Ita Bald. *cons.* 148. *n.* 6. *vol.* 1. Peregrin. *d. tit.* 10. *n.* 3. *&* 4. Bellon. *d. quæst.* 54. *n.* 27. Secundo infertur eum, qui viventis hæreditatem adit, seu adire tentat, si postea hæreditas illi deferatur, tanquam indignum illa privari, Imola in L. *si quis mihi bona* §. *sed. utrum n.*13. *ff. de acquir. hæred.* ubi Roman. *n.* 6. Menoch. *cons.*502. *n.*32. Bellon. *d. quæst.* 54. *n.* 30. Quamvis enim viventis nulla sit hæreditas,
60 *L.*1.*ff. hæred. vel action. vend. L. qui superstitis ff. de de acquir. hæred. L. nihil aliud est ff.de regul. jur.gloss.* & Bart.in L.*quæsitum*, §. *cum servus ff.de legat.* 1. Pacian. *cons.* 44. *num.* 18. Bursat. *cons.* 458. *num.* 24. Crassus *in* §. *hæreditas quæst.* 24. *num.* 1. Giurb. *de success. feud.* §. 1. *gloss.* 7. *à n.* 1. *cum seqq.* Et idcirco adiri non possit *L. neminem* 27. *ff. de acquir. hær.* Attamen eo ipso quod nimis propere adire tentavit, offendit eum, de cujus bonis agitur, & merito punitur privatione hæreditatis, Bellon. *d. q.* 54. *n.* 32. Qui subdit *n.* 33. hoc verum esse, si is, qui tentavit adire, sciebat vivum esse eum de cujus hæreditate agebatur: Secus si ignorabat, & justo ductus errore credens esse mortuum, hæreditatem adivit; quia tunc excusatur. Prout etiam ille, qui captivi hæreditatem adivit, credens esse defunctum, *gloss. in L.* 2. *ff. de his quib. ut indign.* Bald. & Salicet. *in L. nec. nos C. de captiv.* Cagnol. *in L. ultim. n.* 37. *C. de pact.* Bellon. *d. q.* 54. *n.* 34. Menoch. *cons.* 502. *n.* 34.

Tertiò infertur, quod si frater renuntiat fratri par-
61 tem hæreditatis, seu legitimam vivo eo, de cujus bonis agitur, & non consentiente, poterit postea fiscus ab eo tanquam indigno legitimam auferre, Peregrin. *d. tit.* 10. *n.* 4. Cephal. *cons.* 605. *n.* 21. *&* 22. Bellon. *d. quæst.* 54. *n.* 39.

Quæ omnia intelligenda sunt, quando conventum est de viventis hæreditate absque ejus consensu; cæterùm si is, de cujus bonis agitur, consentiat, vali-
62 dum est pactum, fisco locus non sit, *d. L. fin. C. de pact.* Gama *decis.* 365. *n.* 5. *&* 6. ubi additio Flor. de Mena, Anton. Gomez *in L.* 22. *Tauri n.*30. *& lib.*1. *var. c.* 11. *n.* 31. Covarr. *in c. Raynaldus de testament.* §.2. *num.*5. Castill. *lib.* 3. *c.* 9. *num.* 6. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 6. *num.* 23. Poterit tamen is, qui consensit pacto de ipsius hæreditate revocare consensum; quoniam pactum hujusmodi morte tantum confirmatur *d. L. fin. vers. nobis C.de pact.* Amendol. ad Vincent.de Franch. *decis.*89. *n.* 1. Castill. *d.lib.*3. *c.*9. *n.*6. etiamsi dictus consensus juramento fuisset firmatus Covarr. *de success. ab intest. quæst.* 9. *n.* 12. post plures Castill. *d. c.*9. *n.*6. *& seqq.*

Item limitatur prædicta resolutio, ut non habeat 63
locum, quando in societate generaliter inita, vel in alio contractu conventum fuit de dividenda quacumque successione, vel hæreditate incertarum personarum viventium *L.* 3. §. *de illo ff. pro socio*, Anton Gomez. *in L.* 22. *Tauri n.* 31. *vers. limita tamen*, Vincent. de Franch. *decis.* 89. *n.* 4. Limita etiam, ut non habeat locum conclusio in pacto, de quocumque fideicommisso, vel majoratu super illius successione, quia etiam in vita possessoris valida erit conventio absque possessoris consensu, Gama *dec.*32.*n.*4. Phæb. *dec.* 2 *n.* 12. *&* 14. Molin. *de primogen. lib.* 3. *c.* 2. *n.*22. *&* 23. Gutierr.*pract.lib.* 3.*quæst.*79.*n.*8. Cancer. *lib.*1. *c.*6 *n.*18. *&* 19. Gratian. *forens. c.* 818.*n.*43. *& c.*960. *n.*4. Giurb. *de success. feud.* §.1.*gloss.* 15. *n.* 5. Sublimita, nisi pactum fiat inter filios institutoris majoratus eo vivente, & non consentiente, quia inutile est, Gratian. *d. c.* 818. *n.*44.

Limita insuper conclusionem in donatione facta à Rege, vivo bonorum possessore, quia valida est: ut tenent Gratian. *d. c.*814.*n.*1. *cum seqq.* Phæb. *dec.* 2. *n.* 11.

Undecimo dicitur indigna uxor quæ ignorante 64
viro committit adulterium, quia si ab eo hæres fuerit instituta, vel ipsa ab intestato successerit, juxta *L.* 1. *C. unde vir. & uxor.* ab ea tanquam ab indigna aufert fiscus hæreditatem, juxta gloss.& DD *in L.fideicommiss. C. de fideicommiss. & in L.sororem C. de his quib. ut indig.* Peregrin. *lib.* 3. *tit.*13.*n.*4. Bellon. *d. q* 54 *n.*35. Ubi *n.*36. ait idem procedere in muliere, quæ mala gratia à marito divertit, Sequitur Peregr. *d. n.* 4. item gloss. & Bart. *in L. uxoris ff. de aur. & arg. legat.* Idem dicendum est de muliere, quæ post mortem viri luxuriose vivit; hæc namque tanquam indigna privatur legato, aut hæreditate à marito relicta ex Salicet. *in d. L. fideicommissum C. de fideic.* Anton. Gomez in L. 14. *Tauri n.* 17. Stephan. Gra- 65
tian. *discept. forens. c.* 5. *n.* 1. *& seqq.* Cancer. *lib.* 1. *variar. c.* 6. *num.* 141, Cum enim ita mulier gravem marito inferat injuriam, Paul. de Castr *in d.L. fideicommissum num.* 14. Ubi Jason. *n.* 2. ab ea tanquam ab indigna aufert fiscus omnia, quæ à marito ei fuerunt relicta, Joan. de Garron. *in L.*1.*n.*85. *C. de secund.nupt.*Cornell.*in d.L.fideicommissum*, Peregr. *d. lib.*3.*tit.*15.*n.*8. *& lib.*2.*tit.*8.*n.*5. Bellon. *d. quæst.*54. *n.* 46. *&* 47.

Duodecimo dubitatur, An is, qui occidit testato- 66
rem, qui eum in testamento hæredem instituerat; indignus sit, vel incapax? In qua quæstione duæ reperiuntur contrariæ opiniones. Prima fuit in *L. maritus C.unde vir n.*3. Ubi ait, quod vir occidens uxorem nihil lucratur, nec ei succedit. Sequitur Palac. Rub. *in rubr. de donat. inter n.* 14. *&* 15. Bartolus autem in *L.fin. ff. de his quib. ut indig.* sic dicit: *Qui testatorem interemit, si capiebat hæreditatem ex legis dispositione ab intestato, est indignus, & applicatur fisco? Si vero capiebat ex dispositione hominis, tunc non capit, sed remanet apud hæredes.* Ea quibus verbis benè colligitur eum, qui occidit testatorem, cui ex testamento successurus erat, incapacem reddi. Si verò ab intestato esset successurus reputari indignum. Et probatur per *text. in L.si ab hostibus* §.*si vir ff.solut.Matrimon.*ibi: *Si vir uxorem suam occiderit, dotis actionem uxoris heredibus dandam Proculus ait*, & rectè. Cum igitur applicetur hæredibus dos viri occidentis uxorem, apertè colligitur homicidam ipso jure privari dotis successione. Et cùm non detur major ratio de dote, quàm de alia hæreditate; ita ut occidens uxorem privatur lucro dotis ipso jure; ita etiam occisor privatur hæreditate; & eo reddito incapaci pertinet ad venientes ab intestato, non ad fiscum, Bart. *in L. cum ratio ff. de bon. damnat.*

Con-

67 Contraria tamen sententia habet hæredem sive testamentarium, sive legitimum, non privari ipso jure hæreditate, sed per sententiam fisco esse applicandam: & sic occisorum acquirere hæreditatem, quam fiscus aufert tanquam ab indigno. Probat *tex.* in *L. his consequenter* §.1.*ff. famil.ercisc.L. indignum, L. si inimicitiæ ff. de his quib. ut indign.* ibi: *Occidens testatorem est indignus; tamen licet hæreditas possit ab eo auferri, antequam fiscus auferat, est ipse hæres cum effectu.* idem Bald. in *L. si is qui ex bonis 6. vers. ad regulam ff.de vulg.* Alea. in *L. 1. num. 11. C. de his quib. ut indig.* Jason. in *L. sororem n. 4. C. eod.* Decius *cons.* 525. *n.*2. Boss. *in tit. de his quib. ut indign.* n.12. *in fin.* Crassus in §.*testamentum quæst.*87. Peregrin. *de jur. fisc.lib.2. tit.3. n.* Bellon. *de jur.accresc.2. p. c.7. quæst.57. n.43.* Cancer. *lib. 1. variar. c.6. n.* 6. Anton. Gomez *lib. 3. variar.c.3.n.51.* Decian. *in tract. crim. lib.9. c.16. ex n.26.* Caldas Pereir. in L. *si curatorem verb.sua facilitate* n.17. Farinac. *in prax. quæst.*113.*n.*268. *& n.*120. *à n.*22. Qui *n.*36. ait; quod hoc casu occisor non privatur hæreditate occisi ipso jure, sed potest ab eo hæreditas auferri per fiscum, & antequam fiscus auferat, ipse est hæres, & potest cum effectu actiones hæreditarias exercere. Petr. Caball. *resolut. crimin. cas.*10.*à n.*2. Ubi communem dicit Sanchez *in cons. moral. lib.* 4. *c.1. dub.* 38. n.5. ubi satisfacit contrariæ partis fundamentis. Et est textus formalis in *L. cum ratio* §.*fin. ff. de bon.damnat.* Neque est sequenda prædicta Bartholi distinctio inter succedentem ex testamento, utroque enim casu fiscus aufert hæreditatem ab occisore tanquam indigno, & Bartoli opinio vera non est: ut notat Caball.*d.casu* 10.*n.*4. Et contra eam tenere communiter Doctores dixit Alexand. de Imola *in L. maritus C. unde vir.* n.11. Sequitur Sanchez *d. dub.*38.*n.*5.Boss.*d.tit.de his quib.ut indig.n.*16.Boer. *decis.*25.*n.*1. *&* 5. Peregrin. *d.lib.2. tit.3.n.*1. *&* 14. Menoch. *cons.*502. n.13. Anton. Gomez *d. l. 3. c.3. num.* 51.

68 Tota dubitatio est, An si interfector non fuerit solus hæres ab intestato, sed habeat pares in gradu, portio homicidæ deferatur fisco, vel pertineat ad cohæredes per jus accrescendi; ita ut si filius occidat patrẽ, vel frater fratrem, extantibus aliis filiis, vel fratribus occisi in bonis patris, vel fratris interfecti pro portione ad occidentem spectante, admittatur fiscus, aut excludatur, & portio occisoris accrescat aliis filiis vel fratribus? Et quod admittantur alij filij, vel fratres excluso fisco, docuit Bart. *in L. 1. n. 1. ff. siq. aliq. test.probib.* dicit enim, quod quando frater occidit fratrem, nocet omnibus sequentibus in gradu, sed non præjudicat existentibus in pari gradu, per *text. in L. cum ratio* §. *fin. ff. de bon.damnat.* & ibi etiam Bart. Qui refert, quod succedere quis non potest ei, quem ipse interfecit, sed bona vadunt ad fiscum nisi adsit alius, qui sit in eodem gradu cum ipso interfectore *L.* 2. §. *fratris* in verbis ibi: *Fratris autem factum fratri non nocet.* Ex quibus deducitur, quod si frater excluderetur à portione homicidæ factum illius fratri noceret. Sequitur Gandin. *in tract. de malefic. rubr. de bon. malefact. n.* 10. *vers.quæritur si frater.* ubi dicit quod si frater occiderit fratrem, bona occisi non pertinent ad filium occidentis, sed publicantur, quando occisi non pertinent ad filium occidentis, sed publicantur, quando occisus non habet filios, vel alios sibi conjunctos in eodem gradu cum interfectore; secus si eos habet quia tunc non publicantur, sed ad eos pertinent, Bald.*cons.*26.*in* 2.*&* 3.*dub. n.*4. *&* 5. *lib.* 3. Ubi ait, quod si maritus institutus ab uxore interemit eam: repellitur ab ejus successione: & hæreditas non debet auferri ab eo tanquam ab indigno, sed debetur matri mulieris interfectæ uti hæredi legitimæ filiæ & ita judicatum dicit Boër.*dec.*25.*n.*15. sequuntur Boss. *in tit.de his quib. ut ind. n.*16. & post plures Caball. *d. cas.* 10. *n.*1. Noguer. *alleg.* 12. *à n.* 183. *& alleg.* 13. *à n.* 10.

Verùm contraria sententia, quæ habet, quod si 69
filius occiderit patrem, vel fratrem extantibus aliis filiis, vel fratribus occisi æqualibus in gradu cum occisore, portio illius pertineat ad fiscum non autem ad pares in gradu, verior est; quia interfector non excluditur ipso jure à successione occisi sed ad eam admittitur, licet postea à fisco hæreditas auferatur *d.L. cum ratio* §. *fin. & in* L. *his consequenter* §. 1.*ff. famil. ercis.* ubi gloss. & DD. Et hæc est communis opinio, ut tenent plures relati à Boer. *d. decis.*25.*n.* 9. 10. *&* 14. Bald. *in* L. *hæreditatis* 4. *nu.*9. & ibi Alex. *n.*6. *C. de his quib. ut indign.* Afflict. in *c.* 1. §. *si duo fratres n.3. tit. de feud.* March. *in usib.feud.* Barbat. *cons.*8. *n.*3. *vol.*3. Roland. *cons.* 56. *n.*4. *volum.* 1. Peregr. *de lib.2. tit.3. n.2.* Boss. *in tit.de his quibus ut indign. n.*16. *vers. sed communis est opinio.* Anton. Gomez *d. lib. 3. c. 3. n. 51. vers. addo tamen. quod si essent.* Ubi communem dicit Picbard. *in* §. *si eadem res Instit. de legat. à n.* 58. Farinac. *quæst.* 120. *à n.*41. Cancer. *lib. 1. cap. 6. n. 8. & 9.* Petr. Caball. *d. casu* 10.*num.* 2. Ubi veriorem dicit, & latè exornat Clarus *in* §. *homicidium n.* 57. Bellon. *d. c. 7. quæst.57.n.* 48. *&* 49. Petr. Barbos. in *L. si ab hostibus* §. *fin. n.* 31. ubi defendit Bartol. in L. *cum ratio* §. *fin.* ut scilicet, sit illius sensus, quod portio homicidæ pertineat ad fiscum; illius autem factum non noceat paribus in gradu, qui suas consequuntur portiones. Et respondent ad *text. in d. L.* 2. §. *fratris ff. siq. aliq. test. probib.* quod dictum ibi circa indignitatem fratris, ut non possit nocere fratri, procedit respectu portionis quæ fratri non delinquenti delata est non respectu ejus quæ fuit delata occisori, à quo tanquam ab indigno fiscus aufert; & in consequentiam fratrem excludit à jure accrescendi: & ita intelligendum *text. in d.*§. *fratris*, Probat *Ordin.lib.4.tit.84. in princ.*ibi: *E perca para nossa Coroa toda a parte, que lhe cabia haver ab intestado por falecimento da pessoa, que assim foi forçada, ou enganada.* Et generale est in omni specie indignitatis, ut si plures sint cohæredes, vel conjuncti successuri sive ex testamento, sivè ab intestato, quod indignitas unius non noceat aliis in portionibus ipsorum sed noceat in portione indigni quæ fisco, & non coheredibus applicatur *L. vers. & siquidem, & vers. in ambiguo ff. de his quæ in testam.delent.* Alex. *cons.*159. *n.* 10. *volum.*7. Peregrin. *de jur. fisc. lib.2. tit.6. n.*15. *&* 18. *vers.aut verò & tit.3.n.2.* Barbos. in *d.* L. *si ab hostibus* §.*fin. ante n.* 32. *vers.sed immeritò.* Caball. *casu* 10. *n.* 2. *&* 5.

Amplia supra positam conclusionem, ut homici- 70
da, nec immediate, nec mediate succedere possit occiso, ita ut si aliquis justus, & legitimus hæres ex testamento, vel ab intestato successit interfecto, & iste hæres homicidam instituit non possit ipse occisor succedere hæredi interfecti in bonis ab eo provenientibus: neque ex testamento, neque ab intestato: sed in hoc casu bona occisi à fisco vendicantur: *text. in L. Lucius in fin.ff. de jur. fisc.* ubi gloss. & Bart. & commun. DD. Jason.*in* L. *si quis ex bonis ff.de vulg. col.1. n.4.* Anton. Gomez *lib. 3. variar. c. 3. n.* 52. qui ex hoc infert, quod si maritus occidit uxorem sine causa, cui filius succedit, postea decedenti filio non possit pater hæres esse: sequitur Plaça *d.delict. lib.1. c.20. n* 23. Bajard. ad Clar. *in* §. *homicidium n.* 58. Menoch. *cons.*557. *à n.*16. Farinac. *quæst.* 120.*n.*33. *&* 48. Caldas Pereir. *in d. L.si curatorem, verb.sua facilitate n.*20.

Hinc fit, ut substitutus occiderit institutum ad 71
præveniendam successionem, efficiatur indignus, non enim æquum est eum, ob opprobrium facinus

lucrum

lucrum facere: ut ait Consult. *in L. si ab hostibus* §. *fin. ff. solut. Matrim.* Quæ conclusio probatur ex *text. in L. cum ratio* §. *fin. ff. de bon. damnat.* & procedit ex ea ratione, quia substitutio subducta persona instituti habetur ad instar institutionis *L. in ratione* 11. §. *si filio ff. ad* L. *Falcid.* Et regulariter dicitur secunda institutio. Unde in substituto militat eadem ratio quæ in instituto occidente testatorem Menchac. *de success. resol.* §. 20. *n.*16. Barbos. *in d. L. si ab hostibus* §. *fin. n.*20. Peregrin. *de jur. fisc. libro* 2. *tit.*3. *n.*17. *& de fideicommiss. art.*22. *n.*98. & latius *cons.* 91. *libr.*1. Fusar. *de substit. quæst.*317. *n.* 18. Ubi ita Brixiæ judicatum testatur. Farinac. *de homicid. quæst.* 120. *à n.* 1. *& n.*14. *cum seqq.* Et eo casu hæreditas pertinet ad fiscum, qui eam ab occisore tanquam ab indigno auferre potest: ut tradit Fusar. & Petr. Barbos. *d. n.*20. *vers. vel igitur.* Qui id intelligit in substitutione directa.

Cæterum si gravatus per fideicommissum occisus fuerit à substituto, fideicommissum ei restituendum
72 non est ex ratione, *text. in L. si ab hostibus* §. *fin.* Molin. *de primog. lib.*3. *c.*2. *n.*32. ubi alios laudat. Barbos. *in d.* §. *fin. n.* 20. sed an pro tempore vitæ substituti capiat fiscus commoditates fideicommissi? Dubium est. In quo Peregrin. *d. tit.*3. *n.*17. ait, quod fiscus in vita delinquentis capit fideicommissum, argum. *text. in* L. *Statius Florus* §. *Cornelio Felici ff. de jur. fisc* Cancer. *d. lib.*1. *c.*6. *n.*7. At verò Barbos. *in d.* §. *fin. n.* 20. ex aliis tradit in hoc casu procedere dispositionem *text. in d.* §. *fin.* & fideicommissum devolvi ad sequentem in gradu. Sequitur Noguer. *alleg.*13. *n.*10. *& seqq.* Et inde infert, quod si successor majoratus occiderit ultimum illius possessorem, non poterit succedere in eo: & tunc ad sequentem successorem devolvi, Gregor. Lopez *in* L. 2. *tit.*15. *partit.*2. *verb. sino el hijo, & in* L.1. *ad fin.*
73 *vers. quid autem si filius major & in* L.13. *tit.*7. *partit.*3. *verb. del heredero col.* 2. *ad fin.* Palaez *de major.* 2. *p. quæst.*4. *illat.*1. *n.*11. Peregrin. *d. tit.*3. *n.*17. Barbos. *in d. L. si ab hostibus* §. *fin. n.*21. Paschal. *de virib. patr. potest* 4. *p. c.*8. *n.*15. sequitur Castill. *lib.* 5. 2. *p. c.*161. *n.*14. Qui omnes docent majoratum etiam durante vita occisoris non ad fiscum, sed ad sequentem successorem pertinere, nulla facta distinctione inter majoratum novum, & antiquum, Sanchez *in cons. moral. lib.*4. *c.*1. *dub.* 39. Quod intellige, nisi majoratus successor aliud delictum commiserit, propter quod bona sunt confiscanda: quia tunc jus succedendi in majoratu veniet in confiscationem durante vita delinquentis, ex *Ordinat. lib.* 5. *tit.* 6. §. 15. Barbos. *in* §. *fin. n.* 21. *circa fin.* Et diximus supra 1. *tom.*

An autem patris delictum qui possessorem majo-
74 ratus occidit, noceat filio, qui post patrem successurus erat, ita ut talis filius dicatur sequens successor, vel alius, disputat Palaez de *majoratu* 2. *p. quæst.* 4. *à n.* 31. *usque ad* 45. qui filium excludit, & contra eum resolvit, sed merito reprobatur à Barbos. in *d. L. si ab hostibus* §. *fin. n.*24. 25. *&* 26. sequitur Castil. *d. c.*161. *à n.* 4. *cum seqq.* ubi pro filio latissimè fundamenta ponit, & vera est opinio filium occisoris admittendum si delicti particeps non fuit supraposita resolutio quæ habet non posse occisorem succedere ei, quem interfecit, ampliatur, ut non tantum habeat locum in morte violenta, sed etiam casu, quo
75 hæres testatori infirmo non præstitit curam necessariam, puta quia medicum non adhibuit, vel malum adhibuit, aut non administravit necessaria medicamenta, is enim hæreditate privatur, quæ ab eo tanquam ab indigno aufertur, & applicatur fisco *L. indignum* 3. *ff. de his quib. ut indign.* & scribunt Bart. *in L. fin. n.*11. *vers. quartum tempus ff. eod.* Angel. *in L. Papinianus* §. *meminisse n.*2. *ff. de inoffic. testam.* Bosс. *in pract. tit. de his quib. ut indign. n.* 23. *gloss. in* L. *indignum*, & Peregrin. *de jure fisc. lib.*2. *tit.*3. *n.*1. 15 *&* 16. *& tit.*10. *n.*16. Natta *cons* 462. *n.*4. Mantic. *de conject. ultim. lib.*12. *tit.*5. *n.*21. Bellon. *d. c.* 7. *q.*54. *n.*3. Barbos. *in d. L. si ab hostibus* §. *fin. n.*31. Sanchez *lib.*4. *moral. cap.*1. *dub.*38. *n.*15. Molin. *d. lib.*3. *c.*2. *n.* 33. Palac. Rub. *in rubr. de donat. inter* §. 70. *n.*29. Ex ea ratione, quoniam is, qui neglexit 76
curam infirmi dicitur esse in culpa mortis illius *L. quod si noluit* §. *si mancipium ff. de ædil. edict. L. si servum* 91. *in princ. vers. si autem, ff. de verb. obligat. gloss. in d.* L. *si ab hostibus* §. *fin. verb. lucri facere.* Et perinde habetur, ac si testatorem occidisset *gloss. verb. culpam*, & ibi Bart. *in d. L. si ab hostibus* §. *fin. n.*3. Mantic. *d. tit.*5. *n.*10. Angel. *in d.* §. *fin.* Ubi dicit paria esse occidere, & ægrotantis curam non habere. Facit *text. in* L. *necessarios* §. *fin. ff. ad Syllan.* dum probat, quod ita ut hæres tenetur vindicare necem defuncti violenter occisi, ita tenetur vindicare necem ejus; cui alicujus incuria mors secuta est, Barhos. *in d. L. si ab hostibus* §. *fin. n.*24.

Hæc tamen resolutio intelligenda est de negli- 77
gentia hæredis, seu culpa lata, vel levi, non de levissima, veluti si hæres medicum omnino non adhibuit, vel si imperitum adhibuit: ut sentit *gloss. in d. L. indignum* hic enim peccat in substantia. At verò si medicos peritos adhibuit, sed in aliquibus contingentibus negligens fuit, non habebit locum conclusio, secundum Bald. *in L. quæ fortuitis n.* 13. *C. de pignor. action.* Natta *cons.*462. Mantic. *d. tit* 5. *n.*10. sequitur Bellon. *d. q.* 54. *n.*4 Prout etiam non procedit, si in loco infirmi, vel alio propinquo non fuerit medicus qui facile poterat vocari: ut tradit Paul. de Castr. *in d.* L. *si ab hostibus* §. *fin. n.*3. Alex. *cons.* 123. *n.*2. *lib.* 7. & alii cum quibus Petr. Barbos. *in d.* §. *fin. n.* 34. *circa fin.* Ubi dicit eum, qui agit adversus hæredem ob prædictam culpam non solum articulare & probare debere hæredem non adhibuisse medicum testatori infirmo, sed etiam quod medicum facile poterat invenire.

Deinde, ut indignitati ex hac causa locus est, re 78
quiritur, quod probetur morbum esse talem quod à communiter accidentibus si medicus adhiberetur, mors non esset secuta, tunc enim negligentia nocebit. Si verò morbus ita esset levis, ut crederetur medicum non esse necessarium: vel ita gravis, ut secundum judicium medicorum, etiamsi medicus fuisset adhibitus, infirmus esset periturus, non imputabitur culpa hæredi, neque dicetur indignus; ut cum Paul. Alexand. & Socin. tenet Barbos. *in d. L. ab hostibus* §. *fin. n.* 33. *&* 34.

Decimo tertio dubitatur, An legatarius, qui oc- 79
cidit testatorem, indignus reputetur, ut à fisco legatum auferri possit, quemadmodum hæreditatem aufert ab hærede, qui testatorem interfecit; pro cujus quæstionis solutione constituenda est differentia inter institutionem hæredis & legata. Namque hæreditas, quæ per institutionem defertur hæredi, non potest nuda voluntate dari, neque auferri *L. penult.* §. *ult. ff. de bonis poss. secund. tabul.* L.1. §. *fin. ff. de his quæ in testam. del.* Ideoque hæreditas solum in testamento dari potest, & per aliud jure factum tantum auferri valet L. *hæreditas* 5. *C. de pact.* 80
convent. §. *ex eo Instit. quib. mod. testam. infirm.* Atque ita hæreditas adimi non potest ex præsumpta testatoris voluntate *L. ex parte* 22. ubi Alberic. *ff. de adim. legat.* Petr. Barbos. *in d. L. si ab hostibus* §. *fin. n.* 9. sed est necessaria expressa dispositio facta in testamento valido ut primum revocetur *L.*1. *L. cum in secundo, ff. de injust. rupt. L. si quis priore ff. ad Trebell. cum similib.* Quare cum codicilli nuda voluntate fiant §. *fin. de instit. de codicill.* non potest hæreditas codicillis dari neque adimi *L. quod per manus*

ff. de

ff. de jur. codicill. L.2. L. *si idem C. eod. L.Scævola ff. ad Trebell.* §. *penult. Instit. de codicill.* Socin. Jun. *cons.* 69. *n.* 5. & 10. *volum.* 4. Mantic. *de conject. ultim. lib.2.tit.3.n.1.* Spino *de testam. gloss.32. n.15.* & 16. Menoch. *lib.4. præsumpt.* 3. *n.1.* Franch. *dec.* 204. *n.5.* Idcirco quamvis hæres testatorem occiderit, non privatur ipso jure hæreditate delata quam adire potest, licet postea ab eo tanquam indigno per fiscum auferatur: ut diximus supra *n.* 67.

81 At vero legata ita possunt adimi expresse, quam tacitè L. 2. & 3. *cum seqq. ff. de adim. legat. L.* 39. *tit.9. partit.* 6. Anton. Gomez *lib.1. variar. c.12. n.* 56. Covarr. *in rubr. de testam.* 3. *p. n.19.* Mantic. *de conject. lib.* 12. *tit.* 2. Menoch. *lib.* 4. *præsumt.* 299. Suarez *in* L. *quoniam in prioribus in declarat. leg. Regni vers. uono quæritur C. de inoffic. testam.* Spino *de testam. gloss.18. n.45.* Castill. *de alim.cap.37. n.* 4. Lara *de anniverf. cap.20.n.20.* & 32. Molin. *lib.*
82 3. *cap.9. à n.38.* Barbos. *in d.L. si ab hostibus* §. *fin. n.8.* Cancer. *lib.3. variar. cap.2. à n.* 343. Pichard. *in princ. Instit. de adim. legat.n.40.* Donel. *l.8.comment. c.17.* & ibi Osvald. Salgad. *in Labyrinth. credit. 2.pag. cap.19.* Farinac. *tom.4.quæst.120.n.102.* & Calvacanus *p.* 3. *dec.* 11.

83 Tacitæ autem ademptionis illud est principale exemplum, si post testamentum inter testatorem, & legatarium graves inimicitiæ oriantur L. 3. *fin. ubi gloss. commun. recepta d.* L. *ex parte* 22. *L. si filio* 31. §. *Seia ff. de adim. legat. L. si inimicitiæ* 9. *vers. sed & si palam ff. de his quib. ut indig.* Anton. Gomez *d lib.1. cap.12. n.56.* Molin. *d.lib.1.cap.9.n.* 38. & *seqq. gloss. in L.codicillis* 91. §. *matre verb. occidisse ff. de legat.2.* Jason. *in L.hæreditas n.2. Cod. de his quib. ut indign.* Mantic. *d. lib.12. tit. 5. n.* 1. Peregr. *de jure fisc. lib.* 2. 3. *n.* 14. & *tit.* 8. *n.* 7. & *lib.3. tit.13. n.1.* & 12. Menoch. *lib.3. præsumpt.* 37. *n.17.* & *lib.4. præsumpt.* 170. *n.1.* Qui omnes & plures alii relati à Bellon. *d. cap.7.q.57.n.7.* docent legatum revocatum censeri quando inimicitiæ supervenerunt inter legatarium, & testatorem eo vivo, & sciente: quia ità ut legatum nuda voluntate relinqui potest, ita & nuda voluntate etiam tacita, & præsumpta revocari valet *d.L.3.* §. *vult. ff. de adim. legat.* Atque ita cum legata propter inimicitias revocata censeantur ipso jure, remanent apud hæredem, & non transeunt in fiscum Jason. *in d.L.hæreditate n.3.C. de his quib. ut indig.* Barbos. *in d.* L. *ab hostibus* §. *fin. n.9.* Covarr. *in cap. Raynutius n.7. de testam.* Mantic. *d.lib.12. tit.5.n.6.* Sanchez *d.lib.4.cap.1. dub.38. n.* 7. & 8. Quare mirum non est, quod legata revocata censeantur, non verò institutio hæredis propter inimicitias supervenientes: ut per *gloss. in d.* L. *ex parte verb. denegabuntur.*

Verum si indignitas à legatario contrahatur post
84 mortem testatoris, non operabitur revocationem legati, sed faciet locum fisco *L.* 1. ubi Bart *n.2.* & 3. *ff. de his quib. ut indig.* Idem Bart. *in L.ultim. n.13. vers. ultimum tempus eod. tit.* Anton. Gomez *lib.* 1. *var. c.10.n.30. vers. secundo infertur,* Mantic. *d.tit.* 5. *n.6.* & 21. Natta *cons.* 462. *n.* 28. Peregr. *lib.* 2. *tit.8. n.7.* & 9. Bellon. *d. q.* 57. *n.52.* Molin. *d. lib.* 1. *c.6. n.46. d.* Sanchez *dub.* 38. *n.9.* Et sic quoad hoc datur differentia inter indignitatem, quæ contingit vivo testatore, & inter eam quam legatarius contraxit post illius mortem. Namque in prima legatum revocatum censetur ipso jure, & manet apud hæredem: in secunda verò legatum, non censetur revocatum, sed aufertur à fisco. Cujus rei exempla proponit, Bellon. *d. q.57. n.* 54.

Ratio diversitatis est; quia testator dum vivit,
85 potest nolle, quod voluit cum deambulatoria sit voluntas usque ad mortem *L.* 4. *ff. de adim. legat. L. cum hic status* §. *ait oratio ff. de donat. inter.* Undo quotiescumque subest causa mutandæ voluntatis, præsumit lex mutationem. Sed hæc ratio cessat, si causa mutandæ voluntatis supervenit post mortem testatoris; quippe eo tempore jam is, de cujus bonis agitur non habet velle nec nolle *L.* 1. *C. de sacros. Eccles.* & cum voluntas morte extinguatur *L. locatio* 4. *ff. locati,* quamvis causa mutandæ voluntatis superveniat, non indicitur mutatio: Et ideo prædicta causa non impedit, quominus legatario licet ingrato res deferatur, & acquiratur. Attamen cum iniquum sit eum, qui fuit ingratus rem, defuncti possidere ab eo tanquam indigno fiscus aufert, Peregrin. *d. tit.8. n.7.* & 9. & *lib.3. tit.13. n.* 13. *n.* 4. Sanchez *d. dub.38. n.9.* Quod non ita procedit, quando causa ingratitudinis vivo testatore contingit, cum enim testamentum in vita testatoris vires non habeat *cap. cum Martha de celebrat. Missar. L.* 1. & 3. *ff. de legat.* 3. §. *in summa Instit. de donat. caus. mort.* §. *legatum instit. de legat.* Spino *in rubr. de testam. gloss. 2.p. n.* 17. Pichard. *in rubric. Instit. de hæred. inst. n.* 13. & 14. Sanfelic. *dec.* 197. *n.* 2. Valenz. *cons.* 138. *n.* 9. & ex eo jus quæsitum non censeatur legatario, vel hæredi, rectè sequitur, quod etiam, si sit indignus, non faciat locum fisco, ut possit auferre legatum, quod indigno tanquam revocatum quæsitum non fuit, cum privatio supponat habitum *L.decem ff. de verb. oblig. L. manumissiones 4. de just. & jur.* Secus autem erit, quando legatarius sit indignus post mortem testatoris, quoniam eo tempore jam censetur confirmatum testamentum, & jus quæsitum vocato: ut per Bart. *in L. 1. n. 4. ff. de his quib. ut indign.* Peregrin. *d. lib.* 2. *tit.* 8. *n.7.* Bellon. *d.q.57. n.* 54.

Declara quæ diximus circa revocationem legati, 86
ut tunc procedant quando inimicitiæ, quæ supervenerunt fuerunt graves, & offensa talis quæ respiciat personam, statum, aut existimationem testatoris *L. si inimicitia 9. ff. de his quib. ut indig.* Bart. *in L.3.* §. *ult. n.3. ff. de adim. legat.* Menoch. *lib.3. præsumpt.87. n.26.* & *seqq.* Mantic. *de conjectur. lib.12. tit.5. n.3.* & *seqq.* Anton. Gomez *lib.* 1. *variar. cap.* 12. *n.56.* Bellon. *d. c.7. quæst.* 57. *n.* 17. Castill. *de aliment. cap.37 n.4. vers. & ademptionis tacitæ.* Si enim offensio fuerit levis, magis est, ut legatum non censeatur revocatum *d. L.* 3. §. *ult. ff. de adim. legat. L. ex parte 22. ff. eod.* & tradunt ultra citatos supra Natta *cons.* 462. *n.* 9. Ruin. *cons.* 162. *n.1. vol.* 4. Peregrin. *lib.3. tit.* 13. *n.3.* Bellon. *d. q.* 57. *n.* 8. Mantic. *d. tit.5. n.14.* ubi & *n.* 15. declarat quæ sint graves, aut leves inimicitiæ

Deinde declara, ut inimicitiæ causa legatum re- 87
vocatum non censeatur quando post inimicitias secuta fuit reconciliatio inter testatorem, & legatarium, namque tunc debetur legatum quasi ex nova voluntate *L. quod si 4. ff. de adim. legat.* Menoch. *lib.3 præsumpt.37.n.38.* & *lib.4. præsumpt.170. n.13.* Mantic. *d. tit.* 5. *n.* 118. Ubi id extendit ad casum, quod testator decessit contritus, & confessus, quia præsumitur odium remisisse: notatur *in* §. *ult. Instit. de injur.* & tradit in specie Bald. *in L. id quod pauperibus n.34. C. de Episcop. & Cleric.* sequitur Alex. *cons.91. n.4. vol.7* Bellon. *d. q.57. n.19.* & 20. Peregrin. *d. lib.3. tit.13. n.9.*

Et observa; quod propter inimicitias legatum re- 88
vocatum censetur ex tacita voluntate, etiamsi testator diu vixerit, & potuerit mutare testamentum, adeo ut si post inimicitias fecerit codicillos, in quibus nil disposuit circa legata relicta in testamento inimico; adhuc revocata censentur *L. qui filio* §. *Seia ff. de adim. legat. d.* L. *ex parte,* & L.4. *ff. eod.* Peregrin. *d.lib.* 3. *tit.13. n.* 8. Menoch. *d. præsumpt.* 37. *n.21.* & *lib.4. præsumpt.170. n.6.* Mantic. *d.lib.* 12. *tit.* 5. *n.* 2. Bellon. *d. quæstione* 57. *n.* 11. & 12.

Molin.

Molin. *lib.* 1. *capite* 9. *n.*41. Sanchez *in conf. moral. lib.*4. *c.* 1. *dub.* 38. *n.* 12.

Denique quamvis sit controversum, An si testator
89 inimicitiis causam dedit legatum revocatum dicatur. Tamen verius est revocationem tacitam intelligi, quocumque modo inimicitiæ interveniant, sive ex facto, & culpa legatarii, sive testatoris L.4. *d.L. ex parte ff.de adim.legat.* Quam opinionem contra Barr. & antiquos tenent Ripa *in L. ultim. n.* 151. *vers. sed dubitatur Cod. de revocand. donation.* Jason. *in L. hereditas col.* 3. *C. de his quib. ut indign. & in L. filiam n.*2. *Cod. de revoc. donation.* Covarr. *in rubr. de testam.* 2.*p.n.*19. Molin. *d. lib.*1. *c.*9. *n.*38. Mantic. *d. lib.*12. *tit.*5.*n.*9. Fachin. *lib.*4. *controv.cap.*13. Sanchez 5. *dub.* 38. *n.* 11. Mierez *de majorat.* 1. *p. quæst.*43.*n.*17. Palac.Rub.*in rubr.de donat.inter* §.78. n.27. Mencbac. *de success. creat. lib.*1.§.10. *n.* 621. Castil. *de aliment. c.* 37. *n.* 4. Et est advertendum, quod revocatio propter inimicitias non inducitur ip-
90 so jure: sed ope exceptionis *d.L.*3.*§.ult. d.L.ex parte in fin. d. alim. legat.* L. *titia* 35.§. *Lucia.Titia ff. de legat.*2. *gloss. verb.opposita in d.* L. 3. §. *ultim.* Et voluerunt Bald.*in L. hereditas* 4.n.5.*vers. ubi autem quæritur*, & ibi Jason.*n.*2.*C. de his quib.ut indig.* Paul. de Castr.*in L.datum* 17.*n.*2.*vers.in gloss. C. de legat.* Manric.*d.lib.*12. *conject. tit.*5. *n.*12. Bellon. *d. c.* 7. *q.* 57. *n.* 21.

Variæ autem sunt opiniones circa numerum testium necessarium ad probandas inimicitias ad revoca-
91 tionem legati necessarias. Sed illa verior est, & magis placet, quæ habet duos testes sufficere; quia in hoc casu agitur de declaratione voluntatis, non de illa inducenda de novo, Covarr. *in rubr. de testam.*1. *p.n.*21. Gratian. *regul.*239. *n.*7 Mascard. *de probat. concl.*406. Mantic. *d. lib.*12. *tit.*5. *n.*13. & *tit.* 16.*n.* 11.17. *& seqq.* latè Surd.*cons.*129. Castill.*quotidian. l.*4. *c.*19. *n.*16. *& seqq.*

Decimoquarto efficitur indignus Magistratus, Præ-
92 ses vel Præfectus, qui in ea Provincia, in qua officium gerit, duxit uxorē originariam, vel quæ ibi habet domicilium, & est illi subdita, ad hoc ut relictum ab uxore retinere non possit: ut expresse probatur *in L. aufertur* 2.§.1.*ff. de his quib.ut indign.* & scribunt Peregrin.*de jur.fisc.lib.*1.*tit.*10.*n.*9. Sixtin.*de Regal.lib.* 2. *cap.*10. *n.*76. ex eo quia de jure Civili non poterat Magistratus, seu Præses Matrimonium cum subdita contrahere L.*siquis officium* 38. L. *Præfectus ff. de ritu nupt.* L. *unic. C. si Rector. provinc.* Et iden illis erat interdictum, ut Matrimonium neque consisteret, neque valeret de L.*Præfectus* 63. ibi: *Matrimonium non erit de ritu nupt.* L. & *si C. de nupt.* ea tamen declaratione quod si post depositum officium mulier in eadem voluntate perseverasset, convalescere Matrimonium, L.*eo* 64.§.1. *de ritu nupt. d.L.& si contra C. de nupt.*

Hujus prohibitionis rationem designat Papinianus
93 in d.L. *Præfectus* ibi: *Cum ratio potentatus nuptias prohibuerit.* Scilicet, ne Magistratus abutentes potentia sua, matrimonia per vim, terrorem, & concussionem extorquerent: ut explicant Cujac. *lib.*3. *diffinivit Papian. in* L. *dote* 61. *ff. de ritu nupt.* Brisoc. *de jur. connub. pagin.* 50. Arias de Mesa *lib.*3.*var.cap.* 36. *à n.* 18. Gabr. Alvar. de Velasc. *de Judic. perfect. lib.* 11. *annot.* 2. *n.* 12. Cabrer. *de metu lib.* 2. *c.*29. *n.*87.& 88. Solorz. *de jur. Indiar. tom.*2. *lib.* 4. *c.*4. *n.*57. *& seqq.* Qua ratione prohibitio non solum Magistratus, sed eorum filios comprehendebat; qui etiam in provincia quam pater administrabat uxorem ducere nequibant L. *qui in provincia* 57. L. *siquis officium*, L.*eos ff.de ritu nupt.* Peregrin.*de jure fisc. lib.* 2. *tit.* 10.*n.*9. Mastrill. *de Magistr. lib.*5.*cap.* 6. *num.* 122. Bovad. *in sua Polit. lib.* 5. *capite* 1. *num.* 207.

Hæc autem resolutio, secundum quam matrimo- 94
nium nullum declarabatur, procedebat secundum jus Civile: At vero secundum jus Canonicum fuit antiquata. Postquam enim Christus Dominus in lege Gratiæ Matrimonium ad Sacramentum elevavit, tota circa Matrimonium potestas transiit in Ecclesiam. Subindeq; principes sæculares nil circa validitatem Matrimonii, & impedimenta dirimentia possunt statuere, ut bene docent Sanchez *de Matrim. lib.*7.*disp.* 3.*n.*1. & 4. Basil. Ponce de Leon. *de matrim. cap.*1. & 2. Diana *p.* 5. *moral. tract.*1, *resol.* 15. Post. Perr. de Ledesm.*de Matrim. quæst.*50. *art.*1. *dub.* 1. Et sic de jure Canonico validum esse Matrimonium cum Provinciali contractum docuit Cynus *in L. fin. C.de interdict. Matrim.* quem sequitur Salicet. *in L. unic. C. si rector provinc.* Avil. *in c.* 2. *Prætor.verb.mercaderias n.*37. Abb. *in c. fin. n.*2. *de secund. nupt.* Felin. *in c.*1.*n.*11. *de sponsal.* Bovad. in *sua polit. lib.*2. *cap.*12.*n.*35. *liter.O.* Sixtin.*de Regal.d.cap.*10. *n.*82. Peregr. *d. lib.*2. *tit.* 9. *num.* 10. Ubi in fine ait quod non videtur quicquam marito de indigno opponi posse.

Nihilominus tamen *in Ordin. lib.*1. *tit.*94. & apud 95
Castellanos *in* L.2. *tit.* 14. *partit.* 4. & *in L.* 6. *tit.* 7. *partit.* 3. prohibitum est Magistratibus temporalibus Matrimonium contrahere cum muliere sibi subdita; sive originaria, sive domiciliaria illius provinciæ, quam administrant absque Regis licentia, & permissione sub pœna suspensionis ab officio ipso facto incurrendam; ita ut omnia gesta per Magistratum post contractum Matrimonium nulla sint, & Magistratus teneatur expensas atque damna partibus resarcire. In quo lex Regia juri Canonico non adversatur; siquidem Matrimonii libertatem non impedit, sed solum removet Magistratum ab administratione officii ex causa publicæ utilitatis, ac boni regiminis, & Omnipotentis Dei servitii ut ipsa in principio declarat. Cum enim Judicis persona libera esse debet ab omni amoris, & odii passione, ne vel ad dexteram, vel ad sinistram incliner, & sic rectum judicium proferat. *c.*1.*de sent.& re judic in* 6.*Clement.*1.*de jur. patron. in verb.* ibi: *Præcipimus, autem Diacesanis eisdem sub ipsius obtestatione divini judicii, ipsorumque conscientias oneramus, quod moderationem portionis ipsius debita faciant nec odio, nec amore, cap.quantum* 1. *q.* 3. Constant. Reg. *de jur. patron. interpret.* & Beat. Joann. de Capistran. *in specul. conscient.* quos refert, & sequitur Carol. Tapia *decis.* 40. *num.* 3. Gabr. Alvar. de Valasc. *de judic. perfect. rubr.* 11. *annot.* 2. *n.* 5. & 6. & melius *rubr.* 14. *annot.* 8. *num.* 12. *& seqq.*

Idem enim est per sordes, ac per gratiam judicare; 96
ut docuit Ulpian. *in L. si filius familias* 15. *in fin. ff. de judic.* ibi: *Dolo autem malo, hoc facere videtur, si evidens arguatur ejus, vel gratia, vel inimicitia vel etiam sordes, ut veram æstimationem litis præstare cogatur:* text. *in* L. *qui repertorium* 8. §. *competit. ff. administr. tutor.* ibi: *Competit adversus tutores tutelæ actio, si male contraxerunt: hoc est, si prædia non idonea comparaverunt per sordes: aut gratiam* Bona *gloss. verb. odium, & verb. non evertat. in d.cap.*1. *de sent. & re judic.*lib.6. Franc. Marc.*decis.*786.*n.*2. Farinac. *in prax. quæst.* 111. n.361. Decian. *in tract. crimin. lib.*8. *cap.* 33. *n.*3. *& seqq.* Et nemo inficiabitur; quod publice interest. Magistratui libere judicare, & id facere non poterunt si in provincia, quam regunt, matrimonia cum provincialibus contraxerint ob necessitudines, familiaritates, atque amicitias, quæ matrimoniis mediantibus generantur, & liberam justitiæ administrationem impediunt. Unde quidquid alii, leges imponentes pœnas Magistratibus contrahentibus nuptias cum provincialibus validæ

sunt: ut est communis opinio secundum Cost. *in L. cum tale §. si arbitratu ampliat. ultim. n. 44. ff. de cond. & demonstr.* Barbos. *in L.1. p. 1. à n. 36. vers. sed his non obstantibus. ff. de solut. Matrim.* Menoch. *de success. creat. lib.1. §. 10. n.626.* Pichard. *in rubr. de inoffic. testam. n.43.* Surdus *cons.215. n.20.* Petr. Gregor. *syntagm. lib. 9. cap.3. n.24.* Roman. *cons.95. n.30.* Molin. *de just. & jur. tract. 2. disp. 576. vers. contrariam sententiam* Rebell. *de oblig. just. lib.2. de Matrim. quæst. 14. n.9. vers. unde caute,* Sanchez *de Matrim. lib.4. disp.22. in fin. & quæst. 23.* Basil. Ponce *de matrim. lib.4. cap.20. 16. 17. & 18.* alios adducit Solorzan. *d. lib.4. c.4. n.58. & 59.* Carol. Tapia *lib.4. de jur. Regn. titul. de contract. Judic.*

De jure autem civili non erat prohibitum Magistratibus sponsalia contrahere L. *siquis officium 39. ff.*
97 *de ritu nupt.* cum enim liberum esset sponsæ ab sponsalibus recedere *L. si siquis officium*, non dabatur in eis metus, & impressionis periculum: notat Duaren. *ad titul. ff. solut. Matrim. cap. de sponsalibus* §.3. Arias de Mesa *lib.3. var. c.36. n.11.* Et sic etiam hodie stante dispositione *Ordinat. l.1. tit.64.* absque metu pœnæ poterit Magistratus sponsalia contrahere cum provinciali; lex namque Regia, solum imponit pœnam Magistratui contrahenti Matrimonium per verba de præsenti ibi *Naão casem per palauras de præsente sem nosso licença:* Ergo non prohibentur Magistratibus sponsalia contrahere Sixtin. *de Regal. lib.2. cap.11. num. 44.*

Decimo quinto jure Civili erat indignus tutor qui
98 pupillam, vel curator, qui adultam duxit in uxorem, & fisco applicabatur quidquid ab ea marito erat relictum L. *aufertur §.1. ff de his, quib. ut indig. L. Claudius eod. tit.* Et faciunt jura *in L. tutor 36. L. Senatus consulto 59. L. siquis 60. L. Libertum 64. L. eos 65. L. non solum 67. de ritu nupt. L. fin. ff. de legat. 1. L. cum hic status 32. §. in ff. de donat. inter,* Sixtin. *d. lib.2. cap.10. c.79. & seqq.* Arias de Mesa *d. cap. 36. n.20 & 21.* Bellon. *d. cap.7. quæst.55. n.9.10. & 11.* Et hæc resolutio non tam procedit in Matrimonio sed etiam in sponsalibus L. *siquis 60. ff. de ritu nupt.* Arias de Mesa *d. cap. 36. n.22.* Ubi præstat rationem differentiæ quod sponsalia inter Magistratum, & tutorem. Verùm hæc indignitatis pœna hodie locum non habet, ut per Sixtin. *d. cap.10. n.82.* Mesa *d. cap.36. n.26.* Bellon. *d. q.55. n. 10. 11. & 12.* Et juxta *Ordinat. lib.1. tit.87. §.22.* imponitur pœna tutori, ut de propriis bonis tantum refundat pupillæ, quantum illa habebat in bonis, ultra carceris pœnam ad beneplacitum Principis, & confiscationem quintæ partis ejus, quod pupillæ satisfacere debet.

Decimo sexto aufertur à fisco quidquid Clericus, vel miles, dederit, vel relinquerit suæ concubinæ L. *mulierem 14. ff. de his quib. ut indig.* ubi Bart. & Jason. *lib.2. tit.9. n.3.* Bellon. *d. quæst. 55. n.14.* Et diximus *tom.1. p.1. §.7. à n.5. cum seqq. & n.21.*

CAPUT XXXII.

In quo prosequitur materia de indignis. Et interpretantur Ordinationes lib. 2. tit. 26. §. 26. & lib. 4. tit. 15.

SUMMARIUM.

1 *Præsides provinciarum, Magistratus temporales, & Auditores Magnatum indigni sunt quoad ea, quæ exemptione, permutatione, donatione, aut qualibet negotiatione acquirunt in provincia, quam regunt: Et de ratione n.5.*

2 *Prædicta resolutio procedit non tantum respectu bonorum immobilium, sed etiam mobilium acquisitorum ex quibuslibet contractibus.*

Dictio omnis omnia comprehendit, & nihil excludit. Ibid.

3 *Magistratus temporales regulariter prohibentur contrahere in provincia, quam administrant nec possunt fœnus exercere, neque pecuniam mutuam dare, aut recipere.*

4 *Emptionis nomine continentur omnes contractus ex quibus dominium transfertur.*

6 *Prohibitio circa contractus cum subditis procedit quamvis Magistratus palam, & bona fide se gerat.*

7 *Amplia, ut magistratus non possit à subditis emere, neque illis propria vendere bona.*

8 *Magistratus non potest emere, vel negotiare, etiam per interpositam personam.*

Fraus præsumitur in emptione, quæ fit per interpositam personam. Ib.

9 *Magistratus, qui ex officio vendit aliquam rem neque per se, neque per interpositam personam emere potest.*

Administrator quilibet, vel aliena negotia geris, prohibetur emere rem quam vendit. Ib.

Et quid in Judice pupillorum. Ib.

10 *Domestici, & familiares magistratus emere, & contrahere prohibentur in provincia.*

11 *Magistratus temporales non possunt accipere pecunias mutuas gratis, & sine usuris.*

12 *Magistratus, qui accepit pecunias mutuas gratis à subditis, præsumitur corruptus.*

13 *Limita, ut magistratus temporalis in provincia possit acquirere ex ultima voluntate, & hæres institui.*

14 *Secundo limita ut possit pignus accipere à subdito pro securitate contractus initi ante officium susceptum.*

15 *Limita, ut durante officio judex emere à subditis omnia quæ ad victum, & alimenta, vestitumque & ad sustentationem suæ familiæ sunt necessaria.*

Imo Magistratus, qui non invenit necessaria, potest cogere subditos ad sibi vendenda justo pretio Ib.

16 *Amplia, ut possit emere equos, in quibus equitet, domos conducere.*

17 *Magistratus temporalis non debet de novo domos ædificare; sed domus, quas antea habebat, reædificare potest.*

18 *Item potest emere bona paterna, quæ in provincia durante officio distrahuntur.*

19 *Minori conceditur restitutio adversus venditionem bonorum, quæ fuerunt majorum suorum propter affectionem, etiamsi in pretio læsus non sit.*

Ad restitutionem consequendam requiritur læsionis probatio. Ib

20 *Magistratus temporalis licitè contrahere potest cum non subdito.*

Intellige, nisi iste forensis frequenter accedere soleat ad provinciam causa negotiationis. Ib.

21 *Magistratus quoad homines alterius jurisdictionis privatus reputatur, prout quando excesserit provinciam.*

Judex, qui citat coram se hominem alterius jurisdictionis, punitur: & qui jus dicit in non subditos mortaliter peccat, & inique agit, atque tenetur ad restitutionem. Ib.

22 *Judex potest accipere munera à non subditis qui neque litigant coram se, neque speratur de proximò litigaturos.*

23 *Judex munera accipere non potest à personis Ecclesiasticis suæ jurisdictionis.*

Clericus

Clericus agit contra laicum coram judice sæculari: & potest etiam conveniri pro violentia à se commissa. Ib.

24 *Judex temporalis potest acceptare donationem remunerationem à subdito, quando merita processerunt ex servitiis exhibitis ante ingressum officii: Secùs alias.*

25 *Judex potest accipere à subditis pecuniam mutuam sub fœnore.*

Item ex causa necessitatis potest accipere gratis pecunias mutuas à subditis. Ib.

26 *Judex non potest mutuas pecunias accipere à subdito ad negotiandum.*

27 *Magistratus temporalis cum Principis licentia potest emere, & contrahere cum subditis.*

28 *Judices Ordinarii, qui eliguntur in oppidis per annum, possunt licitè emere, & contrahere dummodo id faciant sine impressione.*

Idem dicendum in Decurionibus Civitatum, vel oppidorum. Ib.

29 *Magistratus temporales possunt contrahere cum subditis in sua provincia, quando in loco viget consuetudo, ut ipsi contrahant.*

30 *Probibitio emendi, & contrahendi non procedit in Magistratibus perpetuis, & in Senatoribus.*

31 *Duces, Marchiones, & Comites possunt contrahere cum subditis.*

Intellige, ut limitatio procedat, nisi inducant subditos ad contrahendum per impressionem, aut coactionem. Ib.

Secundo intellige, ut non possint contrahere cum personis, quæ litigant coram illis. Ib.

32 *Magistratus perpetui, & Senatus non possunt negotiari neque mercaturam exercere.*

33 *Magistratus perpetui possunt à subditis accipere pecuniam mutuam: non tamen à litigantibus coram se dum durat litigium.*

34 *Promissio de vendendo facta magistratui temporali nulla est, & non convalescit, etiamsi promittens finito officio ratum habeat.*

DEcimo septimo indigni sunt Præsides Provin-
1 ciarum, cæterique Magistratus temporales,
& auditores Magnatum quoad ea, quæ ex contracti-
bus emptionis, permutationis, donationis & cujuslibet
negotiationis acquirunt in provincia, quam regunt
durante tempore suæ administrationis. Quæ omnia
ab eis auferuntur, & applicantur fisco: ut probat *Or-
dinat. lib. 4. tit. 15. in princ.* ibi: *E qualiter que, con-
trario fizer, haja por pena que o contrato seja nenhum
& tudo aquillo que per bem d'elle receber, ou fizer, ou
houver, seja perdido, & confiscado para nossa Coroa.*
Et sic prædicta omnia ad Regalia pertinent *Ord. d. tit.
15. & lib. 2. tit. 26. §. 26.*

Circa quam dubitari potest, An solum bona im-
mobilia quæsita ab officiali tempore suæ administra-
tionis ad jura Regalia pertineant, sed etiam mobilia,
& quodlibet compendium quæsitum à talibus ex con-
2 tractibus initis cum subditis tempore suæ administra-
tionis. Movetur dubitatio ex eo quod *Ordin. d. §. 26.*
ad Regalia pertinere ait omnia bona immobilia, &
nihil de mobilibus loquitur. Ejus verba ita se habent:
*Item todos beens de raiz, que algum official. temporal.
d'El Rey comprar em o tempo, que assim he official, se o
officio he cum alguma administraçam: porque em tal
caso logo sano confiscados, & feitos de direito Real
nos casos, & officiaes, que diremos no livro quarto
titulo, que os Corregedores das Comarcas não comprem
bees de raiz.* Ideoque videbatur dicendum legem
Regiam tantum comprehendere bona immobilia emp-
ta non verò mobilia. & cætera compendia nihilomi-
nus tamen prædicta *Ordin. d. §. 26.* intelligenda est
secundum aliam *Ordinat. lib. 4. tit. 15.* quæ gene-
raliter disponit ibi: *Nam comprar, non aforar, nem
escambar, nem arrendar beens alguns de raiz, nem
rendas algumas, nem poderaõ receber doçaõ de nem-
huns beens alguns.* Et melius §. 1. ibi: *Neõ poderã usar
de mercaderias, nem compralas para revender, nem
comprar fiado, nem receber emprestado de pessoa algu-
na, que seja de sua jurisdição.* Et insuper *in d. Ordinat.
tit. 15. in princ.* apposita fuit dictio Tudo aquillo, id est
omne illud, & quidem dictio omnis tanquam univer-
salis nihil excludit *L. ff. de legat. 1.* Bart. *in L. 2. ff. de
novation.* Surd. *cons. 31. n. 17.* Salgad. *de Reg. protect.
2. p. cap. 1 n. 236. & seqq.* Valenz. *cons. 136. n. 102.*
August. Barbos. *dict. n.*

Confirmatur, quia tales magistratus prohibentur 3
regulariter contrahere in provincia, quam adminis-
trant, ita ut non possint emere, fœnus exercere, ne-
que pecuniam mutuam dare aut recipere *L. non licet*
L. *qui officii 62. ff. de contrah. emp. L. principalibus
ff. si cert. petat.* L 1. *aufertur 46. 9. quod à Præside ff.
de jur. fisc. L. 1. Cod. de cont. Jud.* notant Isern. & Afflict.
in cap. 1. §. si vero in tit. de feud. Guard. *in usib. feud.*
Peregrin. *de jur. fisc. lib. 4. tit. 7. à num. 9.* Bovad.
in sua polit. lib. 2. cap. 12. n. 14. Fachin. *lib. 2. con-
trov. cap. 78.* Cald. Pereyr. *cons. 34. n. 1. & 2. & de
empt. & vend. cap. 8. n. 47.* Avilez *in cap. 2. Prætor.
verb. mercaderia n. 6.* Arias de Mesa *d. lib. 3. cap. 36
n. 19.* Carlev. *de judic. lib. 2. tit. 1. disp. 3.* Gabr. Al-
var. de Valasc. *d. Judic. perfect. rub. 9. annot. 9. n.
5.* Anton. Gomez *in* L. 3. *Taurin. 124.* Molin. *de just.
disp. 343. in princ. & disp. 448. vers. de jure Lusitano*
Cardos. *in prax. verb. Judex n. 16.* Cancer. *l. 3. var. c.
1. n. 97. & 98.* Hermos. *in L. tit. 5. partit. 5. gloss. 4.
num. 1.*

Et quamvis leges juris communis supra relatæ lo- 4
quantur de emptione; tamen ad omnes alios contra-
ctus extendi certum est, & de contractu emptionis
mentionem fecisse tanquam de eo, qui frequentius fit,
non ad exclusionem aliorum, per ea quæ Pinel. *L. 2.
Cod. de rescind. vend. 2. p. cap. 1. n. 10.* & in specie ad-
vertit Cald. *de cons. 34. n. 4. de empt. & vend. c. 8. n.
47. n.* Ultra quod emptionis nomine omnes contractus
continentur ex quibus dominium transfertur L. *statu
liberi 29. §. 2. ff. de statu lib. L. sicut §. venditionis ff.
quib. mod. pign. vel hypothec. solut. gloss. in* L. *fin. C.
de pact. inter empt.* Franc. de Sousa *in §. actio n. 4.
e. cap. 1. n. 2. Instit. de action.* Hermos. *ad rubr. tit. 5.
partit. 5. n. 2. & in* L. *5. eod. tit. 5. gloss. 4. n. 5.* Aug. Barb.
in L. 1. C. de contract. Judic. n. Unde disertè legislator
noster, ut omnem amputaret dubitationem prohibuit
Magistratibus non tam emptiones, sed etiam omnes
alios contractus *in d. lib. 4. tit. 14.*

Ratio prædictæ prohibitionis est, ne Magistratus 5
jurisdictionis exercitium deserant *L. milites C. de lo-
cat.* si enim privatis emptionibus vacarent munus sui
officii non implerent, argum. *text. in L. Milites ar-
gum. de re milit. L. ab administratione ff. de legat. 1.
L. 1.* C. *negot. nè milit.* Cald. *d. cap. 8. n. 47.* vel &
melius ne Magistratus potentia abutentes per vim, &
terrorem emptiones, & alios contractus extorquerent
ut in simili dicit Papinian. *in d. L. Præfectus 63. ff. de
ritu nupt.* Et tandem ne Magistratus sub prætextu
emptionis committerent fraudes & baratatias, Amæ-
deus *de Syndic. n. 17. vers. qua ratio* Hermos. *in d.
L. 5. gloss. 1. n. 2.*

Quæ prohibitio locum sibi vendicat, quamvis
Magistratus palam, & bona fide cum subditis contra- 6
hat Scaccia *de commerc. §. 1. quæst. 7. p. 3. limit. 17. n.
16.* Matien. *in Dialog. relat. 3. p. cap. 27. n. 1.* Her-
mos. *in d. gloss. 1. n. 2.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 4.
tit. 7. n. 6.* Fachi. *lib. controv. cap. 77.* Amplia primo,
ut Magistratus quem admodum non potest emere à
subditis, ita illis non possit propria bona vendere: quã- 7
vis enim Donel. quem citat Cald. Pereir. *de emp. cap.*

7. n.49. teneat officialem non esse prohibitum vendere subditis, quæ sint ejusdem patrimonii: quia text. in d. L. qui officii & in d. L. non licet ff. de contrah. empt. prædia comparare prohibetur ne per concessionem, potentiam aut gratiam ad se omnia trahat. Tamen hæc ratio non militat in eo qui vendit, tantùm enim abest, ut qui vendit, acquirat, quod vendendo alienat quod habet. Namque ut optime tradit Cald. non minus plus justo locupletari potest distrahendo, quam minoris emendo, neque inter unum, & alterum casum aliqua dari potest diversitatis ratio cur timor impressionis subditorum in vendente cesses non in emente. Ex quo Caldas bene reprobat Donellum, sequitur Hermos. in d. L. 5. gloss. 9. n. 1.

Secundò amplia conclusionem, ut Magistratus
8 neque per interpositam personam emere, vel negotiare, valent L. non licet 46. ff. de contrah. empt. L. eos de usuris L. unic. de contract. judic. Peregrin. de jure fisci lib. 4. tit. 7. n. 5. & 7. Menoch. de arbitr. cas. 459. n. 12. 13. & 14. Matienc. in dialogo Relator. 3. p. cap. 28. n. 14. Hermosill. ad L. 5. tit. 5. u. 1. eo enim ipso quod per interpositam personam emptio fit; fraus, & dolus præsumitur secundum Bart. in L. si pupill. §. fin. ff. de excusatur. Jason. in §. si quis in fraudem n. 47. Instit. de action. Avilez in cap. 2. Prator. verb. de mercaderias n. 1. Peregrin. lib. 4. tit. 7. n. 12. Hermos. in d. l. 5. gloss. 5. n. 2. Tiraq. de nobil. capit. 37. n. 109. Menoch. cons. 322. n. 29. Emman. Barbos ad Ordinat. lib. 4. tit. 15. ante princip. n. 2. Et facit text. in L. si is qui bonis ff. acquir. hared. Ubi is, qui bona patris per interpositam personam mercatus est, potest à creditoribus conveniri, perinde acsi bonis paternis se immiscuisset.

Amplia tertio, ut à fortiori procedat conclusio in Judice, qui per se, vel interpositam personam emit
9 rem, quam ipse ex officio vendit d. L. non licet 46. de contrah. empt. Et eo casu Judex rem emptam amittit, & in quadruplum condemnatur: ut probat text. in d. L. non licet, Quod generale est in quolibet administratore, qui aliena negotia gerit; & de jure emere prohibetur L. 2. §. 1. ff. de administr. rer. ad civit. pertin. L. milites agrum ff. de re milit. L. 1. C. de contract. Judic. L. si per impressionem C. de his quæ vi L. eos C. si cert. pet. L. 1. C. de natur. liber. L. si in emptione 54. §. fin. ff. de contrah. empt. Peregrin. d. tit. 7. n. 7. Salgad. in labyr. cred. 1. p. cap. 13. §. 2. n. 1. & de jure Regio Judex pupillorum, qui per se, vel interpositam personam rem pupilli emit, privatur officio, remque pupillo restituere cogitur cum æstimatione novies repetita Ord. lib. 1. tit. 87. §. 30.

10 Quarto amplia, ut neque familiares, neque domestici Judicis, & illi, qui circa eum sunt, possunt in provincia emere, neque contrahere: ut probat text. in d. L. non licet, & tenet Paris. de Puteo de syndic. verb. contrahere n. 8. & verb. officiales. Avilez in d. cap. 2. Prætor. verb. haredad. n. 2. Avendañ. de exeq. mand. 2. p. n. 22. vers. & jure quoque Regni, Matienç. in Dial. relat. 3. p. cap. 18. n. 15. Hermos. in d. L. 5. gloss. 6. n. 1. & 2. Ubi extendit prohibitionem ad uxorem, quia dicitur de familia viri per text. in L. quicumque C. de re milit. lib. 12. cap. hac imago 30. q. 3. Avil. in cap. Præt. verb. mulieris n. 6. & est persona domestica, Bald. in L. etiam ubi gloss. C. de testib. Puteus d. verb. contrahere n. 8. Hermos. in d. gloss. 6. n. 2.

Quinto amplia, ut Magistratus temporales non possint pecunias mutuas accipere gratis, & sine usu-
11 ris, nam eas accipiendo crimen repetundarum admittunt, & possunt in syndicatu puniri: ut probant jura in d. L. principalibus ff. si cert. ponat. L. eos, L. quisquis C. eod. L. Scrimarios 8. Cod. de n. actuar. & cartul. lib. 12. Ordinat. d. lib. 4. tit. 15. §. 1. & scribunt Bald. in L. 1. n. 4. ff. de calumniat. col. 1. n. 4. & in d. L. quisquis n. 1. Paris. de Puteo de syndic. verb. corruptio cap. 3. n. 1. & 10. Gregor. Lopez in L. 6. partit. 3. tit. 4. gloss. 3. in fin. Matienç. in Dial. relat. 3. p. cap. 25. n. 1. vers. quarto si fuerit, & cap. 36. Menoch. de arbitr. casu 342. n. 34. Decian. in tract. crimin. lib. 8. cap. 35. n. 7. Farinac. in prax. q. 111. num. 171. Thusc. litt. C. conclus. 1053. num. 4. Avil. in cap. 1. Præt. verb. devidas n. 14. & plures alii relati à Carlev. de judic. lib. 1. tit. 1. disp. 3. n. 2. quibus addo Gabr. Alvar. de Velasc. de judic. protect. rubr. 9. annot. 9. n. 9. Et ea ratione quia Judex accipiendo gratis pe- 12
cunias mutuas à subditis, præsumitur corruptus L. 2. ff. de calumniat. ibi: Idemque est, si gratuita pecunia utenda data sit, aut minoris locata vendicat[illegible] res sit, Avilez d. verb. dadivas n. 14. Mascard. de probat. conclus. 164. n. 4. Farinac. d. q. 111. n. 173. Bajard. ad Clar. §. fin. quæst. 73. n. 27. Decian. d. lib. 8. cap. 35. num. 7. & cap. 38. n. 14. Paulus Xamar de offic. Judic. 1. p. q. 19. num. 34. Et hæc est verior sententia, quàm probat Ord. d. tit. 15. §. 1. Quidquid contrarium sequatur Carlev. disp. 3. an. 5. cum seqq. & n. 16.

Limitatur primo supra posita conclusio, ut non 13
procedat in acquisitione proveniente ex ultima voluntate; rectè enim potest Magistratus temporalis à subdito hæres instituti, vel ex testamento illius legatum capere: ut probat expresse text. in L. milites 9. de re milit. in verbis ibi: Milites si haredes extiterint possidere ubi prædia non prohibentur: optime text. in L. 4. ff. de Decurion. ibi: Decurio, qui prohibetur conducere, si jure successerit in conductionem, remanet in ea: gloss. in d. L. milites, & sequuntur Peregrin. lib. 4. tit. 7. n. 3. Matienç. d. 3. p. c. 27. n. 12. vers. octavo fallit, Caldas Peregrin. cons. 33 n. 3. & de empt. cap. 8. n. 49. Bovad. in sua Polit. lib. 2. cap. 2. n. 45. Avil. in d. cap. 2. prater. verb. de mercaderia n. 28. Barbos. ad Ordinat. d. lib. 4. tit. 15. n. 5. Hermos. in d. L. 5. gloss. 8. n. 10.

Secundo limita, ut Magistratus temporalis possit à subdito pignus accipere pro securitate contractus 14
initi cum subdito ante officium, juxta doctrinam gl. in L. in quorum ff. de pignor. Ubi dicit, quod officialis, qui durante officio non potest contrahere cum subdito, non prohibetur accipere pignus. Quam glossæ doctrinam intelligit Jason. in d. L. principalibus n. 3. ff. si cert. pet. ut procedat sic contractus respectu actu gesti à Magistratu ante ingressum officii, non verò si contractus gestus sit eo durante; quia tunc neque valat, neque pignoris datio; sequitur Avilez in d. cap. 2. verb. de mercaderia n. 39. post alios Caldas d. cap. 8. n. 38. & cons. 34. n. 22. Barbos. ad Ordinat. lib. 4. tit. 15. n. 4. Et confirmatur ex doctrina Bart. in d. L. in quorum ff. de pignor. Ubi docet quod si res non prohibetur alienari, sed qui emere prohibetur, bene potest prohibitus rem in pignus accipere: sequitur Neguzant. de pignor. 2. p. membr. 3. num. 70. & eo non citato Caldas in L. curatorem verb. venumdisti num. 3. Quod intelligendum puto, nisi res tanti fuerit pignorata, quod non sit spes luitionis; ut declarant Bart. & Negozant. ubi proxime.

Tertio limita, ut Judex durante officio licitè pos- 15
sit emere à subditis omnia, quæ ad victum, & alimenta vestitumque, & sustentationem suæ familiæ sunt necessaria L. 2. C. de contract. Judic. L. solem §. fin. ff. de offic. Proconsul. Salicet. in L. quisquis in fin C. si cert. pet. Peregrin. d. l. 4. tit. 7. n. 12. vers. limita secundo, Avilez d. verb. de mercaderias nu. 8. Bovad. in sua Polit. l. 2. c. 12. n. 48. Matienc. in Dial. relat. 3. p. c. 27. n. 3. & 11. Scaccia de commerc. §. 1. q. 7. p. 3. limit. 17. n. 16. Hermos. in d. L. 5. gloss. 8. n. 1. optime Carlev. d. disp 3. nu. 15. Ubi ampliat, ut possit hæc necessaria emere habita fida de pretio, Bovad. d. c. 12. n. 51. Avilez d. verb. de mercaderias. num. 41.

nu. 41. *& in cap.* 4. *Prator. verb. Sea obligado nu.* 17. *&* 18. Reddidit rationem Carlev. quia non minus judices indigent cæterorum auxilio, quam alii concives. Unde in his, super quibus contrahere possunt, non debent esse deterioris conditionis quam alii. Immo si Magistratus non inveniat utensilia, & necessaria ad familiæ sustentationem, potest cogere subditos ad vendendum, & ea justo pretio soluto ab eis auferre, ut tradit Lucas de Pæn. quem refert, & sequitur Avilez *in d. c.* 2. *verb. hæredad. nu.* 6. *& verb. de mercad. n.* 19. Bovad. *d. c.* 12. *nn.* 49. Hermos. *in d. gloss.* 8. *n.* 1.

16 Similiter poterit emere eques necessarios, in quibus equitet, quia ire pedes non debet secundum Puteum *de syndic. verb. contrahere nu.* 3. Avilez. *de verb. hæredad. n.* 10. *& verb. de mercaderias n.* 19. Ubi præstat rationem, quoniam equi sunt pars alimentorum; ut notant Doctores in *L. idemque*, §. *idem Labeo ff. mandati*, & ibi Bald. & Puteus *verb. officialibus n.* 3. Bovad. *d. cap.* 12. *n.* 53. Greg. Lop. *in d. L.* 5. *tit.* 5. *part.* 5. *verb. para. commer.* Insuper domos conducere potest ad habitandum *Ordinat. d. lib.* 4. *tit.* 15. *in princ.* tum quia domus ad habitandum venit appellatione alimentorum, Surdus *de alim. tit.* 3. *q.* 4. Garcia *de expens. cap.* 3. *n.* 37. Phæb. 1. *p. arest.* 98. Arias de Mesa *lib.* 2. *var. cap.* 2. *sub. n.* 10. *& cap.* 6. *n.* 4. cum etiam quippe Judex non debet domos privatorum gratis habitare, Paris. de Put. *verb. contrahere nn.* 1. *&* 5. Matienç. *in Dial. relat.* 3. *p. cap.* 31. *nu.* 4. Hermos. *in d. L.* 5. *gloss.* 8. *n.* 6.

17 Non vero potest Magistratus temporalis domos de novo construere, & ædificare in provincia, quam regit si tamen in ea ante ingressum officii domos possidebat, bene poterit eas reficere; quoniam aliud est reficere; & aliud de novo facere *L.* 3. §. *enim vero*, & §. *reficere ff. de itin. actuque prior.* Stephan Gratian. *cap.* 94. *n.* 9. Et ea propter prohibitio ædificandi de novo, de qua in Ordinatione, non comprehendit refectionem; quippe statutum prohibens ædificare, non includit eum, qui vetus ædificium reficere intendit. Jason. *in L. jus Civile col.* 2. *ad med. n.* 10. *vers. tertio principaliter ff. de just. & jur.* Decius *in L. domum* 66. *ff. de reg. jur.* Gratian. *d. c.* 84. *nu.* 10.

18 Quarto limita, ut Judex in provincia emere possit bona paterna, quæ durante officio distrahuntur per *text. in L. milites.* 9. *ff. de re milit.* ibi: *Si paterna eorum bona fiscus distrahat: L. qui officii* 62. *ff. de contrah. emp.* ibi: *Praterquam si paterna ejus bona à fisco distrahantur:* Matienç. *in Dial. relat.* 3. *p. cap.* 27. *n.* 7. Avilez *d. cap.* 2. *Prator. verb. de mercaderias nu.* 25. Bovad. *de cap.* 12. *nu.* 46. Barbos. *ad Ordinat. lib.* 4. *tit.* 15. *n.* 3. Peregrin. *lib.* 4. *tit.* 7. *nu.* 8. Caldas Pereir. *de empt. cap.* 8. *n.* 50. *& cons.* 34. *n.* 4. Hermos. *in d. L.* 3. *gloss.* 9. *n.* 4. Ubi *n.* 5. extendit limitationem, ut Judex possit retrahere rem majorum existentem penes subditum, si hic aliqua lege retractus concedatur, Caldas *d. capit.* 8. *n.* 6. Anton. Gumez. *in l.* 7. *Tauri n.* 12. *&* 40. Bovad. *d. c.* 12. *nu.* 46. *&* 47. Quod ita fuit specialiter constitutum propter affectionem, quam quilibet habere præsumitur ad res, quæ fuerunt majorum suorum; Et ideo sufficiens re-

19 putatur ut restitutio concedatur minori adversus venditionem bonorum, quæ fuerunt majorum ipsius quamvis vere in pretio læsus non sit. *L. si in emptionem* 36. *ff. de minor. L. lex qua tutores Cod. de administr. tut.* ibi: *Nec vero domum vendere liceat, in qua defecit pater, minor crevit, in qua majorum imagines, aut non videre, fixas, aut revulsas videre satis est lugubre.* Tiraq. *de retract. lignag. in præfat. ex n.* 34. Caldas *d. capit.* 8. *n.* 52. Larrea *dec.* 70. *n.* 213. *&* 27. Anton. Faber. *tit. de restit. minor. in Cod. diffin.* 10. Fontan. *dec.* 47. *nu.* 16. Olea *de cession. jur. tit.* 3. *quæst.* 2. *n.* 5. *&* 6. Quod etiam speciali jure minoribus concessum fuit, quia regulariter minor ad consequendam in integrum restitutionem debet se læsum ostendere sui facilitate, vel adversarii dolo *L. verum* §. *sciendum, L. non omnia, L. quod si minor,* §. 1. *ff. de minorib.* Cald. *de L. si curatorem verb. vel adversarii dolo nu.* 1. Est namque læsio restitutionis substantia, sine qua non conceditur. Larrea *dec.* 70. *à n.* 13. Et ideo causa cognita concedi debet, Larrea *supra nu.* 17.

Quinto limita, ut magistratus durante tempore 20 officii licite contrahere valeat cum non subdito *L. Præsidis ff. si cert. pet.* Salicet. *in d. L. quisquis C. eod.* Avilez *d. verb. de mercaderias n.* 22. Bovad. *d. cap.* 12. *nu.* 53. Barbos. *ad Ordinat. d. tit.* 15. *in princip.* Gabr. Alvarez de Velasc. *de Judic. perfect. rubr.* 9. *annot.* 9. *n.* 10. Et fuit sententia *gloss. in L. eos verb. fænus in fin. & gloss. fin. in d. L. quisquis Cod. si cert. pet. similis. gloss. fin. in L. Præsidis verb. non prohibetur in princip.* Farinac. *in prax.* 3. *p. q.* 111. *n.* 171. *& seqq.* Peregrin. *d. lib.* 4. *tit.* 7. *nu.* 11. Ubi extendit limitationem, ut procedat etiamsi res super qua geritur contractus inter Judicem, & non subditum, sit intra territorium jurisdictionis ipsius Judicis, Hermos. *in d. L.* 5. *gloss.* 7. *n.* 3. *tit.* 5. *partit.* 5. Cabrer. *de meu lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 62. Gabr. Alvar. de Velasc. *d. annot.* 9. *n.* 6. Sed hæc limitatio intelligenda est, nisi iste forensis, cum quo Judex contrahit, frequenter accedere soleat ad illam provinciam causa negotiationis, & ibi conversare soleat; tunc enim pro subdito habendus est: ut declarat Avilez *d. verb. de mercaderias nu.* 21. Bovad. *d. capit.* 12. *nu.* 54. Hermos. *in d. L.* 5. *gloss.* 7. *nu.* 4. Qui de hac limitatione se dubitare dicit.

Confirmatur prædicta limitatio ex eo quod Judex 21 quoad homines alterius jurisdictionis privatus reputatur L. 3. *ff. de offic. Præsid. in verbis* ibi: *Præses in sua provincia homines tantum imperium habet, & hoc dum in provincia est: nam si excesserit, privatus est:* L. 1. §. *sed & si quid ff. de offic. Præf. urb. gloss. verb. reficere ad med. in L. fin. ff. eod. c.* 1. §. *unic. de const. in* 6. Qua ratione punitur Judex, qui citat coram se eum, qui est alterius jurisdictionis L. *in criminali* 5. *C. de jurisd. omn. Judic.* Gratian. *forens. cap.* 134. *n.* 2. etiam pœna capitis *ex L. fin. C. de appar. Comit. Orient. lib.* 12. Guid. Pap. *q.* 423. *n.* 1. optimè Avilez *in c.* 1. *Prator. gloss* 1. *n.* 6. *vers. sed quid si aliquid Judex extra suam*, Azeved. *in L.* 32. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopil. n.* 5. Gabr. Alvar. de Velasc. *de Judic. perfect. rubr.* 9. *annot.* 9. *n.* 3. Unde Judex, qui in sibi non subditos jus dicit, iniquè agit, & mortaliter peccat ex D. Thom. 2. 2. *q.* 67. *art.* 1. Soto *de just. & jur. lib.* 3. *q.* 4. *art.* 2. *col.* 2. *vers. circa harum*, Lessius *de just. & jur. cap.* 29. *dub.* 2. *nu.* 49. Trullench. *in oper. moral. lib.* 8. *cap.* 1. *dub.* 8. *n.* 2. Salon. 2. 2. *q.* 60. *art.* 6. Adeo, ut qui judicat in non subditum, teneatur ad restitutionem, Lessius *d. cap.* 29. *dub.* 18. *n.* 171. Trullench. *d. cap.* 8. *dub.* 23. *n.* 1. Qui declarat hoc procedere; nisi proprius Judex satis instructus ad rem condemnandum ratum habuerit.

Unde fit, quod Judex à non subditis munera possit 22 accidere, dummodo coram eo non litigent, vel de proximo litigaturos non speretur: ut bene resolvit Azeved. *in L.* 5. *tit.* 9. *lib.* 3. *Recop. n.* 4. *verb. que sea de los que ante ellos huviren de venir, o venieren à pleito*, Velasc. *d. annot.* 9. *n.* 1. *&* 7. Qua ratione Judex etiam potest mutuum accipere à non subditis dummodo non faciat contemplatione, & intuitu officii *gloss. in d. L. eos*, *& gloss. fin. in d. L. quisquis C. si cert. petat.*

Ex quibus deduci videtur posse Judicem munera 23 accipere à personis alterius fori, veluti ab Ecclesiasticis ejusdem provinciæ, & cum eis tanquam non subditis

subditis contrahere. Sed verius est Judicibus id non licere: quoniam Ecclesiastici contra laicos coram sæculari Judice agere debent; siquidem tenentur sequi forum rei *cap. si Clericus laicum cap. si generale de for. compet. Ordinat. lib. 2. tit. 1. §. 3. & lib. 3. tit. 11. in princ. d. L. in criminali. C. de jurisd. omn. Judic. L. juris ordinem eod. tit.* Cardos. *in prax. verb. actor. n. 5.* Joseph. de Sesse *de inhib. cap.* 8. §. 3. *n.* 7. *& cap.* 26. *num.* 3. Barbos. *in L. heres absens §. proinde à n.* 8. *cum seq ff. de Judic.* Et insuper quia Clericus potest conveniri de spolio intra annum coram sæculari *Ordinat. lib. 2. tit. 1. §. 2.* Et iterum valet reconveniri coram Judice sæculari, juxta *gl. in d. cap. at si Clerici verb. non tenet vers. si Clericus, similis gloss. in cap. de mutuis petit. verb. super suit quæstionibus*; & ibi August. Barbos. qui plures laudat *n.* 4. Farin. *in prax. q.* 8. *n.* 99. Et probat *Ordinat. d. lib. 2. tit. 1. §. 1.* Quod adeo verum est, ut post oppositam reconventionem nequeat Clericus suæ petitioni renuntiare, August. Barbos. *in d. cap. 1. de mut. petit. n. 11. & de jur. Eccles. 1. p. cap. 39. §. 2. num.* 140. Afflict. *dec.* 173. Toudut Sanleget. *de prævent. p. 2. c. 58. n.* 13. quamvis super spiritualibus Clericus non valeat reconveniri coram sæculari, August. Barb. *d. c.* 39. §. 2. *n.* 147. Tondut. *d. c.* 58. *n.* 11. Gaspar. Ant. Thesaur. *l. 1. forens. q.* 98. Proindeque non poterit Judex etiam ab Ecclesiasticis munera accipere, neque cum eis contrahere.

Sexto limita, ut Judex temporalis non prohibeatur
24 acceptare donationē remuneratoriam à subdito quando merita processerunt ex servitiis, vel beneficiis exhibitis ante ingressum officii *L. Aquil. Regulus ff. de donat.* Paris. de Put. *de syndic. verb. official. n. & verb. contrahere n. 1. & 5.* Avilez *in cap. 1. Prætor. verb. donation. n. 5. & cap. 2. n. 20. verb. de mercaderias* Peregrin. *l. 4. tit. 7. n. 12. vers. limita quinto*, Azeved. *in L. 1. tit. 6. l. 3. Recopil.* Hermos. *in d. L. 5. gloss. 8. n. 6.* Fachin. *l. 2. controv. c. 80. vers. ego vero.* Ubi dicit donationem esse permissam, si propter beneficium præstitum ante administrationem conferatur; secus si pro alio præstito tempore administrationis, Gratian. *cap. 20. n. 4.* Emman. Barbos. *ad Ordin. d. l. 4. tit. 15. in principio. n. 4.* Quæ sane opinio tenenda est: quidquid contrarium sentiat Alciat. *in d. L. principalibus*, quem sequitur Caldas *d. cap. 9. n. 47. vers. quamobrem Alciatus.*

Septimo limitatur conclusio, ut non prohibeatur Magistratus temporalis accipere à subditis pecuniam
25 mutuam sub fœnere; quia cessat prohibitionis ratio, & corruptionis timor: probat *tex. in L. Præsidis §. fin. ff. si cert. pet. in verbis* ibi: *Præses provinciæ mutuam pecuniam fenebrem sumere non prohibetur.* Quod ex necessitatis causa permissum videtur, dicente Anton. Fabr. ibi: *Quotus quisque est, qui pecuniam fenebrem sumere velit, nisi coactus*, Peregrin. *d. l. 4. tit. 7. n. 12. vers. limita quarto*: explicat Carleu. *d. disp. 3. n.* 8. Gabr. Alvar. de Velasc. *d. annot. 9. nu.* 13. Qui *in vers. immo*, simpliciter ex causa necessitatis posse Judicem temporalem sine usuris à subditis pecunias mutuò accipere ait: ut antea dixit Avilez *in d. c. 2. Prætor. verb. de mercaderias n. 1. vers. sed dicit Cænus*, & prosequitur optime Carlev. *à n. 10. cum seqq.* Ubi eleganter tradit, quod non ex eo quod quis creatur Judex, supra humanam naturam constituitur, ut censendus sit ab omni necessitate immunis. Eteuim qui aliis hominibus non eget, cuique eorum auxilio opus non est supra naturam humanam est: ut dixit Arist. *lib. 1. Polit. cap. 2.* Atque ita Judex in necessitate constitutus bene potest ad eam sublevandam à subdito mutuam pecuniam gratis accipere: quia ut ait Abulens. *capit. 23. quæst. 8.* Non est prohibitus Judex ab aliorum hominum officio, & ope.

At verò non poterit Magistratus ad negotiandum 26
mutuas pecunias accipere à subdito, ut docent superius relati: Et sic erit intelligenda *Ordinat. d. lib. 4. tit. 15. §. 1.* dum prohibet Judici accipere pecuniam mutuam, scilicet, ut non possit eam sumere ad negotiandum, non autem, ut id facere non possit ad usum proprium, & ex causa necessitatis à subdito, qui coram eo non litigat, Ita melius omnibus quos viderim, fundat Carlev. *d. disp. 3. n. 17. & 18.* Sed adhuc tibi relinquo cogitandum attenta generali dispositione *Ordinat. d. tit. 15. §. 1.* quæ forsan hanc restrictionem non admittit.

Octavo limita conclusionem, ut Magistratus tem- 27
poralis cum Principis licentia emere, & contrahere possit cum subditis, Greg. Lopez. *in d. L. 5. tit. 5. part. 5. gloss. 8.* & ibi Hermos. *n. 3.* Peregrin. *d. lib. 4. tit. 7. n. 2. vers. limita pluribus modis*, Avilez *in d. verb. de mercaderias n.* 33. Bovad. *d. lib. 2 cap. 12. n. 43.* Alexand. *cons. 64. n. 4. vol. 4.* Et probat *text. in d. L. non licet ff. de contrah. empt. & in L. unic. C. de contract. Judic.* Quæ licentia mihi concessa fuit à Serenissimo Rege Joanne Quarto, dum Conservatoris Conimbricensis Academiæ munere fungeret, ad emptionem domorum, quibus mihi opus erat tam ad habitandum, durante tempore administrationis, quam ad habitationem filiorum, qui in alma Universitate litteri, incumbebant.

Nono limita, ut non procedat prohibitio in Judi- 28
cibus Ordinariis, qui in propria patria, & oppidis eliguntur per annum; hi namque licite emere, & contrahere possunt, dummodo sine impressione id faciant: secundum Bard. Paul. Bald. Alex. & Jason. *in d. L. principalibus*, Angel. *in L. eos Cod. si cert. pet.* post alios Avilez *d. verb. d. mercaderias n.* 20. Bovad. *d. cap. 22. n.* 36. Peregrin. *d. lib. 4. tit. 7. n. 9.* Qui veriorem dicit hanc opinionem contra Bald. & Decium, Straca *de mercat. p. 3. n. 17. in fin.* Scaccia *de commerc. §. 1. q. 7. p. 3. limit. 17. n. 17.* Azeved. *in L. 2. n. 11. tit. 6. lib. 3. Recop.* Hermos. *in d. L. 5. gloss. 4. n. 10.* Matienç. *in Dial. relat. 3. p. cap. 27. n. 6.* Idem procedit in Decurionibus civitatum, qui emere, & contrahere possunt: ut tradunt Avilez, *d. verb. de mercaderias n. 21.* Bovad. *d. cap. 12. n. 41.* Cald. Pereir. *d. cap. 8. n. 5.* Fachin. *lib. 2. controv. cap. 79. vers. quod attinet*, Hermos. *in d. L. 5. gloss. 3. n. 3. gloss. 4. n. 4.* Ex ea ratione quia Decuriones non habent jurisdictionem, sed tantum notionem.

Decimo limita, ut Magistratus temporales, & alii 29
Gubernatores possint contrahere in sua provincia cum subditis, quando in loco versatur consuetudo, ut ipsi contrahant Paris. de Put. *de syndic. verb. contrahere n. 7.* Avilez. *d. cap. 2. verb. de mercaderias n.* 35. Sequitur Bovad. *d. cap. 12. n.* 40. Quamvis ibi contrarium servari vidisse autumet. Et quidem apud Nos tam Gubernatores Civitatum Brasiliæ, nec non Indiæ Orientalis, quam Senatores, & Magistratus Senatuum illorum statuum pauci sunt, qui à negotiatione se abstineant cum magno Populorum, & mercatorum detrimento, quia merces suas majori pretio, & prius vendere faciant, quàm aliis facultas pateat negotiandi. Super quo utile, & necessarium foret, quod lege Regia provideretur.

Denique limita, ut supra posita conclusio, & pro- 30
hibitio non habeat locum in Magistratibus, cæterisque officialibus perpetuis, quales etiam sunt Senatores; namque tales in provincia prædia emere possunt: *text. in L. Præsidis* 34. ibi: *Quia perpetui sunt, ff. si cert. pet.* Et hanc sententiam tenent communiter Doctores, & Jason. *in L. principalibus n. 2. vers. secundo limita*, Paris. de Put. *d. verb. contrahere num.* Bald. *in L. solent. §. fin. quæst. 2. ff. de offic. Proconsul.* Ripa *lib. 2. respons. cap. 2. n. 1.* Avilez *in d. cap. 2. verb. de mercaderias n.* 23. Cald. Pereir. *d. cons.* 34. *n.* 14.

n.14. & de empt. cap.38.n.60. & 61. Gregor.Lopez *in d.* L 5. *tit.5. partit. 5. gloss.* 2. & ibi Hermos. *n.* 3. Matienç. *in Dial. relat.3.p.cap.27.n.9.*Peregr.*d.lib. 4. tit. 7. n.10.* Ubi communem dicit Cacheran. *dec. Pedemont.* 154. *n.* 12. & 13. *vers. secundo responderi potest.*Azeved.*in L.2. tit.9. lib.3. Recop. n.11. & 12.* Scaccia *de commerc.§.1.q.7.p.3.limit.17.n.16.in fin.* Barbos.*in L.unic. C. de contract. Judic. n.* 13. Gabr. Alvar. de Velasc. *de perfec. Judic. rubr.9. annot. 9. n.* 11. Ex ea ratione quia alias perpetui Magistratus essent privati commercio, & haberentur tamquam Ehnici, & publicani. Ita Jason *in d.L. principalibus post n.2. limit.*3. Sequitur Caldas *d.cons.34. n.14. & de empt.cap.8.n.60.* Quamvis hæc ratio non placeat, Matienç. *d. c. 27. n.10.*

31 Idem dicendum est in Illustribus terrarum Dominis, Ducibus scilicet, Marchionibus, & Comitibus, qui perpetuam habent jurisdictionem; quamvis per se ipsos eam exerceant; adhuc namque contrahere possunt cum subditis: ut voluerunt Alciat. *in d.* L. *Præsidis col.2. ff. si cert.pet.*Caldas *d.cap.8.n.64.*Hermos.*in d.L.5.gloss.2.n.4.* Et tamen sublimitanda supra posita limitatio ut procedat, modo Magistratus perpetui, vel Domini terrarum per impressionem subditos ad contrahendum, non inducant, aut cogant, per *text.L.si per impressionem C.de his quæ vi.* Avilez *d. verb.de mercaderias n.23.* Carlev. *d. disp.3.n.19.* Sublimita secundo, ut tales Magistratus, & Domini terrarum perpetui non possunt contrahere cum illis personis, quæ coram ipsius litigant, Scaccia *de commerc. §.1 quæst.7. limit.17. n.17. vers. sub declara,* Caldas Pereir. *d.cap.8. n.64. in fin.* Ripa *lib. 2. respons. cap.28. n.3.& 4.* Hermos. *in d.L.5.gloss.2. n.9.* Paul.Xamar. *de offic.Judic.1.p.q.19.n.34.* Et est pulchra *Ordinat. lib.5. tit.71.§.9.* ibi: *Defendemos que nenhum dos officiaes contendos nesta Ordenaçano possa comprar de litigante, que parante elle litigar, ou requerer despacho algum, nem menos lhe vender cousa alguma, en quanto parente elles tal litigio, ou requerimento durar.* Ubi ex tali emptione, aut venditione officialem corruptum declarat, & repetundarum pœnis subjicit.

Tertio sublimita, ut perpetui Magistratus Senatorea, & alii non possint negotiari, neque mercaturam exercere propter eorum dignitatem ut advertit Caldas *d. cap.8. n.63. vers. at quia communis,* Paul. Xamar. *d.q.19. n.37.* Fachin. *d. lib. 2. cap.78. vers. altera est in primo,* Gabr. Alvar. de Velasc. *de rubr. 9. annot. 9. n.11. vers. dummodo.*

Notandum tamen est, ut tales perpetui Magistratus possint cum subditis contrahere, ita etiam à subditis pecunias mutuo gratis accipere valent juxta doctrinam *gloss. verb. pœna in d.L.quisquis C.si cert.pet.* quam ibi sequuntur Bald. & Cynus Paul. Xamar. *d. q.19. n.33.* Ubi benè reprobat Bovadill. quatenus. *d. lib.2. cap.12. n.63.* tenent prohibitionem non accipiendi pecunias mutuo à subditis procedere etiam in Magistratibus perpetuis contra doctrinam *gloss. & text. in L. Præsidis ff. si cert. pet.* sequitur Gabr. Alvar. *d. annot. 9. n.12. vers. qua in re.* Nota tamen, quod ita ut tales Magistratus contrahere nequeunt, cum litigantibus, dum durat litigium; ita etiam ab eis non possunt accipere pecunias mutuas, juxta superius tradita.

Et obiter adverte, quod ita ut Magistratus temporales prohibentur emere à subditis durante officio, adeo ut contractus nullus sit: ita etiam non valebit promissio de vendendo facta Magistratui, quæ non convalescit, etiamsi promittens finito officio ratum habeat. Probat *text. in L. unic. §. provincias vero vers. nec ratum sit,* Caldas *de empt. cap.8. num. 17.* Avilez *in cap. 2. Prætor. verb. de mercaderias n. 6.* Hermos. *in d. L.5. gloss. 8. n. 12.* Ubi respondet ad *text. in d. L. 1. vers. nisi post administrationem.*

CAPUT XXXIII.

Ubi prosequitur materia indignitatis. Ad Ordin. lib. 5. tit. 55.

SUMMARIUM.

1 *Indignus reputatur, qui tanquam filius institutus, & erat suppositus.*
2 *Hæreditas tamen supposito relicta, vel legatum, non pertinet ad fiscum, sed ad substitutum, vel venientes ab intestato.*
3 *Institutio partus suppositi est ipso jure nulla.*
4 *In ultimis voluntatibus filiatio, seu consanguinitas dicitur causa finalis & si falsa apparet, vitiatur dispositio.*
5 *Intellige, si agatur de filiatione, aut consanguinitate respectu disponentis: Secus si respectu tertii.*
6 *Secundo intellige, quando quis filium suppositum ignoranter instituit credens esse suum: secus si sciens suppositum instituit: quia fiscus à supposito aufert hæreditatem tamquam ab indigno.*
7 *Intellige, ut etiam conclusio procedat, quando suppositio facta fuit sciente, & consentiente supposito: quia adhuc fiscus aufert.*
8 *Partus suppositi crimen est atrocissimum, & plura in se continet delicta. Et quibus pœnis puniatur.*
9 *Pœna exilii perpetui successit in locum deportationis.*
Pœna exilii perpetui in hoc crimine imponitur mulieri, quæ gravidam se fingens partum alienum pro suo supponit. Ib.
Idem procedit in marito, & in præstantibus opem partui supposito. Ib.
10 *Agentes, & consentientes in atrocioribus delictis pari pœna puniuntur.*
11 *Crimen partus suppositi non extinguitur morte mulieris, quæ potest post mortem accusari quoad complices delicti.*
12 *Accusatio cujuslibet delicti spatio viginti annorum præscribitur.*
13 *Accusatio suppositi partus nullo tempore præscribitur.*
14 *Proponitur contraria opinio. Sed prior est communis, & verior: ut n.16.*
15 *Dictio semper, perpetuitatem significat.*
Item dictio perpetuò, afficit omne tempus futurum. Ibid.
16 *Verba negativa omne tempus excludunt: & negatio est malignantis naturæ, & omnia negat.*
Si concurrunt duæ regulæ, altera negativa, altera affirmativa, negativa sequenda est, quia fortior. Ibid.
17 *Maritus solus vel eo mortuo venientes ab intestato possunt accusare uxorem de partu supposito.*
Item hæres scriptus, & substitutus à marito, qui ignarus filium suppositum instituit: qui civiliter agere potest contra suppositum. Ibid.
18 *Filius verus non potest accusare matrem de partu supposito: potest tamen civiliter agere contra partum: Et si filius verus consentit suppositum admitti tamquam cohæredem ab utroque fiscus aufert hæreditatem.*
19 *Si accusavit, vel querela datur contra matrem; statim est repræsentanda: & ea convicta pupillus excluditur à bonis defuncti.*
Si verò adversus puerum mota fuerit quæstio status, differenda erit in tempus pubertatis. Ibid.
20 *De jure Regio quæstio circa successionem utroque*

casu differenda est in tempus pubertatis. Et sententia lata contra matrem filio non nocet.

21 *Sunt aliqui casus, in quibus ab indignis fiscus non aufert hæreditatem.*

Primus est de eo, qui captivum negligit redimere. Ibidem.

Filius illegitimus, qui patrem redemit, negligente legitimo, præfertur in patris hæreditate. Ib.

22 *Filii furiosi, qui requisiti neglexerunt parentis curam, efficiuntur indigni, & patris hæreditas applicatur ei, qui quantum in se fuit, curam habuit furiosi.*

23 *Vidua, quæ intra annum luctus transiit ad secunda vota, fit indigna omnium hæreditatum, & donationis causa mortis: quæ applicantur certis personis. Sed hæc pœna non habet locum de Jure Canonico.*

24 *Mater, quæ intra annum à morte mariti tutorem filio non petivit, indigna est, & filii hæreditas defertur venientibus ab intestato.*

25 *Tutor datus in testamento, qui se excusavit, tanquam indignus privatur legato à testatore relicto, quod applicatur fisco.*

Idem si tutor se excusavit ab administratione partis bonorum: quia privatur in totum. Ib.

Idem si tanquam suspectus removeatur à tutela. Ib.

26 *Legatarius, vel fideicommissarius, qui occultavit testamentum in præjudicium hæredis, est indignus: sed legatum remanet apud hæredem.*

27 *Heres institutus, & rogatus hæreditatem restituere, si coactus à judice adivit, privatur tamquam indignus: Sed hæreditas non defertur fisco.*

28 *Majoratus successor ob contraventionem voluntatis defuncti, privatur successione, & filius quem suscepit post contraventionem. Si verò filium habebat tempore contraventionis, ipse admittitur ex persona propria.*

29 *Indignus simul, & incapax non privatur hæreditate à fisco: Sed hæreditas, vel legatum pertinet ad eos, de quibus ibi.*

Indignus, qui excluditur per mortem, vel lapsum temporis, non facit locum fisco.

30 *Indignus nemo censetur, ut faciat locum fisco, nisi in casibus in jure expressis.*

Indignus quamvis quis fiat adeundo hæreditatem, si fiscus aufert, remanet tantum hæres nomine, & non habet rem, nec effectum hæreditatis. Ibidem.

31 *Hæredi indigno, à quo fiscus aufert, denegantur hæreditariæ actiones, quæ dantur fisco.*

32 *Fiscus ut auferat hæreditatem, necesse est indignum eam habere, acquirere, aut habere potentiam acquirendi.*

Fiscus excludit substitutum vulgarem, & venientes ab intestato. Ib.

Item excludit jus accrescendi. Ib. *& n.33.*

34 *Indigno mortuo fiscus potest hæreditatem ab hæredibus condicere.*

35 *Fiscus aufert hæreditatem ab indigno, etiamsi post aditionem eam repudiet.*

Hæreditas postquam est adita, jam non dicitur hæreditas, sed patrimonium hæredis. Ib.

Repudiatio hæreditatis jam adita non valet in præjudicium creditorum. Et ita judicatum. Ibid.

36 *Proponitur quæstio: An hæres indignus post contractam indignitatem hæreditatem repudiet, fisco noceat repudiatio? Et afferuntur fundamenta, quæ faciunt pro fisco.*

37 *Referuntur fundamenta pro contraria sententia: & n.38.*

39 *Referuntur aliqua distinctiones Doctorum. Sed prior opinio verior: ut n.40.*

41 *Declaratur prædicta sententia primo, ut procedat, quando repudiatio facta fuit post contractam indignitatem.*

42 *Secundò declaratur, ut fisco locus non sit, quando indignus non acquisivit, quia non potuit, quando decessit post indignitatem, vel incapax factus est.*

43 *Intellige, nisi indignus adire distulisset, vel fuisset negligens in adeundo, quia fisco locus est.*

44 *Jus auferendi bona ab indigno, præscribitur quinquennio contra fiscum.*

TAndem indignus reputatur, qui cum esset hæ-
res institutus tanquam filius, revera filius non 1
erat, sed suppositus. Quo casu contrahitur indignitas, & id quod ei relictum est, aufertur ab eo tanquam indigno *L. aufertur 46. in princ. ff. de jure fisc. L. si pater C. de instit. & substit.* Non tamen indignitas talis est, quæ faciat locum fisco: ut per *gloss. in l. 2. verb. reddere*, & ibi Jason. *n.6. C. de his quib. ut indi-*
gn. similis gloss. *in l. si pater 4. verb. auferendam Cod.* 2
de hæred. instit. ubi Bart. & *in d. l. aufertur n.1.* Bald. *in d. l. si pater n.1.* ubi Paul. de Castr. *n.3.* Menchac. *illustr. lib.3. cap. 102. n.4.* Ubi communem dicit Peregrin. *de jure fisc. lib.2. tit.2. n.5. in fin.* Bellon. *de jur. accresc. cap.7. quæst.56. n.2.* Quia cum indignitas non proveniat ex culpa, aut delicto ipsius instituti, sed alterius, id quod aufertur, non quæritur fisco, sed substitutis, vel hæredibus ab intestato *d. l. aufertur in princ.* & ibi Bart. *n.1.* idem *in l.1. n.6. C. de his quib. ut indig.* Bald, *in l. quisquis n.6. C. ad L. Jul. Majest.* Peregrin. *d. lib.2. tit.2. n.4.* Surdus *cons. 93. n.4.* Bellon. *d. cap.7. quæst.48. n.51. & q 56. n.4.*

Est enim partus suppositi institutio ipso jure nulla
d. l. aufertur, ubi *gloss. fin. d. l. si pater*, junctis his 3
quæ ibi notant DD. *C. de hæred. instit. l.1. §. fin. ff. de Carbon. edict.* in verbis ibi: *Si suppositus partus apparuerit, actiones hæreditariæ puero deneganda sunt, omniaque perinde habenda, ac si hæres scriptus non esset. l. neque C. de hæred. instit. l. post legatum §.1. ff. de his quib. ut indign.* ibi: *Tamen si is ejus conditionis fuerit visus, ut obtinere hæreditatem non possit, jure intestati ad eos cognatos pertinet; petere hæreditatem ipso jure poterunt*, facit doctrina Bald. *cons.134. n.2. vol.1. & cons.437. ad fin. vol.5.* Ubi ait portionem, quæ relinquitur supposito, haberi pro non scripta.

Et confirmatur: quia in ultimis voluntatibus quan-
do filiationis, aut consanguinitatis fit mentio, filiatio, 4
seu consanguinitas dicitur causa finalis, quæ si falsa apparet, variatur dispositio *d. l. si pater, L. nec apud C. de hæred. Instit. l. nemo §. 1. ff. eod.* notant Lara *in l. si quis à liberis §. si vel parens n.41 ff. de liber. agnosc.* post alios Surdus *dec. 83. n.1. & dec. 104. n. 31. & dec.144. n.1. cons.1. n.5. & seqq.* Marescot. *lib.1. variar. cap.50. n.6.* Vincent. *dec.1. n.9. & 10.* ubi Amend. *n.30. & seqq.* Carranz *de part. suppos. cap.5. n.25.* Adeo ut si quis Sejum instituat uti filium propter benemerita: si talia non sit filius, corruit institutio, & non sustinetur ob benemerita: ut optime tradit Marescot. *d. cap. 50. per tot.*

Sed hæc resolutio intelligenda est, quando agitur
de filiatione, aut consanguinitate respectu disponen- 5
tis, aliud enim erit, si agatur respectu tertii: veluti quando quis legavit tertio nominando eum filium Petri; cum sit Joannis; quia tunc non vitiatur dispositio *l. his verbis ff. de hæred. instit.* Bart. *in l. demonstratio falsa n. 23. & seqq. ff. de condit. & demonstr.* Surdus *dec.104. n.37.* Amend. ad Franch. *decis. 1. n. 33.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit.16. n.2. & seqq.*

Quæ diximus de institutione partus suppositi pro- 6
cedunt in eo, qui filium suppositum ignoranter instituit, credens filium esse suum; quia tunc ipso jure nulla

nulla est institutio. Si vero testator scienter instituit filium suppositum, institutio quidem mero jure valet, attamen hæreditas ab instituto tanquam indigno aufertur: & applicatur fisco l. aufertur ff. de jure fisc. Quæ sic debet intelligi, ut notat Gilchen. in d. l. si pater n. 11. in princip. & post med. & prædictam conclusionem ultra gloss. verb. auferendam in d. l. si pater, tenent ibi Bart. & Fulgos. n. 2. & Coru. n. 6. & 7. Joann. Bapt. Costa de jur. & fact. ignor. centur. 1. dist. 87. n. 10. & 11. Carranz. d. cap. 5. de part. suppos. n. 3.
7 Quod idem dicendum est, quando suppositio facta fuit ipsomet instituto sciente, & consentiente, quia tunc indignitas non tam ex aliena culpa, quam propria atque dolo intelligitur contracta, & facit locum fisco eodem modo, quo quis ex proprio delicto, & culpa efficitur indignus. Ita gloss. in l. hæreditas 4. verb. peti poterunt vers. & ni plena, C. de his quib. ut indign. Bart. in l. fin. n. 21. vers. secundus casus, ff. eod. Bald. in l. si is, qui in bonis vers. & ad regulam ff. de vulgar. Anton. Gomez l. 1. variar. c. 10. n. 29. vers. advertendum, Peregr. de jure fisc. l. 2. tit. 2. n. 4. Surdus cons. 93. in fin. Menoch. cons. 519. n. 19. Bellon. de jur. accresc. c. 7. q. 48. n. 54. & q. 56. n. 5.

Est autem partus suppositi crimen atrocissimum & plura in se continet delicta, ut disertè dixit Legisla-
8 tor noster in Ordinat. lib. 5. tit. 55. in princ. ibi: O crime de parto supposto he acompanhado de multos outros, & em grande damo da Republica. Is enim qui partum: supponit, falsum committit, Mynsinger in §. item lex Cornelia Instit. de public. Judic. Joan. de Platea in d. l. 4. ante med. v. item supponens partum Azo. in summam ad l. Cornel. de fals. n. 5. Bossius in tit. de part. suppos. n. 16. Farin. de fals. q. 150. n. 239. & naturam ipsam fallere videtur, Carranz. d. c. 5. n. 1. Ubi n. 2. tradit hoc crimen in diffinitionem falsitatis incidere Ideoque cum pœna falsi de jure antiquo capitalis esset L. 1. L. falsi quidem, l. ubi falsi 22. C. ad l. Corn. de fals. Cyprian. Epist. 2. ad Donat. ibi Hic testamentum subjicit, ille falsum capitali frande conscribit. Notant. Hyppol. de Marsill. in l. si mulierem n. 1. ff. ad l. Corn. de sicar. Boss. tit. de part. suppos. n. 1. Farin. d. quæst. 150. n. 240. Menoch. de arbitr. casu 306. n. 3. Thom. Valasc. Lusitanus allegat. 13. n. 56. Quæ capitalis pœna erat mortis, ut post Angel. & Anan. Afflict. dec. 404. n. 17. in fin. v. item in eo qui partum supposuit, & dec. 21. n. 8. Boer. dec. 82. n. 8. in fin. idem Farin. d. quæst. 150. n. 241. cum autem postea falsi pœna capitalis esse desiisset d. l. ubi falsi, liber homo & ingenuus, qui ob falsitatis crimen deportabatur cum bonorum publicatione. L. 1. §. fin. ff. de fal. §. item lex Cornelia. Instit. de public. judic. Farin. d. q. 150. n. 242. Eodem modo hujus criminis pœna capitalis esse desiit Carranz. d. cap. 5. de part. suppos. n. 12. Et sic de jure nostro Regio pœna hujus delicti est relegato in perpetuum ad Brasiliæ regionem cum bonorum publicatione, Ordinat. tit. 55. in princip. Thom. Valasc. d. alleg. 13. n. 17. Ubi n. 18. tradit prædictam pœnam esse deportationis, per text. in l. relegatorum 7. ff. de interdict. & relegat.

Successit enim perpetui exilii pœna in locum de-
9 portationis, Clarus in §. fin. q. 67. n. 6. & 8. vers. deportatio etiam, Farin. tom. 1. q. 19. Fontan. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 14. n. 67. Hæc autem pœna eo casu imponitur mulieri, quæ gravidam se fingens alienum partum pro suo supposuit Ordinat. d. tit. 55. in princip. nec non marito, qui cum propria uxore convenit de supponendo partu, ut tertium fideicommisso vel majoratu privaret Ordinat. d. tit. 55. §. 3. Eadem pœna puniuntur præstantes opem partui supposito l. licet ubi gloss. ff. de Carbon. edict. glo. in l.
10 qui falsam verb. contenditur, ff. de fals. Ordin. d. tit. 55. in fin. princ. Thom. Valasc. d. alleg. 13. n. 59. Bossius in tit. de part. suppos. n. 3. Etenim agentes & consentientes in atrocioribus regulariter pari pœna puniuntur l. jubemus §. œconomos C. de sacros. Eccles. l. 1. ff. de rec. arbitr. l. Divus ff. de jur. fisc. l. utrum ff. ad l. Pomp. de parricid. l. 1. C. de fals. monet. c. qui cum fure extra de furt. c. sicut dignum §. 1. de homicid. c. 1. de offic. de leg. Farin. p. 4. q. 129. à n. 3. cum seqq. Giurb. cons. 7. n. 14. Solorzan. de parricid. p. 181.

Et notandum, quod licet regulariter extinguatur 11
accusatio morte rei; attamen in hoc crimine mortua muliere accusatio institui potest l. qui falsam §. accusatio ff. ad l. Corn. de fals. ibi: Nec interest, decesserit ne ea, quæ partum subdidisse contenditur: & ibi commun. Doctores: & Salicet in d. l. Cod. de fals. Bossius d. tit. de part. suppos. n. 2. Petr. Gregor. l. 36. syntagm. c. 3. n. 5. vers. nec interest. Cujac. ad l. 1. §. fin. cum l. seqq. ff. de Carbon. edict. & ad tit. Cod. si pend. appell. mors intercess. post med. Farin. d. p. 150. nu. 244. Carranz. d. c. 5. de part. suppos. n. 39. Et probat Ord. d. tit. 55. §. 1. ibi: Posto que a mulher seja morta Quod intelligendum est juxta supra dictos, non adversus mulierem cujus crimen morte fuit extinctum prout extinguitur quodlibet delictum, excepto perduellionis crimine Ord. l. 3. tit. 82. §. 3. Pereir. dec. 72. n. 8 & seqq Cresp. de Vald. observ. 33. n. 4. & 5. sed quoad complices, & participes delicti: ut probat text. in l. 2. ff. de Carbon. edict. ibi: Licet mulier, quæ partum subdidisse dicitur, decesserit; si tamen participes maleficii sunt in præsenti cognoscendum. est. Idem Insinuare videtur Ordinat. d. tit. 55. §. 1. ibi Os quais poderano proseguir sua accusaçano, posto que a mulher seja morta, & poderano accusar o filho, que se dez ser suposto: por sen interesse: ut scilicet à filio auferatur hæreditas, & consanguineis applicetur.

Iterum advertendum est, quod licet accusatio cu-
juslibet delicti viginti annorum spatio præscribatur 12
juxta text. in L. querelam C. de fals. Boer. dec. 26. n. 16. Anton. Gomez in l. 76. Tauri n. 5. Clarus in §. fin. q. 51. à nu. 1. Petr. Caball. resol. crimin. casu 5. Barb. in L. sicut n. 211. C. de præscript. trig. vel quadrag. ann. idem Gomez l. 3. variar. c. 1. nu. 5. Cevall. comm. contra comm. q. 679 n. 7. & 8. Phæb. 1. p. decis. 53. Noguer. alleg. 11. num. 145. & seqq. Guazin. de defens. reor. 2. defens. c. 2. Tondur. Sanleger. resol. civil. c. 170. n. 1. Fermosin. in c. veritatis de dol. & contum. q. 7. nu. 7. Attamen delictum
suppositi partus nullo tempore præscribi, probat Con- 13
suit. in d. L. qui falsam §. accusatio ff. de fals. ibi: Accusatio suppositi partus nulla temporis præscriptione depellitur: quod ibi notant gloss. & Alberic. similis gloss. in d. L querelam, Baldus de præscrips. 4. p. 4. princ. q. 2. n. 2. Farin. l. 1. q. 10. n. 29. Thom. Valasc. d. allegat. 13. n. 73. Petr. Gregor. syntagm d. l. 36. c. 3. n. 5. Renat. Choppin. ad leg. And. lib. 1. c. 44. n. 8..

Verum contra supra positam resolutionem insurgit,
Cujac. l. 4. obs. c. 14. & in comment ad tit. Cod. ad 14
L. Cornel. d fal. vers. etiam notandum, & Gothofred. in Schol. ad l. qui falsam, & ad l. querelam. asserendo verba illa text. in d. l. qui falsam ibi: Nulla temporis præscriptione, & alia similia, de quibus in l. 2. C. Theodos. l. 9. tit. 19. ibi: Nullis clausa temporibus, esse intelligenda de præscriptione ordinaria, & temporaria, non de illa quæ longioris est temporis puta viginti annorum præsertim cum hoc crimen falsi sit, & falsitatis accusatio viginti annorum spatio præscribatur, ut in d. l. querelam. Et hanc sententiam nervose defendere conatur Carranz. in d. cap. 5. de part. suppos. n. 35. & 36. Quam etiam in crimine parricidii procedere tradunt Cujac. & Gotofred. quos sequitur Carranz. d. n. 36. vers. & hunc eundem sensum asserentes quod licet Paul. in l. fin. ad L. Pomp. de parricid.

parricid. dicat ibi: *Eorum qui parricidii pœna teneri possunt semper accusatio permittitur.* Tamen etiam illud crimen vicennio præscribitur, quamvis enim dictio semper de qua *in d.L. fin.* perpetuitatem signifi-
1 care videatur ea his, quæ Valenz. *cons.*109.n.47. Pinel. *in l.1. p.3. n. 67. C. de bon. matern.* Surdus *cons.* 223. *& cons.*281. *n.*18. Giurb. *cons.*99. *n.*28 Capyc. Latro *consult.*75. *n.*191. *&* 192. *& dec.*122. *n.* 4. attamen prædicta dictio semper non debet ubique sumi sine temporis præfinitione: ut probatur ex Cicer. *de Orat.* ibi: *Semper ego à genere hoc toto sermonis refugi.* & adstruunt Cujac. & alii supra citati suam opinionem exemplo dictionis, perpetuo, quæ licet perpetuitatem denotet, & fortius omne tempus futurum afficit. Capyc. Latro *d. dec.*122. *n.*3. August. Barbos. *dict.*216. *n.*1. Tamen apud Jurisconsultos sæpe sæpius tempore præcluditur, ut *in L.*20. *Prætor ait,* §. *hoc interdictum ff. de novi oper. nuntiat.* ibi. *Hoc interdictum perpetuo durat.* Ultra quod actiones, quæ dicuntur perpetuæ triginta, vel quadraginta annorum curriculo finiuntur ad differentiam actionum temporalium, quæ breviori termino extinguuntur. Unde inferunt tam accusationem suppositi partus, quam criminis parricidii vicennio præscribi juxta regul. *text.* in *d. L. querela C. de fals.*

16 His tamen non moventibus verissima est communis opinio, quam contra Cujac. tenent Forner. *lib.*1. *rer. quotid.* Et Solorzan. *d. cap.*20. *pag.*203. Ubi dicit, quod assertio Cujacii potius jura corrumpit, quàm ea ponit. Et hac sententia retenta non obstant in contrarium adducta. Quia respondetur Paul. in *d. l. qui falsam,* omnem omnino præscriptionem exclusisse per illa verba negativa ibi: *Nulla temporis præscriptione depellitur.* Quod idem decretum erat *in d. L. Cod. Theodos.* ibi: *Nullis clausa temporibus.* verba autem negativa omne tempus excludunt. Est enim negatio malignantis naturæ; & omnia negat, atque operatur privationem, & limitationem juxta *text. in cap. statutum de præb. in* 6. Capyc. *dec.* 9. *n.*15. Costa *in rubr. de judic. n.*307. Vincent. de Franch. *dec.*142. Adeo ut si reperiantur duæ regulæ, una negativa, altera affirmativa, potius sequenda est negativa quam affirmativa *L. tutor quoque* 3. §. *liberti vers. sed si patronum suum ff. de suspect. tutor. junct. l.*1. §. *consequens ejusd. tit.* ut scribit post Bart Alexand. & alios Salgad. *de Regia protect.* 2. *p. cap.*7. *n.*4 *&* 5 quippe negativa fortior est quam affirmativa, & plus negat negatio, quam affirmat affirmatio L. *luminum* §. *ult. ff. de servit. urban.* L. *is qui ducenta* §. *sed unum ff. de reb. dub.* Beronius *in c.*1. *col.*1. *de reb. Eccles. non alien.* Salgad. proximè *n.* 8. Quare cum in verbis negativis prohibeatur præscriptio in hoc crimine, licet in aliis criminibus affirmative concedatur *in d. L. querela,* regula negativa *in d. l. qui falsam,* prævalere debet. Et sic communis opinio tanquam verior sequenda est.

17 Erit etiam observandum, quod licet hoc crimen partus suppositi atrocissimum sit, & publicum, ut voluit *gloss. in L. lege Cornelia* §. *de partu vero publicum, vel privatum sit:* ut tenet Farinac. *d. q.* 150. *n.* 263. Tamen solus maritus accusare potest uxorem de partu supposito, vel eo mortuo venientes ab intestato pro suo interesse *text. in d. L. Lege Cornelia* 30. §. *de partu, Ordinat. lib.*5. *tit.*55. §. 1. Boss. *tit. de part. suppos. n.*38. Thom. Valasc. *d. alleg.*13. *n.* 64. Farinac. *d. n.*263. Carranz. *d cap.*5. *n.*23. Cujac. *ad tit. Cod. ad L. Cornel. de fals. vers. etiam notandum.* Quod quidem speciale est in hoc crimine, quia regulariter criminis publici accusatio competit cuilibet de populo præsertim in hoc regno, ubi juxta *Ordinat. lib. tit.* 117. *in princ.* quilibet de populo accusare potest de crimine, pro quo exilii pœna imponitur: ut notat Thom. Valasc. *d. allegat.* 13. *n.* 63. 64. *&* 65. Intellige tamen, quod, licet *in Ordinat. d. tit.* 55. §. 1. *& in L.*3. *tit.*7. *partit.* 3. jus accusandi *venientibus* ab intestato mortuo marito concedatur, hoc ipsum jus competit hæredi scripto in testamento mariti: & quando suppositus testamentum de inofficioso velit impugnare, immo ipse hæres scriptus præferendus est legitimus hæredibus, quia causa testati facit cessare causam intestati *L. quandiu L. in plurium.* L. *illud ff. de acquir. hæred.* L. *quandiu ff. de reg. jur.* Mangil. *de imputat. q.*61. *n.*20. Giurb. *de success. feud.* §. 1. *gl.*2. *n.*3 *& gl.*10. *n.*4. Burg. de Paz. *cons.*7. *n.*1. Roxas *in Epit. success. cap.*1. *n.* 5. Unde scripto hæredi competit prædicta accusatio ob proprium interesse, ut expresse probat Consult. *in d. L. lege Cornelia* 30. §. *de partu* ibi: *Aut ij, ad quos res pertineat.* Et ita in terminis refert Thom. Valasc. *d. allegat.*13. *n.*67. Ubi allegat Angel. & Salicet. *in L.*1. *C. de fals.* & Dec. *cons.*342. Cujac. *ad tit. Cod. de fals. vers. etiam*
notandum: & insinuat Carranz. *d. cap.*5. *n.*28. quatenus 18
dicit substitutum à marito, qui ignarus filium dispositum instituit præferendum esse consanguineis testatoris. Ex quibus infertur, quod licet filius verus non possit accusare matrem de partu supposito *L. hi tamen* 11. *ff. de accusat.* potest tamen civiliter agere contra partum suppositum, Carranz. *d. cap.*5. *n.* 24. Ubi ait, quod si filius verus, & naturalis non instituerit querelam contra suppositum, & consenserit eum, admitti tanquam cohæredem, ab utroque fiscus aufert hæreditatem.

Sed quia quæstio de partu supposito non tam ma- 19
tri, quam filio, qui dicitur falsus, præjudicium parare potest: Dubitari solet, An quæstio hæc differenda sit in tempus pubertatis pueri? In qua quæstione distinguendum est, ita ut si contra matrem moveatur querela, statim repræsentanda sit accusatio *L.* 1. *Cod. ad L. Cornel. de fals.* L. 1 *fin. ff. de Carbon. edict. Ord. lib.*5. *tit* 55. §. 2. Præsumitur enim matrem causam bene defensuram, & tunc matre convicta, & condemnata pupillus excluditur à bonis defuncti: ut probat *text. in d. l.*1. §. *fin. de Carbon. edict.* Si verò adversus puerum status quæstio mota fuerit, differetur quæstio in tempus pubertatis: ut probatur *in d. fin.* ibi: *Si mater subjecti partus arguatur, an differenda sit quæstio propter statum pueri quæritur?* Et si pupilli quidem status in dubium adducatur, differri quæstio in tempus pubertatis debet, cum metus esse possit, ne minus idoneè defendatur: cum vero mater rea postulatur, utique integra fide, & mariti constantia causam defensura recenti tempore, dubium non est cognitionem fieri oportere, & post eventum cognitionis suppositus partus apparuerit, actiones hæreditariæ puero denegandæ sunt, omniaque perinde habenda, ac si scriptus hæres non fuisset. Doctores commun. *in d.* §. *fin. & in l.*1. *Cod. de fals.* Boss. *tit. de part. suppos.* n.4. Carranz *d. cap.*5. *n.*97. Thom. Valasc. *d. allegat.*13. *n.*60. Ex quibus bene probatur sententiam latam contra matrem puero nocere circa successionem, contra regul. *text. in* L. *sæpe ff. de re judic. tot. Cod res inter alios acta cum similib.* Quibus bene satisfacit Carranz. qui plures similibus comprobat.

Hæc autem attento jure communi procedere du- 20
bium non est. At verò de jure Regni utroque casu quæstionem circa successionem differendam in tempus pubertatis pueri probat expresse *Ordinat. d. tit.* 55. §. 2. Et sic sententia lata contra matrem filio non nocet: prout etiam non prodest puero sententia, per quam mater fuit absoluta juxta *d. Ordinat.* ibi. *E por queao filho, que se diz nacer do parto que se acensa fior falso, se podia causar damno pela sentença que contra sua many se desse mandamos, que no que toca à pessoa da many, ella possa ser logo acusada, & condenada, ou absoluta, mas poro que toca à succeessaon do filho, estê a causa suspensa, atè elle ser de idade de catorze annos, porque*

se

se presume que ella saberà defender tal delicto como cousa que importa à vida, sem ter necessitade do adjutorio do filho & nam se esperara por sua puberdade para ella ser julgada; mas quanto ao que toca ao filho, porque nao tem idade para della se tratar, se esperara o dito tempo, & a sentença, que contra a many se der, a elle nam prejudicarà; nem a sentença por que ella for absoluta, proveitarà a elle, porque para todo o cezo se ha de esperar que o filho seja da dida idade, porque como causa indefensa antes d'ella poderiano os parentes haver sentença contra ele em lugar de o defender, & ajudar. Unde matris condemnatio filio non nocet; & sic in hac parte lex Regia deviat à jure communi: ut agnovit Th. Valasc. *d. alleg.* 13.*n.*61. Ubi ex L.3.§.*alia est de Carbon.edict.* Ordinationem limitare intendit, ut non procedat casu: quo expediat puero quæstionem non differri. Attamen à dispositione Ordinationis recedendum non est. Et hæc de partu supposito dixisse sufficiat. Cætera pete à Carranza *d.cap.*5. & à Farinac. *d.q.*150. à n.263.*cum seqq.*Boss. *in tit.de part. suppos.* Et quæ probationes desiderentur, quæve conjecturæ sufficiant ultra Farin. & Carranz. videndi sunt Mascard. *de probation.concl.*1147.Menoch.*lib.*5.*præsumpt.*24.

21 Imponamus ultimam manum huic materiæ de indignis advertendo illos, de quibus dictum est, facere locum fisco; alios verò reputari indignos, à quibus fiscus non aufert hæreditatem; neque legata, quæ vel applicantur substitutis; conjunctis, seu venientibus ab intestato, aut remanent apud eos, à quibus fuerunt relicta, quorum exempla subnectere libet. Primum est jus, qui captivum negligit redimere; quia si postea ei ejusdem captivi hæreditas deferatur, aufertur ab eo tanquam ab indigno, sed non ad fisci utilitatem, quoniam applicatur Episcopo, seu Ecclesiæ ejusdem civitatis cum onere eam convertendi in redemptionem captivorum *Authen. si captivi C. de Episc. & Cleric. Authent. ut cum de appellat. cognosc.* §. *si unum de prædictis Ordinat. lib.* 4. *tit.* 88. §. 16. *in fin.* Bart. *in L. fin. n.* 12. *vers. tertium tempus ff. de his quib. ut indig.* Barbat. *cons.* 8. *n.* 5. *vol.* 3. Peregr. *de jur. fisc. lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 16. Bellon. *de jur. accresc. cap.*7. *q.*54.n.5. Aug.Barbos. *in d. Authent. si captivi*, Sixtin. *de Regal. lib.* 2.*cap.* 10. *nu.* 104. Qui ait hanc pœnam habere locum tam in majoribus,quam in minoribus octodecim annorum, & maxime respectu patris captivi, qui in captivitate decessit ob filii negligentiam *Orditat. d.* §. 16. *vers. & se e pay ou mãy.* Immo si filius illegitimus etiam susceptus ex infideli liberavit patrem à captivitate, negligente filio legitimo, atque pater ab intestato decesserit, illegitimus præferendus est in patris hæreditate legitimo, per ea quæ Spino *de testam. in rubr. gloss.* 3. *p.* n.9.

Secundum est in filiis furiosi, qui requisiti neglexerunt parentis curam: isti namque tanquam indigni
22 privantur hæreditate, quæ applicatur ei qui quantum in se fuit, curam habuit furiosi. *Authent. liberi furiosi C.de Episc.& Cleric. d.Auth. ut cum de appell.* §. *si quis de prædictis Ordinat. d. lib.* 4. *tit.*88. §.15. Bart. *in d.l. fin. n.*13. *vers.tertium tempus*, Bellon.*d. q.*54.*n.*6.P.Molin.*de just.& jur.tract.*2.*disp.*176.*vers. duodecimo*, Sixtin.*d.cap.*10. *n.*122. & 123. Ubi tradit, quod non existente aliquo qui coram furioso adhiberet, succedit fiscus ex *gloss. in d. Authent. liberi furiosi verb. neglexerunt.*

Tertium exemplum est in vidua,quæ intra annum luctus transiit ad secunda vota,quia omnium hæredi-
23 tatum ex suprema alicujus voluntate fit expers, & etiam donationis causa mortis *L.* 1. *Cod. secund. nupt. Authent. de nupt.*§. *si qui vero prioribus*,Sed hæc non fisco, at personis, de quibus *in d. L.* 1. applicantur, August. Barbos. *ibi* n. 2. qui plures laudat: quibus addo Sixtin. *d. cap.* 10. *num.* 98. & 99. Tondut. *resol. civil. cap.* 169. *n.* 9. Verum hæc pœna à jure Canonico sublata est: ut *diximus supra.*

Quartum exemplum est in matre, quæ intra annum 24
à morte mariti filio impuberi tutorem non petiit,quia si filius decessit in pupillari ætate privatur ejus successione, ut dictum manet supra *in cap. de success. ascendent n.*29. Et ultra ibi relatos docet Decian.*cons.* 35.*n.*18. *volum.* 1. & *cons.* §. 3. *n.* 23. *vers. atqui*, Sixtin, *de Regal. lib.* 2.*cap.*10.*n.*119. Bellon. *de jure accresc.quæst.*54.*n.*12. & 13. Cancer. *lib.* 1. *capite* 7. *nu.* 66. Sed hæc hæreditas, qua mater privatur tanquam indigna non ad fiscum, at ad hæredes ab intestato defertur.

Quintum exemplum est in tutore, qui datus in 25
testamento se à tutela excusavit, is enim tanquam indignus privatur legato sibi à testatore relicto. Quod non applicatur fisco, sed remanet apud filium, cujus utilitates sunt desertæ *L. post legatum* §. *amittere ff. de his quib. ut indign. l. si legatarius in fin. C. de legat. l. tutor. petitus* §. 1. *l. Nessenius Apollinarius, l. sed hoc nimium ff. de excus. tutor.* Idem dicendum si tutor ab administratione partis bonorum se excusaverit, qui privatur in totum L. *etiamsi ff. de legat.* 1. Sixtin. *d. cap.*19. *n.* 102. & 103. Bald. *cons.* 801. *n.* 14.*vol.*1. Angel.*in* L. *Papinianus* §. *manumissio ff. de inoffic. testam. n.*2. Bellon. *d. cap.* 7. *quæst.* 54. n. 62. & 63. Carpio *de executor. testam. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 7. Ubi idem procedere ait, si tutor ut suspectus removeatur à tutela per *text. in* L. *quid autem ff. de excus.tutor.* Si verò tutor administrare non possit quoniam non legitimæ ætatis, legato non privatur, Mantic. *de conject. ultim. lib.*6.*tit.*16. *n.*2. Menoch *lib.*4. *præsumpt.*124.*n.*12. Vel si ex alia causa fuerit impeditus, Sarmient. *select.in L.*1. *ff.de legat.*2.*n.*11.*vers. & hæc intelligenda sunt*, Guttier.*de tutell.* 1.*p.cap.*22. *n.*10. & 11.

Sextum exemplum est in legatario, fideicommissatio, qui occultavit testamentum in præjudicium hæredis, quia si postea testamentum in lucem prodierit, in pœnam calliditatis suæ legato vel fideicommisso privabitur tanquam indignus: quod tamen fisco non acquiritur; sed apud hæredem manet, & pro non scripto habetur L. *si legatarius C. de legat.* Sixtin. *d. cap.* 10. *num.* 106. Peregrin. *de jure fisc. lib.*2. *tit.*3. *num.* 5. *vers. aliud exemplum*, Menoch. *cons.* 1189. *num.* 23.

Septimum exemplum est in hærede instituto, & 26
rogato hæreditatem restituere, quia si à Prætore coactus adierit ex eo quod contemnit voluntatem, & preces defuncti, ita punitur, ut nihil ex hæreditate consequi possit tanquam indignus. Sed quod ab eo aufertur transit in fideicommissarium, non ad fiscum. *L. si patroni* §.*qui fideicommissariam cum seqq. ff. ad Trebell. l. ita tamen* 27.§.*qui suspectam. eod. tit.* Peregrin. *de fideicomm. art.*2.*n.*87. Sixtin.*d.cap.*10.*n.* 107. & 115. Præceptor Carvalh. *in cap. Raynaldus de test.* 2. *p. n.*411. & *seqq.*

Octavum exemplum est in eo, qui propter inobe-
dientiam tamquam dignus repellitur, & relicto pri- 27
vatur, non ad commodum fisci. Sed si testator expressit, ad quem veniret, ipse omnibus præferendus est. Corneus *cons.* 99. *in princ. vol.* 1. Ruin. *cons.* 87. *n.*3. *vers. non loquuntur vol.*1. Paris. *cons.*19. *n.*178. & 187. Menoch. *cons.* 1084. *n.*1. *vers. primus*, Bellon. *d. q.* 54.*n.*157. Sixtin. *d.cap.*10.*n.*116. Si vero testator non expressit, succedent illi, qui vel ex testamento, vel ab intestato sunt successuri, Pe-
regrin. *de jure fisc. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 19. Antonel. 28
q. 54. *num.* 157. *vers. unde.* Et inde fit, quod si quis privatur successione majoratus ob contraventionem voluntatis defuncti, privetur etiam ejus filius, quem post contraventionem suscepit, si alius ma-

jora-

joratum occupavit. Sed si tempore contraventionis
jam habebat filium, ille ex propria persona admit-
tendus est, Valas. *de jure emphyt. q.* 41. Caldas *de*
nominat. quæst. 14. n. 7. Peregrin. *de fideicomm. art.*
27. *n.* 8. Castill. *lib.* 3. *controv. cap.* 15. *nu.* 37. 56.
Solorzan. *de jur. Iudiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 19. *nu.*
37. Mierez *de major. q.* 4. *n.* 25. & 26. Bursat. *conf.*
13. *num.* 65. *lib.* 2. Cæphal. *conf.* 283. *in fin. lib.* 2.
Tell. Fernand. *in L.* 27. *Tauri nu.* 10. Olea *de cess.*
jur. tit. 3. *q.* 4. *n.* 20. & 21. Cresp. de Valdaur. *ob-*
serv. 22. *à* n. 73.

Nonum est exemplum in eo qui simul est indignus,
29 & incapax: hoc enim casu, ut excludator fiscus, in-
capacitatis ratio prævalet, & hæreditas, seu legatum
ad conjunctum, seu substitutum pertinet, vel ad ve-
nientes ab intestato secundum Ripam *in L.* 1. *nu.* 1.
155. *ff. de vulgar. & in respons.* 2. *in* 4. *dub. lib.* 1.
Peregrin. *d. l.* 2. *tit.* 2. *n.* 26. Bellon. *de jur. accresc.*
cap. 7. *q.* 48. *n.* 39. Socin. Jun. *conf.* 3. n. 14. & 24.
l. 1. Denique decimum est exemplum in indigno, qui
per mortem, vel lapsum temporis excluditur, tunc
enim successio à defuncto proveniens pertinet ad eos,
qui, si indignus non fuisset in medio, successuri erant,
& non fit locus fisco. Ita Paul. de Castr. & Alex. *in*
L. hæreditar C. de his quib. ut indign. Boss. *tit. de*
indign. num. 18. Peregrin. *d. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 28.
Bellon. *d. cap.* 7. *quæst.* 58. *num.* 19. Sixtin. *d. lib.*
2. *cap.* 10. *nu.* 121. Et hi sunt casus, in quibus fisco
non defertur legatum, seu hæreditas, quæ aufertur
ab indignis. Et alii de quibus sparsim diximus supra.

30 Pro coronide sciendum est, quod indignus, ut fa-
ciat locum fisco; nemo censetur, nisi in casibus à ju-
re expressis, Bald. *in L.* 1. *n.* 25. *Cod. de hæred. inst-*
tit. Curtius Jun. *conf.* 182. *num.* 6. *vers. sed præmis-*
sis, Farinac. *in prax. quæst.* 25. *n.* 139. Roman. *conf.*
185. *nu.* 7. Bellon. *d. q.* 48. *nu.* 50. Et iterum quod
quamvis indignus fiat hæres adeundo *L. ex facto* 43.
§. *fin.* L. *his consequenter* §. 1. *L. necessarius* §. 1. *ad*
Sylvan. glos. verb. pertinere ad L. his consequenter,
Boss. *tit. de his quib. ut indig. num* 17. Donel. *in L.*
post aditam n. 7. *C. de impuber. & aliis substit.* Pere-
grin. *d. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 38. & 42. §. *rursus.* Bel-
lon. *d. q.* 48. *n.* 23. Tamen si fiscus ab eo aufert hæ-
reditatem, remanet, tantum hæres nudo nomine, &
non habet rem, neque effectum hæreditatis *l. cum*
fratrem 9. *C. de his quib. ut indign.* Bald. *in l.* 1. n.
1. *num.* 4. *C. si quis aliq. test. probib.* Gratian. *decis.*
185. *num.* 20. Peregrin. *d. tit.* 6. *nu.* 38. Bellon. *d.*
q. 48. *num.* 28. & 29. quia cum fiscus auferat omne
emolumentum, licet is, qui semel fuit hæres, non
possit desinere esse hæres *d. L. ex facto.* §. *fin. ff. de*
vulg. L. ei qui solvendo 88. *ff. de hæred. instit. L & si*
fine. §. *sed. quod papinianus ff. de minoribus* Bart. *in*
L. si totam 82. *num.* 2. *ff. de acquir. hæred.* Bald. in
L. etiam num. 1. *vers. oppono quod fiscus. C. ad* L.
Falcid. Peregrin. *d. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 8. Bellon. *d.*
quæst. 48. *n.* 26. Arias de Mesa. *lib.* 2. *variar. c.* 29.
n. 17. remanet indignus hæres quoad nomen, cum
31 rem non habeat *d. L. si totam* 82. *de acquir. hæred.*
ubi declarat Imola. Et eo propter quasi non hæredi
denegantur indigno hæreditariæ actiones *L.* 1. *in*
princ. §. 1. & §. *fin.* L. 2. *in princ. ff. si quis aliq. test.*
probib. l. penult. §. *verbis ff. de bon. libert. l. ult. ff.*
quib. non *compet. bonor. possess.* Bellon. *d. q.* 48. *num.*
31. Namque prædictæ actiones dantur fisco, licet
propriè hæres non sit: ut tradunt Bart. *in L. si cons-*
tante. §. *si bona* n. 2. *ff. solut. Matrim.* Jason *in l.* 1.
n. 11. *C. de his quib. ut indign.* Peregrin. *de jure fisc.*
lib. 5. *tit.* 1. *n.* 67. Bellon. *d. quæst.* 48. *n.* 32.

Ex quibus consequitur, quod ut fiscus auferat ne-
32 cessarium est enim, à quo aufert, habere, cùm pri-
vatio præsuponat habitum *l. decem in princip. ff. de*
verb. oblig. l. manumissiones 4. *ff. de just. & jure*, &
scribunt Bart. *in l.* 1. *nu.* 1. *vers. ex hoc sic aufertur*
Cod. de hæred. instit. Barbat. *conf.* 8. *n.* 10. *vol* 3.
Corneus *conf.* 310. *n.* 7. *vol.* 1. & *conf.* 141. *n.* 4. *vol.* 4. Et
sic debet indignus acquirere, vel habere potentiam
aquirendi. Bellon. *d. quæst.* 48. n. 42. & *quæst.* 58. *in*
princip. Excludit igitur fiscus non tam substitutum,
& vulgarem, quam venientes ab intestato: ut supra
dictum est. *cap.* 29. *n.* 13. Et ultra ibi relatos docent
Polit. *de substit. vulgar. num.* 76. & 77. Bald. *in l.*
eam quam. 14. *num.* 9. *C. de fideicomm.* Imola *in l.*
1. n. 7. & ibi Alex. *num.* 28. Alciat. *num.* 102. Ripa
num. 155. *ff. de vulgar.* Fachin. *lib.* 4. *controv. cap.*
64. Peregrin. *de jure fisc. l.* 2. *tit.* 2. *n.* 27. & *tit.* 5.
n. 1. Bellon. *d. q.* 58. *n.* 4. Spino *de testam. tit. l. de*
vulgar. tit. 19. Thesaur. *dec.* 127. *n.* 7. Menchac. *de*
success. progress. lib. 2. §. 12. *num.* 122. Fusar. *de*
substit. q. 50. *num.* 1. Intrigliol. *eod. tract. centur.* 1.
q. 33. Sed etiam excludit fiscus jus accrescendi Bart.
in *l. si quis cum testamentum* 25. num. 6. *ff. de testam.*
& *in l. si Titio* 7. *de legat.* 2. Paul. de Castr. *in l. hæ-*
reditas 4. *num.* 1. *Cod. de his quib. ut indign.* Bar-
bat. *conf.* 8. *num.* 4. *vers. facit etiam vol.* 3. Anton.
Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 10. num. 29. *vers. ad-*
vertendum, & *n.* 30. Crassus in §. *jus accresc. q.* 16.
n. 4. & *seq.* Fachin. *l.* 4. *cap.* 96. in *fin.* Menchac. *de*
success. progress. l. 2. §. 12. *n.* 22. Ubi communem dicit
Intrigliol. *de centur.* 1. *q.* 35. *n.* 6. Bellon. *de jure*
accresc. cap. 7. *q.* 47. *num.* 2. Fusar. *d. quæst.* 50. *n.*
fin. Noster Cardos. *de jure accresc. illa.* 5. *num.* 2. Et
sic intelligendus est Georgius de Cabedo 2. *p. decis.*
58. *num.* 3.

Namque indignus facit partem, ut probat in *l.* 33
portionis 21. *ff. de his quib. ut indign. l.* 2. *l. hæredi-*
tas 4. *l. alia* 8. *C. eod. l. ult. ff. ad S. C. Syllan. l.*
fin. L. *his consequenter* §. 1. *fin. ff. famil. ercisc.* In
quibus habetur fiscum auferre partem indigno quæ-
sitam: & sic supponitur non accrescere cohæredi. Pro-
sequitur Bellon. *d. quæst.* 47. *n.* 2. & 3. Confirmatur,
quia substitutus potior est, quàm conjunctus. Bellon.
de jure accresc. cap. 10. *q.* 120. n. 14. & tamen subs-
titutus excluditur à fisco, ut supra diximus. Ergo nil
mirum, si fiscus impediat jus accrescendi: quoniam
si vinco vincentem te; à fortiori vincam te. *L. acces-*
sionib. 14. *ff. de divers. & temp. præscript. cum simi-*
libus.

Procedit posita resolutio non tantum casu quo in-
dignus vixerit, sed etiam casu, quo post acquisitio-
nem decesserit, antequam fiscus ab eo auferat hære- 34
ditatem; quippe eam bene poterit ab hæredibus con-
dicere: siquidem fisco datur in rem actio *L. Impera-*
tor 43. *ff. de jure fisc.* quæ sequitor rem, ad quoscum-
que ipsa transeat successores etiam singulares *L. ac-*
tionem genera 24. *de action. & oblig. Ord. lib.* 4. *tit.*
3. Unde cum hæc actio sit civilis, non criminalis L.
Cajus Sejus 22. *ad Syllan.* ex eo quod non debet agi-
tari coram Magistratibus Criminalibus; sed coram
Cæsaris Procuratore, qui est judex patrimonii *l. si ea*
quæstio 3. *in fin C de his quib. ut indign.* non extin-
guitur actio morte indigni *d. L. Cajus Sejus.* Ac per
consequens etiam ab hæredibus indignis res condici,
& peti potest. L. *Lucius* 9. *ff. de jur. fisc.* Hieronym.
Gabr. *conf.* 99. *num.* 15. *vers. nec refert. vol.* 1. Pere-
grin. *d. lib.* 2. *num.* 11. & *tit.* 3. *num.* 5. & *tit.* 6. *n.*
42. optime Bellon. *d. q.* 58. *n.* 6. & *seqq.*

Amplia conclusionem, dum habet fiscum ab in-
digno hæreditatem aditam auferre posse; ut proce-
dat etiam indignus post aditionem, hæreditatis eam
repudiet: Et enim talis repudiatio fisco nocere ne-
quit, Peregrin. *d. l.* 2. *tit.* 2. *n.* 27. Namque id quod
est acquisitum, repudiari non potest L. 1. *decretalis* 35
ff. de success. edict. & quia repudiatio censetur facta
in fraudem fisci; ut dixit Peregrin. *d. num.* 27. se-
quitur Bellon. *d. q.* 58. *num.* 21. Insuper quoniam
hæreditas

hæreditas adita jam non dicitur hæreditas, sed patrimonium hæredis *L. sed & si plures §. filio impuberi ff. de vulgar.* Anton. Gomez in *L.22. Tauri n.13.* Pichard. *ad rubr. Instiut. de bared. instit. n.26.* Ludovic. Post. *resolut.* 12. *n.* 24. Cyriac. *controv.* 550. *n.24.* Salgad. *in labyrinth. credit.* 1. *p. cap.* 9. *n.* 11. & 12. Surdus *dec.* 315. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 156. *n.* 9. Arias de Mesa *lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 11. Franch. *dec.* 92. *n.* 4. Giurb. *de success. feudor. prælud.* 4. *n.* 44. *v. nec potest de barede.* Valenz. *cons.* 133. *n.* 21. D. Joseph. Vela *dissert.* 5. *n.* 40. Andr. Gail. *de pace public. lib.* 2. *cap. fin. num.* 15. Subindeque repudiatio hæreditatis jam aditæ non potest dici renunniatio, sed proprii patrimonii alienatio in fraudem fisci. Quare Judicavit Senatus noster ex ea ratione non valuisse repudiationem hæreditatis jam aditæ in præjudicium creditorum die 3. Novembris anni 1664. in lite Matthæi Martini Morça cum Antonio Alvarez oppidi de Estremos Scriba Francisco de Freitas de Sampayo. Et in specie scribunt Franch. *dec.* 14. à *n.* 24. Giurb. *ad consuet. Messan. cap.* 5. *n.* 8. Pontan. *de post. nupt. claus.* 4. *gloss.* 9. *p.* 5. *num.* 77. & 128. Gratian. *dec.* 17. Capyc. Latro *dec.* 8. *num.* 1. Olea *de cess. jur. tit.* 1. *q.* 3. *n.* 3. & 46.

36 Si vero hæreditas deferatur alicui post contractam indignitatem, & ipse ante aditionem repudiet, controversum est valdè: An repudiatio noceat fisco, & prosit substituto? In qua bæsitatione contrariæ Doctorum opiniones reperiuntur. Prima tenet repudiationem fisco non nocere quia cum per existentiam indignitatis jam fisco jus sit apertum, non potest indignus illud sua repudiatione tollere, *L. si post mortem §. fin. ff. de bon. possess. contra tabul.* L. *fin. ff. de pact.* Aliter enim esset in manu indigni repudiando jus, fisci excludere, quod absurdum saperet secundùm Bald. *in d.l. eam quam n.9.* Ubi Paul. de Castr. *n.* 5. *C. de fideicomm.* Ideoque hanc probant sententiam *gloss. in L. si sequens verb. non esse hoc*, & ibi Bart. *ff. ad Syllan.* similis gloss. *in L. recusare 6. §. si fisco, verb. si fisco & verb. quasi vindicaverit ff. ad Trebell.* & Alex. ibi *in §. meminisse n.* 2. Bart. in *L.* 1. *n.26. ff. de vulg.* ubi Imola *n.7.* Alex. *n.48.* Jason *n.* 52. *vers. circa septimam*, Alciat. *n.* 103. Rippa *n.* 155. 1. *pro concordia*, Boss. *tit. de bis quib. ut indign. n.18.* Peregrin. *lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 14. & plures alii laudati à Bellon. *d. q.58. n.* 23. quibus addo Petr. Barbos. *in L. ab hostibus §. fin. n.* 22. *ff. solut. Matrim.* Et hujus sententiæ fundamenta ponit Bellon. *d. quæst.* 58. *n.27. usque ad* 33. & Fachin. *lib.* 4. *capit.* 64. Menoch. *cons.* 966. *n.* 34.

37 Secunda opinio affirmantium per repudiationem fiscum excludi, & locum fieri substituto aut venientibus ab intestato: & eorum fundamenta affert idem Bellon. *d. q.* 58. à *n.* 35. *cum seqq.* Et consistunt *in l. necessarios §. fin. ad Syllan. in verbis* ibi; *Adisse hæreditatem:* & in ea ratione, quæ habet fiscum non auferre ab indigno, nisi res jam quæsitas, puta fi ab eo adita jam sit hæreditas per *text. in l. ejus qui* 29. *§. fin. ff. de jure fisc.* & quia, quod applicatur fisco, dicitur pœna indigni *l. sequens in princ. ff. ad Syllan.* Et sic supponit acquisitionem factam; alias enim nulla posset considerari pœna respectu rei, quam indignus non habebat. Deinde quoniam fisco nullum competit jus, nisi indignus vocatus fit: sed qui repudiat hæreditatem, aut non vult mortem defuncti vendicare, non est indignus, quippe indignitas contrahitur ex aditione: ut diximus supra *cap.* 31. *n.* 5. Ergo repudiante hærede, nullum jus fisco competere potest.

38 Deinde: quia is, qui venit ex judicio testatoris præfertur ei qui venit ex dispositione legis *L. ult. Cod. de necess. serv. hared. instit.* ergo substitutus, vel conjunctus, cum veniant ex testatoris judicio & voluntate, fisco præferri debent. Et per hæc fundamenta hanc partem profitetur Angel. *in l. ff. de vulgar. polit. de subst. vulgar. n.*76. Socin. Jun. *cons.* 3. *n.* 16. *volum.* 3. Crassus in *§. substitutio quæst.* 9. *n.* 8. ubi ait opinionem Bartoli esse duram, quamvis communis sit. Et in judicando, & consulendo facile se inclinaturum in partem contrariam, utpote æquiorem, Fachin. *lib.4.c.64.* Petr. Gregor. *syntagm. lib.42. cap.* 14. *n.2.* & *alii*, quos referunt Intrigliol. *de substit. cent.* 1. *quæst.* 33. *n.*8. & 9. Fusar. *d. q.* 50. *n.* 2.

Hac difficultate oppressi Doctores dubitationem 39 fœdere distinctionis componere conati sunt asserentes quod aut institutus repudiavit; antequam efficeretur indignus, & tunc substitutus præferatur fisco: aut repudiavit, postquam indignitatem contraxit, & tunc aut indignitas præcessit ejus culpam. Quo casu, si indignitas respicit personæ privatæ offensam: & præfertur substitutus: ant respicit offensam personæ publicæ, & præfertur fiscus. Ita Sforcia Oddo *in prælud. Compend. p.2. quæst.* 5. *limit.* 5. *per text. in L. si antequam ff. ad Syllan.* Bart. in *l. hæreditas C. de his quib. ut indign. L. si pater, L. nec apud C. de hered. instit.* Alii aliter distinguunt, dicentes quod si indignitas reddit institutum omnino incapacem, admittitur substitutus, vel conjunctus: Si verò eum non reddit omnino incapacem, admittitur fiscus excluso substituto, vel conjuncto Rippa *in L.* 1. *num.* 155. *vers. pro concordia ff. de vulgar.* Verum hanc distinctionem reprobat Bellon. *d. q.* 58. *num.* 42. ex eo quod non est quæstio de incapaci, sed de indigno. Quare Bellon. *ubi supra num.* 43. aliter, & melius distinguit; autumans quod alia est indignitas, quæ non contrahitur, nisi ex aditione hæreditatis; alia vero, quæ procedit ex alia causa. Ex aditione contrahitur illa indignitas, quæ provenit ex Senatus consulto Syllaniano, quo cavetur, ne hæres hæreditatem adeat, antequam non sit habita quæstio de familia, à qua dominus dicitur occisus *l.* 1. *§. quod ad causam L.* 3. *§. non tantum ff. ad Syllan.* Idcirco si hæres prius adierit, efficitur indignus: & ab eo fiscus aufert hæreditatem L. *Marcellus* 3. *§. ult. ff. ad Trebell. L. Senatus consulto §. si filius familias ff. ad Syllan. L. si servus plurimum §. si quit ante ff. de legat.* 1. At vero si non adeat hæreditatem, non efficitur indignus, neque à fisco potest auferri hæreditas *l. necessarios §.* 1. *ff. eod.* Ex aliis autem causis, quas supra enumeravimus, contrahitur indignitas: atque ita si agatur de prima indignitatis specie verior est sententia existimantium repudiante instituto ante indignitatem contractam substitutum amittendum esse, vel conjunctum fisco excluso; quia indignitatis causa non extitit, siquidem ad eam necessario requiritur aditio, quia non Interveniente hæres non sit indignus. Et in his terminis loqui Polit. Zar. Fachin. & alios scribit Bellon. *d. q.58. num.44.* Quam distinctionem fuisse Ripæ *in d. l.* 1. *n.*155. *vers. pro concordia ff. de vulgar.* tradit idem Bellon. *d.q.58. n.43.* Ubi *n.* 45. & *seqq.* contrariæ partis fundamentis satisfacit Fachin. *d. l.* 4. *c.* 64.

Nihilominus tamen prior sententia verior est, & 40 communior, à qua recedendum non est: ut fatetur idem Bellon. *q.* 58. *n.* 7. Quam etiam probant plures relati ab Intrig. *d. q.* 33. *n.* 1. Fusar. *d. quæst.* 50. *n.* 1. Barb. *in d.l. ab hostibus §. fin. n.22.* Quæ procedit etiam indigno ex aliis indignitatis causis; is enim repudiasse præsumitur in fraudem fisci: ut scribunt supra relati *n.*36. Et eam veriorem fatetur Bellon. *proxime n.* 71.

Verum prædicta sententia declaratur primo, ut 41 procedat, quando post contractam indignitatem repu-

repudiatio facta fuit; quia si ante, verius est fiscum non admitti, tamen si postea indignus efficiatur hæres, Paul. de Castr. *in L. Papinianus* 8. §. *meminisse ff. de inoffic. testam. n.* 3. Alciat. *in d. L. ff. de vulgar. num.* 102. Peregrin. *d. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 25. *& tit.* 7. *num.* 11. Bart. *in d. l. si sequens*, Boss. *d. tit. de his quib. ut indign. n.*18. Intrigliol. *d. q* 33. *num.* 11. Fusar. *d. q.* 50. *num.*8. Bellon. *d. quæst.*58. *num.*62. Barbos. *in d.* §. *fin. num.* 22. Secundo declaratur, ut fisco locus non sit, quando indignus non acquisivit hæreditatem, vel rem sibi relictam
42 quoniam non potuit: veluti si vivo testatore decessit, aut pendente conditione, Peregrin. *d. lib.*2. *tit.* 4. *num.* 15. Bellon. *d. capit.* 6. *quæst.* 38. *num.* 14. *cap.* 9. *q.* 1. *num.* 6. *& seqq.* Cum enim indigno hæreditas delata non fuisset, non potuit in fiscum transferre jus, quod non habuit *l. nemo plus* 55. *l. nemo plus commodi* 163. *ff. de regul. jur.* Et idem dicendum est, si post incursam indignitatem indignus decessit, antequam adiret, vel incapax factus est; cum illius morte jus adeundi illi competens sit extinctum *l. unic.* §. *in novissimo C. de caduc. tollen.* Quibus in terminis nihil habet fiscus, quod auferre possit: ut scribunt Paul. & Alexandr. *in l. hæreditas num.* 2. *C. de his quib. ut indign.* Socin. *in l.* 1. *num.* 30. *ff. de vulgar.* Boss. *ubi supra num.* 8. Barbos. *d. num.* 22. *in fin.* Peregrin. *d. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 28. Bellon. *d. quæst.* 58 *num.* 17. *&* 18. Sed intellige, nisi indignus
43 adire distulisset, vel fuisset negligens in adeundo, tunc enim fiet locus fisco, ut auferat ab indigno jus adeundi, Bossius *ubi supra num.* 18. Bellon. *d. q.* 58. *num.* 21. Barbos. *in d.* §. *fin. nu.* 22. non verò ut auferat hæreditatem, quam institutos non adierat. Immo ut si locus fisco, stante dicta mota adeundi non requiritur præcise, quod indignus adeat: ut voluit Bart. *in L. ejus qui delatorem ff. de jure fisc.* quem sequitur Ignæus *in d. l. si sequens num.* 20. Quorum dictum falsum esse docet Barbos. *ubi supra num.* 23. Ubi ait, quod Bartolus supplendus est, ita ut ejus dictum verum sit ad hoc, ut fiscus hæreditatem non auferat, nisi hæres adierit: si vero nolit adire, vel recuset, bene possit fiscus ab eo auferre jus adeundi, Corn. *cons.* 222. *n.* 4. *lib.* 4.

Porrò adverte, quod jus auferendi bona ab hære-
44 de tamquam indigno præscribitur quinquennio contra fiscum *l. in cognitione ff. ad Sylan.* ubi Angel. & Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 37. Noguer. *alleg.* 12. *n.* 141. Et hæc de indignis dixisse satis sit.

CAPUT XXXIV.

De rebus incidentibus in commissum, & de pænarum mulctarumque compendio. Ad Ordin. l. 2. tit. 26. §. 20.

SUMMARIUM.

1 *Res, quæ incidunt in commissum ad jura Regalia pertinent.*

2 *Pænarum, mulctarumque compendia, seu lucra ad jura Regalia pertinent.*

3 *Mulcta, & pæna, sunt fructus jurisdictionis, & pertinent ad Principem, cujus est jurisdictio.*

4 *Commissum quid sit.*

5 *Prohibetur de jure Regio extrahere frumentum, & alias res sub pæna amissionis bonorum, & exilii.*

Item aurum, argentum, & pecunia, sub pæna confiscationis. Ib.

Item, & armenta, & alia animalia, ferrum, & alia, quæ possunt deservire ad bellum, vel ad naves construendas non possunt deferri ad Mauros, neque ad hostes, sive fideles, sive infideles sint: quod si deferantur, incidunt in commissum, & dicuntur de Contrabanda. Ibidem.

6 *In commissum incidunt res, quæ extrahi prohibentur per statutum, seu decretum Principis, vel ejus, qui statuere potest.*

7 *Commissum inducitur, quoties Princeps commercium prohibet cum aliquibus gentibus.*

Princeps ex causa potest prohibere commercium cum certis nationibus. Ib.

8 *In commissum incidunt res, si lege, vel statuto cautum est, ut extrahentes solvant portuum vectigalia, vel gabellas, & non solvuntur.*

9 *Res, quæ incidit in commissum, statim desinit esse fraudantis vectigal, qui dominium amittit, non tamen possessionem, qui non privatur ante sententiam.*

10 *Circa Commissum differunt inter se res licita, & illicita: quia illicita semper incidunt in Commissum, licita verò ob non solutum vectigal.*

Et quando de solutione vectigalis probatio fiat. Ib.

11 *Magister navis debet facere professionem, seu declarationem rerum, quas habet in navi, antequam exeat portu.*

Non tantum magister profiteri debet merces, de quibus vectigal debetur, sed etiam exemptas, aliàs punitur.

12 *Qui de uno Regno ad aliud vult transportare merces, debet intra quinque leucas ab alio Regno evectionem, id est guia, à Regiis officialibus petere; quod si non faciat, & mercator inventus fuerit sine evectione, res incidunt in commissum.*

13 *An, ut commissi pæna locum habeat, necessaria sit realis apprehensio, vel sufficiat probatio. Disputatur. Et distinguit Author, ut ibi.*

14 *Proponitur quæstio: An merces licitæ adsportatæ cum illicitis incidant in commissum? resolvitur cum distinctione.*

15 *Si merces licitæ, & illicitæ ejusdem adsportantis vehuntur in separatis plaustris, vel curribus, aut animalibus, puta licita in uno curru, & illicita in alio, tantum illicita incidunt in commissum, non vero licita.*

16 *Si verò merces licitæ fuerunt alterius non adsportantis, ut dominus sciverit, quod cum illicitis exportantur, tam licitæ, quam illicita incidunt in commissum: Secus si fuerit ignarus.*

17 *Magister navis si sciens in propria navi, vel animalibus, merces illicitas accommodaverit, etiam navis vel animal confiscabitur: Secus si ignarus merces esse illicitas, eas accommodavit.*

Nisi per statutum publicentur navis, vel currus etiam ignorante domino. Ib.

Et quando illi detur actio adversus extrahentem merces illicitas, vel in subsidium contra fiscum. Ibidem.

18 *Si culpa mulionis, vel nautæ res incidunt in commissum, ob non solutum vectigal, quod dominus solvi juberet, res non incidunt in commissum: sed mulio, vel nauta pretium refundit.*

Et quid de famulo, quem dominus præposuit officio mulionis, vel Magistri navis. Ib.

19 *Pro-*

19 *Proponitur quaestio: An statutum prohibens extractionem frumenti, comprehendat etiam farinam: & resolvitur affirmativè.*
Farina dicitur eadem res cum frumento. ib.
20 *Proponitur casus. An quando in civitate certo anni tempore non erat probibita extractio frumenti, & quis emptore licito capit extrahere, & antequam exiret de civitate, vel territorio supervenit probibitio an incurrat in pœnam commissi? Et resolvitur ibi.*
21 *An pœna commissi debeatur in foro animæ ante sententiam, vel ipsum vectigal: Discutitur.*

1 IN hac Ordinatione doo Jura Regalia continentur.
Primum de rebus, qui incidunt in commissum:
Secundum de compendio mulctarum, atque pœnarum. Quod autem commissum sit de Regalibus, probatur ex *tot. tit. ff. & Cod. de public. & vectig.* & observat Solorzan. *de jure Indiar. lib. 4. cap. unic. num. 72.* ubi plures laudat. Et in expresso probat *Ordinat. d. tit. 26.* §. 20. Secundum vero Regale consistit in mulctarum, pœnarumque compendio, id est locro, vel emolumento: ut docuit Lucas de Pæna *in L. 3. circa med. C. de spectac. lib.* Et hoc lucrum, seu commodum compendium appellatur, seu
2 proventas, Paris. de Puteo *in tract. de syndic. verb. proventus n. 5.* & esse de Regalibus probat Fideric. *in cap. unic. quæ sint Regalia in usib. feudor. Ordinat d.* §. 20. Quamvis autem inter mulctam, & pœnam nonnullæ dentur, atque assignentur differentiæ ex *in L. aliud est §. inter mulctam ff. de verbor. signific.* quas congerit Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap.* 8. *à num. 3. cum seqq.* Tamen quoad nostrum institutum appellatione pœnæ continetur etiam mulcta, & utroque fisco applicatur, Montan. *de Regal. verb. mulctarum pœnarumque compendia num.* 1. Sixtin. *d. cap. 8. n.* 8. *n. 73.* Ex eo quod multæ, & pœnæ sunt fructus jurisdictionis secundum Bart. *in L. fin. num. 2. ff. de solut. Matrim.* Bald. *in L.* 1. *num.* 10. *Cod. de fruct. & lit. expens.* Alex. *in l. divortio §. si vir. n.* 10. *ff. solut. Matrim.* Horat. Montan. *d. n.*
3 1. Surd. *cons.* 227. *nu.* 21. Petr. Caball. *resolut. crimin. casu* 267. *n.* 2. Larrea *alleg.* 37. *n.* 12. Sixtin. *d. cap.* 8. *n.* 40. & 41. Tondut. Sanleger. *de prævent.* 2. *p. cap.* 48. *n.* 9. Et sic cum ad Principem pertineat omnis jurisdictio, etiam mulctarum, pœnarumque compendia ad eum spectari debent; maxime cum mulctæ, & pœnæ introductæ sunt ad salutem Reipublicæ, ne delicta impunita manerent *L. ita vulneratus ff. ad l. Aquil. cap. ut fama de sent. excomm.* Sixtin. *d. c.* 8. *num.* 1.

Commissum autem propriè dicitur idem quod de-
4 lictum, ut ex Calepin. & Pandulph. tradit Alfar. *de offic. fiscal. gloss. 20. n. 68.* qui allegat *tex.. in L.* 1. §. *cum urbem ff. de offic. Prætor.* & sumitur pro pœna facti, vel non facti, variisque ex causis committitur: veluti quando res, ut merces prohibentur adsportari, duci, vel abduci à Regno, quæ illicitæ dicuntur, & in commissum cadunt, si exportentur *text. in L. cotem ferro* 11. *L. commissa* 14. *ff. de public. & vectig. L. cum proponas. C. de naut. fænor. L. mercatores C. de commerc. & merc. L. 1. & per tot. C. quæ res export. non poss. L. unic. C. de litor. & itinercustod. lib. 12. L. colonus §. naves ff. locati,* Menoch, *de arbitr. casu* 583. *n.* 1. Thom. Valasc. *alleg.* 62. *n.* 6. & *seqq.*

Ita aqud Nos extrahi prohibentur à Regno absque Regis licentia frumentum, & aliæ res de quibus *Or-*
5 *din. lib. 5. tit.* 112. sub pœna amissionis bonorum, & exilii ad partes Brasiliæ Item extrahi prohibentur aurum, argentum, & pecunia sub pœna confiscationis bonorum ipso jure incurrenda, & mortis naturalis *Ordin. d. lib. 5. tit.* 113. & sub eadem pœna amissionis bonorum prohibentur extrahi armenta, oves, & alia animalia, de quibus *Ordinat. d. lib. 5. tit.* 115. Deinde deferri prohibentur ad Sarracenos arma, ferrum; & alia, quæ deservire possunt ad bellum, vel ad naves construendas, item vinum, triticum, & oleum, & alia de quibus *Ordinat. d. lib. 5. tit.* 109. *in princip. & §. fin.* Quarum rerum transportatio ad Moros prohibetur etiam, in bulla Cænæ Domini *cap.* 7. Soarez *de censur tom. 5. disp. 21. à n.* 51. Thom. Valasc. *d. disp. 62. n.* 18. Et rursus prohibentur adsportari ad hostes arma ferrum, & alia, de quibus supra, sive sint fideles, sive infideles, dum cum illis bellum gerimus *d. L. cotem ferro in princ. & §. Dominus. & §. illicitarum. d. L. 1. C. quæ res expport. non poss.* L. 2. *C. de commerc. mercat.* Novar. *in pragm. de extract. collect. 3. per tot.* Peregrin. *de in jure fisc. lib. 6. tit. 5. n. 28. & 29.* Guazin. *de confisc. conclus. 13. ampliat. 81. n. 6.* à Seraphin. Massin. *eod. tract. quæst. 26. n. 3.* Thom. Valasc. *d. alleg.* 62. *cum 6. & seqq. & n.* 15. Quæ res incidunt in commissum, & appellantur *de contrabendo:* & de earum materia satis elegantem edidi tractatum D. Petr. Gonçal. de Salzedo. apud quem omnia invenire potes.

Similiter res incidunt in commissum, quando il- 6
larum extractio prohibetur per statutum, seu decretum Principis particulare. vel ejus qui statuere potest, L. *usurpationem 9. Cod. de vectig & commiss.* Covarr. *in reg. peccatum p.* 1. §. *in princip.* Peregrin. *d. lib. 6. tit. 5. n. 29.* Gutier. *de gabell. quæst.* 1. *n.* 11. plures alii laudati ob Aug. Barbos. *in L. ex præstatione n. 3. C. de vectig.* quibus addo Seraphin. Massin. *q.* 26. *n.* 1. Et generaliter commissum inducitur,
quoties Princeps commercium prohibet cum ali- 7.
quibus gentibus; quod quidem ex causa facere potest. Ita ut in Regnis suis negotiari nequeant, neque merces exteras adducant, vel nostras extrahant per *text. in L. Divus ff. de servit. rust. præd. L. sicut. §. Aristo ff. si servit. vendic. L. moris §. 1. ff. de pœn. cap. venditionis, cap. fraternitatem 54. dist.* Matienç. *in L. 1. tit. 12. lib. 5. Recop. gloss. 1. in fin.* Straca *de mercat. 2. p. n.* 35. Mastrill. *de Magister. lib. 4. cap. 18. n. 72.* Vallenz. *cons. 39. n. 2.* bonus *text. in L. sed si pupillus* 11. §. *item si cum plures ff. de instiuor action.* ibi: *Nam & certam personam possumus probibero contrabero, vel certum genus hominum, vel negotiatorum, & certis hominibus permittero.* Denique
res incidunt in commissum, si lege, vel statuto ita 8
cautum sit contra eos qui portuum vectigalia non solvunt, aut gabellas contractuum: aut vectionis extractionis mercium etiam licitarum de uno Regno in aliud L. *commissa, L. fin. ff. de public. & vectig. glos. L. 1. Cod. eod.* Vvesembeq. *in paratil. ad tit. de public. & vectigal. n* 4. *in fin.*

Et est notandum, quod res, quæ incidit in co- 9
missum, statim desinit esse fraudantis vectigal, qui dominum ipso jore amittit. Probat *text. in d. L. commissa ff. de publican.* & tradunt Salicet. *in L. neque, n. 1. Cod. de vectig.* Ripa *de peste tit. de remed. ad conserv. libert. n.* 104. Roland. *d. cons.* 42. *n.* 1. & 5. *lib.* 3. & plures alii laudati à Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 6. n.* 170. Salzedo *de contraband. cap.* 24. *n.* 6. Non tamen amittit possessionem: quidquid enim dicae Consult. *in d. L. commissa.* circa dominium de possessione nihil dicit: quoniam illa privari non potest possessor ante sententiam *cap. querelam de elect. cap. significante de appell.* ubi Abb. *n.* 3. Bart. *in d. L. commissa n. 1. vers. licet autem,* Bertachin. *de gabell. p. 9. n.* 6. Andr. Gail. *lib. 2. observat.* 51. *n.* 5. Puteos *lib. 1. decis.* 219. *n.* 3. Valenz. *cons.* 52. *n.* 75. optime Sixtin. *d. cap. 6. n.* 171.

Sed est facienda differentia inter res licitas, &
illicitas, quæ exportantur: illicita namque semper, 10
& omni casu incidunt in commissum; licitæ verò

tunc

tunc incidunt in commissum ob non solutum vectigal, quando lege, vel statuto ita cautum est: solent enim per statutum imponi aliæ pœnæ; scilicet dupli, aut quadrupli vectigalis quod solutum non fuit: ut apud Castellanos probat *L. 7. tit. 11. l. 6. Recop.* quam explicat Alfar. *de offic. fiscal. gloss.* 20. *n.* 69. *&* 70. ut procedat de vectigali tantum non soluto. Si autem fraus fiat, quia in possessione, quæ apud Nos dicitur *despacho* & in castella *falta de registro*, res cadit in commissum *L. interdum* 16. §. *eidem, ff. de public. & vectig.* Est autem professio, quædam
11 declaratio, quam magister navis facere debet, antequam exeat portum *L. unic. C. de littor, & itiner. custod. l.* 12. ubi Lucas de Pœna, & Straca *de mercatur. de navib. 2.p. in fin.* Debet enim magister navis in basilica Regia profiteri, & confiteri quas, & quales merces in navi deferendas habet, argum. *text. in L. cum dominus* 19. *ff. de pecul. legat.* ita ut non solùm profitendæ sint merces, ex quibus vectigal debetur, sed etiam bona exempta *d. L. interdum* §. *Divus ff. de public.* & prosequitur optime Alfar. *d. gloss.* 20. *n.* 70. Et eandem professionem facere debent in basilicis Regiis, qui terra merces licitas extrahunt de hoc Regno ad aliud, qui si non fuerint professi, vel falso diplomate, *id* est *despachoo*, usi fuerunt, non solum res incidunt in commissum, sed etiam punientur criminaliter juxta *text. in L. eos* 27. §. *qui se ff. ad L. Cornel. de fals.* ibi: *Vel falso diplomate vias commeavit:* faciunt *text. in L. continuus* 137. §. *cum ita*, ibi: *Diplomate usus: ff de verbor. obligat* L. *ult.* §. 1. *& penult. ff. de munerib. & honorib. L. 2. C. de commeat.* Bart. Platea, Lucas de Pæna, & Rebuff. *in L. Pathippum C. de curs. public. l.* 12. Osvald. Farinac. Petr. Caball. & Theodor Hoeping. quos refert, & sequitur Gonçal. de Salzed. *de contraband. p.* 74. *v.* 30. Solorzan. *de jure indiar. tom.*
12 2. *l.* 1. *c.* 12. *n.* 12. Immo qui mercea terrâ ad aliud Regnum transportare vult, intra quinque leucas ab alio Regno, evectionem petere debet a Regiis officialibus, quæ apud nos dicitur *guia*, & apod alios *passeporte*, L. 2. *C. de curios lib.* 12. *d. L. Pathippum*, *&* L. *judicibus C. de curs. public. l.* 12. optime Gonçal. de Salzed. *fol.* 67. *n.* 41. 42. *&* 43. In qua evectione declarantur merces, quæ exportantur; cum quibus si mercator inventus fuerit sine evectione extra viam publicam, & consuetam; vel de nocte, & loco suspecto, si constat de animo transferendi, in amissione mercium puniendus venit, Jul. Clar. §. *fin. q.* 82. *in statuto* 7. *de blado n.* 8. Ignat. del Villat. *respons. jur. l.* 1. *respons.* 5. *nu.* 68. Gutierr. *pract. l.* 4. *q* 3. Giurb. *cons.* 16. *nu.* 19. *&* 22. & facit *text. in L. quia nonumquam, Cod quæ res vendi non poss.* Ubi probatur, quod ille, qui juxta maria littus frumentum vendidit, præsumitur, quod illud vendidit hostibus. Et notant ibi Alberic. & Bald. Boer. *dec.* 178. *nu.* 32. Salzed. *de contrab. c.* 18. *nu.* 9. Qui per totum caput bene examinat, an, & quando merces, quæ extrahuntur à Regno, incidant in commissum ex defectu evectionis, quando inveniuntur circa fines Regni, & quando illicita incidunt in commissum, simulatque introducuntur in Regnum.

13 An autem, ut pœna commissi locum habeat, necessaria sit realis apprehensio, vel sufficiat probatio, quod merces illicitæ fuerunt introductæ in Regnum vel exportatæ extra Regnum, aut ad hostes, vel infideles? Videndi sunt Peguera *dec.* 55. *per totam*, Bart. *in L. si Barsatoram C. de fidejuss.* Decian. *in tract. crimin. l.* 8. *c.* 4. *n.* 5. Scaccia *de judic. l.* 1. *c.* 78. *an.* 2. Guazin. *de defens. reor. defens.* 5. *c.* 8. *à n.* 1. *& c.* 9. *à n.* 4. Menoch. *de arbitr. casu* 394. *n.* 84. Anton. Gomez *in L.* 45. *Tauri n.* 48. Gama *dec.* 172. ubi Flores de Mena, Capyc. Latro *dec.* 78. *à n.* 1. ubi Michael Angel. Gizzi *n.* 1. Sanfelic. *dec.* 43. *à nu.* 1. & novissimè Gonçal. de Salzed. *de contrab. c.* 5. *à n.* 12. *cum seq.* Qui contra Bartoli opinionem late invehitur, & solam probationem sufficere tenet, quamvis deficiat apprehensio. At verò Valenz *cons.* 32. *nu.* 40. in praxi observari testatur apprehensionem necessariam esse, In qua dubitatione semper habui pro certo verba legis vel statuti esse attendenda. Ita ut si in eo prohibitum sit exportari merces extra Regnum, vel in illud introduci, simpliciter nulla requiratur apprehensio, sufficiatque probatio præsertim quando lege cavetur, quod contra extrahentes per inquisitionem procedatur; ut in terminis *Ordin. l.* 5. *tit.* 11. §. 25. Attamen si lex disposuerit contra extrahentea inventos cum mercibus, tunc necessaria sit apprehensio, & non sufficiat probatio: ut in terminis docet Peguera *d. decis.* 55. *nu.* 3.

Ex dictis infertur ad quæstionem, An merces licitæ adsportatæ cum illicitis incidant in commissum? 14
In qua quæstione contrariæ reperiuntur doctorum opiniones. Alii enim docent merces licitas, & illicitas simul confiscari, alii verò illicitas tantum esse confiscandas tradunt: ut videre est apud Nicol Boer. *dec.* 178. *num.* 22. 25. *& seqq.* Farinac. *quæst.* 173. *num.* 35. Bobad. *in sua Polit.* 2. *tom. l.* 4. *c.* 5. *num.* 22. Straca *de mercat. p.* 4. *n.* 28. Gutierr. *pract. l.* 4. *quæst.* 40. *nu.* 8. Azeved. *in L.* 25. *nu.* 18. *&* 19. *tit.* 16. *l.* 6. *Recop.* Sed pro faciliori resolutione distinguendum puto inter casum, quo merces tam licitæ, quam prohibitæ sunt adsportantis, & inter eum, quo merces licitæ sunt alterius, non adsportantis. Et primo casu si contra exportantem apposita fit pœna mortis, & confiscationis omnium bonorum, tam licitæ, quàm illicitæ cofiscantur juxta doctrinam Bart. *in L. cotem ferro* §. *dominus num.* 1. *ff. de public. & vectig.* Additio ad Guid. Pap. *decis.* 572. *litt. P.* Bertachin. *de gabell. p.* 9. *nu.* 13. Salicet. *in L. cum proponas n.* 3. *vers. aut tam licita. quàm illicita C. de naut. fænor.* Gutierr. *d. q.* 4. *n.* 9. *vers. tertio limitari potest*, Sixtin. *de Regal. l.* 2. *c.* 6. *num.* 122. Seraphin, *de confisc. q.* 26. *n.* 7. Trentacinq. *lib.* 1. *variar tit. de jur. fisc. resolut.* 3. *vers. secundus casus est quando tam licita.* Si verò pæna confiscationis bonorum non est imposita, & merces licitæ exportantis commixtæ sunt cum aliis ejusdem exportantis illicitis, & prohibitis, omnes subjacent confiscationis pœnæ, Boerius *d. dec.* 178. *n.* 24. *&* 25. Personal. *de gabell. n.* 145. Guazin. *de confiscat concl.* 13. *ampliat.* 81. *n.* 3. Massin. *eod. tract. q.* 26. *n.* 4. Clarus *l.* 5. §. *fin. q.* 82. *statut.* 7. *n.* 9. Peregrin. *de jure fisc. l.* 6. *tit.* 5. *n.* 30. Azeved, *in d. L.* 25. *n.* 26. Gutierr. *d. q.* 40. *n.* 9. *ibi. & n.* 26. Quoties res licitæ, & illicitæ inseparabiles sunt, ut frumentum, & aliæ merces commixtæ, quia tunc omnes confiscantur.

Attamen si merces licitæ ejusdem adsportantis ve- 15
huntur in uno curru, seu plaustro, & illicitæ in alio, aut in diversis belluis, & animalibus, ita quod patiantur separationem, illicitæ tantum merces incidunt in commissum, non licitæ. Ita Salicet. qui pulchre distinguit *in d. L. cum proponas n.* 3. *vers. aut licita & illicita*: sequitur Jul. Clar. *in d.* §. *fin. q.* 82. *stat.* 7. *n.* 9. Et hæc est communis opinio modernorum æquissima; & receptissima, Bobad. *d. c.* 5. *n.* 22. Peregr. *d. nu.* 30. ibi: *Mihi autem placet perutilis distinctio Saliceti.* Joann. de Hevia Bolan. *in labir. commerc. l.* 3. *c.* 10. *n.* 3. *&* 4. Rodericus Soarez *alleg.* 18. *nu.* 6. Avilez *in c.* 52. *Prætor. gloss. en la tierra n.* 1. Gutierr. *d. l.* 4. *quæst.* 40. *n.* 9. Qui ait hanc opinionem tamquam mitiorem servari in pratica, August. Barb. *in d. L. cum proponas n.* 13. Paul. Xamar. *de offic. Judic.* 1. *p. q.* 1. *n.* 16. Massin. *de confiscat. q.* 26. *n.* 8. Alexandr. Trentacinq. *de resolut.* 3. *vers. primus est quando licita, & illicita separatim.*

Secundo

16 Secundo autem casu quando merces licitæ non erant adsportantis, sed alterius, etiam distinguendum est, An dominus fuerit sciens, & consensit, quod merces suæ licitæ exportarentur cum illicitis adsportantis, secundo verò non: ut optimè Boer. *dec.*178. *num.*25. Guid. Pap. *de dec.*572. *num.*1. *vers. sed hoc verum*, Sixtin. *d. capit.* 6. *num.* 123. Et in hunc modum reducenda sunt, quæ satis ingeniosè tradit Gonçal. de Salzed. *de contrab. capit.* 15. Qui quamvis antiquorum sententiam probet in rebus illicitis ex contranbando: id tamen ex schedularum, & decretorum Regis serie magis ac magis confirmat.

17 Ex quibus infertur, quod siquis in propria navi, curru, vel animalibus merces illicitas sciens accommodaverit, confiscabuntur etiam navis, currus, & animalia per *text. in d. L. cotem ferro* §. *dominus*, Straca *de mercat.* 4. *p. n.*28. Anton. Sola *ad Constit. Sabaud. in rubr. de edict. annon. gloss.*10. *n.*9. Gutierr. *pract. lib.*4. *q.*41. *n* 2. Bovad. *lib.*4. *cap.*5. *n.*31. Curia Philippic. *lib* 3. *cap.* 10. *n.* 9. Cujus contrarium dicendum est, si dominus navis curruum, aut animalium ignorans merces esse illicitas eas accommodavit; quia tunc non confiscantur navis, currus, & animalia *d. L. cotem ferro* §. *dominus vers. quod si absente ubi gloss. ultim.* & Bart. DD. in *L. jubemus C. de navib. non excus. lib.*11. Boer. *dec.*178. n. 28. Joseph. Ludovic. *dec.* 31. *n.*7. Personnal. *de gabell.* n. 147. Anton. Sola *ubi supra gloss.*4. *n.*9. Gaspar. Thes. *lib.*1. *forens. q.* 51. Massin. *d. q.*26. *n.*15. Cabed. 2. *p. dec.*62. *num. fin.* latissimè Salzedo *de contrab. cap.* 16. Ubi prædictam distinctionem confirmat: & eam limitat, ut non procedat casu, quo per statutum etiam ignorante domino publicantur navis, currus, & animalia, Boer. *dec.* 178. *n.* 28. Gutier *d. quæst.* 41. *n.* 3. & post laudatos à Salzed. *d. cap* 15. n. 19. addo Trentacinq. *de resol.*3. *vers. primus est, quando licita sunt alterius*, Seraphin. Massin. *d. quæst.* 26. *n.* 16. & eo casu, quo ex statuto publicantur naves, & animalia, datur actio domino navis, vel animalium adversus extrahentem res illicitas, & in subsidium si solvendo non fuerit, subvenitur domino per restitutionem in integrum adversus fiscum, ne navis aut animalia Publicentur: ut præter Bovad. Mexia, & Ignat. del Villar, quos citat Salzed. *d. cap.* 15. *n.* 20 tradunt Fontan. *dec.* 535. *n.* 10. & 11. Massin. *d. quæst.* 26. *num.* 17. Gaspar. Thesaur. *forens. p.* 1. *q.* 52. *num.* 3. Sed contra hanc resolutionem, quatenus concedit actionem contra fiscum in subsidium, insurgit Salzed. *d. cap.* 15. *n.* 21. & *seqq.* Super quo cogita quia prædictam resolutionem tenuit Innocent. *in rubr. de consuet.* & esse notandum tradunt Roman. & Imol. in *d. L. cotem ferro* §. *dominus*. Alex. Trentacinq. *d. resol.* 3. *vers. primus est*, quando licita sunt alterius.

18 Quod si culpa mulionis, vel naturæ res incidunt in commissum ob vectigale non solutum, cum domino solvi juberet, res ipsæ publicari non debent; sed multo, vel naturæ præstare debent pretium fisco juxta doctrinam Bart. *in L.*2. ubi Additio *litt. B. C. de navib. non excus. lib.*11. Ferret. *de gabell. n.*243. & 294. Tusc. *litt. G. conclus.* 14. & *litt. V. conclus.* 34. Afflict. *in cap. unic. quæ sint Regaliæ verb. vectigalia n.* 171. Massin. *d. q.* 26. *n.* 18. & 19. Thesaur. *forens. d. q.*52. *n.*1. 2. & 3. Rosentald. *de feud. cap.* 5. *conclus.* 39. Salzed. *de contrab. cap.* 25. *n.* 1. 2. & 3. Ubi, & *seqq.* agit de famulo, quem dominus præposuit officio mulionis vel magistri, navis, qui merces prohibitas exportavit, ad cujus factum dominus tenetur ex *tot. tit. ff. de instit. action.* Bovad. *lib.* 4. *capit.* 5. *num.* 33. Salzed. *d. cap.* 25. *num.* 6. Gutier. *d. quæst.* 41. *n.* 5. *vers. sed si famulus*, Gironda *de gabell. p.* 12. *n.* 16. & cum Bart. Cassan.

Cæpol. & aliis Paul. Xamar. *d.* 11. *n.* 103.

Quæro deinde: An statutum prohibens extractionem frumenti comprehendat etiam farinam? In qua quæstione pro parte negativa facit, quod appellatione frumenti regulariter non venit farina, Menoch. *libr.* 4. *præsumpt.* 151. *n.* 4. Gratian. *dec.* 184. n. 5. & 6. Et sic in legato frumenti non venit farina, Menoch. *d. præsumpt.* 151. *n.* 4. Hermos. *in L.* 2. *tit.* 1. *partit.* 5. *gloss.* 3. *n.* 11. Nihilominus tamen verius est statutum etiam comprebendere farinam; ut scribunt Marant. *de ordin. judic.* 2. *p. princip. n.* 20. Menoch. *d. præsumpt.* 151. *n.*7. Surd. *decis.* 139. *n.* 6. Gratian. *dec.* 184. *n.* 9. & 10. Hermos. *d. gloss.* 3. *n.* 3. Tondut. Sanleger. *resol. civil. cap.* 150. *n.* 6. & 7. Capyc. Latro *consul.* 157. Namque farina dicitur eadem res cum frumento, licet substantia si mutatæ, Surd. *d. dec.* 139. *n.* 5. Hermos. *d. gloss.* 3. *n.* 14. & 15. Et diximus 1. *tom.* 2. *p. cap.* 10. n. 70. Alphons. Narbon. *ad leg. Recopil. in L.* 14. *gloss.* 1. *n.* 41. *lib.* 6. *tit.* 2. Bovad. *lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 23. Clarus *in* §. *fin. quæst.* 82. *statim.* 7. *vers. præterea quæro*, Paul. Xamar. *d. quæst.* 11. n. 77. 19

Neque obstat fundamentum in contrarium adductum: quia respondetur in casu prohibitionis, de quo agimus, non verborum sonum, sed effectum esse attendendum; & cum prohibitio extractionis frumenti ideo fiat, ne annona carior reddatur, & ne cives fame pereant; vel ut non transportetur ad hostes, eadem prohibitionis ratio datur in farina, ac in tritico: & ideo eadem debet dari dispositio *L. illud* 40. *cum similib. ff. ad L. Aquill.* Unde nil mirum, quod prohibita extractione frumenti, etiam farinæ extractio prohibita dicatur. Ita Hermos. *in d. gloss.* 3. *n.* 10. Nostra autem *Ordinatio lib.* 5. *tit.* 112. *in princip.* ut omnem omnino dubitationem tolleret, expressè prohibuit extractionem tritici, & farinæ ad aliud Regnum ibi: *Trigo, farinha, cevada, milho, nem outro paon de quelquer natureza que for.*

Sed pone, quod certo anni tempore non erat prohibita in civitate extractio frumenti, & tempore licito qui cæpit extrahere, & antequam exiret à civitate, vel territorio, supervenit prohibitio, An tunc incurrat pœnam; Hanc quæstionem disputat ad partes Cyriac. *controv.* 418. Ubi à *n.* 24. *cum seqq.* distinguit inter prohibitionem à jure impositam, vel à statuto; antequam qui inchoaverit iter, & inter prohibitionem, quæ supervenit post inchoatum. Primo casu non est dubium extrahentem incidere in pœnam; quia in fraudem legis cepit iter: secundo verò is, qui tempore licito inchoavit extractionem, & iter, potest illud perficere absque metu pœnæ *cap. gratum* 20. *de offic. deleg. cap. proposuisti* 19. *de for. compet.* Ubi initium licitum, & præventio prævalet executioni, & fini prohibitio *L. Cæsar* 13. *ff. de public. & vectig.* exornat hanc opinionem Cyriac. *d. controv.* 418. *n.* 24. 25. & *seqq.* & allegat pro ea Ancarran. Joann. Andr. Cardinal. Anton. de Butrio Bajard. ad Clar. §. *fin. q.* 82. *n.* 89. Et *n.* 43. docet hanc sententiam melius, si is qui incepit extrahere, damnum passurus erat, si non extraheret argum. *text.* in *L. si mandassem ff. mand. L. si pecuniam* 5. *in princ. ff. condict. caus. data.* Tandem concludit Cyriac. *n.* 53. & 55. quod iste, qui incepit extrahere, & inchoavit iter, saltem excusatur à pœna. Et quidem supra dicta benè procedunt quando per statutum civitatis prohibitio extrahendi frumenti supervenit post inchoatum iter, non verò quando extrahens frumentum iter incepit, ut illud exportaret extra Regnum contra dispositionem *Ordin. d. lib.* 5. *tit.* 112. tunc enim incidit in commissum, & pœnas prædictæ Ordinationis.

De materia commissi circa plures alias quæstiones videndi sunt, Bovad. *d. lib.*4. *cap.*5. Gutierr. *d. L.*4. *q.*42.

q. 42. & *seqq.* Seraphin. Maffin. *de confiscat. q.* 26. Paul. Xamar. *de offic. Judic.* 1. *p. q.* 11. & latissimè Salzed. *de contrab.* Narbon. *ad leg. Reg. lib.* 6. *tit.* 2. & *tit.* 17. Ignat. de Villar *in Sylva respons. lib.*1. *resp.* 5. Denique nota neminem teneri in foro conscientiæ, ad pœnam vectigalia non soluti ante sententiam; ipsum verò vectigal si sit justum, solvere tenetur in foro animæ, Gutierr. *Canonic. lib.* 2. *cap.* 20. *n.*12 Cancer. *p.*3. *cap.*11. *n.*40. Gironda *de gabell. p.* 12. *n.* 6. *cum seqq.* & *n.* 11. Less. *de just. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 8. *n.*56. plures refert Solorz. *tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 79. & sequitur Paul. Xamar. *d.quæst.* 11. *n.*63. & *seqq.* Ubi *n.* 68. tradit vectigal non peti tum, in conscientia quem solvere non teneri, dummodo fraus, & dolus absit: & cum multis Joann. Bapt. Fragos. *de regim. Reip. tom.*1. *lib.* 3. *disp.*8. *n.* 36. & *seqq.*. Et pœnam commissi peti non posse ultra quinquennium, probat *text. in L. neque commissum C. de vectig. & commiss.* Anton. Gomez. *var. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 81. & plures, quos refert Salzed. *de contrab. cap.*27. *n.*2. quibus addo Valenz. *cons.*39. *n.*49.



CAPUT XXXV.

De bonis contrahentium incestuosas nuptias. Ad interpretationem. Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 22. & lib. 5. tit. 17.

SUMMARIUM.

1 *Bona contrahentium incestuosas nuptias publicantur, & applicantur fisco.*

2 *Prædicta bona sunt de Regalibus, & confiscantur ipso jure.*

3 *Nuptiæ incestuosæ sunt, quæ prohibentur ratione sanguinis inter consanguineos, & quare dicantur incestuosæ.*

4 *Cestus veneris erat singulum, quo contrahentes novas nuptias utebantur causa honestatis.*

5 *Incestus duplex est, juris gentium, vel juris Civilis. Et quomodo uno vel altero jure committatur.*

6 *Pœna confiscationis restringitur ad contrahentes incestuosas nuptias cum ascendentibus, vel descendentibus, in infinitum: & ad cognatos, vel affines intra secundum gradum computandum secundum jus Canonicum.*

7 *Contrahentes incestuosas nuptias privantur dominio bonorum à die nuptiarum: Et non requiritur sententia condemnatoria, sed declaratoria tantum.*

8 *Ante sententiam declaratoriam pœna exequi non potest.*

Ad prædictam sententiam facti declaratoriam necessaria est patris citatio, & ab ea potest appellari. Ibidem.

9 *Contrahentes incestuosas nuptias non possunt bona sua alienare.*

Pœna amissionis bonorum peti potest ab herede post mortem contrahentis incestuosas nuptias quamvis lis non fuisset contestata cum defuncto. Ib.

10 *Fructus bonorum à die incesti commissi pertinent ad fiscum.*

Fructus sequuntur dominum. Ib.

11 *Nuptiæ incestuosæ, seu Matrimonium inter prohibitos est omnino nullum, & contrahentes non dicuntur vir, & uxor.*

Dos, & donatio propter nuptias sunt nullius momenti, & contrahentes scienter illis privantur. Ib.

12 *Refertur casus, qui evenit circa monialem quæ metu professionem emisit. Et an possit recuperare dotem?*

13 *De Matrimonio carnali ad spirituale valet argumentum, & idem judicatur de uno quod de alio.*

14 *Contrahentes incestuosas nuptias scienter privantur dote, & donationibus factis contemplatione Matrimonii.*

15 *Donatio facta à viro sciente impedimentum, remanet apud uxorem ignorantem: & nulla datur repetitio, neque fisco applicatur.*

16 *Idem quod disponitur in legato casu præcedenti habent locum in donatione: secundùm veriorem opinionem.*

Valet argumentum de contractibus ad ultimas voluntates, & è converso. Ibid.

17 *Professio Religionis facta per metum nulla est.*

18 *Inter Matrimonium carnale, & spirituale multa dantur differentia.*

Qui vult argumentari de Matrimonio carnali ad spirituale debet probare similitudinem. Ib.

Matrimonium spirituale non comprehenditur in statuto loquente de Matrimonio carnali. Ib.

19 *Pœnas non licet extendere de uno casu ad alium, neque à certa legis pœna recedendum est.*

Pœnas legis Judex excedere nequit. Ib.

20 *Delictum non consideratur in profitente Religionem nulliter, & per metum.*

Culpa ubi non est, non potest habere locum pœna. Ib.

21 *Matrimonium contractum per metum nullum est ipso jure.*

Idem in professione per metum extorta. Ib.

22 *Pœna non habet locum, nisi in casibus, in quibus à jure expressè imponitur.*

23 *Pœna privationis dotis non reperitur imposita ei, qui metum intulit mulieri, ut profiteretur in Religione.*

24 *Pacta dotalia servanda sunt, dummodo non sint legibus contraria.*

25 *Omne quod respicit privationem, adjectum censetur nomine pœnæ, quamvis non declaretur.*

26 *Pœna apposita in sponsalibus, neque valet, neque peti potest.*

Amplia etiam, quando apponitur à parentibus. Ib.

27 *Conditio semel debet impleri, quamvis implementum non duret.*

Et sufficit de facto impleri. Ib.

28 *Professio, quæ fuit nulla declarata per sententiam, perinde habetur, ac si numquam facta fuisset.*

Egredientibus è monasterio ante professionem omnia restituenda sunt: Et idem dicendum, si professio nulla fuerit judicata. Ib.

29 *Si Matrimonium nullum fuit judicatum propter impedimentum, quod contrahentes ignorabant, data hinc inde restituuntur.*

Refertur sententia Senatus in hac causa. Ib.

30 *Pœna confiscationis imposita contrahentibus incestuosas nuptias procedit, quando contrahentes filios legitimos non habuerint, non verò extantibus filiis ex alio Matrimonio.*

Filii legitimi egrediuntur potestatem patris contrahentis incestuosas nuptias. Ib.

31 *Filii ex incestu procreati nihil capere possunt ex bonis parentum, etiam causa alimentorum de jure Civili.*

32 *Alimenta de jure Canonico debentur etiam spuriis, & incestuosis: quod etiam servatur in foro Civili.*

33 *Alimenta debentur unicuique, ex quo natus est & necare videtur, qui non nutriit.*

34 *Filii ex incestu egrediuntur patriam potestatem.*

35 *Confiscationis pœna imposita contrahentibus incestuosas nuptias an locum habeat in committentibus incestum sine Matrimonio? Contraria sunt* opinio-

opiniones de jure Communi. Sed de jure Regio affirmativè respondetur quando incestus datur inter ascendentes, & descendentes, vel collaterales intra secundum gradum.

36 *Incestus transversalium extra secundum gradum non punitur pœna confiscationis.*

37 *De jure communi circa pœnam corporalem incestus, variæ sunt opiniones.*

38 *De jure Regio pœna incestus inter ascendentes & descendentes est ultimi supplicii cum flammarum exustione, incestus vero cum sorore, nuru, aut noverca punitur pœna mortis.*

Incestus collateralium extra secundum gradum punitur pœna relegationis. Ib.

39 *Confirmatur dispositio Ordinationis circa prædictas pœnas.*

40 *Coitus cum incestu in figura matrimonii leviori pœna punitur.*

Et declaratur Ordinat. lib. 5. tit. 17.

Incestus etiam in figura matrimonii cum ascendente, vel descendente: sorore, nuru, aut socru, punitur incestus. Ib.

41 *Pœnæ incestuosarum nuptiarum non habent locum in contrahentibus sponsalia de futuro.*

42 *Ut contrahentes incestuosas nuptias pœnis impositis puniantur requiritur, quod Matrimonium carnali copula sit consummatum.*

43 *Contrahentes incestuosas nuptias excusantur à pœnis, si ante copulam pœnitentia ducti recesserunt.*

44 *Minores contrahentes incestuosas nuptias excusantur à pœnis, si majores facti ab illis recesserunt.*

45 *Ignorantia ex errore probabili, atque justo, excusat à pœnis incestuosarum nuptiarum, præsertim si ignorantia fuerit facti.*

46 *Idem dicendum de ignorantia juris.*

47 *Ignorantiæ juris, ut prosit debet esse justa: & probabilis, non crassa, aut supina.*

48 *Quamvis mulier propter ignorantiam juris excusetur à pœna incestus: tamen non excusatur, si incestus fuerit de jure gentium.*

49 *Juris ignorantia excusat, quando Matrimonium in gradu prohibito palam contrahitur: Secus si clam: quia neque ignorantia juris Civilis excusat.*

Dolus præsumitur in contrahente Matrimonium clam, & sic ignorantia ab allegante probanda est. Ibid.

50 *Intellige dicta de juris ignorantia, ut procedat in fœminis respectu incestus juris Civilis.*

Ignorantia juris Civilis regulariter excusat mulierem, maximè, quando agitur de damno vitando. Ibid.

51 *Dubitatur, an juris ignorantia excuset masculum à pœnis incestus!*

52 *Juris ignorantia regulariter non excusat.*

53 *Pœnæ incestuosarum nuptiarum tantum habent locum, quando dolosè, & scienter nuptiæ contractæ sunt: & qualibet ignorantia excusat, etiam si ignorantia proveniat ex crassa vel lata culpa.*

54 *Intellige, nisi ignorantia non sit tam crassa, ut temerarium sit ignorare.*

Error supinus non prodest ignoranti, vel si proveniat ex levi causa. Ibid.

Ignorantia affectata habetur pro scientia. Ibid.

55 *Ignorantia & error contrahentium incestuosas nuptias, ut excuset, acerrimus esse debet.*

Ignorantia injusta, & non probabilis, non excusat à pœnis incestuosarum nuptiarum: sive ignorantia sit facti, sive juris Ibid.

56 *Ignorantia juris etiam in maribus excusat, quando jus adeo est dubium, ut etiam consulendo peritiores, non possit haberi certa notitia; & mares peritiores consuluerunt.*

57 *Ignorantia, quod sit probabilis, non præsumitur, nisi concurrentibus conjecturis: & quo sint istæ.*

58 *An ignorantia facti præsumatur, sicut præsumitur ignorantia juris.*

Variæ sunt opiniones quæ recensetur. Et author sequitur opinionem arbitrio Judicis esse relinquendum. Ib.

59 *Pœnæ incestuosarum nuptiarum non fuerunt sublatæ per* Authent. bona damnator. C. de bon. proscript.

60 *Crimen incestuosarum nuptiarum, an sit Ecclesiasticum, vel mixtum? Discutitur: & esse mixti fori declaratur.*

61 *Incestus est duplex: alius, qui committitur cum persona, cum qua matrimonium contrahi non potest propter impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis: alius qui committitur cum qua Matrimonium contrahi non potest, ratione cognationis spiritualis, vel compaternitatis. In primo membro incestus est mixti fori in secundo Ecclesiasticus.*

62 *Causa spiritualis pertinet privativè ad Ecclesiasticum.*

63 *Laicus non potest cognoscere etiam incidenter de quæstione Matrimonii, quando consistit in jure.*

64 *Laicus cognoscit de quæstione Matrimonii, quando consistit in facto.*

Incidenter potest cognoscere de quæstione juris, si de illa notoriè constiterit. Ibid.

65 *Judex sæcularis non cognoscit de causa incestus cum cognata spirituali, quia pertinet ad Ecclesiasticum privativè.*

Limita, si cum incestu sit admixtum crimen stupri vel adulterii, quia tunc cognoscit sæcularis. Ib.

66 *Incestum committit, qui cognoscit monialem, & iste quatuor crimina committere dicitur.*

67 *Cognoscens monialem punitur pœna mortis de jure Regio, & Civili atque Judex laicus procedit, quando sæcularis delictum commisit.*

68 *Pater potest exhæredare filium qui commisit incestum cum propria noverca, vel patris concubina.*

BOna contrahentium incestuosas nuptias publicari, & fiscu esse applicanda, probat *Ordinat. lib. 2. tit. 26. §. 22.* quod idem disponit *text. in Authent. incestas C. de incest. nupt. cap. unic. tit. quæ sint Regalia,* Rudet. Suarez *in tit. de las ganancias n. 17. & seqq.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 12.* Jul. Clar. §. *incestus n. 3. & seqq.* Conan. *lib. 8. comment. cap. 6. n. 5.* Anton. Gomez *in L. 80. Tauri n. 15. vers. advertendum* Thesaut. *dec. 100. n. 3.* Menoch. *de arbitr. cas. 502. n. 48.* Insignis Barbos. *in L. si ante n. 40. & in L. si cum dotem §. fin. n. 30. ff. solut. matr.* Alex. Trentacinq. *lib. 3. variar. tit. de matrim. resolut. 4. n. 2. & 4.* August. Barbos. *in de auth. incestas n. 1.* Sixtin. *de Regalib. lib. 2. cap. 11. n. 30. 31. & 36.* Baptist. Fragos. *de Regim. Reip. p. 1. lib. 2. disp. 4. n. 213.* Et hæc contrahentium bona de Regalibus esse tradunt Camill. Borrel. *de præst. Reg. Cathol. cap. 37. n. 14. & 15.* Seraphin. Massin. *de confiscat. q. 3. n. 39.* Adeo, ut hæc confiscationis pœna incurratur ipso jure *gloss. in d. Auth. incestas verb. mox,* Bermond. *de concub. tit. de incestu n. 11.* Fragos. *d. n. 213. vers. Pœna autem in fin.* Boer. *dec. 264. n. 12.* Covarr. *de sponsal. p. 2. cap 6. §. 8. n. 6.* Clar. *d. §. incestus. vers. & scias*, ubi communem, dicit sequitur Trentacinq. *d. resol. 4. n. 4.* Vivius *lib. 2. commun. opin. in opinion. 487.* Thusc. *litt. I. concl. 69. n. 15.* 1 2

Sunt autem incestuosæ nuptiæ, quæ ratione san- 3

guinis prohibentur inter consanguineos, Trentacinq. *de resol.* 4. *n.* 1. Et ideo incestuosæ appellantur, quasi in his nuptiis non adsit cestus, id est cingulum: quo Venus utebatur ad honestas nuptiss: & dixit Covarr. *d.p.*2.§.8.*n.*1. cum enim antiquitas in fabulosa illa ætate Diis, Deabusque tribuere soleret aliquid peculiare, Veneri tributum est matrimonia curare & Palladi bella: ut ostendit Homerus *lib.*5.*Iliad* duin introducit Jovem ad venetem loquentem:

Tum Venerem alloquitur, tum solvit talibus ora:
Filia nou ars est tibi bellica tradita, sed in
Virgineas rixas, sed tu connubia cura
Hac mars, hae teneat communia munera Pallas.

Et sic cestus Veneris erat singulum quo contrahen-
4 tes novas nuptias honestatis causa utebantur & virgo ac viri domum asportabat. In quo suavitas, colloquia dulcia benevolentia, blanditiæ: suasiones, fraudes beneficiaque includebantur. inquit Homerus:

Sic ait, & lorum cesti de pectore solvit,
In quo blanditia plures mortalia corda
Mulcentes inerant, sermo jucundus, amores,
Gratia, qua mentem falsa dulcedine furant.

Immo cingulum hoc pro virginitate sumebatur quam per virum solvi dicebant, dum ille virginitatis vincula reserabat; ut ait Sext. Pomp. *lib.* 3. & Catul. *Epigram.* 2.

Qui Zonam solvit diu ligatam.

Et *Epigram.* 62.

Nec quærendum aliunde foret nervosius illud,
Quod posset Zonam solvere Virgineam.

Nuntiæ igitur incestæ, ut pote naturæ contrariæ nefandæ, dicuntut *Auth. de incest. nupt.* & §. *sancimus*, *vel nefaria*, *ut in* §. *ergo Instit. de nupt.*

Pro cujus rei elucidatione animadvertere oportet
5 quod incestus duplex est vel juris gentium, vel juris civilis *L. fin. ff. de rit. nupt.* L. *fin. ff. de condit. sine caus. L. si adulterium cum incestu* §. 1. *ff. ad leg. Jul. de adulter.* Juris autem gentium incestus, quando dantur, congressus, vel nuptiæ inter parentes, & filios aliosve descendentes, vel inter eos affines, qui parentum: & liberorum loco sunt; veluti inter socerum, & nurum, socrum, & generum, victricum, & privignam, novercam, & privignum. Juris autem civilis incestus est quando inter cognatos: & affines datur congressus, vel nuptiæ contrahuntur, Sixtin. *de Regal. l.*2. *c.*11. *n.* 5. & 6. Aug. Barb. *in rubr. Cod. de incest. nupt. n.*1. Conan. *comment. jur. lib.* 8. *cap.*5. & 6. Petr. Caball. *cas.*200. *n.*27. & 99. Et quamvis de jure Canonico intra quartum consanguinitatis, vel affinitatis gradum nuptiæ contrahi prohibeatur: tamen lex nostra Regia *d. lib.*2. *tit.* 26. §. 22. prædictam confiscationis pœnam restrinxit
6 ad eos tantum, qui contrahunt incestas nuptias cum ascendentibus, vel descendentibus in infinitum, & eos qui contrahunt cum cognatis, vel affinibus intra secundum gradum computatione facta secundùm jus Canonicum. Quod idem sentit Martian. Glosat. antiquus relatus à *gloss. verb. illicitas in Auth. de nupt.* §. 1. quem sequitur Horat. Montan. *de Regal. verb. contrahentium incestas nuptias n.* 2. *fol.* 93. Nam nuptiæ quæ contrahuntur inter cognatos, vel, affines extra secundum gradum, in illis confiscationis pœna non comprehenditur.

Cum autem ipso jure prædicta confiscationis pœ-
7 na incurratur, sequitur quod à die nuptiarum contrahentes bonorum dominio privantur *cap. cum secundum leges de hæretic. in* 6. *Auth. de incest. nupt.* Proindeque non requiritur Judicis sententia condemnatoria, quamvis declaratoria facti desideratur, Tiraq. *in L. si umquam verb. revertatur n.*400. *Cod. revocand. donat.* Covarr. *de spons. p.*2.§.8.*cap.*6.*n.*6. qui loquitur in nostris terminis, Pereir. *dec.* 95. *n.* 29. Reynos. *observ.*40. *n.* 8. Sanfelic. *dec.*15. *n.*13. Salgad. *de Reb. protect. p.*3. *cap.*7. à *n.*1. *cum seqq.* Paz. *in prax. tom.* 1. *tempor.* 6. *n.* 27. *p.*1. Noguer. *allegat.* 12. *n.* 72. *cum seqq.* Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.*2. *cap.*25. *n.*58. Caldas Pereir. *de extinct. emphyt. cap.*17. *n.*25. Hieronym. Leo *dec.*62. *n.*29. idem Sanfelic. *dec.* 220. *n.*5. & 6. Angel. Boss. *tom.* 2. *moral. tit.*2. *n.*166. Sarmient. *lib.*2. *select. cap.*13. *n.* 3. quamvis ante sententiam declaratoriam pœna exequi non possit Petr. Caball. *cas.*133. *n.*1. & 2. Sixtin. *de Regal. lib.*2. *cap.*11. *n.*17. 37. Cabed. *p.*2. *dec.*
50. *n.*2. Tamen erit necessaria partis citatio ad sen- 8
tentiam facti declaratoriam: ut tradit, *gloss in. Clement. præsenti verb. constiterit de pæn.* & scribunt Tiraq. *d. verb. revertatur n.*401. Salgad. *d. p.*3. *cap.*7. *n.*2. Solorzan. *d. lib.*2. *c.*25. *n.*55. & 56. Ita ut licet à pœna non admittatur appellatio, bene potest appellari à sententia, declaratoria quoad utrumque effectum, Bobadill. *in sua Polit. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 278. Salgad. *d. cap.*7. *n.*3. quem vide *n.*6. & *seqq.* Sanfelic. *dec.* 261.

Ex quibus sequitur, quod contrahentes incestas 9
nuptias bona sua alienare nequeunt, Decius *cons.*235. Covarr. *d.* §.8. *n.*6. & 7. Menoch. *d. cas.*502. *n.*50. Secundo infertur, quod & si regulariter morte delinquentis extinguatur crimen. *L.*1. & 2. *C. si reus, vel accusat. mort. fuer cap. causam quæ* 2. *qui filii sint legitimi cap. à nobis n.*2. *de sent. excommun.* attamen cum in hoc delicto pœna ipso jure impornatu, bene potest ab hæredibus peti, & mortuo delinquente crimen in judicium deduci ad effectum, ut fiscus bona consequatur juxta *text. in L. Caius ff. ad S.C. Sillan.* Et ita tenet *gloss. commun. recepta in* L.1.§. *quod autem ff. quod quisquis jur.* Covarr. *d. cap.*6.§.8.*n.*7. Perer. *dec.*95. *n.*29. & *dec.*119. *n.* 7. Hermos. *in* L. 5. *tit.*3. *gloss.*1. *n.*20. *lib.*5. *recop.* Peregrin. *de jure fisc. l.* 4. *tit.* 5. Tondut *de prævent. p.* 2. *cap.*62. *n.* 11. quamvis lis cum defuncto non fuisset contestata *text. in* L. *commissa ff. de publican. & vectig.* Angel. Boss. *tom.* 2. *moral. tit.*12. *n.*174.

Tertio infertur, quod fructus bonorum à die com- 10
missi criminis pertinent ad fiscum juxta doctrinam *gloss. in* §. 1. *in Auth. incest. nupt.* Bald. *in d. Auth. incestas.* Ex ea ratione, quia commisso delicto statim dominium bonorum transit in fiscum *d. L. commissa de public. & vectig.* ubi Bart. & Imol. & post alios Covarr. *d. c.*6.§.8. *vers. ab eadem juris dispositione.* At vero fructus dominium sequuntur L. *fructus, L. ex fundo ff. de rei vendic. L. Tuta ff. solut. Matr.* Tirsq. *de retr. convent.* §.2. *gloss.*1. *n.*34. Caldas Pereir. *de empt. & vend. cap.*7. *n.*28 Soarez in *L. post. rem judicatam lim.*2. *n.*3. *ff. de re judic.* Petra *de fideicomm. q.*12. *n.* 330. Gratian. *cap.*615. *n.*31 Peregr. *de fideicomm. art.* 49. *n.*88. Valenz. *cons.*156. *n.*26. & *cons.*196. *n.*14. & 15. & *cons.*126. *n.*32. Cyriac. *controv.*40. *n.*8. Propter quæ eandem in gloss. opinionem sequitur Trentac. *lib.* 3. *var. tit. de Matrim. resol.* 4. *n.* 4. *vers. cum igitur.*

Deinde incestæ nuptiæ, seu Matrimonium inter 11
prohibitus contractum est omnino nullum *Clement.*1. ubi commun. DD. *de consang. & affin. cap. sæculares* 33. *q.*1. *cap.*1. & 2. & *cap. non debet de consang. & affin.* Bernard. Dias *in pract. crim. cap.*84. *verb. incestus n.*3. Petr. Gregor. *syntagm. lib.*36. *cap.*7. *n.*1. *in fin.* & *lib.*9. *cap.*12. *n.*4. Fragos. *d. disp.*4. *n.*215. Menoch. *d. cas.*502. *n.*46. Et ea propter contrahentes non dicuntur vir, & uxor §. *si adversus Instit. de nupt. L. si quis incest. C. de incest. nupt.* Sixtin. *lib.*2. *cap.*11. *n.*8. Unde ita ut nuptiæ non consistunt, ita neque constitutio,

seu

seu promissio. dotis, vel donationis propter nuptias scienter factas, *L. incesta ff. dirit. nupt. d. L. siquis incesti, & d.§. si adversus* : contrahentes namque incestas nuptias dote,& donatione propter nuptias privantur, & omnia fisco adjiciuntur *L. qui contra C. de incest. nupt.* Bermud. *de concub. rubr. de incest. n.* 7. Menoch. *d. cas.* 502. *n.* & diximus *tom.* 1. *p.* 1. *prælud.* 2. *n.* 84.

12 Occasione hujus resolutionis pervenit ad Senatum sequens inspectio. In oppido Vianæ Nobilis quidam filiam metu coegit ad ingrediendum monasterium Beatæ Annæ illius oppidi, & circa dotem cum monialibus convenit pacto adjecto. Quod filia post annum probationis statim profiteretur, ita ut si ante factum cederet, vel professionem non emisisset, dos ad monasterium pertineret. Filia professionem emisit, sed non voluntariè, de quo moniales scientiam habuerunt Ipsa verò post aliquot annos egit de nullitate professionis: & cum nulla fuisset judicata per sententiam, se Matrimonio copulavit Emmanueli Alvarez Gondim, ex quo filium succepit & parenti hæres extitit proportione sibi tangente Postea ipsa, & ejus vir contra monasterium in satisfactionem legitimæ ipsius filiæ, ut in instrumento dotali continebatur. Et cum causa per appellationem devoluta esset ad Senatum Portuensem, Doctissimus, & eximius Senator Dyonisius, Soares de Albergaria cum aliis Collegis sententiam pro monasterio dixere. A qua cum esset supplicatum ad supremum Domus supplicationis Senatum, causa mihi commissa, sententiam revocandam dixi.

Fundamenta Senatorum inferioris Curiæ hæc erant 13 nempe quod valet argumentum de Matrimonio carnali ad spirituale, Vincent de Franch. *dec.* 42. *n.* 2. immo idem judicatur in matrimonio spirituali, quod de carnali *Auth. de Sanct. Episcop. §. sed hoc præsenti Auth. nisi rogati C. ad Trebell. camp. inter corporalia de transl. Episcop.* Sanchez *de Matrim. l.* 4. *disp.* 26. *nu.* 7. Castill. *de alim. cap.* 36. §. 8. *nu.* 2. Intrigl. *de substit. cent.* 3. *q.* 62. *n.* 22. & cum pluribus aliis Giurb. *ad consuet. Messan. c.* 2. *gloss.* 4. *p.* 1. *n.* 12. Unde ita ut contrahentes Matrimonium carnale: si ambo sunt conscii impedimenti, privantur 14 dote, & donationibus factis contemplatione Matrimonii nulli *L. qui contra C. de incest. nupt.* Gomez *in L.* 52. *Tauri n.* 7 Sanchez *de Matrim. l.* 6. *disp.* 20. *n.* 5. Peregrin. *de jure fisc. l.* 5. *tit.* 1. *n.* 13. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 1. *n.* 66. Matienç. *in L.* 4. *gloss.* 2. *n.* 2. *tit.* 2. *l.* 5. *novæ recopil*, August. Barbos. *in d. L. qui contran. n.* 12. & diximus *tom.* 1. *p.* 1. *prælud.* 2. *n.* 84. Idem dicendum est, quando tam ingrediens monasterium quam moniales conscia erant metus incussi à parente, ut filia monasterium ingressa profiteretur. Cumque dos data fisco esset applicanda: nullo modo Domina Maria dotem repetere poterat, quæ apud monasterium remanere lebebat; dum fiscus illam non auferret; siquidem de jure fisci nemo opponere potest, ut diximus alibi.

Confirmatur: quia si vir scienter contrahit Matri-15 monium nullum; etiamsi mulier ignoret impedimentum, donatio facta à viro remanet apud uxorem, & nulla viro datur repetitio, neque fisco locus est: ut probatur ex *text. in L. fin. ff. de leg.* 1. *L. præfectus ff. de rit. nupt. L.* 2. §. *per contrarium ff. de his quib. ut indign. L.* 50. *tit.* 14. *partit.* 5. Ubi Gregor. Lopez, Emman. à Costa *in c. si pater de testam. in* 6. *p.* 1. *verb. uxorem num.* 5. Molin. *de just. tract.* 2. *disp.* 200. Sanchez *d. l.* 6. *dis.* 2. *n.* 3. Et quamvis prædicta jura loquantur in legato relicto à conjuge sciente nullitatem Matrimonii alteri illius ignaro: & diversæ sint DD. sententiæ, An illorum dispositio procedat etiam in dote, vel donatione siquidem donatio jam acquisita à conjuge fisco applicatur per *text. in L. hic status* 33. §. *fin. ff. de donat. inter ubi gloss. verb. sifcum, & in L.* 3. *verb. concubina eod. tit.* qua ratione non esse idem in donatione, quod in legato docent Abbas *in c. fin. de donat. inter n.* 14. & ibi Alex de Novo *nu.* 14. Præposit. & alii cum quibus Covarr. 16 *de spons. p.* 2. *c.* 7. §. 1. *n.* 8. Tamen idem in donatione, & quocumque alio contractu esse observandum, quod in legato tenent *verb. fisco in d. L. qui contra*, & sequuntur Costa *de verb. uxorem n.* 6. Sanchez *d. disp.* 2. *n.* 4. *& disput.* 200. Fontan. *d. claus.* 4. *gloss.* 1. *n.* 66. Petr. Barbos. *in L. sicum dotem* §. *fin. n.* 16. *&* 24. Novar. ad Vincent. de Franch. *dec.* 32. *vers. quartus casus est.* Nulla enim datur differentiæ ratio quoad propositum, inter contractus: & ultimas voluntates: ut considerant præcitati DD. Et verum est validum esse argumentum de contractibus ad ultimas voluntates, & è converso *L. servum filii* §. *eum qui chyrographum ff. de legat.* 1. *princ. Instit. de leg. Furcia canin. tolend.* Sanch. *de disp.* 2. *n.* 4. Atque ita cum tam pater, quàm filia scientiam habuissent nullitatis professionis, si moniales metus incussi scientiam non habuerunt, apud eas dos remanere debebat; quia illam justè acquisierant, & si scientes erant nulla repetitio competebat Mariæ, & dos apud moniales erat remansura, dum fiscus nos auferret.

Deinde dicebant, quod in scriptura fuit conven- 17 tum dotem esse remansuram penes monasterium, si transacto probationis anno Maria non profiteretur. Quod pactum erat intelligendum de professione valida, non de meticulosa, quæ tanquam talis nulla est: ut docet Sanchez *de Matrim. l.* 4. *disp.* 6. *quæst.* 2. *num.* 17. *& seqq.* Proindeque cum non fuisset satisfactum pacto adjecto de profitendo: dos ad monasterium pertinebat juxta formam contractus, non obstante dicta professione, quæ tanquam nulla penitus erat habenda, ac si facta non fuisset *cap. non præstat. cum simul. de reg. jur. in* 6. Et ex his Senatores Doctissimi Curiæ inferioris pro monasterio judicarunt.

Nihilominus tamen contraria sententia mihi verior 18 visa fuit, & eam amplexi sunt sequentes Domini. Movebar ex eo, quod licet de Matrimonio carnali ad spirituale validum sit argumentum & idem de uno, quod de alio sit judicandum: tamen inter utrumque maximæ dantur differentiæ Francisc. Viu *dec.* 255. *n.* 40. Giurb. *d. cap.* 3. *gloss.* 4. *n.* 12. & plur s congerit Thusc. *litt. M. concl.* 120. Qua ratione qui de uno ad aliud matrimonium vult arguere, similitudinem probare tenetur, Francisc. Viu. *d. dec.* 255. *n.* 40. Giurb. *d. gloss.* 4. *n.* 12 *in fin.* Et ea propter quanvis Matrimonium spirituale gaudeat privilegiis Matrimonio carnali competentibus: ut dixit Seraphin. *dec.* 517. *n.* 4. Attamen non comprenditur in statuto loquente de Matrimonio carnali, Seraphin. ubi proxime *n.* 7. *ibi*: *Statutum verò loquitur in Matrimonio carnali, & est ad litteram intelligendum; & ita non applicatur ad hunc casum*, Giurb. *d. gloss.* 4. *n.* 11.

Unde cum text. *in d. L. qui contra* loquatur inces- 19 tuosis nuptii, & sic in Matrimonio carnali, pœna ibi imposita non comprehendit casum Matrimonii spiritualis, Etenim pœnas non licet extendere de uno casu ad alium Afflict. *dec.* 21. *num.* 6. *&* 7. Valasc. *de partit. c.* 6. *n.* 61. Giurb. *cons.* 6. *n.* 17. Immo etiam in delictis à certa legis pœna recedi non potest. *gloss. in L. quid ergo* §. *pœna gravior ff. de his qui not. infam.* Marant. *disp.* 3. *ad fin.* Menoch. *de arbitr. q.* 80. *n.* 26. Giurb. *d. cons.* 6 *num.* 10. Tiraq. *de pæn. temper. in præfat. num.* 8. Neque Jud x *legis pœnas excedere valet L. si ita stipulatio ff. de verb. oblig. L. siquis dicat ff. de manumiss.* Scaccia *de judic. l.* 1. *c.* 12. *n.* 98. Giurb. *d. cons.* 6. *n.* 4. Guazin. *de defens. reor. defens.* 33. *c.* 16. *n.* 2. Carleus. *de judic. lib.* 1. *disput.* 15. Et cum odia restringenda sint *cap. odia de reg. jur. in* 6. pœna imposita contrahentibus incestuosas

sas nuptias non potest extendi ad Matrimonium spirituale.

Maxime cum valde diversa ratio detur inter unum & alterum casum. Namque *in d. L. qui contra*, puniuntur contrahentes incestuosas nuptias amissione bonorum, & *in Auth. incestas.* Insuper incestus pœnis corporis afflictivis punitur *d. Auth. incestas L. in eas C. de nupt. ordin. l. 5. tit.* 17. quia verè atrocissimum est delictum: & interest Reipublic. ne delicta maneant impunita. At verò in profitente Religionem nulliter & per metum delictum considerari nequit;& ubi non est culpa, non potest habere locum pœna, *L. aliud est frans ff. de verb. signif. L. sancimus Cod.*
20 *de pæn. c. fine culpa de Reg. juris in* 6. Petr. Caball. *cas.* 56. *n.* 53. *& cas.* 294. *n.* 295. Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *l.* 1. *c.* 14. *n.* 67. *& seqq.* Joann. Hering, *de molend. in quæst.* 1. *nn.* 41. Arias de Mesa *l. v. var. c.* 23. *n.* 7. Planè non dicitur delinquere mulierem, quæ per metum professionem emittit, vel Matrimonium contrahit, cum delictum ex animo, & voluntate proveniat quæ quamvis coacta voluntas sit, attamen non est sufficiens ad Matrimonium contrahendum, quia in eo liber desideratur consensus.
21 Quare licet alii contractus meticulosi mero jure valeant nihilominus Matrimonium metu contractum nullum est ipso jure *c. eum locum de sponsal c.* 2. *de his quæ vi*, ubi commun. DD. Covarr. *de sponsf. p.* 2. *c.* 3. §. 5. *n.* 1. Sanchez *de Matrim. l.* 4. *disp.* 12. *n.* 18. Amat. *resol.* 82. *nn.* 12. Prout etiam professio liberum requirit consensum, & per metum extorta, est ipso jure nulla Sanchez *d. l.* 4. *disp.* 2. *n.* 17. *&* 18. In quo conveniunt Matrimonium carnale, & spirituale. Verum ut habeat locum in professione per metum emissa, pœna *d. L. qui contra* nullo modo dici potest. Immo neque illa locum obtinet in contrahente per metum Matrimonium carnale: quia non delinquit: Et sic in hac specie non procedit dispositio *text. in d. L. qui contra.*

Ulterius pœna non habet locum, nisi in casibus,
22 in quibus à jure expressè imposita est, *Auth. de non elig. secund. nubent.* §. *cum igitur vers. non est lex*, Surb. *dec.* 78. *nn.* 6. Phœb. *p.* 1. *arrest.* 123. *in fin.* Gama *decis.* 58. Cabed. *p.* 1. *dec.* 71. *nu.* 4. Thom. Valasc. *alleg.* 31. *n.* 5. Petr. Caball. *cas.* 1. *n.* 11. & in terminis de pœna privationis Valenz. *cons.* 128. *n.* 19. Et quidem nulla est lex, aut constitutio quæ contrahenti Matrimonium, vel profitenti Religionem per vim, aut metum pœnam privationis dotis imponat; neque Concilium Tridentinum *sess.* 25. *de Regul. cap.* 18. profitenti per metum pœnam excommunicationis indicit; sed iis tantum, qui metum intulerunt. Ac proinde non subsistit contrarium fundamentum.

Neque actrix venit repellenda eo quod patri hæres extitit in portione sibi tangente; quia licet pater
23 metum intulerit, inter pœnas imposita inferenti metum alicui mulieri, ut Religionem ingrediatur, non reperitur imposita pœna privationis dotis promissæ ut est videre ex Concil. Trident. *d. sess.* 25. *cap.* 25. Immo *in d. L. qui contra.* non puniuntur, qui consensum, vel consilium præstiterunt incestuosis nuptiis: & quamvis *in d. L. si quis incesti*, dantes consilium ad incestuosas nuptias priventur successione contrahentium, ut ibi etiam notat August. Barbos. *n.* 3. Tamen non afficiuntur alia pœna: Ergo cum in casu professionis per vim emissæ pœna privationis dotis promissæ non reperiatur imposita inferenti metum, ita ut pater non tenebatur ad prædictam pœnam, ita nec Maria ejus hæres pro parte. Præsertim, quia dos data fuit, ut imputaretur in legitima filiæ, & sic promissio ei nocere non debet.

Non etiam obstat pactum appositum in instrumento dotis; ut finito probationis anno Maria professionem non fecisset, dos cederet monasterio. Unde per professionem nulliter factum satisfactum non videtur. 24
Respondetur enim quod quamvis nil magis naturale sit, quam pacta servare *L.* 1. *ff. de pact. cum similib.* & omnia pacta dotalia sint servanda dummodo non sint legibus contraria *L.* 1. §. *illud C. de rei uxor. act. Ordin. l.* 4. *tit.* 46. *in princ.* Fontan. *de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 8. *p.* 22. *à num.* 54. *cum seqq.* Tamen illud pactum legibus est reprobatum, quoniam conti- 25
net privationem adjectum censetur nomine pœnæ? licet non declaretur *L.* 1. *ff. de his quæ pœn. nam. L.* 1. §. *item si ita ff. ad leg. Falcid. L. si pen. ff. quand. dies legat. ced. L. si pen. ff. de pen. legata*, Bart. Alex. & Fulgos. cum quibus Larrea *allegat.* 31. *n.* 21. Covarr. *in c. Raynald.* §. 1. *n.* 7. *de testam.* Surd. *decis.* 7. *n.* 24. Valenz. *cons.* 93. *n.* 27. Cyr. *controv.* 451. *num.* 65. *&* 89. At pœna apposita in contractu sponsalium non valet, neque peti potest *L. Titiæ* 134. *ff.* 26
de verb. obl. L. fin de sponsal. cap. Gemma eod. tit. ut Matrimonii libertati consuleretur, ne timore pœnæ solvendæ Matrimonium miretur, Sanchez *de Matrim. l.* 1. *disp.* 30. *n.* 2. August. Barbos. *in L. mulier* 5. *n.* 4. *C. de sponf. cap. consultationi extra de sponsal.* Trentacinq. *l.* 3. *var. tit. de Matrim. resol.* 2. *n* 17. *& seqq.* Quod nedum procedit quando pœna apponitur inter contrahentes, sed etiam si apposita sit à parentibus; *L. neque ab initio L. fin. Cod. de sponsal.* Trentacinq. *d. resol.* 2. *n.* 19. Sanch. *d. disp.* 30. *n.* 3. Proindeque prædictum pactum uti nullum, repetitionem impedire non potest. Ultra quod pactum amissionis dotis fuit conceptum sub conditione, si filia non profiteretur, & cum verè professionem emisisset conditio impleta dici debet quamvis imple- 27
mentum non duraverit, *L. si quis hæredem. C. de inst. tit* 1. *& subst.* Tiraq. *in d. L. si unquam verb. susceperit liberos num.* 187. *ad med. vers. & ideo omnes*, Gratian. *c.* 58. *n.* 1. Larrea *dec.* 45. *nu.* 14. Cassan. *cons.* 4. *n.* 90. & 91. Cyriac. *controv.* 205. *n.* 108. Castill. *de alim. cap.* 41. *nn.* 3. Sanselic. *decis.* 219. *n.* 2. Capyc. Latro *consult.* 134. *n.* 65. *& dec.* 146. *n.* 4. & non potest replicari de nullitate professionis: sufficit enim conditionem de facto impleri *L. Mævius* 55. *ff. de condit. & demonstr.* Larrea *decis.* 46. *num.* 13.

Denique professio fuit declarata nulla per sententiam, & sic perinde habenda, si numquam facta fuisset, 28
Gratian. *c.* 203. *n.* 8. Valasc. *consult.* 71. *n.* 6. Surd. *cons.* 28. *n.* 90. idem Gratian. *c.* 923. *n.* 16. Capyc, Latro. *consult.* 81. *num.* 22. Unde ita ut si Maria ante professionem à monasterio exiret, omnia quæ secum duxit a monasterio erant, restituenda juxta dispositionem Concil. Trident. *sess.* 25. *de regul. c.* 16. *circa fin.* ibi: *Et ut abientibus ante professionem omnia restituantur.* Ita professione nulla declarata omnia restituenda sunt: ut scribunt Aloisius Ricc. *decis.* 29
1886. Mar. Cutell. *de Donat. tom.* 1. *discurs.* 2. *partic.* 3. *nu.* 12. *&* 13. Quod idem evenit quando Matrimonium nullum fuit judicatum, ex eo quod uterque conjux inscius fuit impedimenti Novar. ad Vincent. de Franch. *dec.* 52. *vers. primus casus*, Sanchez *de Matrim. lib.* 6. *disp.* 2. *num.* 9. & diximus *tom.* 1. *p.* 1. *prælud.* 2. *nn.* 89. quasi redacta sit ad non causam L. 3. *ff. de solut. Matr. cap.* 1. *& si necesse de donat. inter cap.* 2. *de conjug. servor.* Palac. Rub. *in rub. de donat. inter.* §. 6. *n.* 10. Petr. Barb. *in L.* 1. *n.* 2. *C. de condict. ob caus.* Ex quibus revocata sententia Senatus inferioris monasterium condemnabant ad restitutionem dotis. Et cum in eadem fuissent sententia Doctores Joannes Lamprea de Vergas, & Lançorote Leitam de Noronha Senatores eximii, & in Alma Conimbricensi Academia olim juris Cæsarei professores, sententia dicta fuit die 23. Decembris anni 1666. Renitente Doctore Francisco da Cruz Freire,

qui

qui pro sententia Senatus Portuensis suffragium tulerat Processus est, *apud Scribam Laurentium de Barros*.

Quæ diximus circa pœnam confiscationis bono-
30 rum, intellige, ut procedant, si contrahentes incestuosas nuptias filios legitimos non habuerint. Namque filiis extantibus ex alio legitimo matrimonio bona non applicantur fisco, sed filiis legitimis, per *text. in Auth. incesta, & de incest. nup.* ubi probatur ad filios bona retinere, cum obligatione alendi parentes *Auth. de incest. nupt. §. sancimus, & §. si vero contigerit.* Covarr. *de sponſ. p.* 2. *c.* 6. §. 8. *n.* 5. Peregrin. *de jure fisc. l.* 4. *tit.* 5. *n.* 16. Sixtin. *d. cap.* 11. *n.* 40. Farin. *d. q.* 149. *nu.* 130. Fragos. *d. disp.* 4. *n.* 205. *vers. ultra has pœnas* Guaz. *de confisc. concl.* 14. *n.* 1. & tales filii egrediuntur patriam potestatem *d. L. siquis incesti, & aut incestas C. de incest. nupt.* Covarr. *d.* §. 8. *n.* 20. Molin. *de just. & jur. tract.* 2. *disp.* 229. *n.* 6. Auguſt. Barbos. *in d. L. siquis incesti n.* 3. *& in d. Auth. incestas n.* 10.

Filii autem incestuosi arcentur omnino ab hæredi-
31 tate parentum, & nihil ex ea capere possunt, etiam ex causa alimentorum, *Auth. ex complexu C. de incest. nupt.* & in corpore unde fuit desumpta *in Auth. de incest. nupt.* Ubi probatur quod omnia fisco applicantur, & tenent Chirlaud. *de pœn. omnifor. coit. q.* 2. *n.* 8. Farin. *d. quæst.* 149. *n.* 137. Menoch. *d. cas.* 502. *nu.* 60. Aug. Barbos. *in d. Auth. ex complexu n.* 10. Fragos. *d. disp.* 4. *n.* 213. *vers. ultra pœnas.* Et hac severitate usus fuit Augustus, qui infantem editum ex nepte Julia post damnationem vetuit agnosci atque ali, teste Sueton. *in Agrippa cap.* 65. *in fin.* Sed prædictam severitatem circa alimenta linivit æquitas Canonica, quæ etiam in foro civili ob-
32 servatur per *text. in cap. cum haberet de eo qui duxit in Matrim. quam poll. per adulterium.* Secundumquam alimenta præstari jubentur spuriis & incestuosis. Bart. *in d. Auth. ex complexu*, Jason. *cons.* 26. *n.* 4. Menoch. *d. cas.* 502. *n.* 62. Anton. Gomez *in L.* 9. *Tauri à num.* 37. Gama *dec.* 201. Larrea *decis.* 32. *n.* 36. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 10. *ad fin.* Petr. Barbos. *in L.* 1. *p.* 4. *n.* 65. *ff. solut. Matr.* Valenz. *cons.* 10. *n.* 38. Herm. *in L.* 2. *tit.* 4. *partit.* 5. *gloss.* 6. *n.* 40. Andr. Gail. *lib.* 2. *observat.* 88. *n.* 4. Sixtin. *d. cap.* 12. *n.* 20. & 21. Tondut. *resol. civil. capit.* 146. *n.* 1. 2. & 3. quia naturaliter cuicumque alimenta debentur,
33 ex quo natus est, *L. unicuique C. de infantib. expos.* ita ut necare videatur, qui non nutrit *L. necare ff. de liber. agnosc.* Et quidem prædicta æquitas Canonica summopere commendatur; quippe Justinianus non statuit, ne filii incestuosi alterentur ob eorum peccatum cum nullum admiserint sed ut parentes in personis filiorum terrerentur. Qua ratione idem in crimine læsæ Majestatis dispositum fuit *L. Quisquis C. ad L. Jul. Majest.* Unde cum pœna delicti sequi debeat suos authores *L. sancimus C. de pœn.* justissime receptum fuit quod incestuosis non denegarentur alimenta, ne tam severiter punirentur, qui non suo, sed alieno delicto damnantur *L. Legem Auastasii C. de natur. lib.* Et quia damnari non debet status ejus, qui nihil culpabile admisit: ut de spuris dixit Papinian *in L. spurii ff. de Decurion. in princ.* Conan. *l.* 8. *Commentar. c.* 1. *n.* 7. & 8. Sixtin *d. c.* 11. *n.* 20. Sed quoad bona filii incestuosi neque per interpositam personam bona parentum capere possunt de quo vide Auguſt. Barbos. *in d. L. siquis incestuosi n.* 6.

34 Insuper filii ex incestu procreati patriam egrediuntur potestatem. *d. L. siquis incesti* ibi: *Sed neque uxorem, neque filios ex ea habere eredatur, L.* 6. *tit.* 18. *partit.* 4. Covarr. *d.* §. 8. *n.* 20. Molin. *d. disp.* 229. *n.* 6. Auguſt. Barbos. *in d. L. siquis incesti n.* 6. Et hæc est una ex pœnis, quibus parentes puniuntur Sixtin. *d. capite* 11. *num.* 11. & 12.

An autem pœna confiscationis bonorum imposita contrahentibus incestuosas nuptias habeat locum in committentibus incestum simplicem? De jure com- 35
muni dubium est. Nam Jacob. de Arena, Cynus & Bald. *in d. Auth. incestas*, & Afflict. *in cap. unic. tit. quæ sint Regalia verb. bona contrahentium num.* 3. & 5. & 6. & Socin. Sen. *cons.* 12. *n.* 23. *l.* 1. Peregrin. *de jure fisc. l.* 5. *tit.* 1. *n.* 17. tenent prædictam pœnam confiscationis habere locum in contrahentibus incestuosas nuptias, non vero in committentibus incestum sine Matrimonio, sequitur Fragos. *d. disp.* 4. *num.* 213. *vers. pœna autem hæc.* Cæterum Bald. & Alvarot. *in cap.* 1. *tit. quæ sint Regalia* Simanch. & Duen. *reg.* 150. *in* 1. *ampliat.* docent prædictam pœnam etiam habere locum in committentibus incestum sine Matrimonio. Et hanc opinionem secuta est *Ordin. Regia lib.* 2. *tit.* 26. §. 22. quoad committentes incestum cum ascendentibus, sive affinibus in quocumque gradu, sive eum consanguineis, aut affinibus transversalibus intra secundum gradum computandum, secundum jus Canonicum ibi: *Item, os bẽs dos que cazão, ou hão ajuntamento carnal com suas parentas, ou affins ascendentes em qualquer graoque seja, ou comsuas parentas* 36
affins, ou cumhadas, ransversaes atè o segundo grao inclusivè comado segundo direito Canonico. Unde incestus transversalium extra secundum gradum non continetur in pœna confiscationis bonorum, de qua lex Regia, cum in hoc casu pœna imposita non sit. Et quidem pœnas extendere non licet, *L. si ita stipulatio ff. de verb. oblig. L. siquis dicat ff. de manumiss.* Scaccia *de judic. l.* 1. *cap.* 12. *n.* 98. Giurb. *cons.* 6. *n.* 4. Guazin. *de defens. reor. defens.* 33. *cap.* 26. *n.* 2. Carlev. *de judic. l.* 1. *disp.* 15.

Circa pœnam corporalem incestus de jure communi variè se habent DD. Nam gloss. Bart. & Alberic. *in L. si adulterium cum incestu ff. de adulter.* distin- 37
gunt inter incestum commissum sub colore Matrimonii, & inter eum qui extra Matrimonii figuram committitur ex simplici fornicatione. Quam distinctionem sequuntur communiter Doctos teste Thesaur. *dec.* 100. *n.* 1. Alii dicunt de jure communi nullam certam pœnam constitutam reperiri contra incestuosos: quia Marian. *in L. siquis viduam ff. de quæst.* pœnam deportationis propter incestum esse imponendam docet, Alex. *cons.* 229. *num.* 15. *l.* 6. Bajard. *ad Clar.* in §. *incestus n.* 11. Thesaur. *dec.* 100. *n.* 1. *vers. tertio per legem.* Vincent. de Franch. *denis.* 378. Papin. autem in *L. si adulterium cum incestu ff. de adulter.* non aperit, qualis debet esse pœna incestus. Ultra quod loquitur de adulterio cum incestu: & *text. in L. miles ff. eod.* etiam agit de incestu: quamvis id non declaret: ut advertit Thesaur. *d. dec.* 100. *num.* 1. Glossa vero in *d. L. si adulterium cum incestu, & in L. inter liberat ff. de adulter.* eandem esse pœnam incestus, & adulterii tradit, Atque ita cum hodie pœna adulterii sit mortis per *text. in L. quamvis à* 2. *C. de adulter. Ordin. lib.* 5. *tit.* 25. *in princ.* & §. 1. dicendum est, quod in casu incestus mortis pœna sit imponenda Et ita post Griland Boer. *dec.* 318. *n.* 1. 2. & 3. Thesaur. *decis.* 100. *n.* 4. *vers. ego autem* Boss. *tit. de coit. damnab. & puniб. n.* 6. *v. & punitur.* Prosequitur Jul. Clar. *in* §. *incestus n.* 2. & ibi Bajard. *n.* 4. Vincent. de Franch. *decis.* 278. *num.* 1. Covarr. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 6. §. 8. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 502. *num.* 34. Petr. Cabal. *cas.* 200. *num.* 6. & 15. Sixtin. *de Regalib. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 57. & 58. Qui tamen omnes varie judicatum testantur secundum facti contingentiam; & magis inclinant ut committentes incestum pœna deportationis puniantur. Quocirca, etiam videndi sunt, Farinac. *in prax. titul. de delict. carn. quæstio-*

quæstione 159. *à num.* 38. *cum seqq. volum.* 4. optime Petr. Caball. *d. cas.* 200. Bajard. *ad Clar. d.* §. *incestus n.* 9. *& seqq.* Sixtin. *d. cap.* 11. *nu.* 56. *cum seqq.* Fragos. *d. dist.* 4. *num.* 205. *vers. de jure tamen & vers. cæterum cum hodie, & vers. quamvis enim.*

Sed quidquid sit de jure communi; in hoc Regno
38 pœna incestus inter ascendentes, & descendentes est ultimi supplicii cum flammarum exustione *Ordinat. l.* 5. *tit.* 17. *in princip.* Incestus autem cum sorore; nuru, aut noverca punitur pœna capitis *Ordin. de titul.* 17. §. 1. verum incestus cum aliis consanguineis intra secundum gradum collateralium, computandum secundùm jus. Canonicum punitur relegationis pœna per decennium in Africam in viro, & in fœmina per quinquennium in Brasiliam, *Ordinat. d. tit.* 17. §. 2. Cæteri incestum committentes à secundo usque ad quartum gradum etiam relegantur, scilicet masculi in Africam per quadriennium, & fœminæ per quinquennium in Cautum de Castro Marin. *Ordinat. d.* §. 2. Item habentes congressum cum affine in primo gradu releganter in Brasilium per decennium, & dividuntur per diversas illius status regiones. Attamen habentes congressum in secundo affinitatis gradu masculus relegatur per quinquennium in Africam: & fœmina per septennium in Cautum de Castro Marin: dummodo simplex tantum incestus interveniat: si enim adjiciatur qualitas adulterii, vel stupi, ultra pœnas incestus, aliæ impositæ propter stuprum, vel adulterium, infligendæ sunt juxta *Ordinat. d. tit.* 17. §. 3. *vers. Porem.*

In ea autem parte, qua Regia sanctio punit incestum
39 inter ascendentes, & descendentes, pœna ultimi supplicii, & flammarum exustionis, secuta est opininnem, de qua Boss. *d. tit. de coit. damnab. n.* 6. *vers. & punitur.* Ubi ait aliquos fuisse igne combustos, & quatenus *d. tit.* 17. §. 1. punitur coitus cum sorore, nuru, noverca, aut socru, pœna mortis esse plectendos; respectu verò aliorum diversas pœnas exilii imponit *Ordinario*: & justissimè quidem in ascendentibus, & descendentibus gravius punitur incestus, seu concubitus, quam in transversalibus per *text. in* L. *si adulterium cum incestu* §. 1. *juncta* L. *fin. ff. de rit. nupt.* Ubi dicitur conjunctionem inter ascendentes, & descendentes prohibitam esse de jure gentium, quasi contra naturalem pudorem, Boer. *decis.* 318. Thesaur. *decis.* 100. *n.* 4.

Si verò coitus cum incestu sit in figura Matrimonii levior pœna imponenda est juxta *text. in d.* L. *si quis*
40 *incesti, & in Auth. incestas, C. de incest. nupt.* Sixtin *de cap.* 11. *n.* 53. 55. & 64. Petr. Cabal. *d. cas.* 200. *n.* 79. Thesaur. *dec.* 100. *n.* 3. Fragos. *d. disp.* 4. *n.* 113. *vers. quid de pœnis.* Antonio Gomez *in L.* 80. *Tauri nu.* 15. *vers. jura autem superiora*, Petr. Gregor. *syntagm. l.* 9. *c.* 11. *n.* 4. *& lib.* 36. *cap.* 7. *nu.* 2. *in fin.* Rationem hujus conclusionis præstat Cabal. *d. n.* 79. Et secundum eam dicendum venit, pœnas impositas ab *Ordinat. d. l.* 5. *tit.* 17. commitentibus incestum, non habere locum in contrahentibus nuptias incestas, qui mitiori pœna puniendi sunt, præterquam si incestus etiam sub velamine Matrimonii sit commissus cum matre, sorore, nuru, socru, vel ascendente, aut descendente. Cum enim inter has personas matrimonium consistere non possit, & nuptiæ de jure naturali, & divino sint prohibitæ; coitus nefarius pœna incestus puniendus est secundum *gloss. in L. fin. ff. de rit. nupt.* Cuman. *cons.* 154. *col.* 3. *in princip. vers. nec posset*; ubi dicit coitum cum matre, aut sorore nullo velamine palliari posse, ignorantiam excusare, Ancharran. *cons.* 391. *nu.* 4. *vers. postremo in ista quæstione*, Covarr. *d. c.* 6. §. 8. *sub n.* 1. Petr. Caball. *d. cas.* 200. *n.* 80.

Notabis tamen pœnas incestarum nuptiarum non
41 habere locum in contrahentes sponsalia de futuro, quæ nil aliud sunt quam repromissio futurarum nuptiarum *L.* 1. *ff. de sponsal.* Cumque Justinian. *in Auth. de incest. nupt. & in d. Auth. incestas*, & Legislator noster *d. l.* 2. *tit.* 26. §. 22. loquatur de contrahentibus incestas nuptias? & sic de Matrimonio, non de sponsalibus, pœnarum impositio ad sponsalia attrahenda non est, cum pœnas extendere non liceat: & sic in specie docent Bald. Jas. & alii *in* L. *ultim. C. d. condict. sine caus.* Menoch. *d. cas.* 502. *nu.* 78. Camill. Borell. *de præstans. Reg. Cathol. c.* 16. *num.* 199. Et confirmatur, quia ut contrahentes incestas nuptias puniantur, requiritur, quod Matrimonium sit
carnali copula consummatum *c. & si necesse de donat* 42
inter vir. & uxor. ubi Butr. & Abb. Bald. *Novell. de dote p.* 11. *privileg.* 1. *n.* 1. 2. & 3. Covarr. *d. cap.* 6. §. 8. *num* 20. Menoch. *d. cas.* 502. *num.* 79. Jul. Clar. *d.* §. *incestus n.* 7. Ruin. *in rubr. ff. solut. Matrim. n.* 51. Sixtin. *d. cap.* 11. *n.* 4. Trentacinq. *lib.* 3. *variar. tit. de Matrim. resol.* 4 *nu.* 6. Atque ita pœnæ prædictæ locum non habent in contrahentibus sponsalia de futuro.

Similiter excusantur à dictis pœnis contrahentes nuptias incestas, si antè copulam pœnitentia ducti re-
cesserunt: ut tenent Butr. Abb. & Præposit. *in d. ca-* 43
pit. & si necesse. Novell. d. p. 1. *n.* 3. & 7. Covarr. *id.* §. 8. *n.* 20. Sixtin. *d. cap.* 11. *n.* 49 & 50. Peregr. *de jure fisc. l.* 5. *tit.* 1. *n.* 17. *vers. Intellige quinto*, Menoch. *d. cas.* 502. *n.* 79.

Præterea minores, qui lubrico ætatis incestas con-
traxerunt nuptias, & majores effecti ab illis recesse- 44
runt, excusantur à pœnis incestarum nuptiarum per *text. in L. qui contra C. de incest. nupt.* ibi: *Aut ætatis lubrico lapsi.* Menoch. *d. cas.* 502. *n.* 45. *& præcipuè n.* 80. Valasc. *consultat.* 23. *ante med.* Bald. *in d. L. qui contra*, Molin. *de justit. & jur. disp.* 200. *n.* 9. *in fin.* August. Barbos. *in d. L. qui contra n.* 9. Trentacinq. *lib.* 3. *tit. de Matrim. resol.* 4. *num.* 11. Ruin. *cons.* 100. *num.* 4. & *cons.* 108. *l.* 3. Fragos. *d. disp.* 4. *n.* 216.

Sed an ignorantia excuset à pœnis incestarum nup-
tiarum? Et quæ ignorantia sufficiat? Quæstionis 45
est. Et quidem ignorantiam excusare à prædictis pœnis incestus, quando commissus est ignorantia, & errore probabili, atque justo, verius est; ut scilicet incestuosus corporali pœna non puniatur, neque infamia notetur, neque bona ejus confiscentur. *L. si adulterium cum incestu ff. de adulter. d. L. qui contra C. d. incest. nupt.* Covarr. *d. c.* 6. §. 7. *n.* 15. Plotus *in* L. *quando n.* 289. & 290. *C. unde vi*, dicit communem Jul. Clar. *in* §. *incestus num.* 8. Bart. *in d. L. si adul. tertium num.* 11. *vers. tertia est pœna*, Menoch. *d. cas.* 502. *n.* 82. & 83. Quæ conclusio absque dubio procedit in ignorantia facti, quando conjuges sciebant in gradu prohibito Matrimonium contrahi non posse, sed ignorabant, an essent in gradu prohibito consanguinitatis, vel affinitatis! quia si ignorantia erat justa, & invincibilis, nulla datur culpa, neque incestus committitur. Et sic pœna locum habere nequit secundum Bart. *in d. L. si adulterium cum incestu in princip. n.* 11. Immol. *in Clement. unic. de consang. & affinit. col.* 2. & ibi Ancharr. *col.* 3. Bald. *Novell. de dote p.* 11. *n.* 8. *& sub. nu.* 10. *gloss.* & Abb. *in cap. & si necesse de donat. inter*, Covarr. *d.* §. 8. *nu.* 37. *vers. nam hi, qui ignorantia facti*, Jul. Clar. *in d.* §. *incestus n.* 8. *incipit excusatur incestum committens*; Menoch. *d. cas.* 502. *n.* 88. Corduba *in quæst. lib.* 1. *q.* 12. *post princ. vers. dictum est quod scienter*, Gutier. *l.* 1. *Canonic. cap.* 23. *n.* 9. Et facit *text. in c.* 1. *de eo qui cogn. consang. uxor. suæ*, ubi requiritur scientia, ut incestus puniatur Sixtin. *d. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 67. Fragos. *d. disp.* 4. *n.* 209. qui plures refert. & n. 218.

Idem dicendum de ignorantia juris, quæ etiam 46
excusat

excusat à pœna incestarum nuptiarum, ut per Bar-
tol. *in d. L. si adulterium* §. 1. Gloss. & Joan. Andr.
46 atque Abb. *in capit. & si necesse*, Duen. *reg.* 150. *in*
2. *lim.* Boer. *dec.* 264. *n.* 13. *vers. & juris ignorantia*
excusat. Covarr. *d.* §. 8. *n.* 37. *vers. sed & ignorantia*
juris. Ubi quod prodest ad excusationem poenæ a-
mittendi propria bona; licet non operetur lucri ac-
quisitionem, Sixtin. *d. cap.* 11. *n.* 72. Quæ declaratio
fuit Abbatis in *d. cap. & si necesse nn.* 7. *vers. & idea*
canclude. Quam tenuit ante eum, Part. *in d. L. fin.*
ff. de condict. sine causa, & sequuntur Cessaneus *cons.*
49. Phanut. *de lucr. dot. gloss.* 3. n. 13. & Trentacinq.
de resolut. 4. *nu.* 7. *vers. procedit tertio*, Farinac. *d.*
quæst. 149 *nu.* 163. Aug. Barbos. *in L. qui contra* n.
6. Sixtin. *d. cap.* 11. *nu.* 81. Fragos. *d. disp.* 4. *nu.*
218. *in fin.* Debet tamen juris iguorantia esse justa, &
probabilis, non crassa, & supina, veluti quando nup-
47 tiæ contrahuntur, & sunt prohibitæ de jure gen-
tium, nempe inter asceodentes: & descendentes:
Etenim hæc ignorantia neminem excusat, tanqnam
supina. Prout si contrahantur, inter fratrem, & soro-
rem. Probat Ulpian. *in d. L. si adulterinm cum in-*
cestu, §. *quare*, ibi: *Quare mulier tunc demum cam*
pœnam, quam mares, sustinebit, cum incestum de ju-
re gentium probibitum admiserit: L. *fin. ff. de rit.*
48 *nupt.* Ubi quod ignorantia in hujusmodi incastus non
excusat, Bart. *in d. Clement. unic. de consang. & af-*
fin. n. L. Covarr. *d.* §. 8. *n.* 37. *vers. secundo cammunis*,
Menoch. *d. cas.* 402. nu. 91. Alex. *consult.* 163. *vol.*
2. Trentacinq. *d. resolut.* 4. *nu.* 7. *vers. procedit se-*
cundo, Surd. *dec.* 4. *nu.* 7. Marescot. *lib.* 1. *variar.*
cap. 16. *nn.* 3. Hostiens. in *summa de adult. nu.* 13.
vers. sed si committatur à fœmina, Fragos. *d. disp.* 4.
n. 120. ubi extendit ad nuptias prohibitas de jure di-
vino, & refert Angel. Roman. & alias.

Ut autem juris ignorantia excuset, requiritur,
quod nuptiæ in gradu prohibito palam contrahantur,
si clam; quia tunc ignorantia juris etiam humani non
excusat *d. L. fin. ff. de rit. nupt.* Alberic. *in d. L. si*
adulterinm §. 1. *& gloss. in d. L. qui contra*, Roman.
49 *singul.* 414. Covarr. *d. n.* 37. *vers. qua tamen proce-*
dit, Boër. *dec.* 264. *sub nu.* 15. *vers. Marcus tamen*,
Trentacinq. *de resol.* [illegible] *n.* 7. *vers. hac conclusio*, Aug.
Barbos. *in d. L. qui contra n.* 19. Menoch. *cas.* 502.
n. 95. Sixtin. *d. cap.* 11. *n.* 82. Socin. Jun. *cons.* 31. *n.*
49. *lib.* 2. Tiraq. *de retract. couvent. in præfat. nu.*
14. Idem Menoch. *cas.* 244. *nu.* 3. Namque in con-
trahente Matrimonium clam præsumitur dolus: ut
præcitati autumant. Et ideo contrahens incestas nup-
tias ignorantiam probare debet, Ruin. *cons.* 14. *nu.*
5. *lib.* 3. Menoch. *d. cas.* 214. n. 14.

Intellige, quæ dicta sunt de ignorantia juris circa
excusationem à pœois incestarum nuptiarum; ut ipsæ
50 procedant in fœminis quæ respectu incestus juris hu-
mani, seu civilis, excusantur à pœnis propter igno-
rantiam, juxta Papiniani responsum *in d. L. si adul-*
terium cum incestu §. *quare* ibi: *Nam si sola juris no-*
stri abservatio intervenit: mulier ab incestus crimine
erit excusata.

Quod idem subjunxit. *in* §. *fratres ejusdem legis*
ibi: *Nam & mulieres in jure errantes incestus crimi-*
ne non teneri, supra dictum est, Menoch. *d. cas.* 502.
n. 93. Sixtin. *d. cap.* 11. *nn.* 81. Farinac. *d. q.* 149.
n. 173. August. Barbos. *in d. L. qui cantra n.* 7. Ju-
ris enim civilis ignorantia mulierem excusat regula-
riter *L. regula* 9. *ff. de jur. & fact. ignor.* maximè
quando agitur de damno vitando. DD. comm. *in* L.
juris ignoratia C. qui admiti, Menoch. *d. cas.* 502.
nn. 76. Sixtin. *d. cap.* 11. *nu.* 81.

At verò quoad virum major est dubitatio: textus
enim *in L. si adulterium cum incestu* §. 1. probat vi-
rum, seu masculum nulla ratione excusari à pœnis
51 incestus juris gentium, vel civilis propter errorem,
aut ignorantiam; fœminam autem tantum accusari
ob errorem, seu ignorantiam juris civilis, non verò
juris gentium. Et hæc seutentia respectu viri probatur
etiam *in Auth. de nupt.* §. *sancimus in verbis*, ibi:
Mulier quoque si legem sciens hanc quidem neglexe-
rit, incestis autem nuptiis semetipsam tradiderit, sub
eadem constituenda pœna. Ex quibus verbis bene eli-
citur, etiam mulierem scientem legem civilem, qua
prohibetur Matrimonium contrahentem incestas nup-
tias esse puniendam: Ergo etiam vir ignorans non
excusatur: quia Justinianus dolum, & scientiam re-
quirit in fœminis, non in viris, neque quoad viros
verbum ullum de scientia *in d. Auth. reperitur.* At-
que ita non excusatur vir per ignorantiam juris civi-
lis, Bald. *Novell. d. p.* 11. *privileg.* 1. *n.* 10. *vers. in*
contrarium, optimè Menoch. *d. cas.* 502. *nn.* 96. &
late prosequitur Sixtin. *d. cap.* 11. *num.* 73. *& seqq.*
Pro qua opinione facit juris iguorantiam regulariter 52
non excusare *L.* 2. *L. si non transactionibus* 1. *L.*
cum quis 10. *C. de jur. & fact. ignor.* L. *regula in*
princ. & §. sed & Imperatores ff. eodem, Cyriac. *con-*
trov. 164. *nu.* 17 Facbin. *lib.* 10. *controv. cap.* 12.
Cresp. de Valdaur. *observat.* 23. n. 76. Unde cum
uulla lege probetur juris iguorantiam excusare mares
à pœnis incesti, & contrarium colligator ex prædic-
tis juribus, regulæ standum est. Et quidem hæc opi-
nio mibi verior videtur, quamvis contraria commu-
nis sit. Quam tenuit Bart. *in d. l. si adulterinm n.* 11. 53
in fin. vers. tertia est pœna; dum ait, pœnas adversus
iocestuosus sancitas à Justiniano *in* L. §. 1. *in Auth.*
de nupt. solummodo locum habere, quando dolosè,
& scienter contractæ sunt nuptiæ incestæ: Et si
quamcumque ignorantiam excusare à dictis pœnis,
sequuntur Ancharr. *in Clement* 1. *nu.* 4. *vers. tertia*
est pœna de consang. & affi. Covarr. *d. p.* 2. *cap.* 6. §.
8. *n.* 33. idem Ancharr. *cons.* 391. *incipit videtur pri-*
ma facie n. 5. Fragos. *d. disp.* 4. n. 219. Quæ opinio
communis ex eo fulcitur, quia quando dolus expres-
sè requiritur ad pœnam, non sufficit culpa etiam lata
L. igitur §. *& generaliter ff. de liber. caus.* Bart. *in L.*
1. *ff. si quis testament. lib. esse juss. est*, Abb. *in capit.* 2.
de constit. Clar. *in d.* §. *incestus n.* 8. Qui dicit igno-
rantiam juris, vel facti etiam ex crassa, & lata culpa
sufficere ad excusationem hujusmodi pœnæ, Covarr.
in d. §. 8. *nn.* 35. & 36. Ubi communem defendit
Fragos. *d. num.* 219. ubi hanc opinionem sibi non
displicere refert, dummodo ignorantia uon sit tam
crassa, ut temerarium sit ignorare. Quibus addo 54
quod si error sit supinus, non proderit ignorantibus
per *text. in* L. *neque supina ff. de jur. & fact. ignor.*
vel si provenerit ex levi causa juxta *text. in d.* L. *qui*
contra. Aut si ignorantia affectata fuerit; hæc enim
pro scientia habetur, & nihil prodest. Tiraq. *de re-*
tract. lign. §. 35. *gloss.* 4. *num.* 28. Dueñ. *reg.* 150.
limit. 2. Caldas *de renovat. emphit. q.* 7. *n.* 18.

Qua de causa accerrimus esse debet error coutra- 55
hentium incestas nuptias, ut à pœnis excusentur *d.*
L. qui contra C. de incest. nupt. Menoch. *d. cas.* 502.
num. 82. & plures relati ab August. Barbos. *in d. L.*
contra n. 5. Trentacinq. *resol.* 4. *n.* 7. Et sic, quod
ignorantia injusta, & non probabilis non excuset à
pœnis incestarum nuptiarum, scribunt post Chirland.
Alberic. Angel. & alios Farinac. *tom.* 4. *q.* 149. *n.*
180. Aug. Barbos. *in d. L. qui contra nu* 8. Covarr.
d. cap. 6. §. 8. n. 37. *vers. quæ tamen procedit.* Quod
tamen non tantum habet locum in facti ignorantia,
sed etiam in juris ignorantia, quæ probabilis, atque
justa esse debet, non crassa, & supina, Covarr. *d.* §.
8. *nn.* 38. *vers. secunda cammunis*, Fragos. *d. disp.*
4. *num.* 219. Menoch. *d. cas.* 502. n. 91. Quæ si in-
tervenerint, communis sententia sequenda erit in
judicando, & consulendo propter DD. authoritatem,
quamvis respectu virorum de rigore juris amplectenda

fit nostra, quam sequitur, opinio, de qua *n*.52.*&* 53.
Attamen prædictam nostram opinionem intelli-
56 gerem, ut scilicet ignorantia juris etiam in maribus
excuset, quando jus adeo est dubium, ut etiam con-
sulendo peritiores, non possit haberi certa notitia,
Covarr. *in regul. possessor. p*.2.§.7.*n*.12. Menoch. *lib*.
6.*præsumpt*.43.*n*.27. *&* 28. August. Barbos. *in cap.*
ignorantia num. 26. *de reg. jur. in* 6. Cresp. de Val-
daur. *observ*.23.*n*.90. Quando enim mares peritiores
consuluerunt, datur in eis juris ignorantia sine culpa
quæ excusat á pœna, & prodest ignorantia: secus si
peritiores non consuluerunt, quia tunc datur igno-
rantia juris cum culpa, Covarr. *in d. regul. possessor*. §.
7.8. *&* 9.*n*.10. Cresp. *d. observat*.23.*n* 77.
Quod autem ignorantia sit probabilis, non præsu-
mitur, nisi concurrentibus conjecturis: ut tradit Ma-
57 rescot. *d. cap*.16. *n*. 4. Et vere justa erit conjectura,
si contrahentes probent, audivisse in Civitate, vel
vicinia, à viris probis, & honestis nullum inter eos
extare conjunctionem consanguinitatis, vel affinita-
tis, juxta *gloss. in L. Tuo fundus ff. de condit. & de-*
monstr. quæ tradit excusandum esse eum, qui credi-
dit bono viro, Menoch. *d. cas*.502. *n*.89. Et insuper
bona erit conjectura, si in Civitate, vel vicinia
erat publica vox, & fama, nullum adesse vinculum
consanguinitatis, & affinitatis inter contrahentes: qui
propterea excusandi sunt. Namque fama excusat à
dolo, & à delicto *L. similes* §. *mulier ff. ad L. Jul. de*
adulter. Pinel. *in L*.2.*p*.2.*n*.37.*C. de de rescind. vend*..
Menoch. *d. cas*. 502. *n*. 90. Ubi quod fama inducit
justissimum facti errorem Joann. Fab. *in* §. *error. n*.1.
Instit. de usucap. Berojus. *in capit. de quarta n*. 20.
de præscript.
In quæstione autem, an ita, ut juris ignorantia
58 præsumitur, sit præsumenda ignorantia facti; Tres
repeiuntur Doctorum opiniones. Prima habet con-
trahentes publice incestas nuptias non excusari nisi
ignorantiam probent, quam tenent Decius *cons*.154.
Ruin. *cons*. 14. *n*.5.*vol*.3. Oldrad. *cons*.256. & sequu-
tus est Menoch. *de arbitr. cas*. 244. *n*.16. intelligens
text. in L. ultim. ff. de rit. nupt. prodesse solum, ut
actus palam gestus excuset respectu ignorantiæ juris,
non facti. Alia fuit opinio Baldi *in L. qui contra n*.
4. *vers. & ex hoc pone*, qui docet Matrimonio publi-
cè contracto non solum juris, sed & facti ignoran-
tiam præsumi; Et idem sentire videtur Bart. *in d. L.*
si adulterium cum incestu in princ. Nam cum Bart. *ibi*
num. 9. distinxerit quomodo ignorantia juris, vel
facti excuset, subjicit *num*.10. qui in dubio tam præ-
sumatur scivisse, vel ignorasse? retento eodem the-
mate ait, ignorantiam jam juris, & facti ex actu
clam gesto inducere scientiam; ex actu verò palam
ignorantiam præsumi. Et sic de utraque sentire vide-
tur: atque ita hanc amplexus est opinionem, Ruin.
sibi parum constans *consult*. 100. *num*. 4. *vol*. 3. *&*
cons. 51. *n*. 17. *lib*. 5. Tertia fuit opinio Paleothi *de*
de not. & spur. cap.9. *n*.13. Qui docet hoc in Judi-
cis arbitrio esse positum, ut possit judicare præsumi
ignorantiam facti, vel ignorantiam juris, & aliquan-
do non. Namque si frater contraheret cum sorore,
vel consobrina, cum quibus una simul educatus fuit,
non præsumatur facti ignorantia, etiamsi Matrimo-
nium contraxerint palam, & publicè: vel si con-
traheretur inter ascendentes, & descendentes. Si
vero quis cum forensi, & remotissimæ regionis, be-
ne præsumeretur facti ignorantia. Proindeque reli-
gioni Judicis relinquendum est, an facti ignorantia
sit præsumenda? qui totum estimabit ex conjecturis,
& causis, quæ modo suadere possunt, neque juris,
neque factis ignorantiam esse præsumendam; & ali-
quando ex facti contingentia, & ignorantiam facti
præsumere poterit: Et hanc opinionem amplectitur,
Menoch. *d. cas*. 244. *n*. 18. *&* 19. Et eam probavit
Alex. Trentacinq. *d. lib*.3. *tit. de Matrimon. resol*.4.
n.7. *vers. cum igitur*. Prout etiam sentire videtur Vin-
cent. de Franch. *dec*. 52. *n*. 8.
Advertendum tamen est, pœnas incestarum nup- 59
tiarum non fuisse sublatas per *Auth. bona damnator. C.*
de bon. proscript. de quo videndi sunt Anton. à Gama
decis.352. Cammill. Borrell. *de præst. Reg. Cathol. ca-*
pit.16.*n*.205. Boer. *decis*.264. *n*.15.*&* 16. Cujac. *in*
Auth. de incest. nupt. Sixtin. *d. lib*.2.*cap*.11.*n*.40. Ho-
rat. Montan. *de Regal. verb. bona contrahentium. n*.1.
& 18. Seraphin. Massin. *de confisc*. *q*.3. *n*.43.
An autem crimen incestarum nuptiarum sit Eccle-
siasticum, nec ne? Quæstionis est. In qua variæ
reperiuntur opiniones. Nam Bald. *in L. consulta n*. 60
3. *C. de testam*. tenet incestum esse in totum Eccle-
siasticum, & nullo modo à Judice sæculari puniri
posse. Sequitur aufrer. *in tract. de potest. saecul. in*
Ecclesiast. n. 6. Quos refert Marta *de jurisdict. p*. 2.
capit. 20. *n*. 9. Alii vero tenent crimen incestus esse
in totum sæculare. Est enim receptum in praxi, quod
incestus refertur tantum ad coitum inter collaterales
consanguineos, *cap. lex illa vers. incestus* 36. *quæst*.
1. Gabr. Pereir. *de man. Reg. p*.2. *capit*. 56. *nu*.18.
Ubi *n*.19. tradit Judicem Ecclesiasticum solum co-
gnoscere inter laicos de crimine incestus, quando
in figura Matrimonii committitur, tunc enim injuria
irronatur sacramento, & resultat crimen Ecclesiasti-
cum. Cæterum alii docent crimen incestus esse mixti
fori, quando publice committitur; ut tradunt Aze-
ved. *in d. L*.7.*tit*.20.*lib*.8.*Recop*. à *n*.80. *usque ad* 90.
Farin. *tom*.4.*quæst*.149.*n*.127. Curia Philip. *p*.3.*judic.*
crimin.§.2. *de for. Ecclesiast. n*.28. Quam sententiam
probavit Afflict. *in cap. unic. tit. quæ sint Regalia*, Paul.
Grilland. *in tract. de pæn. omnifar. coitus quæst*.3.*n*.4.
Bermond. *in tract. de public. concub. rubr. de incestu n*.
34.*&* 35. Boss. *tit. de coit. damnat. n*.17. Marta *de ju-*
risdict. p.2.*cap*.20.*n*.9. Fragos. *d. disp*.4.*n*.1. Gabr. Pe-
reir. *d. cap*.56.*in*.20. Tondut. *de prævent. p*.2.*cap*.29.*n*.
5. Et hanc partem secuta est *Ord. lib*.2.*tit*.9. *in princ.*
Et quidem incestus tam de jure civili, quam Canoni-
co punitur. Atque ideo tam à Judice sæculari, quam
Ecclesiastico puniri potest. Decian. *in tract. crimin. lib*.
4. *cap*.17. *n*.7. Horat. Montan. *de Regal. verbi bona*
contrahentium incestus. n.3.
Sed ut rectius Ordinationis dispositio intelligatur, 61
sciendum est, quod incestus duplex est. Alius est
ille, qui committitur cum aliqua persona, cum qua
Matrimonium contrahi prohibetur prupter impedi-
mentum consanguinitatis, vel affinitatis. Alius est
incestus, qui committitur cum aliqua persona, cum
qua contrahi non poterat Matrimonium occasione co-
gnationis spiritualis, vel compaternitatis: Dian. *resol.*
moral. p.3.*tract*.4.*resol*.140.*vers. non reticeam*, Meno-
ch. *cas*.502.*n*.27.*&* 28. Tondut. *d. cap*.29.*n*.1. Et verè
in primo distinctionis membro, quando incestus pro-
hibetur tam à jure civili, quam Canonico, casus est
mixti fori, ac tam à laico, quam Ecclesiastico pu-
niri potest, dummodo incestuosi publici sint, & pu-
blicè infamati. Quibus in terminis loquitur *Ord. in*
d. princ. ibi: *Quando se procede contra publicos adul-*
teros, barregueiros, concubinarios, alcoviteiros, & os
que consentem as mulheres fazerem mal de si em suas
casas, incestuosos. Unde si incestuosi publica non la-
boraverint infamia, solus Judex sæcularis cognoscere
poterit; & si ad judicium Ecclesiasticum sint vocati,
poterunt instrumentum gravaminis petere ad judicium
Reg. Coronæ, quasi Ecclesiast. jurisdict. abuatur, Gab.
Per. *d. c*.56.*n*.20. Et sentire videtur Frag. *d. disp*.4.*n*.
ibi: *Dummodo sit publicus*.
Quando incestus commissus fuerit in figura Matri- 62
monii, & dubitatur de viribus illius, & an jure potue-
rit contrahi, de quæstione juris circa Matrimonii
validitatem laicus cognoscere non poterit: quia cum
causa

causa sit spiritualis, pertinet privativè ad Ecclesiasticum, Valasc. *cons.* 159. *à n.* 2. *cum seq.* Vinc. de Franch. *dec.* 36. ubi addentes Barbos. *in L. Titia.n.* 22. & 23. *ff. de solut. Matrim.* Matt. *de jurisd. p.* 2. *cap.* 80. *n.* 16. Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 54. *n.* 3. & 4. Montan. *d. verb. bona contrahentium incestas n.* 3. Cresp. *observ.* 23. *n.* 123. Adeo, ut sæcularis ne-
63 que incidentet cognoscere possit de quæstione Matrimonii, quando consistit in jure; quippe tunc eam remittere debet ad Ecclesiasticum, & interim in causa supersedere, Petr. Barbos. *in d.L. Titia n.* 21. *vers. & donec ea causa finiatur*, Gama *dec.* 134. & 227. *n.* 5. Sanselic. *dec.* 11. *n.* 2. & 3. & *dec.* 15. *n.* 20. & 21. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 13. *p.* 2. *n.* 19. Oliva *de for. Eccl. p. q.* 8. Si vero agatur de quæstione Matrimonii quæ consistit in facto, bene poterit sæcula-
64 ris de illa cognoscere. Covarr. *de spons. p.* 2. *cap.* 8. §. 12. *num.* 3. Valasc. *cons.* 21. *n.* 1. Barbos. *in d.L. Titia n.* 23. Cevall. *commun. contra commum. q.* 403. *à n.* 1. & *q.* 404. *à n.* 1. Fontan. *d. gloss.* 13. *n.* 25. Oliva *d. q.* 8. Montan. *ubi supra sub n.* 3. Ponte *de potest. Pro Reg. tit. de assens. Reg. sup. dote in rub. n.* 50. Francisc. Marc. *dec.* 306. Petr. Cabal. *cas.* 38. 112. & 200. Quod idem dicendum est, si de quæstione juris notoriè constiterit, quia tunc Judex sæcularis incidenter cognoscere valebit, Gutiert. *Canon. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 46. & 47. Barbos. *in d.L. Titia n.* 22. 30. & 33. Vinc. de Franch. *dec.* 189. *n.* 1. Fontan. *d. claus.* 4. *gloss.* 13. *p.* 2. *n.* 43. Oliva *d. p.* 1. *quæst.* 8. *n.* 7. & 9.

In secundo distinctionis membto quando committitut incestus cum cognata spirituali, nullo modo Judex secularis procedere valet ad punitionem hujus
65 delicti, neque de illo cognoscete, cum privativè pertineat ad Ecclesiasticum, Nata *in addition. ad Alex. cons.* 157. *vol.* 5. Thesaur. *dec.* 100. *n.* 6. late Fragos. *d. p.* 1. *lib.* 2. *disp.* 4. *n.* 198. Tondut. *d. cap.* 28. *n.* 4. Ratio est, quia delictum istud de jure civili nondum erat cognitum, & ideo non potest Judex laicus procedere ad pœnas temporales, quæ non sunt à jure civili statutæ, Bermond. *de publ. concub. tit. de incest. n.* 32. Farin. *d. q.* 149. *n.* 48. Petr. Caball. *cas.* 200. *n.* 69. *circa fin.* & *n.* 70. Ubi docet, quod incestus cum cognata spirituali spectat ad Judicem Ecclesiasticum, non ad sæcularem, nisi cum tali incestu sit admixtum crimen stuprii, vel adulterii, quia tunc Judex sæcularia procedere poterit, & punire crimen stupri, vel adulterii, quod aggravatut ex cognatione spirituali, ut gravius puniatur, quam simplex stuprum, vel adulterium, Franc. Marc. *d.* 152. *num.* 4. *vers. nec obstant. præmissis*, Mart. *de jurisd. p.* 1. *cap.* 20. *num.* 20.

Committitur incestus, si quis carnaliter cognoscit
66 Monialem, ut est communis opinio, secundum Clar. *in d.* §. *incestus sub n.* 1. *vers. de numquid.* Boss. *in tit. de coit. damn. & punib. n.* 79. & *seqq. vers. coitus cum moniali.* Cacher. *decis. Pedemont.* 103. Bajard. *ad Clar. d.* §. *incestus*, qui dicit talem committere quatuor crimina scilicet incestum, sacrilegium, adulterium, & stuprum, quod antea dixerat, Bos. *ubi supra*, Caball. *d. cas.* 200. *n.* 71. Decian. *cons.* 338. *n.* 1. Menoch. *d. cas.* 502. *n.* 26. Emman. Barbos. *ad Ordinat. lib.* 5. *tit.* 15. Marta *p.* 2. *cap.* 26. *n.* 1. & *seqq.* Et iste cognoscens monialem punitur pœna mortis naturalis de jure civili L. *siquis non dicam rapere C. de Episcop. & Cleric.* Boss. *d. tit.* 89. Grilland. *ubi supra q.* 1. *n.* 17. & *seqq. vers. quibus sic declaratis*,
67 Francisc. Mart. *decis.* 964. *in princip. n.* 1. *p.* 1. Mart. *d. cap.* 26. *num.* 7 Massin. *de confiscat. q.* 3. *nu.* 29. Caball. *d. cas.* 200. *num.* 72. Menoch. *cas.* 389. *nu.* 24. Et apud nos eadem pœna mortis puniatur taliter delinquens, & in pœna quingentorum ducatorum monasterio applicanda, *Ordinat. lib.* 5. *tit.* 15. Cujus dispositio recepit argumentum à lege extravaganti *Portugal. de Donat.*

edita die 13. Januarii anno 1603. quæ reperitut impressa post librum quintum Ordinationis. De quo crimine etiam Judex laicus cognoscit contra laicum, Osasch. *d. dec.* 103. *n.* 5. Tondut. *d. cap.* 29. *n.* 14. Menoch. *d. cas.* 389. *n.* 24. *in fin.* Cabal. *d. cas.* 200. *n.* 73. ubi ait, quod quando agitur de punitione hujus delicti, in quo imposita est pœna mortis, Judex temporalis procedit, ex quo Ecclesiasticus non babet pœnam sanguinis, *cap. sententiam sanguinis extra ne Clerici, vel monachi*: & allegat Bermond. *tit. de incest. n.* 33. *vers. superest ut videamus.* Si vero committens delictum sit persona Ecclesiastica, laicus de crimine cognoscere non potest.

Ultra pœnas incestus, de quibus supra, si filius com- 68
misit incestus cum proptia noverca, vel patris concubina domi tetenta, potest à patre exhæredari, & eodem modo filia, quæ cum marito matris coivit, vel cum ejus concubinario. *Auth. ut cum de appellat. cognosc.* §. *causas*, *Ordinat. lib.* 4. *tit.* 88. §. 10. Boet. *dec.* 318. *n.* 3. Covar. *in cap. Raynutius n.* 18. *de testam.* Molin. *de justit. & jur. tract.* 2. *disp.* 176. *vers. sexta, si noverca*, Menoch. *d. cas.* 502. *n.* 64.

CAPUT XXXVI.

De tacito Fideicommisso.

Ad Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 23.

SUMMARIUM.

1 *Tacitum fideicommissum relictum incapaci pertinet ad jura Regalia.*

2 *Relictum capaci, qui tacitam fidem accomodavit de restituendo incapaci, aufertur de hærede, vel fideicommissario, & applicatur fisco.*

3 *Relictum tacite, intelligitur, quando in testamento, aut codicillis, nihil relinquitur incapaci: sed rogatur hæres dare incapaci cautione domestica, chyrographo, aut fide data in fraudem legum, & se obligat ad præstandum fideicommissum incapaci.*

4 *Rogatus tacite restituere capaci nullam pœnam incurrit.*

5 *Ut fisco locus sit, duo simul requiruntur. Quod fideicommissum relinquatur incapaci, & quod hæres tacitam fidem accomodaverit, restituendo.*

6 *Probationes, quæ sufficiant ad probandam fidem datam;* Remissive.

Tacita fides accommodata non solum probatur per cautionem, vel chyrographum: sed etiam per argumenta, & conjecturas. Ib.

7 *In his, quæ sunt difficilis probationis, lex contenta est ea probatione, quæ fieri potest.*

8 *In criminalibus ex indiciis, & conjecturis procedi potest etiam ad condemnationem mortis.*

Claritas probationis non minus ex indiciis colligi, valet, quam testibus. Ibid.

9 *Una conjectura non sufficit ad probandam tacitam fidem, & requiruntur liquidæ, & appertissimæ conjecturæ.*

In occultis, & tacitis præsumptiones dicuntur manifestissimæ probationes. Ib.

10 *Præsumptio resultans ex institutione hæredis, qui postea statim remisit, vel concessit hæreditatem filio spurio, vel consensum præstitit, ut ille hæreditaria bona possideret, per se solam non probat, hæredem tacitam fidem accommodasse.*

11 *Concurrentibus aliis conjecturis præsumptio resultans ex possessione incapacis legitimam facit probationem.*

12 *Sufficit probatio fidei datæ per hæredem de restituendo incapaci, ut fisco locus sit, non verò est necessaria, actualis restitutio.*

13 *Limita non habere locum confiscationem in filio familias, aut servo, qui patri vel domino fidem dedit de restituendo incapaci.*

14 *Limita secundo in hærede, qui accommodavit tacitam fidem, & se ipsum detulit. Et quid, quantumve hæres, vel incapax, qui se detulerunt, consequi valeant.*

15 *Obligatio de restituendo incapaci obligatoria esse debet & non sufficis pollicitatio.*

16 *Fiscus ab hærede tantum auferre potest portionem quam ipse promisit tacitè restituere incapaci.*

17 *Si incapax, cui erat restituendum, obiit ante testatorem, tacita fides non prodest fisco.*

18 *Relictum palam incapaci in testamento, aut codicillis, non applicatur fisco, sed remanet apud hæredem, vel transit ad substitutum, aut conjunctum.*

19 *Hæres, qui tacite promisit restituere incapaci, potest retinere bona taciti fideicommissi, dum per sententiam non fuerit condemnatus ad instantiam fisci.*

20 *Clericus hæres institutus, & rogatus de restituendo incapaci, qui fidem accommodavit, tenetur fisco Ecclesiastico, non sæculari.*

1 PErtinet etiam ad Regalia de jure hujus Regni fideicommissum, quando hæreditas, vel legatum relinquitur incapaci, qui tacitè rogatus est à testatore de restituenda hæreditate, vel tradendo legatum incapaci. Et hoc jus apud nos inter Regalia computatur juxta *Ord lib.2.tit.26.§.23.* notat Thom.
2 Valasc. *alleg.33.n.17.* Aufertur enim ab hærede, vel fideicommissario res à testatore relicta, quando capax fidem suam accommodavit de restituendo incapaci, & applicatur fisco *L. in fraudem* 10. L. *eum qui tacitum* 18. §. *fin. L. si quilibet* 23. *ff. de his quib. ut indign. L. 3. in princip. ff. de jur. fisc.* L. 3. *ff. de probat.* L. *cum quidam* 17. §. *in tacito ff. de usur. L. ex facto* 43. §. *Julianus ff. de vulg.* L. *beneficio* 59. §. *fin. ad leg. Falcid. L. ita fidei* 40. *L. Arrianus* 42. *L. Status Florus ff. de jur. fisc.* L. *Lucius* 123. §. *fin. ff. de legat. 2. L. 1. C. de delator. lib. 10. Ord. lib. 2. tit. 26. §. 23.* exornat Covarr. *de spons. 2. §. 5.* Cujac. *in L. 1. ff. de jur. fisc. & lib. 9. responsor. Papinian. in L. 3. ff. de probat. & lib. 13. in* L. *hæreditatem ff. de his quib. ut indig.* Donel. *lib. 6. comment. cap. 17.* Molin. *de just. tom. 1. disp.* 169. Pichard. *in princ. Instit. de fideicommiss. hæred. n. 31. & 32.* Castill. *de tert. cap. 41. n. 159. & seqq.* Clar. *in §. testamentum quæst. 31.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 3. tit. 2. n. 5. & tit. 19.* Fusar. *de subst. q. 574. n. 1.* Amaya *lib. 3. observat. cap. 2. num. 84. & in L. 1. C. de delator. lib. 10. à num. 1.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 10. n. 30. & seqq.* Camill. Borrell. *de præstant. Reg. Catol. cap. 15. n. 57.* Bellon. *de jure accrescend. cap. 7. q. 55. n. 2.* Thom. Valasc. *alleg. 33. n. 1.*

3 Tunc autem dicitur aliquid tacitè relinqui, cum hæres, neque in testamento, neque codicilli, rogatur restituere, vel dare incapaci, sed cautione, domestica, aut chyrographo, pollicitatione, aut fide data in fraudem legum se obligat ad præstandum fideicommissum ei, qui testamenti factionem non habet, & ex eo, capere nequit *L. in tacitis* 103. *ff. de leg. 1. L. in fraudem* 10. *ff. de his quib. ut indign.* Cujac. & Gotofred. *in d. L. in tacitis. & lib. 9. responsor. Papinian. in d. L. 3. ff. de probat.* Joann. Garcia *de tacito fideicom. post tract. de expens. n. 2.* Amaya *in d. L. 1. C. de delatorib. n. 2.* Bellon. *d. cap. 7. q. 55. n. 5. vers. & si relinquatur tacitè.*

Atque ita siquis tacitè rogatus sit restituere capaci, nullam pœnam hæres incurrit *d. L. 1. C. de delator. lib.* 10. ubi Alexand. Imperator differentiam consti-
tuit inter eum, qui capaci restituere promisit: & eum, 4
qui incapaci restituere rogatus est, rogato restituere capaci pœnam non imponit. Ex ea ratione, quia potuit testator justis de causis moveri, ut tacitas ordinationes constitueret, & interdum necesse est fieri, ne secreta patrimoniis & æs alienum pandantur. *L. quem hæredi* 25. *ff. de reb. dub. L. quidam* 46. *ff. de hæred. instit.* ut cum Bald. & Joann. de Platea tra-
dit Amaya *in d. L. 1. C. de delator. nu.* 38. Duo igi- 5
tur requiruntur, ut fisco locus sit, nempe quod fideicommissum relinquatur incapaci, veluti spurio, aut alii ex incapacibus; de quibus verba facimus supra *cap.* 30. Et quod hæres tacitam fidem accomodaverit de illi restituendo. Tota enim vis taciti fideicommissi in materia de qua agimus, consistit in interpositione fidei, quam hæres clam, & tacite facit de restituendo incapaci: ut sentit Bart. *in d. L. tacitis*, Angel. Bal. & alii, quos laudat, & sequitur Peregr. *d. l. 3. tit. 19. n. 6.* Amaya *in d.* L. 1. *n. 22.* ubi respondet ad *text. in L. edicto* 13. §. 1. *ff. de jur. fisc.* Phæb. *p. 1. dec. 40. n. 8.*

Ut igitur fisco locus sit, probare tenetur hæredem 6
tacite fuisse rogatum de restituendo incapaci; & ipsum tacitam fidem accommodasse. Non tamen satis constat, quæ probationes sufficiant; sed videndi sunt Peregrin. *d. tit. 14.* Mantic. *de conjectur. lib. 10. tit. 4. à num. 9. cum seqq.* Phæb. *d. decis.* 40. *à n. 2.* Gomez *in L. 9. Taur.* Farin. *in fragment. p. 1. verb. fiscus num.* 81. Qui omnes docent non solum probari posse tacitam fidem accommodatam per cautionem, vel chyrohraphum, sed etiam per argumenta, & legitimas conjecturas, ex quibus fraus, dolus, delictumque solet probari. Præsertim, cum hæc fidei accommodatio clam fiat, & sit difficilis probationis, ex his quæ Quintilian. *declamat.* 325. ut regulariter sunt omnia, quæ in occulto fiunt, Ant. Gabr. *commun. tit. de test. concl. 7. n. 8.* Decian. *cons. 92. num.*
64. *tom.* 2. Farin. *in prax. quæst. 61. nu.* 50. Giurb. 7
cons. 2. n. 45. Et in his quæ sunt difficilis probationis lex contenta est ea probatione quæ fieri potest Bart. *in L. in illa in fin.* ubi Jas. *ff. de verb. ob.* Bald. *in auth. quas actiones col. fin. C. de sacros. Eccles.* Hypolit. de Marsil. *cons. 61. n. 25.* Larrea *allegat. 48. n. 12. & 13. allegat. 66. n. 4.* Petr. Barb. *in L. 2. p. 3. à n. 78. cum seqq. ff. de solut. Matrim.* Surd. *cons. 1. n. 40.*

Adeo ut etiam in criminalibus procedi valeat etiam 8
ad condemnationem mortis ex indiciis, & conjecturis, Menoch. *lib. 1. præsumpt. 10. n. 11. & seq. & præsumpt.* 97. Barbos. *d. n. 78. & seqq.* Larrea *allegat. 66. n. 3. 4. & alleg. 96. n. 10. & seqq.* Claritas enim probationis non minus ex indiciis colligi potest, quam testibus *capit. 1. de homicid. in 5. L. indicia C. de rei vendic. c. cap. inter. 2. de Cler. pereg.* ibi: *Per idonea tibi constiterit argumenta*, ubi *gloss. verb. argumenta*, inquit æqualem esse probationem indiciorum, ac testium: & facit *text. in L. fin. C. de probat.* Ex quo colligunt DD. vulgare dicterium; quod in delictis probationes debent esse luce meridiana clariores. Et nihilominus probat textus indicia facere probationem luce clariorem in verbis ibi: *Sciant cuncti accusatores eam se rem deferre in publicam notionem debere, quæ munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis vel indiciis ad probationem indubitatis.* Quasi claritas probationis non minùs indiciis, quam testibus consequi valeat, Larrea qui latè exornat *allegat. 96. n. 14. & seqq. & alleg. 66. n. 3. & seqq.*

Unde promissio tacitæ fidei rectè poterit probari 9
non tam cautione domestica, seu chyrographo, Camill. Borrell. *d. capit. 15. n. 61.* quam indiciis, & urgentibus conjecturis; licet quælibet conjectura non sufficeret, quia requiruntur liquidæ, & apertissimæ juxta

juxta text. in L. 3. §. præterea ff. de suspect. tutorib.
ibi: Si Prætori liqueat ex apertissimis rerum argumen-
tis: quippe quamvis text. in L. non intelligitur §.
tacita ff. de jure fisc. dicat unam lecturam, tacitum
fideicommissum citra chirographum, & domesticam
cautionem probandum esse aliis manifestissimis pro-
bationibus: tamen non excludit probationes, quæ
fiunt per iudicia, & vero similes præsumptiones. Si-
quidem in occultis, & tacitis præsumptiones dicun-
tur manifestissimæ probationes L. si vero §. qui pro rei
qualitate ff. qui satisd. cog. L. licet ff. de legat. 1. Man-
tic. de conject. d. l. 10. titul. 4. n. 9 Quare non simpli-
10 citer admitterem conjecturam, quam DD. sufficien-
tem judicant, & resultat ex eo, quod testator insti-
tuit hæredem eum, qui postea filio spurio hæredita-
tem remisit, & concessit, vel consensum præstitit,
ut ille hæreditaria bona possideret, de qua Anton.
Gomez in L. 9. Tauri n. 26. Com. cons. 310. col. 1.
vol. 1. Bart. in L. post contractum n. 4. ff. de donat.
Peregrin. lib. 3. tit. 19. n. 5. Quia vere illa conjectu-
ra per se simpliciter non probat hæredem tacitam fi-
dem accommodasse: namque potest esse adeo nobi-
lis, dives, rectus, & probus, ut spurio egenti, & mi-
sero subvenire humanius judicet, quàm illum videre
fame, & egestate laborare; non fraude, sed miseri-
cordia commotus. Quo casu judicavit noster Sena-
tus non sufficere prædictam conjecturam per se solam
apud Phæb. d. dec. 40. & docent Clar. in §. testa-
mentum quæst. 31. n. 5. & in §. fin. q. 79. n. 7. Amaya
in d. L. 1. C. de delator. n. 35.

Si vero cum prædicta præsumptione consensus
11 hæredis, ut incapax, bona hæreditaria possideat, &
aliæ præsumptiones concurrant, legitima erit pro-
batio ex his quæ Marsil. cons. 44. n. 10. Gabr. Pereir.
dec. 54. n. 14. Petr. Barbos. in d. L. 2. p. 1. n. 82. Larr.
dec. 56. n. 6. & alleg. 48. n. 12. 13. 19. & 20. Surd.
cons. 1. n. 40. Etenim conjecturæ adminiculatæ aper-
tissimæ dicuntur probationes L. in tempus §. quoties
ff. de hæred. instit. L. siquis locuples in fin. ff. de ma-
num. testam. L. si constante in princip. ff. de solut.
Matrim. Capyc. Latro dec. 180. n. 33.

Sed est advertendum non esse necessariam actua-
12 lem rei restitutionem factam incapaci, ut fisco locus
fiat; quia sufficit, quod probetur accommodatio fi-
dei datæ per hæredem de restituendo incapaci: ut
voluerunt Salicet. in L. 3. C. ad L. Falcid. Imol. in
d. L. in tacitis, & Menezes in rubr. C. de fideicomm.
n. 13. Gregor. Lopez in L. 13. tit. 7. partit. 6. verb.
cumpliesse, vers. hoc etiam. Qui omnes tenent so-
lam accommodationem fidei reddere hæredem indig-
num, ut ab eo auferatur hæreditas, seu fideicommis-
sum tacitè relictum incapaci ante rei præstationem
L. 3. Cod. ad L. Falcid. quam bene interpretatur
Amaya in d. L. 1. C. de delator. n. 40. & seqq. Bel-
lon. de jur. accresc. c. 7. q. 58. n. 12.

Intellige supra positam resolutionem, ut non ha-
13 beat locum in filio familias, & servo, qui licet fidem
præstiterint patri, vel domino de restituendo inca-
paci, excusantur à pœna, per text. in L. in fraudem
§. recte ff. de his quib. ut indign. L. si tacitum ff. ad
L. Falcid. gloss. magna in d. L. non intelligitur ff. de
jur. fisc. Bald. in L. etiam Cod. ad l. Falcid. Peregr.
d. lib. 3. tit. 19. n. 8. Amaya in d. l. 1. C. delator. n. 56.
Fusar. q. 574. n. 2. Mantic. de conject. lib. 10. tit. 4. n.
7. Ratio est, quia in his quæ carent atrocitate faci-
noris; si patribus, vel dominis obtemperarint l. is qui
11. §. agnoscitur ff. quod vi, aut clam. l. liber homo
37. ff. ad l. Aquil. l. servus 20. ff. de action. & obligat.
l. filius 14. ff. ad l. Cornel. de fals. juncta l. non vi-
detur 167. l. is damnum 179. ff. de reg. jur.

Limita secundo, si hæres, qui tacitam fidem ac-
14 commodavit, se ipsum, detulerit; tunc enim pro
præmio denuntiationis consequitur tertiam partem
ejus quod tacitè obstrinxerat restituere incapaci l. in
fin. C. de his qui se deferunt lib. 10. Gomez in l. 9.
Taur. n. 31. Cujac. in l. edicto 13. l. Senatus 15. §. Se-
natus eum l. seqq. l. Statius Florus ff. eod. Namque
ex edicto Divi Trajani secundum prædicta jura hæ-
res, qui se detulit, dimidiam consequi debet. Et sic
quoad quantitatem dissidentes sunt decisiones illo-
rum jurium. Pro quorum interpretatione videndi sunt
Platea, & Cujac. in d. l. edicto. Qui differentiam con-
stituunt inter hæredem, qui cum esset rogatus, se ip-
sum detulit, & inter incapacem, cui relictum erat re-
stituendum, & se ipsum detulit: ita ut hæres tantum
consequatur tertiam partem: incapax verò dimidiam.
Sequitur Gregor. Lopez in l. 14. verb. la mitad. &
cum pluribus aliis prosequitur Amaya d. l. 1. n. 58.
A quo pete differentiæ rationem.

Tertio declara: ut ad hoc, ut fisco locus sit re- 15
quiratur promissionem tacitam hæredis de restituen-
do incapaci esse obligatoriam, non vero sufficere
pollicitationem: ut firmat Bald. in d. l. in tacitis:
& post alios Mantic. de conject. ult. l. 10. tit. 4. n. 8.
Peregr. d. l. 3. tit. 19. n. 14. Fusar. d. q. 574. n. 3.
Phæb. d. dec. 40. n. 8. Advertit autem Peregr. d. n.
14. satis esse promissionem in proposito, quod fuerit
facta inter defunctum & honoratum, licet incapax
non intervenerit.

Declaratur quarto ut fiscus tantum auferat ab hæ- 16
rede portionem quam ipse promisit tacitè restituere
incapaci, non verò totam hæreditatem, Probat text.
in l. ex facto §. Julianus ff. de vulgar. l. cum qui §.
pro parte ff. de his quib. ut indign. Alex. Bald. & Ja-
son. in l. eum virum C. de fideicommissum Mantic. d.
lib. 10. tit. 4. n. 7. Peregrin. d. lib. 3. tit. 19. n. 20. vers.
in contrarium Fusar. q. 574. n. 4. Thom. Valasc. al-
leg. 33. n. 9. Sixtin. d. cap. 10. n. 33. Et hæc est verior
opinio, quam amplexa est Ordinat. d. §. 23. ibi: Aquil-
lo que assim, he deixcado: quamvis contrariam se-
quatur Bald. in l. etiam q. penult. C. ad L. Falcid.
Quem male locutum, & contra jus tradunt Paleot. de
noth. & sput. cap. 43. n. 5. & Boss. tit. de his quib. ut
indign. n. 13. Et quidem Peregrin. d. n. 20. contrariæ
partis fundamentis satisfacit: Et nimis severum, &
iniquum esset hæredem peccantem in promissione ta-
cita alicujus rei in totum privari; debet enim pœna
par esse delicto l. rescriptum ff. de his quib. ut indig.
Immo satis est, quem in ea parte mulctari, in qua de-
liquit. L. hæres qui ff. eod. l. omnes in fin. 6. com-
mun. de success.

Quinto declara non procedere resolutionem quan- 17
do incapax, cui erat restituendum, obiit ante testato-
rem, quia tunc tacita fides data non prodest fisco ad
auferendam hæreditatem neque nocet promissori l.
ult. §. 1. ff. de his quib. ut indign. Peregr. d. tit. 29.
n. 18 in fin. Fusar. d. q. 574. n. 9.

Denique advertendum: quod si testator palam in 18
testamento, vel alia ultima voluntate reliquerit hæ-
reditatem vel legatum incapaci, sive directe, sive per
interpositam personam; relictam non applicatur fisco,
sed vel transit ad substitutum, vel ad conjunctum,
aut remanet apud hæredem, Bart. in l. hæreditas n.
1. & 2. vers. si vero cum quibusdam C. de his quib. ut
indign. Anton. Gomez lib. 3. variar. cap. 2. n. 14. vers.
item etiam, & vers. confirmatur, Mantic. d. lib. 10.
tit. 4. n. 8. Reminald. Senior. cons. 232. n. 7. ad fin.
Bellon. d. cap. 7. quæst. 55. n. 5. Sixtin. d. cap. 10. n.
31. Peregrin. d. tit. 10. n. 10. Qui omnes tradunt, 19
quod si hæres palam gravatur de restituendo incapa-
ci remanet apud hæredem quia nullum delictum
committit. Et probant jura in l. 3. §. si quis palam ff.
de jur. fisc. L. in tacitis de legat. 1. L. Lucis §. in te-
stamento ff. eod. Ex ea ratione quando relinquitur pa-
lam incapaci non habet fiscus à quo auferat: rogatus
enim palam fraudem legi fecisse non censetur, neque

reputatur indignus, Si vero fiscos vult auferre ab incapaci, non habet, quid auferat, cùm relictum habeatur pro non scripto, & privatio præsuponat habitum, Ita Bellon. *d. q.55.n.7. & 8.*

20 An autem possit hæres in foro conscientiæ retinere fideicommissum, dum per sententiam non fuerit condemnatus; Videndi sunt Mantic. *d. lib.10. tit.4. n.5.* Phæb. *de dec.40. à n.10.* Amaya *in d.L.1.n.47. 48.49.51. & 55.* Thom. Sanch. *lib.4. moral. capit. 3. dub.21.22.& 23.* Qui omnes tradunt bene posse hæredem retinere bona fidei commissi, dum adversus eum non agit fiscus, & non præfertur condemnatoria sententia, Matienç. *in L.6.gloss.8.tit.8.n.8.lib.9. Recop.* Spino *de testam.gl.16.n.48.* Emmam. Barbos. *ad Ord. d. §.23.n. 2.*

21 Quid si Clericus hæres institutus, & rogatus restituere incapaci: An ab eo auferat fiscus sæcularis, vel Ecclesiasticus bona fideicommissi. In qua quæstione dicendum est, quod si hæres est Clericus, & fuit rogatus de restituendo incapaci tacitamque fidem accommodavit, bona pertinent ad fiscum Ecclesiasticum in pœnam delicti commissi à clerico: non vero ad fiscum sæcularem nulla habita consideratione, an persona testatoris fit laicua, vel Clericus: pront ita scribunt Bald. & Paol. Castrens. L. *si quis presbyter C. de Epis. & Cleric.* Ancarran. *in regul. ea qua de regul. jur. in 6.* Greg. Lopez *in l.13 tit.2. partit. 6. gloss.fin.ad fin.* Ant. Gom. *in L.9.Tauri n.29.* Plaça *de del.lib.1.cap.41.n.26.* Molin. *d.disp.169. vers.dubium est,* Garcia *de tacit.fideicomm. n.41.* Barbos. *ad Ord. d.§.23.n.4.* Thom. Valasc. *alleg.33.n.33.* Qoi *n.4.& 5.* extendit prædictam resolutinnem ad Clericum in minoribus Beneficiatum, & eom, qui incidens in habitu Clericali addictus est Ecclesiæ: & observat alia requisita Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 6.* Et ponit fundamenta *n.6. & 7.*

CAPUT XXXVII.

De bonis Procuratoris Regis, qui extitit prævaricator.

Ad Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 24.

SUMMARIUM.

1 *Ad Regalia jura pertinent bona Procuratoris Regis qui in officio prævaricatus est: & fuit in causa, quod Rex jus suum amitteret.*
2 *Prævaricatar unde dicatur. Et quomodo.*
3 *Prævaricationis duplex est judicium, aliud publicum, aliud moribus introductum.*
4 *Princeps habet duos Procuratores: alterum fisci, seu Coronæ, alterum Patrimonii. Et de differentia*
5 *Procurator Coronæ majorem habet dignitatem, quàm Procurator Patrimonii: & præferendus est.*
Majori dignitate prædiuns aliis præcedere debet. Ibid.
6 *In hoc Regno non tam procurator Coronæ, quàm Patrimonii, deliguntur ex Senatoribus, & Judices in causis, quæ non tangunt fiscum sicut cæteri.*
7 *Procurator Coronę lites super Regalibus diligentissimè agere debet coram judicibus Regiæ Coronæ.*
Et Procurator Patrimonii lites prosequi tenetur. Regalis Patrimonii.
Uterque caveant, ne injuriosè agant. Ib.
8 *Fiscalis licet excusetur à calumnia præsumpta non tamen à notoria: & si calumniose agit, vivus concremari debet.*
9 *In hoc Regno Procuratores Regii non possunt aliquam causam suscipere, neque illi se apponere sine licentia Regis.*
10 *Procurator Regis sollicitus esse debet, ne illius usu fiscus, seu Corona patiatur detrimentum.*
Advocatus prævaricator extraordinaria pœna punitur, & efficitur infamis, & tenetur domino actione mandati.
Et incidit in crimen falsi. Ibid.
Quomodo dicatur prævaricasse. Ibid.
12 *Advocatus unius partis in prima instantia, non potest in causa appellationis esse Advocatus alterius partis,*
13 *Advocatus non potest pascisci cum cliente de certa cotta litis in casum victoria.*
14 *Procurator Regis habet dignitatem, & inter clarissimos connumeratur.*
Prævaricationis crimen est gravissimum.
15 *Sententia lata in causa fiscali, seu Coronæ, vel Patrimonii absente Procuratore est nulla.*
16 *Limita si sententia pro fisco feratur: quia lata absente Procuratore valida est.*
17 *Lata sententia contra fiscum presente Procuratore potest ille exceptiones opponere, & revisianem petere.*
18 *Procurator Regis non condemnatur in expensis, quamvis in causa succumbat.*
19 *Procurator Regis causas agit coram Iudicibus Regiæ Coronæ: qui de illis cognoscunt privative.*
Fiscus non potest conveniri, nisi in suo judicio. Ibid.
20 *Ecclesiastica persona pro juribus Regalibus respondere tenetur coram Judicibus Regiæ Coronæ.*
Procurator Regis non tenetur jurare de calumnia. ib.
21 *Procurator Regis non potest recusari tanquam suspectus.*
22 *Procurator Regis nullo casu tenetur satisdare.*
Fiscus semper dicitur solvenda, & est idoneus, atque dives. Ibid.
23 *Fiscus non solvit salarium notariis, & tabellianibus.*
Procurator Regis non tenetur deponere cautionem, in causis suspicionum Judicum. Ib.

STatuit *Ordinat. lib. 2. tit. 26. §. 24.* ad Regalia 1
jura pertinere bona Procuratoria Regis, qui prævaricatus est, & fuit in causa, quod Rex jus suum amitteret. Ac proinde de prævaricatoribus agere oportunum erit. Et quidem prævaricator dicitur à varicando per *text. in L. prævaricatores 212. ff. de verb.significat.* Varicari autem transversom ire significat, à varicibos crorum quibus qui laborant, rectè
inciderere nequeunt. Et ut ait Ulpian. *in L.ff.de præ-* 2
varic. Prævaricator est quasi varicator, qui diversam partem adjuvat prodita causa sua L.2.§. *fin.ff.de his qui not. infam.* Idem Ulpian. *in d.l. prævaricatores de verb. signific.* ibi: *Prævaricatores eos appellamus, qui causam adversariis suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt.* Item, & prævaricator dicitur, qui transit dicenda, & breviter attingit, quæ sunt inculcanda: ut docet Plin. Junior. *lib.1. Epist* 20. ibi: *Prævaricatio est transire dicenda*, prævaricatio etiam cursim, & breviter attingere, quæ sunt inculcanda, infigenda, repetenda, nam plerisque longiore
tractu vis quidam, & pondus accedit. Ut quæ corpo- 3
ri ferrum sic oratio animo non ictu magis, quam mora imprimitur. Prævaricationis autem duplex est judicium, aliud publicum aliud moribus introductum *l. prævaric. 1.ff.de prævaric.* Publicum est quando quæritur de prævaricatione ejus, qui publico judicio accusavit: & iste proprie dicitur prævaricator: & judicium publicum dicitur prævaricationis quia agitur de corruptela publici judicii. Et verè talis infamia notatur *l. 4. in fin. ff. de his qui not. inf. l.si is 4.ff.de prævaric.* Prævaricationis aliud judicium moribus, & interpretatione introductum est: & datur contra Advocatum, qui dum partes advocationis sustinet,

actori

actori assistit, & prævaricatus est is enim extra ordinem punitur *l.1.in fin.& l.3.ff.eod.l.1.Cod.ne Advoc. divers.Iudic.*Uvesemb. *in partit.l.ad tit.ff. de pravar.*

Notabis autem, quod Princeps babet duos Procuratores, alterum fisci, id est Coronæ, alterum Patri-
4 moni, secundum *gloss. in L. 1. §. procuratore, C. de fid. & jur. hast. fiscal. libro* 10. optime Joann. Franc. De Pont. *cons.49. num.* 82. *& cons.63. num.* 1. *volum.* 1. Jason. *in l. procurator. 7. C. de edend.* Fab. de Anna *cons. 56.num.* 23. Cyriac. *contr.13. n.* 67. Licet olim unus solus fuisset; ut per Cabed.2. *p. dec.* 119.*num.* 2.Et quamvis inter unum, & alterum Procuratorem respectu jurium, & bonorum Regiæ Coronæ, atque Patrimonii, aliqua detur differentia quia Procurator Patrimonii non est Procurator Coronæ, sed uti procurator Domini Regis tanquam privatæ personæ. Jason.*in d.l.procurator num.7.C.edend.* ut insinuat diversitas titulorum *Ordinat. Regia lib.* 1. *tit.* 12. Ubi agitur Procuratore Coronæ: Et *tit.* 13.ubi de Procuratore Patrimonii. Tamen quoad causam prævaricationis *Ordinat.d. tit* 26.§.24.ita comprehendit Procuratorem Coronæ, ut procuratorem Patrimonii, Alsar *de offic. fiscal. gloss. 9. n.* 23. *&* 24. quamvis verè Procurator Coronæ majorem habeat dignitatem; is enim omnium Regalium defensionem habet curam: ut patet ea *Ordinat. d. tit.* 12. *& §§.*
5 *seqq.*Larrea *alleg.* 51.*num.* 19. Et sic cum Procurator Coronæ de majoribus, agat, quam Procurator patrimonii, huic præferendus est Tum quia præcedentiæ argumentum desumitur ea majori utilitate, necessitate, & labore officii L. *contra publicam C. de re milit. lib.* 12. L. *nemo Cod.de offic.magistr.* L. *justissimos,Cod.de offic. Rector.provinc.L.nls.C.de tyron.lib.* 12.Menchac.*illustr. cap.* 1. *n.*87. Larrea *d.alleg.*51. *n.* 17. tum etiam quippe majorem habet jurisdictionem, & officium: Et qui majore dignitate præditus est, præcedere debet, Larrea *d. alleg.* 51. *nn.* 4. *& seqq. & n.* 8. *ac.* 18. Hermos. *in addit. ad. gloss.* 2. *in proœm. partit.* 5. *num.* 2. *&* 3. Valenz. *cons.* 34. *n.* 90. plures laudat Salgad. *de protect.* 2. *p. cap.* 9. *nu.*34.Capyc.Latro *decis.*281.Et ita declaratum fuit in Senatu inter Procuratorem Regiæ Coronæ Doctorem Matheum Monzinho, & Procuratorem Regii Patrimonii Doctorem Joannem Cabral.de Barros.

In nostra Lusitania tam fisci Procurator, seu Coronæ, quam patrimonii, deliguntur ex Senatoribus, qui sunt simul judices in omnibus negotiis, quæ non
6 tangunt fiscum. Quod in Francia ait idem observari Petr. Gregor. Eguin.Baro *de offic. Procur. Cæs.* quos refert Solorzan. *de jur. Indiar. lib. 4. cap. 6. n.* 7. Ubi tradit in audientiis Indiarum.Fiscales ad judicandum admitti, quotiescumque datur discordia votorum, vel deficiunt Auditorea per mortem, vel absentiam Et fiscalia à solo Rege constituitur, Afflict. *dec.* 118.*n.*4. Immo Fiscalis proprie non est, nec dici potest, nisi qui à Rege fuerit nominatus, Asar. *de offic. fisca. l. gloss.* 1. *num.* 1. *& gloss.* 31. *n.* 8. Peregrin. *de jur. fisc.lib.* 6. *tit.* 2.*n.* 4. Solorzan. *d. cap.* 16. *n.* 11. & quia omnia gerit, quæ ad Principis dignitatem, & Reipublicæ utilitatem pertinent, generalis omnium Procurator appellari potest, Anton. Fab. *in suo Cod. lib.* 1. *tit.* 21.*diffin.* 49. *n.* 7. Solorz. *d. cap.* 6.*n.* 3.

Debet autem Procurator Coronæ lites super Regalibus omnibus agere coram Judicibus Regiæ Coronæ: & quidem diligentissime, ne vel jura minuantur, vel Corona detrimentum patiatur: ut probatur *in d. tit.* 12. *in princip. & §§. seqq.* Alsar. *de offic. fiscal.*
7 *gloss.* 9. *num.* 33. Item Procurator Regii Patrimonii lites tangentes ad bona patrimonilia agere debet eadem diligentia, qua procurator coronæ *Ordinat. d. lib.*1.*tit.*13.Sed uterque eam curam adhibere tenentur ne sub colore officii injuriose agant, & de prædationes exerceant, Namque ut ait Cassiod.*lib.* 6.*variar. Epist.* 9. agens de formula comitiva Patrimonii ibi: *confabulatione siquidem nostra erunt tibi instrumenta justitiæ, quando illud gratum nobis esse prospexeris, quod & divinis potest convenire madantis. Patrimonium siquidem nostrum pro sublevandis privatorum fortunis tibi redimus non premendis:* Et Paulo infra: *Proprias quippe utilitates improbus dominus quoquo modo nititur vendicare: cæterum qui bonæ famæ studere cognoscitur, suo semper judicio plus gravatur.* Et non debet Fiscalis victorias quærere, & curare de potestate, sed de jure: quoniam. ut inquit Trajanus *ad Plin. lib.* 10. Epist. 112. *Non minus enim hominibus cujusque loci, quam pecuniæ consultum volo.* Ideoque calumniose agere non licet juxta *text. in l. fisci* 3. *C. de Advoc. fisc.* ibi: *Neve ullo negotio existente fisc. nomine privato audeat calumnias commovere* Donel. *lib.*18. *comment. cap.*5.*in fin.*Petr. Gregor. *syntagm. lib.*49.*c.* 7.*n.*1. *in fin. & n.*12.Surd. *dec.* 18. *num.* 4. Peregrin.*de jur.fisc.lib.*7. *tit.*2.*n.*7.ac ne inde injuriarum nascatur occasio, unde jura nascuntur L. *meminerint. C. unde vi*, si enim calumniosam instituerit litem, potest in expensis condemnari. Grammat. *dec.* 60.*n.* 21. Boer.*dec.*324.& tanquam privata persona puniri, Franc. Vivius *lib.* 3. *decis.* 479. fiscus namque sanctus est, nec aliquem debet calumniare, Alsar. 8
de gloss. 6. *n.* 38. Ubi docet, quod licet Fiscalis excusetur à præsumptione calumniæ, non tamen à calumnia notoria. Proindeque Procurator fisci, qui calumniose agit, vivus concremari jubetur ab Imperatoribus in §.*universi* 9.*C. ubi caus.fiscal.*ibi: *Ut si in provincialem hanc audaciam quisque moliri ausus fuerit, publice vivus concremetur.*Decius *cons.*60. *n.*21.Paris. de Puteo *de syndicat. verb. sindicatum n.*9. Petr. Gregor *d. lib.* 49. *cap.* 7. *n.* 12.Alsar. *d. gloss.* 39. *n.* 39. Solorzan. *d. cap.* 6. *n.* 5.

Unde laudatur Trajanus apud Plin. *in Panegyr*, ibi: *Eos Procuratores habes, ut plerumque cives tui non alios Iudices maline.* Et ea de causa reges nostri invictissimi: atque piissimi *in Ordin. lib.* 1. *tit.* 12. §.
1. *& tit.* 13. §. 1. interdixerunt Procuratoribus suis 9
ne aliquam moveant causam nec litibus se opponant absque Principis mandato: quando præcedere debet examen consilii Regii patrimonii, ubi causæ examinandæ sunt, & videndum an litec valeant excusari, & alia via determinare queant ibi: *Na qual primeiro que dem à ta. licença admira ão hemas causas, & se vera se se pode escuser fazer se sobre ellas demasda, & determinarem se por outra via.* Cabed. *d.* 2.*p. decis.* 119. *num.* 14. Quod ita constitutum est, ut subditorum subleveventur molestiæ, & vexationes, Unde in hoc Regno Procuratores Regis, de calumnia notandi non sunt.

Ita tamen ut procurator Regis à molestiis, & vexationibus, atque calumniis privatorum abstinere dè-
bet: ita tenetur solicitus esse, & fisci commoda pro- 10
sequi, ne vitio sui fiscus aliquod patiatur detrimentum L.*fin. C. de bon. vacant. lib.* 10. Peregrin. *d.tit.*2.*n.* 7. *Ordinat.lib.*5.*tit.* 74.Ideoque fisci Procurator omnia jura, rationes, allegationes pro fisco facientes subtiliter inducere debet: prout induxit Calphurnius Longinus Advocatus Fiscalis Imperatoris Antonini *in L.proximè ff.de his quæ in testam.delent.* Et probat optimè *Ordin. lib.* 1. *tit.* 12. *in princip.* cum transire dicenda, & cursim, aut breviter attingere, quæ sunt inculcanda, prævaricatio, fit ut diximus *supra n.*7. Et quidem quocumque modo prævaricatus sit Regis Procurator bona amittit, quæ fisco applicantur ex *Ordin. d. lib.* 2. *tit.* 26. §. 24. Cujus dispositio ex eo fulcitur, quia advocatus prævaricator extraordi-
naria pœna putatur *L. in fin. L. 2. ff. de præva-* 11
ric. Iudicis arbitro, Felin. *in rubr. de calumniat n.* 3. & efficitur infamis L. *athletas* §. *prævaricator ff. de his qui not.infam. l.4. ff. de prævaric.* Jul. Clar. *in §. fin.*

*fin. quæst.*72. Menoch. *de arbitr. caſ.* 323. *n.*8. Paul. Xamar. *de offic. Judic. & Advoc.* 1. *p.*4. *n.*5. Et ulterius tenetur domino actione mandati ex *gloſſ. in rubr. C. de procurat.* ubi Jaſon. *n.*2. Menoch. *d. caſu* 323. *n.*9. Xammar. *d. n.* Ubi ait arbitrariam Judicis pœnam poſſe extendi ad mortem ea Portoles ad Molin. §. *Advocatus nu.*70. Et refert Boſſius *tit. de prævaric. num.* 2. Mediolani cauſidicum prævaricatorem fuiſſe punitum pœna publicationis bonorum, & exilii ad tempus Menoch. *d. nu.* 9. Et apud nos advocatus, qui prævaricatur incidit in crimen falſi *L.*1. §. *is qui, L. ſi quis aliquid ff. de pæn.* L.1. *ff. de prævaric.* Bart. *in d. L.* 1. *ff. de prævaric.* Roland. à Valle *conſ.*33. *n.*3. & 24. *vol.*3. Et hanc eſſe communem opinionem teſtatur Boſſius *in tit. de prævaric.* Gratian. *diſcept. forenſ. capit.*10. *n.*16. Caldas Pereir. *in L. unic. C. ex delict. defunct.* 4. *p. cum.* 31. *n. ſeqq.* Paul. Xamar. *d. q.*4. *num.* 6. Qui loquuntur in advocato revelante ſecreta clientis alteri parti. Quod idem procedit in Advocato, qui poſtquam ſecreta cauſæ cognovit, alteri conſilium præſtitit publicè, vel ſecretè, & pro àlia parte advocavit: vel quando pecunias ab utraque parte recepit Xamar. *d. q.* 4. n. 10. Cabed. 1. *p. deciſ.* 214. *nu.* 15. Aug. Barboſ. *ubi ſupra n.*26. ut probat *Ord. libro* 1. *tit.*48. §.13. Ubi talis prævaricator mittitur in exilium perpetuum in Braſilicam regionem, & falſus dicitur: *Alem deſer avido por falſo.*

An autem Advocatus unius partis in prima inſtantia pro actore poſſit eſſe advocatus pro reo in cauſa
12 appellationis; Diſputat Xamar *d. q.*4. *n.* 32. *& ſeqq.* Qui *n.* 36. negativam ſequitur opinionem: quam antea tenuerunt Suarez de Paz *in pract. annot.* 5. *n.*47. & Bald. *in L. fin. ff. de poſtulat.* Bajard. ad Clar. §. *fin. q.*62. *n.*27. Sequitur Aug. Barb. *d. alleg.*79. *n.*27. plures alias quæſtiones videre poteſt apud Paul. Xamar. *d. q.*4. Auguſt. Barboſ. *d. alleg.* 79. *num.* 26. *& ſeqq.*

Item advocatus non poteſt paciſci cum cliente de
13 certa quota litis in caſum victoriæ: eſt enim pactum reprobatum à jure per *text. in L. ſi quis Advocatorum C. de poſtul. L. litem C. de procurat. L. ſumptus ff. de pact.* ne præbeatur occaſio per fas, & nefas vincere, & ut via fraudibus præcludatur *Ord. d. tit.*48. §.11. Farin. *q.*106. *n.*2. Golin. *de procur. lib.*5. *cap.*5. *à n.* 11. Paul. Xamar. *d.* 2. *p. quæſtion.* 9. *n.*26. Et quia ſimiles pactiones cum clientulis non ex gratia, & voluntate, ſed timore litis non amittendæ extorquuntur Cujac. *lib.*26. *obſerv. cap.*16. Gregor. Lopez *in L.* 14. *tit.* 6. *partit.*3. *gloſſ.*7. ibi: *Quia omnia daret litigans propter timorem infirmitatis. L. Medicus ff. de var. extraord. cognition.*

Ex quo textu, & aliis probatur tranſactiones, & alios contractus inter medicum & infirmum nullius momenti eſſe Pinel. *in l.* 2. *C. de reſc. vend. p.* 2 *cap.* 2. *n.* 32. Afflict. *dec.*123. Polid. Ripa *de act. in mort. art. cap.* 56 *n.*4. *& cap.*51. *à n.*5. Quare conventio inter Advocatum, & clientem, ſpeciem conceſſionis continet, & eſt terror injuſtus pecuniæ, vel alterius rei extorquendæ cauſa *L.*1. §. *ad l. Cornel. de falſ.* Propter quæ conventionem prædictam inutilem eſſe docet Vinc. de Franch. *dec.*205. Suarez de Paz. *in pract. tom.*1. *in initio d. annot.*5. *n.*63. Bovad. *in ſua polit. lib.*3. *cap.* 14. *n.*68. *ad fin.* Cavalcan. *deciſ.*41. *n.*43. *p.* 1. Alex. Trentacinq. *lib.* 2. *variar. tit. de poſtul. reſol.* 1. *n.* 1. 2. 3. 4. *& ſeqq.* Cabed. 1. *d. deciſ.* 19. *per tot.* Cancer. *lib.*2. *variar. cap.* 14. *à n.* 178. *cum ſeqq.* Fontanell. *deciſ.*178. *& dub. ſeqq.* plures laudat Alphonſ. de Olea *de ceſſion. jur. tit.*3. *quæſt.* 11. *n.* 35. *& ſeqq.* Auguſt. Barboſ. *de protect. Epiſc. all.*79. *n.*28. Paul Xamar. *de offic. Judic. p.*2. *quæſt.* 9. *n.*20. *cum ſeqq.* Et an valida ſit ceſſio, vel donatio facta Advocato totius rei, vel actionis in judicium deducta; Vide Olea *d. q.* 11. *à num.* 29.

Si igitur Advocatus privatorum prævaricator pu- 14
nitur pænis ſupra enumeratis: A fortiori, & majori cum ratione puniendus eſt Regis Procurator qui quoquo modo prævaricatus eſt: ſiquidem dignitatem habet, & inter clariſſimos connumeratur. *L. reſtituendæ C. de Advoc. diverſ. Judic.* Peregrin. *de jur. fiſc. lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 15. Lucas de Pæn. *in l. C. de dignit. lib.* 12. Garcia *Nobilit. gloſſ.* 3. *num.* 9. *&* 10. Paul. Xamar. *de offic. Judic.* 2. *p. q.* 6. *n.* 18. Solorz. *de jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 6. *&* 7. Atque ita propter dignitatem, & authoritatem officii plus delinquere cenſetur; quam privatus. Eſt enim graviſſimum prævaricationis crimen ut docet *l.*9. *tit.*5. *partit.* 3. Cald. *in l. unic. Cod. ex delict. defunct.* 4. *p. n.* 31. & cum infamiam irroget poſitus in dignitate, acrius puniri debet ex *Ordinat. lib.*5. *tit.*159. Proindeque juſtiſſime in bonorum amiſſione talis prævaricator punitur *in d. Ordin. libro* 2. *titul* 26. §. 24. 15

Eſt autem fiſci privilegium, quod fiſci Procurator præſens ſit examinandis, & decidendis cauſis fiſcalibus: adeo ut ſententia lata eo abſente nulla ſit *l. non intelligitur* 3. §. *Divus l. ſi fiſcus ff. de jur. fiſc. l. fin. C. de avocat. fiſc. Ord. l.*1. *tit.* 12. §.2. *& tit.*13. §.1. Larrea *alleg.* 71. *n.*4. *& alleg.* 107. *n. fin.* Boſſius *in prax. tit. de fiſc. n.*23. *& tit. de ſentent. n.*18. Solorzan. *d. ca.*6. *n.*14. Alfar. *de offic. Fiſcal. gloſſ.* 16. *privileg.*95. *n.*210. *& gloſ.*18. *n.* Paul. Xamar. *d. quæſt.* 6. *n.* 27. Cabed. *de deciſ.* 119. n. 5. *& ſeqq.* Operatur enim fiſci procuratoris præſentia, ut ſi videat in Senatu fiſcalia commoda occultari vel lædi; aut juſtitiam ſubverti, ſilentio ſuo non involvat, ſed expreſſe votantibus contradicat, juxta ſententiam, Innocent. *in cap. cum cunctis de his, quæ à major. part. cap. verb. objectum,* & tradit ex Calicio Xamar. *d. quæſt.*6. *n.* 34. quamvis vere apud Nos non habeat votum, ſed tantum intereſſentiam, tam reſpectu cauſæ, & ſententiæ diffinitivæ, quam ſententiæ latæ ſuper recuſatione Judicum: ut expreſſe diſponit *Ordinat. d.* §.2. Et inſuper in cauſis, in quibus Regis procurator agit tanquam oppoſitor, ſeu aſſiſtens, Cabed. *d. dec.*119. *n.* 5. *&* 6.

Nota: quod ſi ſententia pro fiſco feratur abſente 16
Regis procuratore; valida ſit, quia privilegium ſuum ſibimet nocere non poteſt *l. actio* §. *fin. ff. de re judic. l. non ideo minus C. de procur. l. pupillus ff. de arbitr.* Peregrin. *d. lib.*7. *tit* 2. *n.*3. Cabed. *d. deciſ.*119. *n.*5. Paul. Xamar. *d. q.*6. *n.* 36. Ubi *n.* 38. tradit ex procuratoris Regis ſubſcriptione, probari interveniſſe in examine & deciſione cauſæ, Ramon. *conſ.*18. *n.*37. Ubi quod intereſſentia præſumitur ex temporis antiquitate *l. ſciendum ff. de verb. obligation.* Ramon. *d. n.*37. Menoch. *conſ.*100. *n.*236. Non tamen poterit Regis Procurator eſſe judex in cauſa fiſcali, cum Advocatus, & judex in eadem cauſa eſſe non poſſit *l. ſi quis C. de poſtul.* Avil. *in cap.* 3. *Prætor. verb. Advogados n.*1. *&* 3. Maſtrill. *dec.* 152. Xamar. *d. quæſt.* 6. *num.* 70.

Quod ſi ſententia lata fuerit contra fiſcum præ- 17
ſente Regis Procuratore in ſenatu ſupremo, à quo non apellatur, poteſt exceptiones opponere ipſe, & de nullitate ſententiæ dicere: Immo & reviſionem petere, Cancer. *l.*3. *variar. cap.* 18. *ex n.* 21. Peregrin. *d. lib.* 7. *tit.*4. *n.* 9. *&* 10. & in Cathalonia ita fuiſſe declaratum per epiſtolam Regis Ferdinandi Secundi teſtatur Xamar *d. quæſt.* 6. *n.*61. Et apud Nos tanquam dubitatum ſupponit noſter doctiſſimus Ignatius Pereir. à Souſa *in ſuo aureo, & eruditiſſimo Tractatu de Reviſion. cap.*75. Ubi pulchrè reſolvit Procuratorem Regium non teneri ad cautionem præſtandam, faciendum depoſitum juxta formam Ordinationis ad obtinendam reviſionem. Cujus dictis me ipſum ſubſcribo. Prout neque Regis Procurator condemnatur in expenſis licet in cauſa ſuccumbat Barboſ. 18

in

tis l. eum qui temere 79. in princ. n.195. cum seqq. ff. de judic. Peregrin. d. lib.7. tit. 4. n.14. Cabed. dec. 119. n.25. Gama 349. ad fin. Solorzan. d. cap.6. n. 27. Rebuff. in concord. de elect. de erogat. in verb. Advocatum, privileg. 15. Boer. dec. 324. n. 1. latè & optimè Xamar. d. q.6.n.78. & seqq. Pereir. è Sousa d. cap.75. n.10. Et si calumniose egerit, de jure communi in expensis condemnari posset, ut diximus supra n. 8. propter dolum & evidentem concussionem: ut præter ibi relatos docent Boer. dec. 234. n.1. Guid.Pap. dec.169. incipit Denunciator. Grammat. dec.60. n.21. Xamar. d. q.6. n.81. Qui tenent fisci Advocatum propter evidentem calumniam condemnari de bonis propriis in expensis. At hæc resolutio de jure Regio non procedit: cum enim Procurator Regis neque litem movere, neque se opponere, aut assistentiam præstere valeat sine Regis licentia præcedente examine in Consilio Regii Patrimonii; ut dictum est supra n. 9. nullo modo Procuratori calumnie imputari potest, ut propter eam in expensis condemnari queat, argum. text. in l. juste ff. de acquir. possess. l. & generaliter in fin. ff. de noxal. action. & quæ tradunt Cyriac. controv.10. n.21. Ludovic. Post. de manuten. observ. 12. n. 5. Capyc. Latro decis. 190. n. 6. Atque ita neque pars in expensis condemnatur? Boer. d. dec.324. n.1. Xamar. d. quæst.6. n.78. Cabed. d. dec.119. n.25. Peregrin. d. lib.7. tit.4. n. 14. Ordin. lib. 3. tit. 76. §. 3. Ubi tamen disponit, quod in causis criminalibus condemnatus etiam expensas solvere tenetur. Cabed. d. num. 23.

19 Sciendum tamen est, quod Procurator Regius causas dumtaxat egere debet coram Judicibus Regiæ Coronæ, qui privativè de causis fiscalibus cognoscunt, sive agat, sive conveniatur, aut se opponet, vel liti assistet: nam in his casibus processus ad Judices prædictos remitti debent: per ea quæ efflict. dec.41. n. fin. Alfar. de offic.gloss.11.n.1.& 2.cum seqq. Fiscal. & gloss.51. Qui bene tradit Procuratorem Regis extra Regalem audientiam comparere non teneri: & ad se causas trahere posse ait Cerlev. de judic. tit. 1.
20 disp. 2. n. 140. Et probat. Ordinat. d. lib. 1. tit. 13. §. 3. & tit. 9. §.16. Et refert Peregrin. d. lib.7. tit. 1. n. 6. quod fiscus non potest consentire nisi in suo Judice, Cabed. 2. p. decis.119. n.7. Cavalcan. dec. 8. n.1. & 2.p.1. Xamar. d.q.6. n.74. Quod adeo verum est, ut etiam personæ Ecclesiasticæ pro juribus Regalibus respondere teneantur coram prædictis Judicibus ex Ordin.lib.2. tit.1. §. 17.18. & 19. Xamar. d. q.6. n.76. Non tamen Procurator fisci de calumnia jurare tenetur, Solorzan. d. cap. 6. n. 27. Franc. Luc. de privileg. fisc. 1.p. privileg. 79. gloss. in cap. sacramentum de consuet. rect. feud. Cabed. 2. p. dec. 119. n.22. Gratian. cap.56. n.21. Surd. dec.18. Xamar. d. q.6. n.124.

21 An autem Regis Procurator à parte recusari possit? Dubium est. Nam pro affirmativa in Cathalonia judicatum fuisse, dixit Xamar. d. q. 6. n. 66. & eam amplexius fuit Alfar. de offic. fiscal. gloss. 17. n. 40. Boer. dec.258. n.7. Mastrill. dec.251. n.57. Et votatum in casu proposito docet Peguer. tom. 2. cap. 33. faciunt quæ Velasc. consult. 124. Verior tamen est sententia Regis Procuratorem non posse à parte, ut suspectum recusari, & removeri; quia non habet votum & in instruendo processu; vel interessendo in Senatu, dum causa deciditur ac in allegando pro fisco Procuratoris officium exercet. Et non debet esse in manu reorum eos Procuratores excludere quos Princeps ex lectissimis elegit, & quibus confidit. Atque judicatum dicit Peguer. 2. tom. cap.33. Mastrill. 3. p. dec.214. per totam, Paul. Xamar. d. q. 6. n.66 & 67. Solorzan. d. cap.6. n.21. Qui n.22. & seqq. opinatur ob graves inimicitias Fiscalem posse recusari, & removeri. Deinde d. n. 21. distinguit inter fiscum, & partem: ita ut, si ex parte fisci recusatio intendatur ex aliqua justa causa, removeri debeat Fiscalis: si verò recusatio à reo interveniat, aliud servetur cum declaratione inimicitiæ de qua n.24. Sed adhuc vereor, ne causa inimicitiæ sufficiens sit ad recusandum Procuratorem Regis. Et ita audivi judicatum.

Præterea fisci Procurator nullo casu satis dare te- 22
netur juxta glossæ sententiam verb. solvendo in L. 2. ff. de fund. dotal. similis gloss. verb. satisdare in L. 1. §. si ad fiscum ff. ut fideicommi. non caveat. namque fiscus non tenetur cavere de utendo, & fruendo salva rerum substantia secundum Bart. & gloss. in L. 4. C. de usufruct. Cujus rei duplex est ratio. Prima deducitur ex text. in L. sciendum ff. qui satisd. cogant. ubi habetur, quod possidens bona immobilia ob onere satis dandi relevetur. Secunda est quia fiscus semper dicitur solvendo, & est idoneus L. 2 ff. de fund. dotal. ibi. Quamvis fiscus semper idoneus successor, sit & solvendo: L. 3. §. item sciendum ff. si cui plusq. per leg. d. dicitur enim fiscus quasi fixus: & firmus, & quoniam semper est dives, & solvendo: ut ait gloss. in rubr. C. de jur. fisc. libro 10. Et ita tenent Joann. Garcia, de Nobil. gloss.3. n.15. & 16. Paul. Xamar. d. q.6. n. 125. & 126. Et similiter fiscus non solvit salarium notariis, & tabellionibus ex Ord. lib.1. tit.24. §.28.29. 23
& 30. & tit.29. §.8. neque tenetur præstare cautionem in causa recusationis Judicum: ut de stylo servari docet Cabed. 2. p. dec. 119. n.27. & arest.43. Thom. Velasc. alleg.97. n.12. Pereir. de Sousa de Revision. c. 75. n. 9.

CAPUT XXXVIII.

De Litigiosis.

Ad Ordin. l. 2. tit. 26. §. 25. & lib. 4. tit. 10.

SUMMARIUM.

1 *Fraudibus via aperienda non est, & illis est obviandum.*
2 *Dispositio introducta ad fraudes tollendas favorabilis judicatur.*
3 *Alienatio de re litigiosa est nulla: & alienans tenetur solvere fisco æstimationem rei alienatæ, & emptor sciens litem motam, amittit pretium; quod applicatur fisco.*
4 *Si emptor ignoravit litigium, alienatio nulla est; sed ipse à venditore repetit pretium cum tertia illius parte & venditor pretium, pro quo vendit, fisco solvere tenetur.*
5 *Alienatio rei litigiosæ interdicitur propter præjudicium actoris.*
6 *Litigiosa res dicitur per solam citationem, quando agitur in judicio de dominio, aut quasi directo vel utili. Et aliis modis, de quibus ibi.*
7 *Ut res litigiosa fiat per citationem debet citatio fieri cum plena causæ cognitione, ut adversarius instrui valeat.*
8 *Si actum sit hypothecaria contra possessorem, res non efficitur litigiosa.*
9 *Idem si agatur de servitute rei actione confessoria, seu negatoria, vel aliis.*
Non efficitur litigiosa res quando agitur de possessione. Ibid.
10 *Res litigiosa efficitur tantum, quando agitur de dominio, non quando agitur de aliquo jure ipsi rei annexo.*
Actio deducta super servitute, possessione, vel hypotheca efficitur litigiosa per litis contestationem. Ib.

11 *Intellige,*

11 Intellige, ut actio super jure rei efficiatur litigiosa per litis contestationem ex parte rei, quando existens in possessione exigendi à Titio annuam quantitatem, movetur lis à tertio contendens illud jus ad se pertinere: vel Titius agit de nullitate obligationis, quia post litem potest Reus illud jus alienare.

12 Nomen est generalissimum & omnia comprehendit.

Amplius significat, quam nomen pecunia, & plus comprehendit quam nomen bona. Ibid.

13 Quando in lege, vel statuto invenitur nomen res, illud dicitur significare, quod materia subjecta exposcit. Et de exemplis. Ib.

14 Reprobatur Oleæ dictum.

15 Litigiosi vitium habet locum in beneficialibus.

Actor, & Reus non debent ad imparia judicari. Ib.

16 Actor non potest vendere actionem deductam in judicium pendente lite: quia personalis ex parte actoris efficitur litigiosa per litis contestationem, realis vero super dominio rei per solam citationem.

17 Quando actio personalis descendit ex vendito, donato, aut ex simili causa ad obtinendum dominium, ipsa res efficitur litigiosa per litis contestationem.

18 Actio personalis simpliciter, puta ex mutuo ad mille, non inducit vitium litigiosi, ut quantitas dicatur litigiosa: sed actio litigiosa efficitur.

Actio personalis de aliquo opere facto in re, non facit ipsam rem litigiosam. Ib.

19 Per citationem non contrahitur vitium litigiosi quando agitur de dominio, si citatio fuerit nulla.

Quod nullum est, non producit effectum validum. Ib.

20 Citatio nulla non operatur præventionis effectum neque litis pendentiam.

21 Citatione nulla totus corruit processus: & sententia, etiamsi feratur, in favorem nulliter citati.

22 Citatio circumducta dicitur; quando Actor ad terminum non comparuit, & per eum non fuit reproducta in termino: quæ habetur pro non facta, etiamsi Reus compareat.

Amplia ut Actor non possit purgare moram. Ib.

23 Litigiosi vitium cessat, quando post citationem fuit perempta instantia per lapsum temporis.

24 Instantia finita, & perempta, perinde res habetur, ac si numquam super ea lis mota esset.

25 Litigiosi vitium perpetuo durat contra personas, adversus quas fuit judicatum.

Amplia, ut habeat locum, etiam quoad Ecclesiasticos, tam in beneficialibus, quam in profanis.

26 Litigiosi vitium quamplures producit effectus de quibus. Ib.

Litigiosa res ita ut non potest alienari, ita neque pignorari. Ibid.

Alienare qui non potest, neque hypothecare, aut pignori dare valet. Ib.

Alienatione prohibita censetur prohibitus omnis actus per quem pervenitur ad illam. Ib.

27 Litigiosa res non potest locari ad longum tempus, neque in emphyteusim concedi.

28 Locatio ad longum tempus est species alienationis, & constituit jus in re.

Potest tamen ad modicum tempus locari. Ib.

29 Alienatio rei litigiosæ est ipso jure nulla, sive emptor sciverit.

30 Idem procedit in cessione facta ab Actore, postquam actio litigiosa facta est, & cedens atque cessionarius incurrunt pœnas impositas alienationi rei litigiosæ.

31 Cessare valet ab actione in personam miserabilem ex causa lucrativa, bene potest miserabilis litem trahere ad Curiam, si cessio fuit vera. Secus si simulata.

32 Sententia lata contra Reum, qui lite pendente rem litigiosam alienavit, exequitur contra emptorem, vel donatarium, in quem possessio fuit translata absque novo processu, vel cognitione.

33 Intellige conclusionem procedere contra tertium qui sciebat, vel scire debebat rem esse litigiosam: secus si ignoraverit: quia tunc citandus est, & audiendus est summariè, sola facti veritate inspecta.

34 Paria sunt scire, & scire debere.

35 Intellige secundo, ut tunc procedat executio contra tertium scientem litigium, si ipse causam habuit à condemnato, secus si ab alio titulum obtinuit.

Causam dicitur habere à condemnato tam ille, qui immediatè, quàm qui mediatè, & per longam successionem interpositis aliis personis causam traxerit à condemnato. Ib.

36 Tertio intellige, quando sententia lata fuit super dominio rei litigiosæ: Secus si contra possessorem rei obligatæ, qui eam pendente lite alienavit, quia lata contra principalem non exequitur contra possessorem rei hypothecatæ; sed opus est novo processu.

Hypotheca non impedit rei alienationem, neque illius constitutio dominium transfert. Ibid.

37 Declara proximam resolutionem, ut non procedat, quando emens rem hypothecatam, sciebat litem agitari cum venditore, & illum non habere alia bona, unde satisfaceret.

38 Hypothecaria agens contra tertium tenetur primo facere executionem in bonis principalis debitoris.

Limita, quando notoriè constat debitorem solvendo non esse; quia tunc non est necessaria executio. Ibid.

39 Executio consumenda non est contra tertium, nisi fuerit citatus, & auditus.

40 Proponitur quæstio: An ex sententia lata contra debitorem in actione personali possit peti executio contra emptorem rei alienatæ à debitore, pendente lite? Et referuntur diffidentes opiniones n. 41. 42. 43. 44 & 45.

46 In hac quæstione constituit Author, quod si pendente lite in actione personali ante sententiam debitor rem alienavit in tertium, non potest contra eum executive procedi, quamvis debitor fraudulenter alienaverit: Sed est agendum revocatoriè: nisi etiam probetur fraus emptoris tempore alienationis.

47 Si post sententiam debitor personalis rem alienavit in fraudem paratæ executionis, & ei alia bona non remanserunt, contra emptorem executive procedi potest; maxime si res erat capta in pignus ex causa executionis.

48 De jure communi pignora judicialiter capta pro executione sententiæ in actione personali possunt à debitore alienari.

De jure Regio non possunt alienari à debitore. Ibid.

49 Pignora capta, & tradita judiciali authoritate tertiæ personæ non possunt alienari à debitore, & alienatio nulla est: & executio sententiæ contra tertium procedit.

50 Pignus prætorium dicitur, quando Judex ob contumaciam Rei, qui citatus non comparuit, mittit Actorem in possessionem bonorum debitoris, nulla præcedente sententia ex primo decreto: quæ immissio dicitur præparatio ad secundum decretum.

Immissio præsumitur facta ex primo decreto. Ib.

51 Contumacia crescente fit immissio ex secundo decreto contra debitorem, & immissus efficitur possessor, & dominus, si debitor habebat dominium

fin

sin minus consequitur usucapiendi conditionem.

Immissus ex primo decreto efficitur custor, & detentor rerum, non possessor; sed acquirit hypothecam. Ibid.

52 *Pignus prætorium ex primo decreto cessat per comparitionem rei, solutionem expensarum, & cautionem de judicio sisti.*

53 *Judiciale pignus est, quando præcedente sententia creditor mittitur in possessionem bonorum debitoris pro concurrente quantitate sui crediti.*

54 *Pignus prætorium, & judiciale differunt inter se secundùm veriorem sententiam.*

55 *De jure Regio non fit immissio ex primo, aut secundo decreto: & sic non datur pignus prætorium, sed judiciale: & pignoribus captis proceditur ad executionem, & subbastationem illorum.*

56 *Subbastatio in Regno fieri non potest, nisi de judicis mandato.*

Authoritas basta Publicæ facile convelli non debet. Ibid.

57 *In subbastatione pro ejus validitate servanda sunt statuta, & consuetudo loci, ubi fit: & forma diligenter est observanda.*

58 *Subbastatio non servata forma est nulla, & dominium non transfert.*

59 *Subbastatio fieri debet præsente pecunia, non habita fide de pretio: aliàs venditio revocari potest.*

Si integrum pretium non deponatur, subbastatio nulla est. Ibid.

60 *Intellige, nisi creditor consentiat, quod habeatur fides de pretio.*

Secundo limita, quando de consuetudine regionis subbastatio fieri solet habita fide de pretio: vel quando ipsi creditori pignus fuit addictum. Ib.

61 *Subbastatio, si nulla fuerit judicata, restituitur res cum fructibus tam perceptis, quàm qui percipi potuerunt.*

Si pignus fuit addictum creditori, tenetur fructus imputare in sortem principalem. Ib.

62 *Si sententia, cujus vigore facta fuit executio, postea fuerit revocata, vel in totum, vel pro parte, & debitor instat, ut ei bona restituantur; An fructus debeant restitui. Remissivè.*

63 *Creditor de licentia judicis licitare potest, si nullus appareat licitator, vel minus offerat.*

64 *Proponitur quæstio: An facta pignoratione pro executione sententiæ, & bonis positis apud tertium, pignora fiant litigiosa? Et proponuntur dissidentes opiniones. Et fundatur negativa ibi, & n. 65.*

66 *Sequestrum, & depositum idem, sunt, & solum differunt, quantum genus, & species.*

67 *Sequestrum factum à judice non privat dominum sua possessione, nisi probetur judicem habuisse intentionem transferendi possessionem in sequestrarium.*

68 *Fundatur opinio affirmativa. Et probatur negativa opinio.*

69 *Sententia lata contra eum, qui rem litigiosam alienavit, exequitur contra tertium etiam clericum.*

70 *Judex sæcularis potest avocare rem clerico subbastatam, quando sententia revocata fuit.*

71 *Referuntur casus, in quibus vitium litigiosi non procedit quoad nullitatem, neque quoad pœnam, & num. 72.*

73 *Litigiosi vitium extinguitur per sententiam, quæ transivit in rem judicatam, dummodo sententiæ executioni sit demandata quoad effectus litigii.*

74 *Litigiosi vitium non officit in alienatione necessaria.*

Prohibita alienatione solum continetur voluntaria, non necessaria. Ib.

75 *Vitium litigiosi non comprehendit alienationem necessariam quoad pœnam, secus quoad alios effectus.*

Litigiosi vitium cessat, quando alienatur res, quæ erat peritura. Ib.

76 *Litigiosi vitium non nocet, si alicujus rei successio per nominationem deferatur.*

Litigans super emphyteusi potest impetrare à domino renovationem, contra sententiam Valasci. Ib.

77 *Repellitur exceptione litigiosi emptor, vel donatarius, si antequam res sibi fuisset tradita, convenerit alienantem ad rei traditionem.*

78 *An, & quando concessa revisione alicujus sententiæ jam executa, bona fiant litigiosa, ut revocata sententia possint repeti ab emptore, & executio, sententiæ revisionis adversus eum procedat. Remissivè.*

79 *Quæritur: An si servus rem litigiosam scienter emit, domino noceat vel si ignoranter, prosit domino illius ignorantia? Et resolvitur cum distinctione. Et n. 80.*

CUrarunt summopere legum conditores, ne via 1
fraudibus aperietur. *Tex. in L. Sulpitius ff. de*
donation. inter L. si filia ff. de divort. L. *filiæ meæ*
emancipatæ ff. de solut. Matrim. L. cum ratio §. fraudibus ff. de jur. fisc. Boer. *dec.* 287. *n.* 8. & 9. Sarmient.
lib. 1. *select. cap.* 12. *n.* 10. Valenz. *cons.* 83. *n.* 110. &
cons. 116. *n.* 20. & 22. Et ideo fraudibus esse obviandum jura proclamant: & probatur ex *text. in L. cum bi §. cum lis ff. de transaction. L. qui sub pretextu Cod. de sacros. Eccles.* L. *in fundo ff. de rei vendic.* & scribunt post antiquiores Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1.
gloss. 9. *n.* 255. Valasc. *consultat.* 94. *n.* 15. & *de jur. emphyteut. quæst.* 49. *n.* 2. *in fin.* Cabed. *p.* 1. *dec.* 54.
n. 14. Phæb. *p.* 2. *dec.* 108. *n.* 6. Larrea *dec.* 94. *n.* 12.
Valenz. *cons.* 116. *n.* 21. Aug. Barb. *voto* 19. *n.* 27. Quare
dispositio, quæ ad fraudes tollendas fuit introducta, 2
favorabilis judicatur, Cravet. *cons.* 774. *n.* 7. sequitur
Barbos. *d. n.* 27. Et ea propter Justinian. *in L. ultim. Cod. de litigios.* ad vitandas fraudes, quæ sæpe sæpius fiunt in judiciis circa alienationem rei, super qua contenditur, ultra nullitatis pœnam aliam superaddidit; nempe quod alienans rem litigiosam fisco solvere teneatur rei alienatæ æstimationem, emptorque sciens litem motam, pretium amittat, fisco applicandum. Quod idem statuit Legislator noster in *Or. d.*
lib. 4. *tit.* 10. §. 3. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 3
1. Cardos. *in prax. verb. lis n.* 37. Barbos. *ad Ord. lib.* 4. *tit.* 10. §. 3. Donel. *de jur. civil. lib.* 9. *c.* 10. *vers. eodem numero est.* Cujac. *in recitat. ad tit. ff. de jur. & fact. ignor. in L.* 5. *lit. D.*

Si verò emptor ignorans fuerit, alienatio omnino
nulla judicabitur: ipse tamen à venditore pretium 4
repetit cum tertia illius parte propter dolum commissum à venditore; qui etiam tenebitur solvere fisco quantitatem pretii, pro quo rem litigiosam vendidit *d. L. fin. C. de litigios. Ordinat. d. tit.* 10. §. 4. Flamin. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 3. *n.* 4. Et fuit sententia gloss. *in d. L. fin. verb. recipiat.* Donel. *d. cap.* 10. *vers. eodem numero,* Cujac. *in paratitl. ad tit. C. de litigios. ad fin.*

Cum igitur rei litigiosæ alienatio interdicatur *in* 5
d. L. fin. & in L. Divus ff. de petit. hæred. L. alienationes 13. *ff. de famil. ercisc. cap.* 2. *de alienat. judic. mutand. caus. fact.* propter præjudicium, quod sequitur actori L. 1. *C. de alienat. judic. mutand. caus. fact.* quia in fraudem actoris alienatio facta præsumitur *d. L. fin. C. de litigios. Ordin. d. tit.* 10. §. 4. ibi: *Pelo engano que lhe fez:* Paris. *cons.* 138. *n.* 28. *lib.* 4. Gusman. *de eviction. quæst.* 11. *n.* 57. Anton. Fab. *in Cod. tit. de litigios. diffin.* 1. Olea *de cession. jur. tit.* 3. *quæst.* 11. *n.* 2. Justissimè Imperator, & Legislator noster pœnam

nam adversus alienantem, & scientur ementem indixit privationis æstimationis rei, & pretii, ne delictum dolo commissum impunitum relinqueretur: Et sic pretium, & æstimatio de Regalibus esse probat Ordinat. lib.2. rit.26. §,25. Quamvis olim prætii duplum adversario præstari placuisset, cum quo lis erat, ut probat Gaius in L. ultim. ff. de litigios. ibi: *Fortassis autem magis adversario, ut id veluti solatium habeat, pro eo quod potentiori adversario traditus est:* notat Donel. ubi supra.

6 Videndum igitur est pro hujus materiæ explanatione, quando res litigiosa dicatur, ut alienatio prohibita censeatur, & pœnæ locus sit. Et in primis apud omnes constat rem litigiosam dici per solam citationem, quando in judicio agitur de dominio, aut quasi, directo, vel utili Authent. litigiosa C. de litigios. Ordinat. d. lib.4. tit.10. in princip. vel quando precibus Principi oblatis causa certo judici committitur, & reo commissio notificatur: ut probatur in d. Authent. & in d. Ordinat. in princip. gloss. & Doctor. in d. Authent. litigiosa, Vvesembeq. in paratilt. ad tit. ff. de litigios. n.2. Covarr. pract. cap.15. n.6. Cancer. lib.2. variar. cap.12. n.1. Capyc. Latro dec.170. n.30. Maranta de Ordinat. judic. 4. p. dist.3. n.5. Sanfelic. dec.105. n.12. Menoch. cons.79. n.16. Emman. Barbos. ad Ordinat. d. tit.10. n.1. Peregr. de jur. fisc. lib.4. tit.6. n.3. Cujac. in paratitl. ad tit. Cod. de litigios. in princip. Cresp. de Valdaur. observ. 107. n. 7. Ignat. Pereir. de Revision. c.82. n.12.

Ad hoc autem ut per citationem res efficiatur liti-
7 giosa, necessarium est, quod citatio fiat cum plena causæ expressione, ut adversarius instrui possit super quo, & qua de causa citatur: prout notatur in Clement. ultim. ut lite non contest. & docent Paul. de Castr. in l.1. C. commun. divid. n.6. vers. dummodo, Salicet. in L.3. in fin. Cod. de litigios. Peregrin. d. tit. 6. n.3. in fin. Cancer. de cap.12. n.8. Gratian. discept. forens. cap.... n.34. Lancelot. de attent. 2. part. cap. 4. in præfat. n. 51. Bald. de præscript. 3. p. 6. princ. quæst. 4. n.23. vers. tertio limitatur.

8 Non autem efficitur res litigiosa; si hypothecaria agatur contra possessorem ex eo, quia non agitur de dominio rei: immo ipsa res quamvis alienetur, transit cum onere suo in quemcumque possessorem, sive hypotheca sit generalis, sive specialis, Authent. de litigios. §. ab hoc autem, Ordinat. d. tit.10. §.1. gloss. in d. Authent. litigiosa verb. dominio. ubi Bald. colum. 1. vers. in gloss. Bart. in L.1. §. si inter colum. 1. vers. primo casu ff. de litigios. Guid. Pap. quæst. 432. supra n. 6. & quæst. 337. pro declaratione n.4. vers. sed an per hypothecariam, & vers. an in actione, Ferrar. in pract. tit. de form. libel. in action. real. n.81. Thusc. litt. L. conclus. 386. n.28. Osasch. dec.144. n.7. Covarr. d. cap.15. n.6. & 7. vers. hinc etiam deducitur, Burgos de Paz consult. 4. n 25. & 26. & cons. 35. per totum, Cancer. lib. 2. variar. cap. 12. n. 10. Trentacinq. lib.2. variar. tit. de judic. resolut.17. n.7. Salgad. in labyrinth. crediter. 1. p. cap.14. n.14.

Idem dicendum, si agatur de servitute rei, puta actione confessoria, aut negotiaria, vel aliis, notat
9 Bart. in L. 1. §. 1. ff. de litigios. Abbas cons. 270. in causa hospitalis circa fin. lib. 2. Trentacinq. ubi proxime n.7. & probat. Ordinat. d. tit.10. §.1. idem dicendum, si agatur de possessione rei, non de dominio; quia per citationem in his terminis non efficitur res litigiosa, Nata cons. 145. n.16. Beroius consult. 355. n.42. vol.1. Navarr. consult. 3. tit. de præscript. n. 1. in fin. lib.2. volum. 1. Cancer. d. cap. 12. n. 12. Cacher. dec. 144. n. 10. Cresp. de Valdaur. observ. 107. n.7.

10 Non enim efficitur res litigiosa per citationem, nisi quando quæstio vertitur super rei dominio. Aliud verò dicendum si super aliquo jure ipsæ rei annexo lis movetur, Tepat. in tit. de litigios. cap. 5. in fin. Houded. cons.20. sub n. 30. volum.1. Capyc. Latro dec. 170. n. 68. & probat. Ordinat. d. tit. 10. §. 1. Juxta quam licet res, de cujus servitute hypotheca, aut possessione agitur, non fiat litigiosa, actio tamen deducta per litis contestationem litigiosa efficitur L. 2. L. censemus 4. C. de litigios. Ordinat. d. tit.10. §. 1. De Pont. cons.6. Farinac. in fragment. verb. litigiosa n.249. Capyc. Galeot. lib.1. contr. 2. n.21. & cum Galerat. & Antoh. Fabr. Alphons. de Olea de cess. jur. tit. 3. quæst.11. n.9. Trentacinq. d. resol.17. n.7. Salgad. de protect. Reg. 3. p. cap. 9. n. 166. ubi quando agitur de possessione beneficii.

Intellige prædicta iam quando agitur de possessio- 11
ne ex parte actoris, quam si agatur ex parte rei de quasi possessione alicujus juris, veluti, si ipse reus existens in quasi possessione exigendi à Titio certam annuam quantitatem, convenitur à tertio super eo jure, dicendo illud ad se pertinere, vel si ipsemet Titius agit de nullitate obligationis, & se nihil debere ait. Si enim reus existit in quasi possessione, pendente lite non potest in alium transferre, vel alienare jus illud, seu actionem, quam habet ad exigendum annuam, præstationem: ut optimè fundat Olea d. quæst.11. n.1. Ubi inquit nullum vidisse interpretem, qui in hoc puncto loqueretur; omnes enim specifice scribunt de alienationibus rerum: non verò de alienationibus, seu cessionibus jurium, quæ fiunt à reis. Sed quamvis Alphonsus de Olea glorietur de quæstionis inventione, nullum verè datur discrimen inter scripta Doctorum, qui agunt de alienatione rerum, quæ à reis alienari nequeunt ob vitium litigii, & de alienatione jurium, de qua Olea in d.q.11.

Certissimum namque est in jure, quod nomen, res, 12
tamquam generalissimum, omnia comprehendit, & ideo dicitur terminus transcendens comprehendens omnia significata: ut notatur per text. in L. rei appellatio 5. L. rei appellatione 23. ff. de verb. signific. L. 1. in fin. ff. de reb. credit. Ubi Bart. & Jason. n. 43. & 45. Alex. n.11. Butigel. in L. sicut n.62. Cod. de jure jur. & in L. is apud quem, Cod. de edend. Redoan. de reb. Eccles. rubr. 3. n. 12. Pichard. in rubr. de rer. division. Pinel. in rubr. Cod. de bon. matern. 1. p. n. 5. Cujac. lib.6. Paul. ad edict. in L. si in rem ff. de res vendic. Menoch. de recuper. remed. 13. n. 17. Caldas Pereir. in L. si curatorem verb. res in princ. Quare latius patere nomen res quam nomen pecunia, & plus significare probat in d. L. rei appellatio 5. Immo plus comprehendit, quam nomen bona ut notatur in L. fin. juxta vulgarem litteram, ff. de usufruct. legat.

Et quidem nil in mundo excogitari valet, quod 13
res dici non possit, ut per Luc. de Pæn. in rubr. Cod. ne fisc. rem quam vend. evenic. lib. 10. Quapropter cum rei significatio tam latè pateat, attendere debemus ad materiam; de qua agitur in L. seu dispositione: Ubi nomen res invenitur. Et juxta subjectam materiam illud significari dicemus per nomen res, quod ipsa materia expostulat secund. Alciat. in L. nominis 6. de verbor. signific. Salicet. in d. L.1. ff. si cert. pateat. Florian. in L. 1. ff. de servit. Cald. d. verb. res n. 1. Proindeque aliquando appellatione personæ veniunt res: ut L. omnia 32. §. fin. ff. de legat. 2. L. Paul. 29. §. fin. ff. de pignor. Aliquando vero nomen res opponitur ipsis personis, & ab illis separatur: ut in L. 1. ff. de stat. homin. §. fin. Instit. de jur. natur. Aliquando corporalia solum significat L. 1. §. 1. ff. de rei vendic. Aliquando etiam incorporalia comprehendit: ut in tit. Instit. de reb. corpor. & incorpor. Et ideo actiones, & obligationes comprehendit d. L. nominis 6. ff. de verb. signific. L. cum res Cod. de probation. Item multoties significat æquitatem, seu jus, secundum quod judicandum est L. circa

virtã 14. in fin. ff. de probation. L. non abs re C. unde vi. Et sæpe litem significat, L. is apud quem C. de edend. L. in bona fidei C. de reb. credit. Et tandem nomen res significat veritatem L. quoties 14 ff. de jurejur.

14 Unde cum nomen res ita latè pateat, quando Doctores loquuntur de alienatione rei litigiosæ, utique etiam comprehendunt alienationes, seu cessiones actionum, & jurium super quibus lis vertebatur in Judicio: ut similiter à reo lite pendente alienari nequeant. Ideoque nihil novi continat Alphonsi de Olea ad inventum Maxime cum ipse Olea d. quæst. 11. n. 9. agnoscat litigiosi vitium etiam in juribus incorporalibus locum habere: ut ibidem probat ex Paul. Galarat. de renuntiat. tom. 1. lib. 1. cap. 4. n. 115. Anton. Fabr. lib. 12. conjectur. cap. 12. vers. sunt qui reprehendant n. 8. Capic. Galaota lib. 1. controv. 2. n. 21. Farin. in fragment. verb. litigiosa n. 249. Quibus addo Cujac. in paratit. l. ad tit. C. de litigios. in princ. Peregrin. de jur. fisc. lib. 4. tit. 6. n. 7.

15 Deinde litigiosi vitium in beneficialibus locum habere tradunt. Philipp. Franc. in cap. 1. gloss. litigantibus, ut lite pend. lib. 6. Lancelot. de attent. 2. p. cap. 4. in præfat. n. 463. Mohedan. dec. 207. quos refert, & sequitur Salgado de protect. Regia 4. p. cap. 8. n. 184. & seq. Quare dubium non est actiones respectu Rei effici litigiosas non minus hac ex parte actoris post litem contestatam, ut probatur in L. 2. & fin. C. de litigios. Ordinat. d. tit. 10. §. 1. & 2. ne actor, & Reus ad imparia judicentur, Capyc. dec. 170. n. 59. & 60. ubi habet actorem non posse vendere actionem in judicium deductam pendente lite, Burg. de Paz cons. 35. n. 3.

16 Item actio personalis ex parte actoris litigiosa efficitur lite contestata; & cedi non valet d. L. 2. Cod. de litigios. illa data differentia inter actionem realem super dominio rei, & personalem. Nam illa per solam citationem litigiosa efficitur d. Authent. litigiosa, C. de litigios. Ordinat. d. lib. 4. tit. 10. in princ. Hæc vero non fit litigiosa, nisi per litis contestationem L. 1. ff. de litigios. L. 2. verb. deductæ sunt Cod. eod. Ex ea ratione, quia major fraus in hac materia considetatur in reo, quam in actore, Decius in c. cum. M. Ferrariensis n. 140. & ibi Ripa n. 191. cum seqq. extra de const. Bursat. cons. 30. Riccius collect. 817. Donat. Anton. de Marin. resolut. quotid. cap. 256. n. 7. Carlev. de judic. tom. 2. tit. 3. disput. 11. n. 2. Capyc. Latro dec. 160. n. 31.

17 Hinc fit, quod si actio personalis descendit ex vendito, donato, aut simili causa, & proponitur ad obtinendum dominium, ipsa res per litis contestationem efficitur litigiosa: ut voluit Bart. in L. 1. ff. de litigios. Carlev. d. disp. 11. n. 2. Cancer. d. cap. 15. sub n. 6. vers. unde. Ubi tradit in judicando sequendam esse hanc opinionem: & temerarium esse ab illa recedere, dixit Jason. cons. 43. col. ultim. sequitur Lancelot. d. 2. p. cap. 4. in præfat. n. 483. Alciat. cons. 11. pro morte n. 84. lib. 1. & aliis relatis Osasch. dec. Pedem. 65. n. 13. Salgad. qui testatur veriorem, de protect. Reg. 4. p. cap. 8. n. 137. Tusch. litt. L. conclus. 386. n. 4. D. Joseph. Vela dissert. 14. nu. 43. vers. contrarium: ubi plures laudat: Alex. Trentacinq. d. lib. 2. tit. de judic. resolut. 17. n. 12. Qui eam reddit rationem; namque si actio personalis in judicium deducta lite contestata sit litigiosa, ita ut actor eam cedere nequeat d. L. 2. Cod. de litigios. ratione æqualitatis servandæ æquum, & justum videtur, quod etiam reus possessor non possit alienare rem, ad quam agitur actione personali, cum in judicio æqualitas servanda sit, & actor, atque reus non debeant ad imparia judicari L. fin. cod. de fructib. & lit. expens. Vincent. de Franc. dec. 136. n. 3. Neque reo licere debet, quod actori non conceditur, L. non debet ff. de reg. jur. Quare istam opinionem probavit nostra Ord. lib. 4. tit. 10. §. 2.

18 Quando vero agitur simpliciter in personam, puta actione ex mutuo ad mille, tunc litis pendentia super actione personali non indicit vitium litigiosi, ut quantitas litigiosa dicatur: tamen actio per litis contestationem litigiosa efficitur: ut tenent commun. DD. in d. L. 2. cod. de litig. & in L. 1. ff. cod. & in L. 1. cod. commun. divid. Bald. in L. 1. cod. de præscript. long. tempor. Bapt. Ferret. cons. 13. n. 3. Innoc. in cap. cum M. de constit. & in cap. dilectæ de exception. Cravet. cons. 279. Thusc. d. conclus. 386. à n. 1. Peregr. d. lib. 4. tit. 6. n. 9. & 10. Trentacinq. d. resolut. 17. n. 11. & 15. Capyc. Latro dec. 170. n. 66. Salgad. in labyr. cred. 1. part. cap. 14. n. 13. Et hanc opinionem amplexa fuit Ordinat. d. tit. 10. §. 2. vers. & sendo a aução meramente pessoal. Sic similiter quando agitur actione personali de aliquo opere facto in re, non efficitur ipsa res litigiosa; etiamsi actio in rem sit scripta: ut tenent Bart. in d. L. 1. §. 1. ff. de litigios. Ripa in d. cum M. de constit. n. 193. vers. quid ergo respondebimus, Peregrin. d. tit. 6. n. 11. Trentacinq. d. resol. 17. n. 16. Marant. de Ord. judic. 4. p. dist. 3. an judicium sit civile, vel criminale n. 5. Capyc. Latro d. 66. Thusc. litt. A. conclus. 386. n. 7.

19 Sed est advertendum, quod licet per solam citationem quando agitur de dominio res efficitur litigiosa, quod sex desiderentur requisita, ut vitium litigii contrahatur, de quibus Trentacinq. d. resol. 17. n. 19. Unde si citatio nulla fierit, vitium litigii non contrahitur; quod enim nullum est, nullum præstat impedimentum; cap. non præstat. de regul. jur. in 6. Neque producere potest aliquam effectum validum L. 4. §. in condemnatum ff. de re judic. Surd. cons. 28. n. 88. Valenz. cons. 32. n. 37. Cyriac. controv. 3. n. 3. Carlev. de judic. lib. 1. tit. 3. disp. 16. n. 2. & 23. Capyc. Latro consult. 81. n. 21. Immo actus nulli perinde habentur, ac si facti non essent, Gratian. cap. 103. n. 9. Valasc. consult. 61. n. 6. Surdus d. cons. 28. n. 90. Idem Gratian. cap. 923. n. 16. Capyc. Latro d. consult. 81. n. 22. Qua propter si citatio nulla sit, non operatur præventionis effectum,

20 cap. proposuisti ibi: Legitime citatus de for. compet. Mascard. conclus. 1232. n. 17. Gratian. cap. 156. n. 9. Tondut. de prævent. 1. part. cap. 9. n. 16. Neque litis pendentiam inducit, Gratian. cap. 531. n. 76. vers. quà nullitate, Burat. dec. 76. n. 23. Rota dec. 123. n. 11. part. 7. recentior. Tondut. d. 1. p. cap. 13. n. 11. Cabed. 2. p. dec. 15. n. 11. & 12.

21 Immo nulla existente citatione totus corruit processus, & sententia, quasi deficiat fundamentum cap. cum Paulus 1. q. 1. etiamsi sententia lata sit in favorem nulliter citati, saltem in causis civilibus gloss. commun. recepta in L. ea quæ C. quom. & quand. jud. Felin. in cap. ad petitionem de accus. quos refert, & sequitur Valasc. d. consult. 81. num. 2. Afflict. dec. 2. n. 6. Et sic si processus nullus fuerit, non potest contrahi vitium litigiosi, Emman. Barbos. ad Ordin. d. titul. 10. in princip. n. 2. Osasch. de Pedem. 144. n. 8.

22 Idem procedit, si citatio fuerit circumducta quæ talis dicitur, quando actor ad terminum non comparuit, & per eum non fuit reproducta in terminum citationis; tunc enim etiamsi reus compareat, citatiò pro non facta habetur, & nullum producit effectum L. & post edictum 73. §. 1. ff. de judic. Gratianus. cap. 66. n. 40. & seqq. maxime n. 43. Et hæc fuit sententia, Bald. in L. 1. in lect. 1. in princip. ff. de in jus vocand. Alex. & Jason. in rubr. ejusd. tit. Mandos. reg. 34. q. 35. n. 8. Cabed. d. dec. 15. n. 14. sequitur Tondut. d. 1. part. cap. 9. n. 22. & 23. & 2. part. cap. 48. n. 9. & seqq. Ubi docet moram actoris purgari non posse, Menoch. cons. 230. n. 5. & seqq. Afflict. decis. 366. n. 14.

23 Deinde quamvis valida fuisset citatio tamen perempta instantia per lapsum triennii de jure civili, vel semestri de jure Regio, per ea, quæ diximus *tom. 1. part. 2. cap. 20. n. 11. & 12.* cessare debet vitium litigii quoad effectum inhibendæ alienationis, & res, quæ erat effecta litigiosa, finita instantia alienari potest impunè secundum *gl. t. in L. 1. Cod. de præscript. long. tempor.* ubi commun. DD. Bald. Bald. Salicet, & alii *in L. fin. Cod. de litigios.* idem Bart. *in L. 1. §. si inter; & in L. cum quærebatur col. 2. ff. judic. solut. & in L. 2. col. penult.* ubi Ripa *num. 28. Cod. de edend.* Osach. *decis. 65. n. 14.* dicit veriorem Cabed. *d. decis. 15. n. 16.* Peregrin. *d. tit. 6. n. 39.* Trentacin. *de resolut. 17. n. 48.* Cancer. *d. cap. 12. n. 16.* Gama *decis. 199. n. 4.* Reynos. *observ. 6. n. 25.* Perempta enim instantia res perinde habetur, ac si lis numquam mota fuisset *L. cum lite mortua ff. de judic. solut.* Capyc. Latro *dec. 65. n. 20.* & diximus *tom. 1. part. 2. cap. 20. n. 22.*

24 Unde idem dicendum censeo, quando unus ex litigantibus diem clausit extremum; namque tunc statim judicium solvitur, & perit instantia *Ord. lib. 3. tit. 27. §. 2.* Auton. Amat. *variar. resol. 89. n. 86.* & diximus *d. cap. 20. n. 33.* Quare dum non instauratur instantiam per nouam citationem, silet judicium & cessat vitium litigiosi.

25 Deinde litigiosi uitium perpetuo durat contra personas adversus quas fuit judicatum *L. 1. ubi gloss. verb. Longi temporis C. de præscript. long. tempor.* Bart. *in L. 1. §. fin. ff. de litigios.* Jason. *in L. 2. col. pen. Cod. de edend.* Qua ratione illis non currit prescriptio tam ob malam fidem, quam propter litem etiam post executionem petitam, Caputach. *decis. 362. num. 4. part. 2.* Gratian. *cap. 994. n. 14.* Quæ resolutio comprehendit etiam omnes Ecclesiasticos per text. *in cap. Ecclesia 1. & 2. ut lit. pend.* & ibi Innoc. Butr. & Abb. Marth. *de jurisd. 4. p. casu 35. nu. 9.* tam in beneficiatibus, quam in profanis, Carol. de Grass. *de effectibus Clericat. effect. 2. n. 256. 257. & 258.* cum quibus Salgad. *de Reg. protect. 4. p. c. 14. num. 94.*

26 Producit autem litigiosi vitium quam plures effectus ques refert Trentacinq. *d. resolut. 17. n. 28. cum seqq.* Et quidem de jure Digestorum rei litigiosæ impediebatur alienatio, *text. in L. alienationes ff. famil. ercisc. L. Divus ff. petit. hæred. tot. tit. ff. & Cod. de litigios.* Immo prædicta res particulariter pignorari nequit *L. 1. §. fin. ff. quæ res pignor.* Ex ea ratione, quia qui alienare non potest, neu etiam hypothecare, aut pignori dare valet *L. fin. Cod. de reb. alien.* Bart. *in L. quorum ff. de pignorib.* Gama *decis. 108. n. fin. in fin.* Valenz. *consult. 83. nu. 153.* Solorzan. *de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. capit. 3. num. 36.* Castill. *de alim. capit. 58. n. 8. & 9.* Mierez *de majorat. 4. part. quæst. 1. n. 76. usque ad n. 80.* Prohibita namque alienatione censetur prohibitus omnis actus, per quem pervenitur ad illam *L. oratio ff. de spons. L. quod dictum ff. de pact. L. cum lege ff. de fidejuss. d. L. fin. C. de reb. alien. non alien. L. fin. §. sed quia Cod. commun. de legat.* Ant. Gom. *lib. 2. variar. cap. 15. n. 12.* Salgad. *de Reg. protect. 4. p. cap. 8. n. 240.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 1. nu. 70.* Peregrin. *de fideicomm. art. 14. n. 31.* Surd. *dec. 154. n. 20.* Castill. *d. cap. 58. n. 9.* Hermos. *in L. 4. tit. 5. partit. 5. gloss. 2. num. 9.* Solorzan. *d. lib. 2. cap. 14. num. 16.*

27 Propter quæ prædictam opinionem tenuerunt, Bart. *in L. 1. §. si inter ff. de litigios.* gloss. Cyn. & Paul. *in L. 1. Col. commun. divid.* Et eam sequuntur, licet non ita exornatam, Peregrin. *d. lib. 4. tit. 6. n. 20.* Cancer. *d. lib. 2. cap. 12. n. 46.* Qui inferunt etiam rem litigiosam locari non posse ad longum tempus, neque in emphyteusim concedi. Quia locatio ad longum tempus est alienationis species, & constituit jus in re *L. 1. ff. de superfic. L. cum pater §. instituto ff. de legat. 2.* Cancer. *lib. 1. variar. capit. 14. num. 16. & lib. 2. capit. 12. n. 47.* Peregrin. *d. tit. 6. num. 20.* Gama *dec. 214. n. 4. & dec. 16. num. 3. vers soleut Advoc.* Ludovic. Post. *de manuten. observ. 24. nu. 4.* 28
Quidquid contrarium dicant Schifordeg. an Ant. Fabr. *lib. 1. tract. 18. quæst. 1.* & alii, cum quibus Larrea *decis. 71. n. 11.* Et sic rem litigiosam non posse locari ad longum tempus docent Peregrin. ubi proxime, Cancer. *d. n. 47.* Qui ad modicum tempus locari posse tenent ex text. *in Clement. 1. de reb. Eccles. non alien.* Jason. *in L. manumissiones ff. de just. & jur.* dummodo locatio non fiat in potentiorem, à quo postea difficilis sit recuperatio.

Hodie vero rei litigiosæ alienatio est ipso jure 29
nulla *d. L. fin. C. de litigios.* Peregrin. *d. n. 20. in fin.* Trentacinq. *d. resolut. 17. n. 42.* Sive emptor, aut donatarius sciverit rem esse litigiosam, sive ignoraverit, debuit enim esse curiosus, quæ res sibi venderetur: nec temere ab improbo creditore emere, qui ad hoc solum rem litigiosam, divendi ut deteriorem faciat conditionem sui adversarii; ut optime tradit Cujac. *in paratil. ad tit. C. de litigios.* & probat *Ordinat. d. lib. 4. tit. 10. §. 4.*

Idem dicendum in cessione aut venditione actio- 30
num facta ab actore post litigiosi vitium contractum; quia nullius est momenti: ut per Olea *de cess. jur. tit. 3. q. 11. n. 9. & 10.* & probat *Ordin. d. tit. 10. §. 3. 6. & 8.* Dubitat tamen Olea *d. n. 10. & seqq.* An pœnæ contra alienantes rem litigiosam procedant, contra alienantes actionem litigiosam? Et resolvit pœnis locum esse, tradens differentiæ rationem *num. 11.* Sed ejus dictum in hoc Regno sustineri nequit propter *Ordinat. d. tit. 10. §. 8.* Cujus hæc sunt verba: *E em todas estas penas postas ao Reo, que vende, escamba, ou doa à cousa litigiosa, encurrera o Autor, que vende, escamba, ou doa à aução movida em juizo. & feita litigiosa, como acima dissemos.* Atque ita actor, qui litigiosam cessit actionem ultra nullitatem contractus, de qua *Ordin. in d. §. 3.* punitur pœnis; de quibus supra *n. 5.* Quas etiam incurrit emptor, vel cessionarius, qui sciens emit, vel accepit. Ultra quas si actio translata fuit in potentiorem ratione dignitatis, aut officii, ille, qui cessit, adversario soluere debet estimationis duplum juxta *Ord. d. tit. 10. §. 5. & 6.* Quæ loquitur de alienante rem, vel actionem ligiosam in potentiorem.

Aliud dicendum de cedente rem, vel actionem 31
in personam miserabilem ex causa lucrativa, quia si cessio fuit vera, & non simulata: neque cedens, neque persona miserabilis pœnam incurrit: immortalia persona potest adversarium trahere ad Curiam juxta doctrinam Andr. quem sequitur Afflict. *in Const. Reg. statuimus in 6. quæst.* Menoch. *de arbitr. in addit. ad cas. 66. n. 43.* Carol. Tapia *de jur. Reg. in Constit. Magni judicari officio, incipit, Statuimus n. 23.* dicit judicatum Vincent. de Franch. *dec. 195.*

Ulterius sententia lata pro Actore contra Reum, 32
qui pendente lite rem litigiosam alienavit, exequitur contra emptorem vel donatarium, in quem possessio fuit translata absque novo processu, aut nova causæ cognitione. Ita Bart. *in L. 1. §. ultim. ff. de litigios.* per rationem *text. in L. fin. Cod.* ubi etiam Bart. & Salicet. Abb. *in cap. Ecclesia 1. col. penult. ut lit. pendent.* Decius *consult. 187. col. fin.* Jason. *in §. omnium num. 84. instit. de action.* Roderic. Suarez *in L. post rem judicatam in declarat. leg. Reg. post. 8. ampliat. col. 5.* Cacheran. *decis. 65. sub nu. 4.* Boer. *decis. 182. nu. 51.* Covarr. *practic. cap. 15. n. 7.* post plures Trentacinq. *d. resolut. 17. num. 49.* Salgad. *d. p. cap. 8. n. 165.* Matt. *de jurisd. 4. p. cas. 35. nu. 2. & 3.* Marescot. *lib. 1. variar. cap. 87. num. 59. & seqq.* Lancelot. *de attent. 2. p. in præfat. cap. 4. n. 459.*

Va-

Valenz. consult. 111. n. 38. Giurb. dec. 72. n. 6. Noguerol. alleg. 29. n. 138. idem Valenz cons. 29. n. 49. & 50 Reynos. observ. 6. n. 21. Peregrin. d. lib. 4. tit. 6. n. 27. Cancer. d. cap. 12. n. 17. Carleu. de judic. lib. 1. tit. 3. disp. 11. n. 2. Cresp. de Valdaura observ. 107. n. 12.

33 Sed hæc resolutio declaratur, ut procedat, quando executio sit adversus tertium, qui sciens rem litigiosam emit, vel donationis titulo accepit? quoniam adversus eum bene exequitur sententia absque novo processu, vel examine: Secus si tertius litigium ignoravit; tunc enim citandus est, & de jure suo audiendus summarie sola veritate comperta absque alio processu juxta sententiam. Angel. in Authent. de litigios. col. 2. Quam amplexa est Ordinat. lib. 3. tit. 86. §. 16. & lib. 4. titul. 10. §. 9. Quamvis Angeli doctrinam improbet Covarr. d. cap. 15. n. 7. indistincte tenens, quod sententia exequenda est contra tertium, in quem res litigiosa fuit translata, sive sciverit, sive ignoraverit litigium, cum res transiret in tertio vitio litigii, tam scientem, quam ignorantem. Et quia simul atque res effecta fuit ligitiosa, non potest ejus statua mutari in præjudicium agentis quoad judicii ordinem: sequuntur Cancer. d. capit. 12. num. 18. Cavalcan. decis. 16. num. 7. part. 1. Salgad. d. cap. 8. n. 169. Trentacinq. resol. 17. n. 51. Noguer. alleg. 29. num. 238.

34 Nihilominus tamen in hoc Regno ab Angeli sententia recedendum non est ex prædicta Ordinatione, quæ quoad scientiam, ut executio fiat contra tertium æquiparat scientiam litigii, & rationem scientiæ, ita ut idem dicendum sit de eo, qui scire debuit, ac de sciente, ibi: *Se for sabedor do litigio ao tempo que a houve, ou teve razam de o saber.* Et quidem recte: Paria enim sunt scire, & scire debere L. quod te mihi in fin. ff. si cert. petat. & ibi gloss. Tiraq. de retract. lignag. §. 12. gloss. 1. n. 9. Solorzan. de jur. Indiar. 2. tom. lib. 2. cap. 7. n. 43. Franc. Vivius decis. 34. n. 14. Cresp. de Valdaura observ. 10. n. 67. & probat Ordinat. lib. 3. titul. 21. §. 5. & tit. 86. & §. 16. tit. 10. §. 9.

Declaratur secundo, ut executio procedat con-
35 tra tertium scientem litigium; si ipse causam habuit à condemnato, non ab alio titulum habuerit L. sæpe ad fin. ff. de re judic. Suar. in d. L. post rem in declar. leg. Regn. limit. 1. ad leg. Tolet. Parlad. lib. 2. rer. quotidian. capit. fin. 4. p. §. 5. n. 20. Thusc. litt. E. conclus. 488. num. 19. & aliis relatis Salgad. d. cap. 8. num. 187. Quod etiam ea ratione fundatur, quia vitium litigiosi non habet locum nisi inter litigantes: ut per Bossum, qui bene declarat in tit. de pæn. num. 42. Angel. in Authent. de litigios. num. 3. Cancer. d. capit. 12. num. 16. Intellige tamen, ut non tantum his dicatur habere causam à condemnato, qui rem immediate ab illo, nactus est, sed etiam qui mediatae, & per longam successionem interpositis aliis personis causam seu titulum traxerit à condemnato L. hæredis ff. d. verb. signific. L. qui per successionem de reg. jur. L. sicut §. supervacuum ff. quib. mod. pign. Parlad. d. n. 20. Salgad. d. cap. 8. n. 188.

Prædicta procedunt, quando sententia lata fuit
36 super dominio rei litigiosæ: ut considerat Trentacinq. d. resol. 17. num. 50. & 52. Si vero contra possessorem rei obligatæ ad quantitatem in actione hypothecaria sententia feratur contra reum, qui lite pendente rem alienavit, non poterit executio fieri contra possessorem, sed opus erit novo processu: ut scribunt Bart. in L. creditores C. de pignor. Octavian. Cacheran. dec. 65. sub n. 4. Trentacinq. de resolut. 17. num. 52. Quia quamvis res transiisset cum suo onere, litigiosa facta non fuit: ut diximus supra nu. 8. Hypotheca autem non impedit rei alienationem Bart. in L. à Divo Pio §. si super rebus, ubi Jason. num. 17. ff. de re judic. Tusc. litt. l. conclus. 86. n. 13. Cavalcan. dec. n. 18. p. 2. Giurb. decis. 61. nu. 2. & seqq. Neque per hypothecæ constitutionem dominium transfertur L. si dominium 9. L. cum dominam 13. C. de pignor. Amaya in L. unic. n. 28. Cod. de thesaur. lib. 10.

Declara tamen prædictam resolutionem ut non 37
procedat, quando emptor rei hypothecatæ sciebat litem agitari cum venditore, & insuper illum non habere alia bona, unde creditori satisfaceret; tunc enim probata scientia emptoris tam respectu litis quam inopiæ debitoris, sententia lata contra reum principalem mandabitur executioni contra emptorem rei hypothecatæ possessorem: ut optime fundat Covarr. practic. capit. 15. n. 7. vers. hanc etenim. Quia ait hoc casu non esse opus revocatoria; quia alienatio censetur facta in fraudem creditoris, simul & judicis: sequitur Trentacinq. d. resol. 17. n. 52.

Confirmatur ex eo, quod licet agens hypotheca- 38
ria actione contra tertium teneatur facere executionem in bonis debitoris principalis Negusant. de pignorib. 1. membr. 4. part. 2. princip. n. 132. Gama decis. 99. n. 2. Jason. in §. si quis in fraudem num. 26. & 66. cum seqq. Instit. de action. Reynos. observ. 42. n. 26. Noguerol. alleg. 4. n. 34. & cum seqq. D. Joseph. Vela dissert. 20. n. 4. Anton. Gomez lib. 2. variar. cap. 2. n. 20. vers. secundo limita, Tiraq. de constit. 1. p. n. 54. Menoch. de recuper. possess. remed. 24. n. 23. per text. in L. 2. & penult. C. de revoc. his quæ in fraud. cred. Tamen si notorie constat debitorem solvendo non esse, executio necessaria non est, Giurb. decis. 57. n. 11. Flor. de Mena ad Gam. dec. 99. Mendez à Castro in prax. Lusitan. lib. 4. cap. 4. n. 12. idem Flor. de Mena lib. 1. variar. quæst. 21. num. 33. Larrea alleg. 26. n. 14. Salgad. in labyr. cred. 1. p. capit. 23. num. 13. Mercurial. Merlin. de pignor. lib. 5. quæst. 69. n. 7. & 14. Et facit Ordinat. lib. 4. tit. 59. in princ. vers. Porem, in verbis ibi: *Porem ainda que o principal devedor seja presente, se elle for tam pobre, que não possa pagar a divida, & o Iuiz for disso certificado, poderà o fiador ser demandado, em aquella parte, à que os beens do devedor não puderem bastar.* Quare si emptor litem agitari sciebat cum debitore & eum inopem, & nihil habere, ex quo satisfacere posset præter rem hypothecatam, quam nihilominus emit, recte poterit sententia contra eum exequi sine alia excussione.

Sed nota, quod executio consumenda non est nisi 39
prius tertius fuerit citatus, & summariè auditus absque novo processu juxta text. in L. à Divo Pio §. si super rebus ff. de re judicat. prout tenent Mangil. de subhast. quæst. 1. n. 6. & seqq. Nata cons. 150. n. 4. Capyc. dec. 128. in fin. Burat. dec. 166. n. 2. Gratian. cap. 502. n. 33. cum seqq. Menoch. cons. 317. n. 12. Giurb. dec. 62. n. 17. Cancer. lib. 3. variar. cap. 17. n. 463. Merlin. de pignor. lib. 1. quæst. 17. n. 33. Ludovic. Post. de subhast. 1. part. inspect. 18. n. 160. Trentacinq. d. lib. 2. tit. de judic. resolut. 17. n. 55. ad veniendum, an tertius habeat anteriora jura ad quod facit Ordin. d. libro. 4. titul. 10. §. 9.

Ex dictis infertur ad quæstionem, An sententia
lata in actione personali contra debitorem possit exe- 40
qui contra emptorem rei alienatæ pendente lite? In qua quæstione diversimode se habent Interpretes. Nam Cynus in L. 1. quæst. 9. C. de alien. judic. mutand. caus. fact. docet contra tertium emptorem propter dolum exequendam esse sententiam latam contra principalem debitorem, vel instrumentum in locis, ubi habet executionem paratam; sequuntur Anton. de Amatis dec. 48. n. 6. Cavalcan. decis. 23. n. 115 part. 2. & dec. 5. n. 29. part. 4. Practic. Papiens. in form. execut. de sent. diffin. gloss. 1. n. 18.

Verum Bartolus in d. L. à Divo Pio §. si super re- 41
bus, contrarium opinatur, inquiens, non esse facien-

dam executionem contra hunc tertinm, sed esse agendum revocatoria *juxta text. in §. si quis in fraudem. Instit. de actionib. & tot. tit. ff. & C. de his qua in fraud. cred.* idem Bart. *in L. si quis missum in fin. ff. de damnat. infect. & in L. creditores n. 23. C. de pignor.* Et hanc opinionem communem esse tradunt Jason. & Alex. *in d. §. si super rebus* Covarr. *practicar. cap. 15. n. 7. &* plures laudati à Giurb. *dec. 62. n. 7.* Cavalcan. *dec. 16. n. 8. part. 1.* Gusman. *de evictione quæst. 11. n. 59.* Anton. Gabr. *commun. lib. 5. tit. de acquir. possess. conclus. 8. n. 3.* Menoch. *de adipisc. remed. 5. n. 126.* D. Joseph. Vela *dissert. 14. n. 44.*

42 Baldus autem *in L. ob maritorum n. 8. C. ne uxor. pro marit.* has contrarias opiniones dictionis fœdere componere conatur, asserens, quod aut dolus committitur in fraudem creditorum; antequam lis moveatur alienando bona, & tunc agendum esse via ordinaria ad rescissionem contractus servato juris ordine: aut dolus admittitur in fraudem executionis, & quando alienatio fit lite jam pendente, & tunc procedit executio adversus eum, qui dolo cæpit possidere etiamsi litigiosi vitio, res non sit affecta. Idem Bald. *in L. executorem col. 7. C. de execut. rei judic.* & Baldum boni favent testes, ut ait Parlador. *lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 4. p. §. 5. n. 14. & 15.* Ubi hanc amplectirur opinionem, & Covarr. *d. cap. 15. sub nu. 7.* Paul. Jason, Zazius, & Herculan. *in d. L. à Divo Pio §. si super rebus,* Villalob. *in Ærar. commun. opinion. lit. A. n. 181. & statut. 160. n. 38. part. 1.* Capyc. *dec. 128. n. 12.* Osasch. *dec. 64. n. 4. & 5.* Bursat. *cons. 100. n. 23.* Menoch. *cons. 319. n. 12. & cons. 1187. n. 4.* Gregor. Lopez *in L. 13. titul. 7. partit. 3.* & plures alii, quos referunt Giurb. *d. decis. 62. n. 8.* Salgad. *de protect. Reg. 4. part. cap. 8. num. 175. & 176.* Carleval. *d. tit. 3. disp. 11. n. 2.* Gusman. *d. q. 11. nu. 61. & 62.*

43 Et hanc Baldi opinionem juri magis consonam dicit Parlador. *d. §. 5. num. 5 num. 15.* Quamvis Bartoli opinio communis sit fatetur. Covarr. *d. cap. 15. num. 7.* Giurb. *d. decis. 62. n. 9.* & Baldi opinionem æquiorem esse ad vitandos circuitus dicit Herculan. *in d. §. si super rebus,* & procedere secundum observantiam justitiæ, & naturalis æquitatis, dixit Capyc. *dec. 12. num. 12.* & pro ea judicatum in Consilio, Neapolitano. Papon. *cons. 63 num. 21. & 22.* Giurb. *ubi supra num. 9.* Carlev. *d. num. 2.* Surd. *cons. 633. n. 4.* Verum Covarr. *d. cap. 15. n. 7.* Baldi opinionem admittit qnando tertius emptor litem motam, aut executionem adimpletam scivisset, quia scientia non probat, nec fraus ex parte accipientis alienationem titulo oneroso probata dicitur; cum tamen ad contractus rescissionem probanda sit, Capyc. *decis. 128. n. 12.* Cancer. *lib. 3. cap. 17. n. 462.* Cartar. *dec. 55. num. 13.* Et insuper observat Covarr. *d. num. 7.* ad hoc ut procedat recta via executio in tertium possessorem duo requiri: scilicet, scientia litis, & inopia debitoris, quia alia bona non habet ex quibus satisfacere possit Durand. *decis. 364. n. 22. & seqq.* Burat. *decis. 450. n. 4.* Merlin. *de legitim. dec. 30.* cum quibus Ludovic. Post. *d. inspect. 18. n. 145.* Et cum his declarationibus Covarr. transire videtur Gusman. *d. quæst. 11. n. 67. & 68.* Quamvis Giurb. *dec. 61. n. 13. & seqq.* prædictis declarationibus respondere conetur.

44 Insurgit autem contra Jasonem, Covarr. Parlador. & Salgad. *d. 4. part. cap. 8. n. 177. & seqq.* docens eos non percepisse verba & sensum Baldi, qui respectu litis moræ in actione personali loquitur de alienatione facta post latam sententiam in fraudem paratæ executionis sive missionis: puta quià jam res erat capta pro pignore, & sola supererat missio: & tunc si debitor in fraudem, & contemptum judicialis authoritatis, rem alienavit, non verò casu quo lite cepta, & non finita per sententiam alienatio intervenit: Cum enim adhuc res non sit judicata dici non potest alienationem factam in fraudem paratæ executionis, quæ ante sententiam neutiquam parata dicenda est, juxta *text. in L. post rem judicatam ff. de re judic. L. nimis propere C. de execut. rei judic. L. defensionis facultas C. de jur. fisc. lib. 10. Ord. lib. 3. tit. 86. in princip.* Proindeque ut executio fieret contra tertium recta via necessarium est quod alienatio fieret post sententiam, vel pignorationem executam. Et in his terminis opinionem Baldi intelligunt Ripa *in L. 1. §. si hæres n. 21. & 22. ff. ad Trebell.* Osasch. *dec. 65. n. 4. circa fin.* in Verbis ibi: *Sed Baldus in d. L. ob maritorum, loquitur, quando erat lata sententia in fraudem parata executionis, seu missionis, puta res erat pro pignore capta, & sola supererat missio, debitor in fraudem alienavit: nam tunc fit executio recta via contra emptorem sine novo processu. Et n. 5.* ibi: *Et sic erit prima, & communis conclusio, quod in actione personali regulariter agendum est revocatoria contra tertium possessorem. Fallit, si alienatio fiat in fraudem parata executionis Ripa in L. 1. § si hæres n. 21. 22. ff. ad Trebel.*

Eandem opinionem seqnitur Thusc. *litt. E. conclus. 488. nu. 1.* Qui loquitur de alienatione facta post sententiam in actione personali Trentacinq. *d. resol. 17. n. 55.* Et in eisdem terminis loquitnr Capyc. *dec. 128. n. 12. ad fin.* in verbis ibi: *Quia si facta post sententiam, ergo magis in fraudem parata executionis consideratam per Bald. in L. ob meritorum penult. col.* ita etiam Hieronym. Leo *dec. Valent. 22. nu. 1.* Ubi postquam dixit pignora judicialiter capta pro executione sententiæ vendi posse, ita scribit: *Quando tamen est facta in fraudem executionis parata, ut quando fieri debebat immissio, sed ad eam impediendam fuit res alienata, tunc creditor mittitur in possessionem, perinde ac si res non fuisset alienata.* Et quidem omnes Doctores, qui tradunt posse executionem fieri contra tertium possessorem; racta via, loquuntur, casu quo alienatio facta fuit: in fraudem paratæ executionis: ut notat Salgad. *d. cap. 8. n. 178.* quo etiam casu loquitur Carlev. *d. n. 2. & D.* Joseph. Vela *dissert. 24. n. 44. vers. dixi, ac repetii.* Quorum sententiam sic intellectam ego etiam amplector: & censeo ita intelligendas Bartol. & Bald. opiniones. 45

Quare constituto, qnod si jam introducta lite, & pendente actione personali ante rem judicatam, & 46
relaxatum mandatum executivum, debitor rem alienaverit in tertium, non potest contra eum procedi executive, quamvis ipse debitor fraudulènter alienaverit, sed agendum est de revocatoria juxta doctrinam Bar. de qua *n. 41.* ut per Menoch. *cons. 1187. per tot.* Durand. *dec. 364. n. 27. junct. n. 22. & seqq.* Merlin. *de legitim. dec. 30.* optime Postius *de subhast. 1. p. inspect. 18. n. 141. & 198.* nisi probetur tertium fuisse participem fraudis de tempore alienationis factæ pendente lite, & scivisse debitorem nihil aliud habuisse in bonis eo tempore, juxta doctrinam Covarr. *d. cap. 15. n. 7.* Durand. *d. decis. 364. n. 22. & seqq.* Burat. *dec. 450. n. 4.* Merlin. *de decis. 30.* Post. *de inspection. 18. num. 145.*

Secundò constituto, quod si post sententiam in 47
actione personali debitorem alienaverit in fraudem paratæ executionis, & ei alia bona non remanserint, contra tertium executive procedi poterit, juxta superius tradita: præsertim si jam res ex causa executionis sententiæ erat in pignus capta tunc enim adversus tertium executio potest impleri tanquam contra intrusum in fraudem paratæ executionis, & contemptum judicialis authoritatis. Quo casu fraudis participatio satis præsumitur ex edictis: & præconiis, Guid. Pap. *quæst. 81. n. 1.* Mangil. *de subhast. quæst. 31. n. 19,* Durand. *ubi supra n. 14. & seqq.* Post. *d. inspect.*

inspect. 187. n. 18. Qui n. 189. docet eum cui res fuit subhastata; præferendum esse ei qui emit à debitore post rem pignori captam, Boer. dec. 112. num. 10. & 11. Guid. Pap. d. quæst. 81. n. 1. Tepat. varia. sentent. tit. 419. cap. 3. & seqq. Anton. Gabr. tit. de vend. & empt. conclus. 2. num. 12.

48 Et nota, quod de jure communi pignora judicialiter capta pro executione sententiæ latæ in actione personali, vel virtute instrumenti guarentitii, bene possunt vendi à domino debitore: ut tenent Guid. Pap. d. q. 81. quem sequitur Hieronym. Leo dec. 22. etiamsi præconiis prudentibus res fuerit inclamata. Item & fructus vendere ex permissione Curiæ, Rebuff. de praecon. licit. & subhast. art. 1. gloss. 1. n. 16. Tepat. tit. 417. cap. 19. Mangil. de subhast. quæst. 191. n. 1. & seqq. Post. d. inspect. 18. nu. 182. Sed quia de jure Regio, pignoratione facta in rebus stabilibus virtute alicujus sententiæ, bona judiciali authoritate tradi debent alicui tertio cum præcepto quod illa nec fructus eorum tradantur reo condemnato juxta Ordinat. lib. 3. tit. 86. §. 1. Quod idem in Francia servari tradit Rebuff. d. art. 1. gloss. 2. n. 2. 9. & seqq. & art. 2. gloss. 1. Post. de inspect. 18. n. 164. & seqq. Dubitari potest an pignorantia ita capta vendi possint à debitore? Et an litigiosa eficiantur?

49 Et quoad primum dicendum est pignora ita capta & tradita tertio judiciali authoritate, à debitore non posse alienari? quin venditio nulla sit Guid. Pap. quæst. 210. Bellug. in specul. princip. rubr. 35. de gravamin. §. post militares 68. & 69. Petr. Pech. in tract. de jure sist. cap. 35. n. 9. quia in hac materia quoad alienationis invaliditatem idem importat sequestratio bonorum, quod juris aut judicis interdictio, prohibitio, aut inhibitio L. de pollicitationibus, ubi Bart. ff. de pollicitation. L. si creditores in fin. de privileg. creditor. Bald. in L. per diversas quæst. 6. C. de mandati, Jas. in L. fidejuss. §. & satisdatum n. 8. & 31. ff. qui satisd. cog. Nam ad hunc effectum illa depositio, seu sequestratio dirigitur, ne debitor se ingerat in administrationem bonorum, quia illi interdicta censetur, Cancer. lib. 2. variar. cap. 4. n. 49. Hieronym. Leo dec. 22. à n. 2. Salgad. de protect. Reg. 4. part. cap. 7. n. 170. & in Labyrinth. cred. 1. part. cap. 14. n. 9. & seqq. Anton. Sola ad Decret. Sabaud. lib. 3. de form. & ordin. proced. in pignor. subhastat. & deliberation. bonor. gloss. 1. num. 32. Mangil. de subhastat. quæst. 10. num. 8. Post. d. 1. p. inspect. 14. n. 83. & seqq. Nam tertius ille, cui bona per officiales traduntur, uti sequester, & depositarius tanquam pignorum custos ea possedit, Anton. Sola d. n. 32. Postius proxime n. 90. Quod si debitor pignora ita capta de facto alienet, adversus emptorem executio perfici debet, ac si alienatio facta non fuisset cum dicatur in fraudem paratæ executionis per ea quæ diximus supra n. 47. & in specie docent Hieronym. Leo d. decis. 22. Giurb. dec. 62. n. 11. & 12. Post. d. inspect. 18. num. 178. & seqq. num. 187.

50 Quoad secundum notari oportet dari hac materia pignus prætorium, & pignus judiciale. Prætorium autem regulariter dicitur quando Judex ob rei contumaciam, qui citatus non comparuit, mittit actionem in possessionem bonorum rei nulla præcedente sententia: ut in L. non est mirum 29. ff. de pignor. actione. Et hæc immissio ex primo decreto prætorium pignus constituit. Negusant. de pign. part. 3. membr. 2. n. 1. Mangil. de subhast. q. 6. n. 2. Ambros. dec. Perus. 2. n. 1. Post. de subhast. 1. part. inspect. 11. n. 6. 14. & 15. Merlin. de pignorib. lib. 1. tit. 3. quæst. 17. nu. 1. Quæ immissio aliquando dicitur antiphona, hoc est præparatio quædam, ut deveniatur ad secundum decretum L. si is qui bona §. si antiphona, ubi gloss. & Bart. ff. de pignor. Negusant. d. n. 1. Durand. decis. 364. n. Costa de remed. subsid. remed. 32. n. 4. Merlin. d. q. 17. n. 1. Et quidem ut immissio fiat ex primo decreto, requiritur contumacia, rei qui citatus non comparuit, Bald. cons. 259. in princ. l. 3. & cons. 53. lib. 4. Thusc. litt. M. concl. 283. n. 10. & 11. Qui per totam conclusionem duodecim requisita proponit ad obtinendum primum decretum quæ apud eum videri possunt. Et hæc immissio fieri debet per executorem, aut nuntium à judice deputatum, non autem propria authoritate, nisi obtenta licentia à judice de ingrediendo propria authoritate; quia sine ea amitteret creditor jus suum L. miles §. qui ff. de re judic. & notat Bald. in L. si finitæ 15. §. Julianus ff. de damn. infect. & col. 3. vers. secundo quaro. Negusant. d. membr. 2. n. 1. ante fin. Et semper facta præsumitur ex primo decreto, ut rite fieri censeatur: prout notat Merlin. d. q. 17. num. 8.

Contumacia autem crescente in actione personali 51
committitur secundum decretum contra debitorem: & immissus efficitur possessor: immo & si debitor erat dominus: etiam immissus efficitur dominus si autem dominus non erat consequitur immissus usucapiendi conditionem: ut tenet Bart. in d. L. si finita §. Julianus col. 1. & Bald. in L. in possess. Cod. de bon. author. judic. possid. Negusant. d. membr. 2. n. 9. Immissus autem ex primo decreto non efficitur possessor, sed custos, & detentor rerum; quia immissio fit, ut reus tædio affectus compareat ad respondendum L. 1. fin. ubi DD. ff. de acquir. possess. Negusant. d. membr. 2. n. 6. Niger. Cyriac. controv. 77. n. 4. Adquirit tamen hypothecam ex immissione primi decreti per text. in L. non est mirum. ff. de pignor. ubi gloss. & Bart. Alex. in d. L. si finita §. Julianus n. 98. Minsinger. centur. 1. observ. 28. n. 1. Negusant. 6. membr. 2. n. 1. Costa in tract. de re integr. dict. 15. n. 2. Merlin. d. q 17. n. 10. & 11. Ac si debitor ipse bona obligasset: & ideo hypothecaria actione poterunt bona repeti à creditore L. 1. C. si in caus. judic. pignus cap. sit L. 2. Cod. de prætor. pignor. Post. de inspect. 11. num. 6. Negusant. d. membr. 2. n. 25. Merlin. d. q. 17. n. 32. Cyriac. d. controv. 67. num. 19.

At verò pignus prætorium constitutum ex im 52
missione ante sententiam, extinguitur per comparationem Rei, & solutionem expensarum, præstita cautione de judicio sisti, Mangil. d. q. 6. nu. 13. & seqq. & q. 52. n. 4. & 5. & q. 127. nu. 10. Post. d. inspect. 11. nu. 17. Negusant. d. membr. 2. n. 6. Et circa hoc pignus prætorium videndi sunt Negusant. d. membr. 2. per tot. Cyriac. d. controv. 77. Merlin. d. q. 17. & Thusc. d. conclus. 283. & litt. D. verb. Decretum.

Judiciale autem pignus est, quando præcedente sententia creditor mittitur in possessionem bonorum debitoris pro concurrente quantitate sui crediti vigore mandati executivi in personali actione, Cujac. in rubr. C. si in caus. judic. Menoch. de recuper. remed. 12. n. 16. & de retinend. remed. 3. n. 225. Cyriac. controv. 77. 6. Merlin. d. q. 17. n. 3. Paris. cons. 42. num. 14. lib. 1. Donel. in rubr. de prætor. pignor. & quib. in caus. pign. à Magistr. constit. Anton. Sola ad Decret. Sabaud. lib. 3. tit. 39. de form. & ordin. observ. in pignorat. gloss. 1. n. 8. Scaccia de judic. lib. 1. cap. 96. sub n. 20. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 3. n. 6. Gaito de credit. cap. 4. q. 3. n. 31. Negusant. de pignor. part. 3. membr. 3. n. 1. Post. de inspect. 11. n. 10. & seqq. Bened. Ægid. in L. ex hoc jure p. 2. cap. 1. n. 10. ff. de just. & jur.

Et quamvis Donellus lib. 17. comment. in d. L. à 53
Divo Pio §. in venditione, contendat pignus prætorium, & judiciale idem esse, quia utrumque judicis mandato, & authoritate constituitur: Tamen verius est unum ab altero differre, ut constat ex diversitate titulorum: ut C. de prætor. pignor. & C. si in caus. judic. pign. capt. sit. Et quidem si non different, non

collocarentur in diversis titulis L. Imperator ff. d. iu diem addict. Atque ita quod judiciale pignus, & prætorium differant inter se docent Alex. in L. à divo Pio §. in venditione col. penult. vers. quæris Bartolus, pone quod fuit facta executio ff. re judic. Deinde probatur differentia ex eo, qnod immissione facta ex primo decreto ante sententiam potest debitor recuperare tenutam infra annum in actione reali, & infra triginta annos in personali solutis expensis & præstita cautione de judicio sisti Authent. ei qui jurat. C. de bon. author. judic. possid. cap. 1. de dolo & contum. lib. 6. ut etiam diximus hoc eod. cap. At vero immisso in possessionem vigore sententiæ ex primo decreto, non fit restitutio debitori, nisi debitum satisfaciat; Gratian. discept. forens. cap. 16. n. 40. Mangil. de subbast. q. 52. u 6. Post d. inspect. 11. nu. 18. Negusant. d. membr. 3. n. 2. Durand. d. dec. 36. & 37. Merlin. d. q. 17. u. 4. Unde jam patet diversum esse pignus prætorium à pignore judiciali. Post. d. inspect. 15. n. 19. & 20. Ubi ait aliquando pignus prætorium: judiciale promiscue unum pro alio usurpati, Calvin. in Lexic. jur. verb. pignus rei judicatæ in fin.

54 Sed quamvis hæc ita se habeant de jure communi circa immissionem ex primo & secundo decreto, tamen de jure Regio non admittitur pignus prætorium contra contumacem, ut creditor immittatur in possessionem bonorum, ut probat Ordinat. lib. 3. tit. 15. in princip. ibi: E se ausentar sem deixar procurador. o Autor seguirà seu feito à sua rebelia, sem poder requerer contra elle, que o metaõ em posse de nenhuns bens por beneficio de primeiro, nem segundo decreto. Quare in hoc Regno judiciale tantum pignus contrahitur non per immissionem ex primo, vel secundo decreto, sed per apprehensionem pignorum, quæ judicialiter, & jussu judicis fit in executionem sententiæ juxta Ordin. lib. 3. tit. 86. iu princip. & §§. seqq. secundum quam pignoribus captis, & positis in hasta publica, & fora mobilia per octo dierum spatium, & immobilia per viginti dies præconisantur: transactoque termino majori licitatori subhastantur: ut probat Ord. d. tit. 76. §. 25. & seqq. Post de subhast. 1. p. inspect. 35. n. 7.

55 Subhastatio autem in Regno fieri non potest nisi de judicis exequentis mandato, Ordinat. d. tit. 86. §. 29. Valasc. cons. 37. nu. 5. Pereyr. dec. 77. nu. 3. Hieronym. Magon. dec. Florent. 132. nu. 10. & quamvis authoritas hastæ publicæ facile convelli non debeat L. si hypothecas Cod. de remiss. pign. Valasc. d. cons. 37. nu. 1. Cancer. lib. 2. cap. de restit. spoliator. nu. 18. Gusman. de action. q. 3. 4. nu. 47. Carleval. de judic. lib. 1. tit. 3. disp. 22. n. 3. Tamen in subhastatione pro ejus validitate servanda sunt statuta, & consuetudo loci, ubi fit secundum Bald. in L. ordo 3. C. de execut. rei judic. Gratian. discept. forens. cap. 7. n. 2. & cap. 545. n. 21. Burat. decis. 66. nu. 15. Posthius de subhast. insp. 24. nu 33. p. 1. & forma data diligenter observanda cap. cum delicta 22. cap. sedes cap. fin. de rescript. Thusc. litt. F. conclus. 414. & litt. S. conclus. 555. August. Barbos. in d. cap. cum delicta n. 4. alios citat Larrea allegat. 9. num. 13. Mangil. de subhastat. quæstione 25. nu. 2. Posth. eod. tract. 1. p. inspect. 20. nu. 5. quia subhastatio, in qua non est servata formata, nulla dijudicatur d. capit. cum dilecta de rescript. Gratian. d. cap. 7. n. 13. & quæ facta fuit nulliter contra legem, & forma non servata,
58 dominium non transfert Afin. de execut. §. 4. cap. 51. n. 5. Mangil. de subhastat. q. 24. n. 6. & q. 193. nu. 3. Cencius post. tract. de censib. dec. 153. nu. 7. Post de manuten. observat. 55. nu. 65. & de subhast. 1. p. inspect. 53. nu. 65.

Item debet fieri subhastatio præsente pecunia non
59 habita fide de pretio, alias venditio in ea facta revocari potest, Bartol. in L. à Divo Pio §. sed si emptor ff. de re judicat. Gratian. d. cap. 7. n. 4. & 6. Hieronym. Leo dec. 6. n. 1. Carleval. de judic. lib. 1. tit. 1. disput. 8. n. 5. Giurb. dec. 53. Hermos. in L. 52. tit. 5. gloss. 7. nu. 2. Adeo, ut si integrum pretium non deponatur, subhastatio, & venditio nulla sit judicanda, Ursil. ad Afflict. dec. 358. n. 4. Rot. Gen. dec. 144. nu. 14. & 15. Surd. cons. 168. n. 14. Peregrin. de jur. fisc. lib. 6. tit. 4. sub. num. 9. Cacheran. dec. Pedemont. 109. & 10. Menoch. de arbitr. cas. 381. n. 19. & 20. Hieron. Leo d. dec. 6. nu. 2. & 3. per text. in L. à divo Pio §. sed si emptor. ff de re judicat. ibi: Oportet res captas pignori, & distractas præsente pecunia distrahi: Salgad. in labyr. p. 3. cap. 2. 3. & 4. Posth. de subhast. p. 1. dec. 69. n. 23. Quæ resolutio
limitanda est, nisi creditor consentiat, quod habea- 60
tur fides de pretio; quia numerationis actus favore creditoris inductus fuit, Alexand. in d. L. à Divo Pio §. sed si emptor colun. 2. Gratian. cap. 326. n. 5. Giurb. dec. 53. Hermosill. d. gloss. 6. Posth. d. dec. 69. n. 24. Farin. dec. 3. nu. 1. & 2. & dec. 105. n. 3. post alios Salgad. d. p. 3. cap. 2. n. 7. Secundo limita quando de consuetudine Regionis subhastatio fieri solet habita fide de pretio Gratian. d. cap. 7. nu. 6. Hermosill. d. gloss. 7. nu. 7. Giurb. d. dec. 53. n. 12. Vel quando ipsi crediteri pignus fuit addictum in satisfactionem sui crediti, quia licitator non fuit inventus, Giurb. d. dec. 53. nu. 6. Salgad. d. p. 3. cap. 2. nu. 15. Hermosill. d. gloss. 7. nu. 8. Quocumque igitur modo
subhastatio nulla fuerit judicata, restituitur res cum 61
fructibus tam perceptis, quam qui percipi potuerunt, quasi adsit mala fides, Surd. cons. 115. n. 11. & 13. Gratian. d. cap. 7. n. 13. Magon. dec. Florent. 132. n. 10. Et si pignus fuit addictum creditori tenetur fructus imputare in sortem principalem, per ea quæ Mangil. de subhast. q. 72. Posth. eodem tract. inspect. 55. n. 123. Et quid si sententia, cujus vigore executio
facta fuit postea fuerit revocata, vel in totum, vel 62
pro parte. & debitor instat, quod ei bona restituantur. Vide Ordinat. lib. 3. tit. 86. §. 4. & Gama dec. 40. n. 1. & dec. 77. n. 1. & dec. 252. n. Gratian. d. cap. 7. n. 29. & cap. 54. u. 27. Gabr. de Pereyr. dec. 77. n. 4. & dec. 76. Reynos. observat. 56. n. 18. & seqq. Salgad. de protect. p. 4. à cap. 14. à num. 12. cum seqq. Carleval. de judic. lib. 1. tit. 3. disput. 24. à nu. 11. Olea de cess. jur. tit. 4. q. 2. à nu. 26.

Et nota: quod si in tempore proclamationis nullus appareat licitator, vel minus offerens poterit credi-
tre licitatre obtenta licentia à judice Ord. d. tit. 86. 63
§. 30. & faciunt quæ Cald. de empt. & vendit. cap. 11. n. 16.

Quibus ita positis subintrat quæstio: An facta pignoratione pro executione sententiæ, & bonis posi-
tis apud tertium, litigiosa fiant pignora capta in vim 64
judicati; Hanc quæstionem proponit Mercurial. Merlin. de pignor. lib. 1. q. 18. Et duas refert opiniones: quarum primam negativam probat à n. 2. usque ad 8. affirmativam autem à num. 9. cum seqq. & eam amplectitur Negativa fundatur in eo, quod vitium litigiosi solum contrahitur quando agitur de dominio rei ut diximus nu. 6. & tradit ipse Merlin. nu. 3. Salgad. in labyr. p. cap. 14. n. 33. Cumque via executiva in actione personali non dirigatur circa dominium pignorum captorum in executionem sententiæ, non potest dici contractum vitium litigiosi.

Et confirmatur hæc pars ex eo quod in pignoribus 65
captis inducta fuit tantum hypotheca, ut diximus supra nu. 51. Et certum est, quod actio hypothecaria non facit rem esse litigiosam, ut supra dictum est num. 8. Ergo pignora per apprehensionem officialium non efficiuntur litigiosa. Deinde confirmatur, quia apprehensio pignorum facta judicis præcepto in executionem sententiæ, nil amplius operatur, quam quoddam sequestrum; quod quidem appositum de man-

mandato Judicis, non poteſt inducere litis penden-
tiam: neque reddere bona litigioſa, Vincent. Ca-
rioc. in tract. de ſequeſtr. p. 3. q. 10. in fin. & p. 4. q.
13. Cancer. lib. 2. var. cap. 4. de ſequeſtr. num. 45.
Lancelot. de attentat. p. 2. cap. 4. in præfat. à num.
208. Salgad. d. part. 1. p. cap. 14. n. 14. Sequeſtrum
autem, & depoſitum idem ſunt, & ſolum differunt,
66 quantum genus, & ſpecies L. ejus apud quem ff. de
depoſit. L. Senatus in fin. ff. de offic. Proconſul. L. ſe-
queſter. 109. ff. de verbor. ſignific. Pichard. in §. præ-
terea nu. 17. Inſtit. quib. mod. re contrahitur obliga-
tio, poſt alios Salgad. in labyr. p. 1. cap. 13. §. 1. n.
19. & 20. Unde ſequeſtrum non privat dominum ſua
poſſeſſione, ſi à judice factum ſit L. intereſſe ff. de ac-
quir. poſſeſſ. Gama dec. 251. num. 3. & ibi Flores de
Mena & dec. 277. n. 3. Gratian. cap. 114. n. 12. Salga-
67 do de protect. Reg. 2. p. cap. 16. n. 34. & in Labyrinth.
creditor. 1. p. c. 13. §. 1. n. 29. & ſeqq. Caſtill. de ali-
ment. cap. 13. n. 8. Capyc. Latro dec. 137. nu. 6. niſi
probetur Judicem habuiſſe intentionem, & animum
transferendi poſſeſſionem in ſequeſtrarium, Bart. in
d. L. intereſſe puto num. 1. Bald. Salicet. in L. unic.
Cod. de prohib. ſequeſtrat. Abb. in cap. 2. nu. 4. de ſe-
queſtr. poſſeſſ. Pichard. in §. præterea à n. 1. Inſtit. quib.
mod. re contrah. obligat. Salgado in labyrinth. d. p.
1. cap. 13. §. 1. nu. 29. Rodriguez de privileg. credit. 2.
p. art. 6. à num. 10. cum ſeqq. Ubi quod in ſequeſtio
neceſſario, & judiciali nunquam tranſit poſſeſſio, niſi
evidens ſit judicis animus illam transferendi, Nogue-
rol. alleg. 25. n. 299. Capyc. Latro dec. 137. n. 6. Qui
omnes ita concordant text. in L. licet §. rei depoſitæ
ff. depoſiti. Proindeque is, apud quem bona capta in
pignus vigore executionis rei judicatæ poſſeſtor non
eſt, ut etiam dicitur de immiſſo in poſſeſſionem ex
primo decreto, Neguſant. de pign. 3. p. membr. 2. n.
6. & debitor vere dominus eſt, & poſſeſſor, pigno-
raque capta tantum hypothecæ ſubjiciuntur, ut dic-
tum eſt atque ita litigioſa non efficiuntur, & abſque
vitio litigii alienari poſſunt Hieronymus Leo dec.
22. num. 1.

68 Fundamenta partis affirmativæ ſunt, quod vitium ligioſii committitur etiam in actione perſonali & quod pignus prætorium idem operari debet quod conventionale. Unde cum pignus conventionale inducat vitium litigioſi, ut alienatione facta pendente lite ſententia exequi poſſit contra tertium, etiam pignus judiciale inducere debet vitium litigioſi, ut ſententia exequatur contra emptorem maximè cum alienatione poſt pignus judiciale fraudulenta præſumatur. Verum hujus partis fundamenta non evincunt pignus prærorum, ſeu judiciale inducere vitium litigii: præſertim cum verius ſit hypothecam conventionale non efficere rem litigioſam, ſi adverſus poſſeſſotem agatur hypothecaria, ut eſt verior opinio, de qua n. 8. Et ſic tantum evincunt alienationem pignoris judicialis factam, cenſeri in fraudem paratæ executionis, ut contra tertium executio perficiatur, ſine novo proceſſu juxta reſoluta nu. 47. non verò vitium litigii committatur ad hoc ut locum habere poſſint pœnæ impoſitæ circa alienationem rei litigioſæ, de quibus noſter eſt ſermo.

69 Diximus nu. 32. ſententiam obtentam contra eum qui rem litigioſam alienavit exequendam eſſe averſus tertium, in quem res tranſlata fuit abſque novo proceſſu. Nunc amplia concluſionem, ut procedat etiamſi emptor ſit Clericus. Quia judicium coram judice ſæculari finiendum eſt, & ſententia ab eodem exequenda contra Clericum, ut tradunt Urſill. Ad Afflict. dec. 331. n. 3. Carpan. ad ſtat. Mediolan. 68. n. 114. tom. 1. Giurb. dec 62. n. 7. ad fin. Salgado de protect. 4. p. cap. 14. n. 110. & ſeqq. Ubi reſpondet ad deciſ. Vincent. de Franch. Gaito d. credito tit. 3. à n. 647. Graſſ. de effectib. Clericatus effectu 1. nu. 298. Anſald. de juriſdict. 3. p. tit. unic. cap. 12. Olea de ceſſion. jur. tit. 3. quæſt. 11. nu. 8. Sanſelic. dec. 2. Creſp. de Valdaura obſerv. 107. nu. 12. Ubi reprobat Carlev. lib. 1. diſp. 2. n. 936. & 937. contrarium tenentem.

Sic ſimiliter ſi res in ſubhaſtatione Clerico fuit de 70
liberata, & poſtea vel ſententia fuit revocata, vel
executio, ſeu ſubhaſtatio fuit nulla judicata, Judex
ſæcularis à Clerico emptore rem avocare poteſt: &
contra Clericum ſententiam executioni mandare,
ut in terminis tradit Salgado d. 4. p. cap. 14. n. 108.
& 109. Palador. l. 2. rer. quotid. cap. fin. §. 1. n. 12.
p. 2. Sequitur Cevall. commun. contra commun. q.
36. à n. 14. cum ſeqq. Greg. Lopez in L. 51. tit. 6.
p. 1. gloſſ. 54. Valaſc. de jure emphyt. quæſt. 17. n. 7.
Bobadill. in ſua Polit. lib. 2. cap. 18. n. 204.

Vitium autem litigioſi non procedit, neque quoad 71
nullitatem neque quoad pœnam in caſibus ſequenti-
bus. Primus eſt, ſi res litigioſa in dotem data ſit, vel
donata contemplatione matrimonii L. fin. C. de liti-
gioſ. Ordin. lib. 4. tit. 10. §. 11. & probat gloſſ. in L.
ante diviſionem, ubi Bald. C. de jur. dot. Angel. in
Auth. de litigioſ. in princip. Cancer. lib. 2. variat.
cap. 12. n. 51. & 52. Trentacinq. de reſolut. 17. nu.
20. Capyc. dec. 128. n. 27. Barboſ. in L. 1. p. 7. nu.
45. ff. ſolut. matr. Cujac. in partit. l. ad tit. Cod. de li-
tigioſ. Secundus caſus eſt, ut vitium litigioſi non ha-
beat locum in contractu geſto inter ipſos litigantes,
Ord. d. tit. 10. §. 11. quia inter eos de re litigioſa tran-
ſactio valida eſt d. L. fin. C. de litig. Ord. d. §. 11.
Trentac. ubi ſupra, n. 12. Cujac. ubi ſupra. Tranſac-
tio enim operatur tranſlationem rei, ſeu juris liti-
gioſi in eum, cum quo tranſigitur L. cum ſolus 29. ff.
de uſucap. pro empt. L. ejus rei 47. ff. de rei vendicat.
Valeron. de tranſact. tit. 1. q. 1. n. 17. & cum omnino
non perimat litem & producat exceptionem litis fini-
tæ L. 1. ff. de tranſact. L. cauſas 16. L. nec intentio
23. Cod. eod. Mantic. de tacit. & ambig. l. 26. tit. 1.
n. 8. Valenz. conſ. 133. n. 108. Tondut. de prævent. p. 2.
cap. 33. n. 5. Valeron. in d. tract. tit. 2. quæſt. 1. nu.
1. & 2. Marito ceſſat vitium litigioſi inita tranſactio-
ne ſuper re litigioſa.

Tertius caſus, ubi ceſſat litigium eſt alienatio, 72
ſeu diviſio facta inter hæredes bonorum hæreditatis,
de qua erat controverſia d. l. fin. C. de litigioſ. Ordi-
nat. d. §. 11. Hieronym. Gabr. conſultat. 52. nu. 9.
tom. 1. Trentacinq. d. reſolut. 17. n. 22. Creſp. obſer-
vat. 107. nu. 21. Cujac. in paratil. ad tit. ff. de liti-
gioſ. Et inſuper ceſſat vitium litigioſi, quando res
litigioſa teſtamento legata fuit & virtute lega-
ti, vel fideicommiſſi tranſit in legatarium, vel in
alium poſſeſſio. Authent. nunc. ſi hæres Cod. de liti-
gioſ. Authent. de litigioſ. §. 1. Ordinat. d. titul. 10.
§. 11. Gotofred. in d. Authent. de litigioſ. gloſſ. in d.
L. fin. C. eod. Cujac. ubi ſupra. Quamvis enim in L.
3. C. eod. Legata re litigioſa hæres teneretur æſti-
mationem præſtare legatario: tamen Juſtinian. in d.
Auth. nunc ſi hæres, & in corpore unde ſumitur rem
litigioſam legati, & per fideicommiſſum relinqui,
conſtituit non ut æſtimationem, ſed ipſam rem præſ-
tare legatario teneretur ſub illa conditione, ſi victor
in lite extiterit, ita ut ſi hæres ſuccubuerit nil lega-
tarius conſequatur: Et ſic tantum litis eventus lega-
tus cenſetur, ut probatur in dictis juribus, & optime
proſequitur Creſp. de Valdaura obſervat. 107. n. 10.
Ea declaratione, quod hæres ſuis ſumptibus litem
proſequi debet Peregr. d. lib. 4. tit. 6. nu. 21. & opti-
me Gratian. cap. 464. n. 23. & 29. eleganter Creſp.
de obſervat. 107. n. 16. & ſeqq. Nihilominus tamen le-
gatarius, quamvis citandus non ſit, ut tradit idem
Creſp. n. 14. poteſt ſe liti opponere, ne aliqua collu-
ſio in ipſius præjudicium committatur d. Auth. de li-
tigioſ. cap. 1. Ordinat. d. §. 11. verſ. E ſego legatario.

Extinguitur etiam litigioſi vitium per ſententiam, 73

quæ transivit in rem judicatam, siquidem per eam lis dicitur finita *d. L. causas C. de transaction.* Paris. *cons.10. in causa nu.35. lib.4.* Gratian. *cap.* 66. *n.*18. *&* 19. Garcia *de Benefic. p.* 6. *cap.* 4. *n.*41. Tondut. *d. cap.* 33. *nn.* 15. Trentacinq. *d. resolut.* 17. *nu.*32. Raynos. *observat.* 6. *n.* 22. *&* 24. Gama *dec.* 199. *n.* 5. post plures Ignat. Pereir. *de revision. cap.* 82. *nu.* 5. dummodo sententia executioni sit demandata, Mandos. *regul.* 33. *q.* 27. *num.* 1. *ad med. vers. ad propositum quartum*, Gratian. *d. c.* 66. *nu.* 17. *&* 20. Garcia *d. cap.* 4. *nu.* 41. Tondut. *d. cap.* 33. *nu.* 15. Sed hæc declaratio non est intelligenda quoad effectus litigii ut optimè considerat Olea *de cess. jur. tit.* 3. *quæstion. n.*26. Quod idem dicendum, si lis finita sit per quoscumque alios modos, de quibus Tondut. *d. cap.* 33. *per totum*, & in terminis notat Trentacinq. *d. resol.* 17 *n.* 32.

74 Præterea non officit vitium litigiosi in alienatione necessaria Bartol. *in L. inter quos §. Dominus vers. ulterius oppono ff. de damn. infect.* Tiraq. *de retr. lignag.* §. 36. *gloss. fin. n.*2. Gama *dec.* 199. *n.*3. *&* 4. ubi plures laudat Flor. de Mena Emmam. Barbos. *ad Ordinat. lib.* 4. *tit.* 10. §. *fin. n.* 5. Lancelot. *de attent. p.*2. *in præfat. cap.* 4. *limitat.* 8. Trentacinq. *d. resol.* 17. *nu.* 27. Cresp. *d. observat.* 107. *nu.* 33. Cancer. *d. cap.* 12. *n.* 48. *&* 49. quia in prohibitione alienationis solum continetur voluntaria, non necessaria, Pinel. *in L.* 1. *p.* 3. *à num.* 24. *C. de bonis matern.* Surd. *cons.* 30. *per tot.* Caldas *libro* 1. *forens. cap.* 23. *à n.* 77. Cevall. *commun contra commun. quæst.* 906. *à nu.* 67. Fontan. *de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 6. *p.* 5. *à nu.* 159. *& gloss* 18. *p.*4. *à nu.* 2. Castill. *lib.*6. *controv. cap.* 113. *nu.* 15. Arias de Mesa *lib.* 3. *variar. cap.* 26. *à num.* 1. *cum seqq.* ubi plene Olea *de cess. jur. tit.* 2. *quæst.*2. *n.*6. Quæ autem dicatur alienatio voluntaria, & quæ necessaria? Videndus Olea *d. tit.*1. *quæst.* 3. *à num.* 36. & Arias de Mesa *d. lib.* 3. *cap.* 27. Sed adverte cum Petr. Noguer. *allegat.* 29. *nu.* 243. alienationem necessariam rei litigiosæ non subjici vitio litigii quoad pœnam, secus quoad alios effectus, & iterum cessat vitium litigiosi quan-
75do alienatur res, quæ tempore sit peritura, Bartol. *in L. interesse ff. de acquir. possess.* Bald. *in L. si oleum ff. de dol.* Marsili. *in L. qui eadem n.*6. *ff. ad leg. Cornel. de sicar.* & probatur *in L. fin. ff. de requir. reis, & in L. litibus C. de agricol. & censib. lib.* 11. Cancer. *d. cap.* 12. *nu.* 50. Trentacinq. *d. resol.* 17. *nu.* 34.

Tandem si alicujus rei successio per nominationem deferatur, & ipsa res litigiosa fuerit effecta, nihilo-
76minus nominatio fieri potest absque vitio litigiosi *Ordinat. d. lib.* 4 *tit.* 10. §. *fin.* Cabed. 1. *p. dec.* 120. *n.* 18. Qui ampliat, ut lite pendente possit litigans super emphyteusi impetrare à domino directo renovationem, Fragos. *de Regim. Reip.* 3. *disp.* 14. §. 13. *nn.* 1. quidquid dicat Valasc. *cons.* 71. *nu.* 5. Et probatur etiam ex *text. in cap. cum venissent de restitut. in integr.* Boer. *dec.*2. *n.*26. Ant. Fabr. *in C. tit. de litigios. lib.*8. *diffin.*10. Qui tradit, quod non ex eo, solo quia hoc jus eligendi in litem deductum, fuit: differri, aut impediri debet electio, licet confirmatio in eventum litis differatur.

Insuper si emptor, donatarius, vel creditor rem litigiosam persequatur repellitur exceptione litigiosi; si antequam res sibi tradita fuisset: ab alienante, ipsum convenerit ad rei traditionem *L.* 1. §. 1. *ff. de li-*
77*tigios. L.*1. §. 1. *vult. ff. quæ res pignor. oblig. poss. L. bona* §. 1. *ff. ad Veleian. Ordin. de lib.*4. *tit.* 10. §. 10. sive emptor; aut donatarius sciverit rem esse litigiosam, sive ignoraverit, ut optime prosequitur Cujac. *in paratilt. ad. tit. C. de litigios. post. princip.*

78 An autem concessa revisione alicujus sententiæ jam executioni mandatæ, bona efficiantur litigiosa, & revocata sententia in judicio revisorio alienata per victoriam post sententiam executam possint repeti ab emptore, & executio sententiæ revisionis adversus eum procedat recta via, & à quo tempore fructus debeantur? Differunt eleganter Reynos. *observat.* 6. & Ignat. Pereir. de Sousa *de revision. cap.* 82. quos consule, quia bene loquuntur.

Diximus eum, qui sciens emit rem litigiosam, in- 79
cidere in pœnam litigiosi; ignorantem verò non ita. Sed pone, quod servus emit rem litigiosam scienter, an domino noceat; vel si ignorantia prosit domino illius ignoranti? In qua quæstione, Cujac. *in commentar. ad titul. ff. de juris & facti ignorantia ad L.* 5. distinguit: aut enim servus emit nomine proprio, idest peculii juxta *text. in L. in hujusmodi* 12. *ff. de contr. empt.* Et ait, quod tunc licentia servi nocet domino ignoranti: at verò ignorantia illius domino prodest scienti: quia servi persona tanquam principalis spectatur: aut servus ex domini mandato emit, tunc domini persona quasi principalis attenditur: & ideo scientia servi domino ignoranti non nocet, neque servi ignorantia domino scienti prodest; quia authoritas contractus ex mandato proficiscitur & ex eo confirmatur, quia actus tribuitur mandanti, non exequenti *L. item eorum* §. *sed decuriones ff. quod cujusque univers. nomine*, Gratian. *cap.* 174. *n.* 5. Surd. *cons.*29. *n.*3. Valenz. *cons.*33. *n.*107. Solorzan. *de jur. Indiar. tom.*2. *libro* 3. *cap.*12. *n.*56. Mierez *de majorat.* 1. *p. quæstion.* 48. *n.*27. Capyc. Latro *consultat.* 140. *n.*25. *&* 26. Arias de Mesa *lib.*2. *variar. cap.* 26. *n.* 9. Qua de causa mandatarius non obligatur de proprio, sed mandantem obligat. Bart. & alii *in L. procurator qui pro evictione ff. de procurat.* Surd. *cons.* 19. *n.*11.

Item confirmatur supra posita distinctio ex *text. in* 80
L. immo 16. *ff. de lib. causa:* namque qui liberum hominem emit habet actionem in duplum adversus liberum hominem, qui dolo malo se venundari passus est, *L. rectissime* 14. *L. in tantum* 18. *ff. eodem.* Sed hæc actio tantum datur emptori ignoranti. Et sic pone, quod servus emit liberum hominem? Et distingue, aut emit nomine suo, aut nomine domini, si nomine suo, ejus scientia nocet domino, ut non habeat in duplum actionem; ignorantia verò servi domino scienti prodest *d. L. immo:* nisi tempore emptionis præsens fuerit dominus, potueritque hominem emere prohibere; tunc namque ignorantia servi domino scienti non prodest. Et sic intelligenda est supra dicta resolutio de servo emente rem litigiosam cum ignorantia: quia si dominus sciens litigium præsens fuit, & cum prohibere posset non prohibuit emere, servi ignorantia ei non prodest: optimè Cujac. *ad d. L.* 5. *ff. de juris, & facti ignor. litt. E.* Si verò dominus certum hominem servo emere mandavit, tam respectu ignorantiæ, quam scientiæ intuenda est persona domini. Quod idem observandum in emptione certæ rei, litigiosæ, ut eleganter tradit Cujac. *ubi supra.*

CAPUT XXXIX.

Ad Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 27. Et ad text. in L. Senatus ff. de contrah. emption. L. fin. ff. damn. infecto.

SUMMARIUM.

1 *Interest Reipublicæ dirui ædificia, quæ decoram faciem civitatis corrumpunt.*

2 *Interest Reipublicæ, quod ædificia fiant de novo & alia reformentur ad decorum civitatis aspectum.*

3 *Item*

3 *Item non destrui ædificia cum ad decus urbis pertineant.*

4 *Deformitas ædium urbis deformitatem inducit.*

Magistratus compellere debent causa cognita dominos ædificia reficere. Ib.

5 *Ædificium si sit commune ad cujus refectionem plures domini tenentur, si unus interpellatus detrectet pro sua parte expensas necessarias conferre, alter potest de suo reficere: Et nisi socius intra quatuor menses impensas restituat cum usuris centesimis, jure dominii pro solido poterit vendicare, vel illud retinere pro impensis.*

6 *Reficere aliud est de novo facere.*

Reficere est ædificium ad pristinum statum restituere; dummodo prima forma, latitudo, vel altitudo, non mutetur. Ibid.

7 *Dominus qui tenetur ad refectionem, non potest cogi de novo ædificare.*

Universitates, quæ debent concurrere pro defensione castri, vel loci vicini, non tenentur concurrere pro nova ædificatione. Ib.

8 *Dominus non potest domum, vel villam diruere pro merciis, id est negotiationis causa: neque vendere marmora, vel alia corpora in partes, quò plus acquiratur, sub pœna dupli, quæ ad fiscum pertinet.*

9 *Utilitas publica privatæ præferenda est, & præfertur etiam Ecclesiæ favori.*

10 *Pœna dupli adversus demolientem domum, vel villam est de Regalibus. Et emptor etiam duplum solvere tenetur. Quod conficitur ex simplo, ad quod venditor obligatur, & ex alio emptoris.*

11 *Limita in eo, qui marmora, seu columnas propriæ domus ad opus Reipublicæ permisit.*

Item quando de una domo ad aliam transferuntur marmora, & columnæ. Ibid.

12 *Affixa ædibus legari nequeunt, ita ut non convalescat legatum, si postea separata sint.*

Si vero sub conditione fuerint relicta, & quæ ædibus erat affixa, sint separata, valebit legatum. Ib.

13 *Ædificare in suo cuilibet licitum est, & ædificia tollere usque in Cœlum: fenestrasque in suo aperire.*

Amplia, ut quis possit ædificare in parte inferiori sub terra usque ad inferos. Ib.

14 *Secundo amplia, ut quis possit in suo fenestras aperire in muro, in quo numquam habuit fenestram, dummodo fenestra non fiat directè contra portas, aut januas vicini.*

15 *Limita, si dominus volens ædificare impeditus à tertio ab opere destitit: quia si post legum tempus voluerit ædificare, poterit prohiberi.*

16 *Præscriptio in servitutibus negativis procedit à die prohibitionis, sine qua locum non habet.*

17 *Secundo limita, ut habens murum communem non possit invito socio mutare antiquam formam ædificii.*

18 *Tertio limita, si certus modus ædificandi detur ab statuto; quia nec in suo ædificare potest contra formam statuti.*

Idem dicendum, si consuetudine modus ædificandi sit præscriptus, aut partium conventione. Ibid.

19 *Quarto limita in prædiis rusticis, in quibus non potest quis ædificium construere, quò impediatur ventus ad triturandum frumentum in area vicina.*

20 *Quinto limita, ut non possit quis ædificare ad libitum, quando in loco publico aliquid haberet immixtum, aut protectum.*

21 *Sexto limita, si jure servitutis impediatur quis in suo ædificare, vel altius tollere.*

22 *Servitus non præsumitur constituta, quia non habet causam naturalem, sed aut imposititiam, aut præscriptam: Et ideo probanda est.*

23 *Servitus præscriptione potest acquiri, quamvis lex Scribonia aliquando præscriptionem prohibuerit.*

24 *Servitus altius non tollendi, vel non ædificandi, est continua, & acquiritur præscriptione longi temporis inter præsentes, & viginti annis inter absentes data patientia, & scientia adversarii.*

25 *Præscriptio in servitutibus negativis procedit sine prohibitione, quando prohibens habet titulum justum, & coloratum, licet numquam tentaverit facere, nec prohibuerit.*

26 *Septimo limita, ut prope monasterium non possit quis altius tollere, vel fenestras aperire, ex quibus possit religiosos, aut moniales videre intra proprias domos.*

Neque regulariter quis in suo ædificare potest, quando vicino nocet, vel ad perscrutanda ejus secreta vel mulieres speciosæ formæ. Ib.

27 *Neque ad utilitatem suam potest quis ædificium extollere, si inde nocet monasterio.*

Item dominus cogi potest vendere servitutem altius non tollendi monasterio, congruo pretio soluto. Ib.

28 *Octavo limita, ut qui acquisivit ædes, vel partem ab eo, qui habet fenestras respicientes in domo vendita, non possit altius tollere in præjudicium venditoris.*

29 *Nono limita, ut non possit quis in suo ædificare, quando civitas deformatur, vel via publica redditur deterior.*

30 *Decimo limita, ut quis ad æmulationem alterius non possit in suo ædificare.*

31 *Ædificium factum in proprio fundo ad æmulationem non præsumitur.*

32 *Undecimus limita, ut non liceat in suo ædificare, vel ædes altius tollere quando impeditur vicino maris aspectus, & ita judicatum.*

33 *Opponitur contra* L. ex quo pace Cod. de ædific. privat.

34 *Non sunt servandæ leges, seu constitutiones, quæ non sunt insertæ in Codice Justiniani.*

35 *Lex ut servetur debet esse certa, recepta, & non dubia.*

36 *Incertitudo vitiat dispositionem.*

Incertum de facto non potest esse certum de jure. Ib.

37 *Legum latio, & potestas illas ferendi solius Principis est, vel Reipublicæ, quæ non recognoscit superiorem.*

38 *Lex, seu constitutio aprobata à Rege observari debet dummodo sit certa, & non dubia. Et n.39.*

39 *Interpretantur* text. in Novella 63. *de novi operis nuntiatione maritimi aspectus, &* L. fin. Cod. de ædificiis privat. & L. ex quo pace, *de cujus incertitudine agitur.*

40 *Interpretatur, & dubitatur circa* Novellam generalis, forma 165.

41 *Leges imperiales in hoc Regno servantur propter rationem naturalem in qua fundantur, non si naturalis ratio deficiat, & n. 42.*

MAgna fuit veteribus cura circa ornatum, & ad- 1
spectum urbium, ut probatur ex *text. in L. præscriptio* 30. *C. de operib. public.* quæ jubet omnia dirui, quæ decoram Civitatis faciem corrumpunt. Qua ratione publicè interest, ut ædificia fiant de novo, & omnia reformentur ad decorum urbis adspectum L. 2. §. *si quis nemine L. fin. ff. ne quis in loc. publ. L. si*
quis C. de ædific. privat. L. 2. C. eod. L. Præses ff. de 2
offic. præsid. L. curatores Cod. de damn. infect. Simanch. *de Republ. lib.8. cap.13. & cap.19.* Roderic. *de privileg. credit. p.1. art.7. n.2.* Mierez *de majorat. part.1. q.10. n.15. & 76.* Giurb. *observat.93. n.11. &* 28. Anton. Fabr. *in rational. ad text. in L. Senatus*

de

de contrav. emption. & Cujac. *in solemn. recitat. ad*
tit. ff. de contr. emption. in d. L. Senatus. Proinde-
que etiam publice interest non destrui ædificia, cum
ad decus urbis pertineant *L. Prætor §. hoc interdic-*
3 *tum prohibitarium. ff. nov. aper. nunciat. L. 3 C. de*
ædific. privat. Gratian. *discept. forens. cap. 32. n. 19.*
Surd. *dec. 168. n. 9.* August. Barbos. *in L. si in ædi-*
bus 9. n. fin. C. de servitutib. & aqu. Hermosill. *in L.*
16. tit. 5. partit. 5. gloss. 1. n. 2. Cyriac. *controv. 160. n.*
10. Amendol. ad Vincent. de Franch. *dec. 110. n. 10.*
Siquidem deformitas ædium urbis deformitatem in-
ducit, Alciat *in L. in princip. n. 4. ff. nov. aper. nun-*
tiat. Jason. *in L. cætera in princip. n. 5. ff. de legat.*
1. Gratian. *cap. 32. n. 20.* Et ideo cum publice sit ju-
ris ratio non deformandi urbem ruinis, Magistratus,
4 inspectis ædificiis, dominos eorum, causa cognita,
compellere debet ea reficere, detrectantemque com-
petenti remedio cogere, sive possessores sint Curia-
les, sive non, *L. singularum 8. Cod. de ædific. privat.*
Anton. Perez *in paratit. l. ad titul. Cod. de ædific.*
privat. n. 10.
5 Ita ut si ædificium sit commune ad cujus refectio-
nem plures tenentur domini, si unus interpellatus de-
trectet pro parte sua impensas ad refectionem neces-
sarias conferre, alter potest de suo reficere, & nisi so-
cius ædificio jam perfecto, inter quatuor menses pro
sua parte impensas restituat cum usuris centesimis,
jus dominii pro solido poterit vindicare in eo ædifi-
cio, vel illud retinere quousque recuperet impensas
si eas molit *L. si ut proponis 4. Cod. de ædific. privat.*
vel hoc remedio omisso actione pro socio petere pos-
sit quod sua interest. L. 52. §. *idem respondit. ff. pro*
socio: aut agere actione communi dividendo *L. si*
ædibus meis 32. ff. de damn. infect. aut agere inter-
dicto uti possidetis *L. si ædes 12. ff. commun. dividund.*
optime Anton. Perez *ad tit. C. de ædific. privat. n. 12.*
Sed est advertendum, quod aliud est reficere, aliud
6 de novo facere *L. 3. §. enim vero, & §. reficere de iti-*
ner. act. q. privat. Gratian. *cap. 84. n. 9.* Reficere au-
tem est ædificium ad pristinum statum restituere,
dummodo prima forma, latitudo, aut altitudo, non
mutentur *d. L. 3. §. reficere, L. Seia 6. ff. de aur. &*
argent. legat. Gratian. *d. cap. 84. n. 19.* Afflict. *decis.*
392. n. 12. Beron. *cons. 144. n. 15. lib. 3.* Avil. *in cap.*
22. Prætor in gloss. Tarter: n. 30. Riccius ad Franc.
7 *dec. 78.* Quapropter dominus, qui ad refectionem
ædificii cogi potest per Magistratum, de novo ædi-
ficare cogi nequit; immo universitates, quæ debent
concurrere pro refectione Castri, alterius loci vicini,
non tenentur concurrere pro nova ædificatione, tra-
dit judicatum, Franc. *dec. 78.* Viv. *dec. 8. in fin.* The-
saur. *dec. 56. n. 6.* Peregrin. *de fideicomm. art. 49. n.*
99. in fin. & n. 160. Ponte de potest. Pro-Reg. *tit. 3.*
de elect. official. §. 1. n. 34.
8 Ex prædicta ratione, quod ædificia pertinent ad
decorum urbis aspectum, fluit, non posse quem do-
mum, vel villam diruere pro merou, hoc est negotia-
tionis causa, & marmora, aliave corpora, ex quibus
ædificia constant, vendere in partes, quo plus acqui-
ratur, plerumque enim ex venditione singularum re-
rum plus pecunia redigitur, quam ex venditione to-
tius ædificii, & eodem modo non posse emere do-
mum ad eam demoliendam, & ex causa negotiatio-
nis rudera, & cæmenta vendere, quod ita censuit Se-
natus consultum Aviola, & Paula consulibus tempo-
re Divi Adriani, ut observat Cujac. *in comment. ad*
tit. ff. de contrah. empt. in L. Senatus 52. pœna con-
stituta adversus eum, qui contra fecisset in duplum
redigenda in fisci ærarium ut probatur *in d. L. Sena-*
tus, & in L. ult. ff. de damno infecto, idem Cujac. *lib.*
54. Pauli ad edictum in d. L. Senatus. & lib. 5. observ.
cap. 26. Anton. Faber. *in rationali ad d. L. Senatus,*
& Anton. Perez. *ad tit. C. de ædific. privatis n. 7.*
Ord. d. lib. 2. tit. 26. §. 27. Quamvis enim quia rei suæ
sit moderator, & arbiter *L. in re mandata Cod. man-*
dati, & nil rationi naturali magis consentaneum sit
quam ratam haberi domini voluntatem, rem suam in
alium transferre volentis *L. qua ratione 9. §. hæ quo-*
que res ff. de acquir. rer. domin. tamen cum publica
utilitas privatæ sit præferenda *L. ita vulneratus ff. ad*
L. Aqui. Auth. res quæ C. commun. de legat. L. jus pu- 9
blicum ff. de pact. Cabed. *1. p. dec. 151. n. 7. & 2. p.*
dec. 92. n. 6. Larrea *allegat. 3. n. 9. & alleg. 59. n. 18.*
& allegat. 77. n. 10. & seq. Franc. Vivius *dec. 28. n. 8.*
Capyc. Latro *dec. 188. n. 59.* Anton. Fabr. *in d. ra-*
tionali ad L. *Senatus,* & Ego ipse *tom. 1. p. 2. cap. 4.*
n. 26. & cap. 11. n. 27. ubi quod etiam præfertur Ec-
clesiæ favori, idem Capyc. Latro *dec. 194. n. 27.* &
ædificia non destrui, publicè intersit, cum merito Se-
natus censuit ne quis domum, villamve dirueret, quo
plus sibi adquireret ex venditione singularum rerum
ex quibus constabat. Nam si liceret lucri, & compen-
dii causa diruere ædificia, passim negotiandi causa
ruinis urbes deformarentur, *L. 2. §. si nemini,* L. *fin.*
ff. ne quid in loco pub. optime Cujac. *in comment. ad*
tit. ff. de contr. empt. in d. L. Senatus.
Ideoque dupli pœna fisci ærario inferenda est, & 10
Regalibus esse probat *Ordinat. d. tit. 26. §. 27.* Pere-
grin. *de jure fisc. lib. 5. tit. 7. n. 21.* & hoc duplum
emptor solvere tenetur juxta *text. in d. L. Senatus,*
sed vere conficitur ex simplo quod solvit venditor,
& ex alio, quod emptor solvit juxta *text. in d. L. ul-*
tim. ff. de damno infecto, ut bene explicat Legislator
noster in *d. §. 27.* ibi: *Em tal caso o vendedor perde*
o preço por que o vendeo, & o comprador outro tanto,
& tudo he aplicado ao fisco, & feito dereita Real. &
ita prædicta concordantur jura secundum Cujac. *in*
comment. ad d. L. Senatus, & lib. 54. Pauli ad edic-
tum in d. L. *Senatus,* Anton. Faber. *in d. rationali*
ad d. L. Senatus, qui cum Accursio tres casus con-
stituit; aut enim emptor jam habet rem, & pretium
non solvit, & hoc casu emptor duplum cogetur fisco
inferre cum habeat rem, & pretium, quod venditor
amisit, & ab eo consequi non valet. Aut neque rem
habet, neque pretium solvit, & tunc quilibet tene-
tur simplum solvere. Vel denique emptor jam pre-
tium solvit, & rem adhuc non habet, quo casu vendi-
tor solvere cogitur, simplum scilicet ab emptore re-
ceptum, & aliud suo nomine, & secundum hæc in-
telligenda est *præd. Ordinat. & text. in d. L. ult.*
Limitanda tamen erit præd. conclusio, ut non pro- 11
cedat Senatus consulti prohibitio in eo, qui marmo-
ra, seu columnas propriæ domus ad opus Reipublicæ
promisit, & transfert *d.* L. *ult. ff. de damno infecto,*
L. cæter. 141. §. sed si quis ad opus ff. de leg. 14. Ordi-
nat. d. tit. 26. §. 27. in fin. Cujac. *in comment. ad tit.*
ff. de contr. empt. in d. L. Senatus. Item quando de
una domo in aliam transferuntur marmora, columnæ,
& alia, quoniam quod hic deformatur illic exornatur
L. 2. C. de ædific. privat. & idem dicendum si de una
civitate in aliam marmora quis transferat, & colum-
nas, quoniam utrobique publicum decus est, & quod
uni adimitur, alteri additur L. *si quis C. de ædific. pri-*
vat. optimè Cujac. *in comment. ad d. L. Senatus.*
Ex prædicta ratione decori civitatis aspectus etiam 12
infertur quod ea, quæ ædibus juncta, affixaque sunt,
legari nequeunt, adeo ut non convalescat legatum si
postea separata sint propter regulam Catonianam, se-
cundum quam quæ ab initio non valuerunt, postea
non convalescunt *d. L. cætera §. 1. L. Senatus ff. leg.*
1. L. nutu ff. de leg. 3. Cujac. *in d. L. Senatus.* Si ve-
rò sub conditione fuerint relicta, & existentis condi-
tionis tempore, quæ ædibus erant affixa sint separata
valebit legatum, quia regula Catoniana non pertinet
ad conditionalia *d. L. cætera §. 1.* Anton. Perez *ad tit.*
ff. de ædific. privat. n. 8. Donel. *lib. 8. comm. cap. 13.*
vers.

verf. & animadvertendum ad med. Cujac. *lib.26.qq.*
Papin. in L.3.ff.de reg. Catoniana. Non obſtat *text.*
iu L. Marcellus 45. *ff. de donat. inter virum, & uxo-*
rem juncta L. Senatus 43. §. *Marcellus ff. de leg.* 1.
ubi habetur maritum, qui diætam in uxoris hortis,
quos in dotem acceperat, ædificavit ſuis expenſis,
poſſe detrahere marmora, & columnas ex diæta, mo-
do id faciat ſine incommodo principalis ædificii, &
damno ipſius mulieris, nec eſt quod maritus metuere
debeat Senatus conſultum, quia illud occurrit detra-
hentibus negotiationis cauſa, non his qui uſus ſui
gratia, & non cauſa lucri detrahunt, atque ideo ita
ut maritus detrahere valebat, ita & legare lite præ-
dicta marmora poteſt *d.* L. *Senatus* 43. §. *Marcellus*
*ff. de leg.*1. Anton. Perez. *ubi ſupra n.* 9.
Ædificare autem in ſuo cuilibet liberum eſt, &
13 ædificia tollere uſque in Cælum, feneſtraſque in ſuo
aperire, *L. altius C. de ſervat. & aqua, Ordin. lib.*1.
tit. 68. §.24. & eſt concors omnium ſententia, ut per
Cæpol. *de ſervit. urban. cap.*62. Maſcard. *de probat.*
*concluſ.*620. *n.*3. Anton. Gomez. *in L.*46. *Taur. n.*6.
Conam *comment. juris lib.*4. *cap.*10. *n.*1. Boer. *dec.*
320. *n.*4. *cum ſeqq.* Phæb. 1.*part. dec.* 73. *n.* 3. *cum*
ſeqq. Corraſ. *lib.*3. *miſcellan. cap.*24. *in princ.* Magon.
dec. Lucenſ. 29. Surd. *conſ.* 17. *n.* 1. *& ſeq.* Auguſt.
Barboſ. *in d. L. altius n.*1. *&* 2. Gratian. *cap.*896. *n.*
4. Andr. Gail. *lib.* 2. *obſervat.* 69. Cyriac. *contr.* 28.
*n.*3. Anton. Perez *ad tit. Cod. de ſervitut. cap.*6. *n.*19.
Et eodem modo ædificare poteſt in parte inferiori
ſub terra uſque ad inferos, Cæpola *de ſervit. ruſticor.*
*cap.*22. *n.*4. Gregor. Lopez. *in L.*27. *tit.*21. *part.*4.
verb. pedicra, Petr. Barboſ. *in L. divortio* §. *ſi vir n.*
12. *ff. ſolut. matr.* Aug. Barboſ. *in d. L. altius. n.* 6.
Gabr. Pereir. *dec.*35. *n.* 2.
14 Amplia concluſionem, ut quis habens murum jux-
ta vicinum, in quo numquam habuit feneſtram, ta-
men poſſit feneſtras de novo aperire, argum. *text. in*
L. qui luminibus ff. de ſer. urban. Cæpol. *d. cap.* 62.
*n.*1. Maſcard. *d. concluſ.*620. *n.*4. Dummodo feneſtra
non fiat directo adverſus portas, aut jannas vicini *Or-*
*din. lib.*1. *tit.*68. §.29. dicit judicatum Phæb. *d. dec.*
73. *n.*6. *& ſeqq.* Aug. Barboſ. *in d.* L. altius *n.* 5.
Limita ſupra poſitam reſolutionem, ut non proce-
15 dat in caſibus ſeqq. Et primo ſi dominus ædificare vo-
lens fuit à tertio impeditus, & ab opere deſtitit, tunc
enim ſi poſt longum tempus iterum ædificare volue-
rit jure prohiberi poterit per *text. in L. hac autem*
jura ff. de ſervit. urban. Cæpol. *d. cap.* 62. *n.*1. An-
ton. Gomez. *in d. L.*46. *n.*7. Maſcard. *d. concluſ.*620.
*n.*4. Cyriac. *controv.*28. *n.*9. *&* 10. currit enim præ-
ſcriptio in ſervitutibus negativis à die prohibitionis,
& ſine ea non procedit *L. ſequitur* §. *ſi viam ff. de*
uſucap. L. qui luminibus ff. de ſervitut. Franch. *in ca-*
pit. ſignificante 69. *in* 1. *not. n.*2.3. *&* 4. *de appellat.*
16 Gratian. *cap.*89. *n.*18. *&* 20. Cabed. 2.*part. dec.*109.
*n.*7. Pereir. *dec.*24. *n.*9. Anton. Gomez *lib.*2. *variar.*
cap. fin. n. 27. *col.* 2. *verſ. item,* Auguſt. Barboſ. *in*
L. 1. *Cod. de ſervit. & aqua n.*6. Larrea *allegat.*16.
*n.*19. Noguerol. *allegat.*39. *n.*43. Ludovic. Poſtbius
*de manuten. obſervat.*10. *n.*99. *& ſeqq.* Franch. *dec.*
166. *n.* 8. Creſp. de Valdaur. *obſervat.* 93. *n.* 23. *&*
24. Larrea *allegat.*16. *n.*24. Cancer. *libr.* 3. *cap.* 4.
à n. 139.
17 Secundo limita, ut habens murum communem non
poſſit invito ſocio mutare formam ædificii antiquam,
ut tradunt Cæpola *de ſervitut. urban. cap.* 36. *n.*10.
*verſ. ſeptimo quaro, & c.*39. *n.*3. *in fine verſ. ſeptimo*
fallit, Gratian. *c.* 896. *n.* 1. Cyriac. *contr.* 28. *n.*16.
17. *&* 18.
18 Tertio ſi certus modus ædificandi fuerit ab ſtatu-
to datus, quia tunc etiam in ſuo non poteſt quis ædi-
ficare niſi juxta formam ſtatuti *L.* 1. ubi gloſſ. *verb.*
uſitatum C. de ædific. privat. Maſcard. *d. concluſ.*620.
*n.*21. *& concluſ.*590. Surd. *conſult.*17. *n.*18. Theſaur.
dec. 216. *n.* 1. Anton. Gomez. *in d.* L. 46. *n.* 6. *&*
ſeqq. Menoch. *de arbitr. caſ.*156. *n.*4. *& lib.* 6. *præ-*
ſumpt. 29. *n.*10. Paz. *in praxi tom.* 3. *cap.* 1. §. 4. *n.*
39. Cardoſo *in praxi ædificare n.* 1. *& verb. ſervitus*
*n.*34. Auguſt. Barboſ *in d. L. altius n.* 3. Molin. *de*
juſtit. & jure tom. 3. *tract.* 2. *diſp.* 709. *n.* 1. *& ſeqq.*
Andr. Gail. *lib.*2. *obſervat.* 69. *n.* 16. quod idem di-
cendum ſit conſuetudine, aut conventione, ædifican-
di modus ſit præſcriptus, ut præter citatos tenent
gloſſ. verb. uſitatum Cod. de ædific. privat. Gratian.
cap. 957. *n.* 44. Anton. Perez. *ad tit. C. de ſervit.*
n. 19. Surd. *dec.*168. *à n.* 6.
Quarto limita, ut in prædiis ruſticis non poſſit do- 19
minus in ſuo fundo extruere ædificium quo impedia-
tur ventus neceſſarius ad triturandum frumentum in
area vicina, quamvis nulla debita reperiatur ſervitus
L. fin. §. *fin. C. de ſervit. & aqu.* Anton. Gomez *in*
*L.*46. *Taur. n.*7. *& lib.* 2. *variar. cap.* 2. *in fin.* Co-
nan. *lib.*4. *commentar. cap.*10. *n.* 11. Dueñ. *reg.* 33.
verſ. ſexto fallit, Boer. *dec.*320. *n.*14. *& dec.*322. *n.*
12. Cardoſ. *in prax. verb. ſervitus n.*33. Aug. Barb.
in d. L. fin. §. *fin. n.*5. *& ſeqq.* optimè Bened. Ægid.
in L. ex hoc jure p. 1. *c.* 6. *n.*17. *ff. de juſt. & jur.*
Quinto limita: ut non poſſit quis ad libitum ædi- 20
ficare in ſuo quando aliquid haberet immiſſum, aut
projectum in loco publico, & ei aliquando modo no-
ceret. L.2. §. *cum quidam, & idem labeo, ff. ne quis*
in loco publ. Anton. Gomez *in d.* L.46. *Tauri n.*13.
Sexto limita, non poſſit quis ad libitum in ſuo ædi- 21
ficare, aut domum altius tollere, quando jure ſervi-
tutis impeditur *L. ſi quid* 5. *Cod. de ſervit. & aqu.* L.
ſi in meo ff. de aqu. pluv. arcend. L. altius, L. *ſi in*
ædibus C. de ſervit. & aqu. Surd. *conſ.*17. *à n.*18. *cum*
ſeqq. Auguſt. Barboſ. *in d.* L. *altius n.*1.2. *&* 4. Ro-
land. *conſ.*22. *n.*31. *vol.*2. Euger. *conſ.*32. *n.*43. *vol.*
1. Cyriac. *contr.*28. *n.*29. *&* 32. Servitus autem non
præſumitur conſtituta, quia non habet cauſam natu-
ralem, ſed aut impoſititiam, aut præſcriptam *L. cum*
eo, L. Imperatores ff. de reg. jur. L. 1. §. *fin. ff. de* 22
aqu. pluv. arcend. Coſta *de ſcient. & ignorant. cent.*
2. *diſtinct.* 1. *n.* 112. Bartol. *in* L. *prius n.* 40. *ff. de*
nov. oper. nunciat. Capyc. Latro *conſult.*8. *n.*1. *&* 25.
Gail. *lib.*2. *obſerv.* 68. *n.* 3. Valenz. *conſ.* 178. *n.* 5.
Giurb. *obſerv.*62. *n.*2. Cancer. *lib.*3. *variar. cap.*4. *de*
*ſervit. n.*244. Et ideo probari debet ſervitutem fuiſſe
conſtitutam, pacto, teſtamento, vel ſtatuto, argum.
text. in §. *ſi quis velit Inſtitut. de ſervit. ruſticor. L.*
poteſt etiam 17. *ff. commun. prædior. L. ſi teſtamento*
30. *ff. de ſervitut. urbanor.* Cyriac. *d. contr.*28. *n.*7.
Et ſimiliter præſcriptione poteſt ſervitus acquiri, 23
quæ in materia ſervitutis negativæ non ædificandi,
vel altius non tollendi ſine prohibitione non proce-
dit, & ea interveniente incipit à die prohibitionis,
ut diximus *n.* 16. quamvis lex Scribonia aliquando
prohibuiſſet acquiſitionem ſervituti per uſucapio-
nem juxta L.4. §. *fin. ff. de uſucapionib.* quæ poſtea
revocata fuit per *text. in* L. 2. *Cod. de ſervitutib.*
Sed cum ſervitus altius non tollendi, vel non ædi-
ficandi ſit continua, ut tenet Cyriac. *d. contr.* 28. *n.* 24
9. Gloſſ. *in* L. *ſervitutes,* ubi Corraſ. *n.* 2. *ff. de ſer-*
vitut. Surd. *conſ.* 17. *n.* 25. acquiritur præſcriptione
longi temporis decem annorum inter præſentes, &
viginti annorum inter abſentes, data ſcientia, & pa-
tientia adverſarii, *L. ſi quis diuturno ff. ſi ſervit. ven-*
dicetur L.2. *C de ſervitut.* Surd. *dec.*237. *n.*16. Cal-
das Pereir. *forenſ. lib.*1. *quæſt.*4. *n.*18. Maſcard. *con-*
*cluſ.*1215. *n.*18.29. *&* 30. Flores de Mena *lib.*1. *va-*
*riar. quæſt.*2. *n.*18. Anton. Gomez. *lib.*2. *variar. cap.*
15. *n.*26. Fachin. *lib.*8. *contr. cap.*20. Giurb. *obſerv.*
60. *n.*19. Cyriac. *contr.*179. *n.*5. & in ſpecie *contr.*
28. *n.*9. Et eſt advertendum quod etiam ſine prohi-
bitione procedit præſcriptio in ſervitutibus negati- 25
vis,

vis, quando præscribens habet aliquem titulum justum, & coloratum, quamvis quis numquam tentaverit aliqua prohibitio, Bald. de præscript. part. 2. quinta principalis quæst. 7. sub n. 4. vers. & idem pro habenda clara doctrina, Menoch. consultat. 887. n. 54. vers. cæterum, Franciscus Balbus, & post alios Cyriac. de controv. 28. n. 22. & 23. ubi dicit neminem impugnare hanc declarationem.

26 Septimo non potest quis in suo ædificare si prope monasterium religiosorum, vel monialium, voluisset, altius tollere, aut fenestras aperire, ex quibus posset religiosos videre intra proprias domos, Anton. Gomez in d. L. 46. n. 6. Padilh. in L. altius n. 19. Petr. Barbos. in L. 1. part. 7. n. 51. ff. solut. matr. Cabed. 1. p. dec. 152. & dec. 105. n. 4. August. Barbos. in d. L. altius n. 7. & seqq. Giurb. dec. 86. n. 8. & 9. alios laudat Bened. Ægid. in d. L. ex hoc jure 1. p. cap. 6. n. 13. ff. de justit. & jure. Quæ resolutio ab omnibus recipitur quando ædificare quis intendit prope monasterium, cui ædificium nocet, & ædificanti non prodest, ut tradit Covarr. lib. 3. variar. cap. 14. num. fin. vers. ultima prioris sequitur Ægid. d. cap. 6. n. 12. vers. quæ quidem sententia, & vere in his terminis nullus considerari debet religionis favor, siquidem neque in suo potest quis ædificare quando nocet vicino, vel ædificat ad perscrutanda ejus secreta, aut ad videndas mulieres formæ speciosæ, aliamve causam inhonestam, & nullam ex ædificio sentit utilitatem, Ægid. proxime, Mascard. conclus. 620. n. 6. Cæpola de servit. urban. cap. 62. n. 2. Paul. de Castr. in d. L. altius n. 4. & 5. Gail. lib. 2. observat. 69. n. 26. 28. & seqq. Phæb. dec. 73. n. 10. August. Barbos. in d. L. altius n. 12. Hieron. Magonius dec. Florent. 6. Cæterum quando ad utilitatem suam quis donum elevare intendit, & inde damnum sequitur monasterio, quia religiosorum ædificium extolli prohibetur juxta præd. opinionem; quæ sane intelligenda est dummodo ju-
27 stum servitutis pretium domino solvatur, vel interesse, quod ei adimitur, quamvis enim dominus cogi possit vendere rem suam pro Ecclesia ædificanda, vel amplianda, vel ob causam publicam à domino res possit auferri, id tamen fieri debet soluto justo pretio, vel dato bona cambio, ut diximus tom. 1. part. 2. c.... n.... & notat Ægid. d. cap. 6. n. 15. & sic dominus cogi potest vendere justo pretio monasterio servitutem altius non tollendi, Gomez in d. L. 46. Taur. n. 9. Covarr. d. cap. 24. n. 7. & 8. Mascard. d. conclus. 621. n. 9. Molin. de justitia, & jure d. disp. 709. n. 6. Petr. Barbos. in d. L. 1. part. 3. n. 51. & 52. Ægid. d. c. 6. n. 13. in fine, & n. 14. ubi de praxi hujus Regni circa æstimationem pretii, August. Barbos. in d. L. altius num. 8.

28 Octavo limita, ut qui acquisivit ædes, vel partem ædium ab eo, qui habet fenestras respicientes in domo vendita, non possit altius tollere in præjudicium venditoris, ut optime consuluit Paul. de Castr. cons. 48. vol. 3. dicens non licere ei, qui habet causam ab eo, qui nocere vult, tollere, vel deprimere domum, vel aliud ædificium per quod noceat luminibus ejus, à qua causam habet. Thesaur. dec. 216. Arimin. Tepat. tom. 2. tit. 567. cap. 3. in fin. August. Barbos. in d. L. altius n. 9. in simili Cyriac. contr. 28. n. 11. & 12.

29 Nono limita, ut non possit quis de novo in suo ædificare, aut vetus ædificium reformare, quando vel civitas deformatur, vel via publica deterior redditur, Sylvan. cons. 60. n. 8. Cravet. cons. 94. n. 1. Cyriac. d. contr. 28. n. 25.

30 Decimo limita, ut nemo ædificare possit in suo ad æmulationem alterius L. opus ff. de operibus publicis, Cæpola de servit. urban. cap. 62. n. 2. Mascard. conclus. 620. n. 5. Phæb. dec. 73. n. 8. Gomez in L. 46. n. 8. Ægid. d. cap. 6. n. 11. Menoch. de arbitr. cas. 156. n. 3. & lib. 6. præsumpt. 29. n. 28. & cons. 102. n. 28. August. Barbos. in d. L. altius n. 11. Sanfelic. in addit. ad dec. 188. vers. & dato, Gail. lib. 2. observat. 69. n. 17. ubi & non seqq. exempla æmulationis ponit.
Sed adverte quod ædificium in fundo proprio ad 31
æmulationem factum non præsumitur, ut docet gloss. in L. fluminum §. fin. ubi communiter scribentes ff. de damno infect. Cæpola d. cap. 62. n. 2. vers. in dubio tamen, Mascard. d. conclus. 620. n. 1. Phæb. supra n. 11. Gail. d. observat. 69. n. 30. & 31. Sixtin. de Regalibus lib. 2. cap. 3. n. 80. Et sic allegans opus factum ad æmulationem probare debet ex vulgarib.

Nunc incidit quæstio, quæ paucis abhinc annis in 32
hac urbe controverti solet: An scilicet liceat cuilibet in suo ædificare, vel ædes altius tollere, quando vicino maris impeditur aspectus; In qua pro maris aspectu stat Constitutio Zenonis transcripta in L. ex quo pace penult. C. de ædific. privat. Ubi habetur non posse vicinum ædificare etiam in suo, vel aliquod ædificium extollere, cum quo prospectus maris impediatur, sive per directum, sive per transversum intra centum pedum spatium. Quam Zenonis Constitutionem ampliavit Justinianus in Novella 63. collat. 5. de novi oper. nuptiat. maris aspect. & in Novel. 165. ut etiam haberet locum, ubi fraudulenter ædificatum fuerit: Et sic non posse quemlibet etiam in suo ædificando tollere prospectum maris vicino, docent Jul. Pacius ad tit. C. de ædific. privat. n. 5. Cujac. in d. Novell. 63. & lib. 13. observation. cap. 30. Osuald. ad Donel. lib. 11. cap. 5. litt. G. Joann. Hering. de molendin. quæst. 15. n. 30. Qui omnes cum Chopino, & aliis tradunt non posse impediri prospectum maris juxta Zenonis constitutionem, uti rem gratissimam. Et ita, cum quæstio deveniret ad nostrum Senatum anno 1637. sic Judicatum dicit Mendez à Castro in prax. 2. part. lib. 1. cap. 2. n. 139. Sic etiam in Senatu Neapolitano decisum fuisse testatur Capyc. Latro anno 1638. in dec. 50. à n. 22. cum seqq. Et iterum idem judicavit Senatus noster me judice 7. die Februarii anno 1665. in lite Canonici Gabrielis Marques Godinho cum Simone da Costa Freire: Et postea in lite Gregorii Ferreira Pestana cum Francisco Lopez Torraon die 29. Novembris anni 1667. Et aliis causis.

Sed quamvis hæc ita se habeant, juste dubitari 33
potest; An in hoc Regno locum habere possit Zenonis Constitutio: & an illa, quæ reperitur in novis Codicibus compilata, authentica sit, ut per eam lites judicari possint; Constat enim, quod licet Justinianus in L. fin. C. de ædific. privat. extenderit Constitutionem Zenonis, quæ localis erat urbis Constantinopolitanæ, & de servitutibus loquebatur ad omnes Imperii Provincias, non tamen eam Zenonis Constitutionem in Codicibus suis inseruit ipse: neque in eis reperiebatur. Adeo ut Accursius in gloss. ad d. L. fin. C. de ædific. privat. dixerit: *Sed ubi est:* & Angel. de Perus. ad d. L. fin. ita scribit: *Ista lex non legitur in scholis, nec in ea posse poni casus per divinationem: confirmat enim Constitutionem Zenonis in omnibus urbibus Imperii Romani obtinere debere, quæ localis erat, & præcipit observari, præterquam in notatis per Zenonem, quæ autem notaverit Zeno, & quæ introduxerit non habemus*, hic non sunt alia. Ex quibus bene elicitur dubium esse, quam Zenonis Constitutionem Justinianus extenderit ad urbes Imperii: ut agnoscit Capyc. Latro dec. 50. n. 20. Et verum est non esse observandas Constitutiones, quæ non sunt impressæ in Codice Justiniano, ut ipse disposuit in L. 34
unic. C. de Justin. Cod. confirm. §. hunc igitur ibi: *Ut sciant omnes tam litigatores, quam disertissimi advocati nullatenus eis licere de cætero Constitutiones ex veteribus tribus Codicibus, quorum jam mentio facta est, vel iis, quæ Novellæ Constitutiones ad præsens tempus vocabantur in cognitionalibus recitare certami-*

nibus a

nibus: sed solum eidem nostro Codici insertis Constitutionibus necesse esse uti. Et ita probant Azeved. *in L.4. tit.16. lib.2. Recop. n.6.* Suarez *de legib. lib. 3. cap. 8. n.3.* ibi: *Quæ juris communis dicuntur, & in corpere Juris civilis continentur.* Et idem probatur *in L. 2. §. hac itaque, C. de vet. jur. enucleand.* Et dixit Azo *in summa in proœm. Authent. n. 8.* Quod non sunt attendendæ leges, quæ non fuerunt compilatæ per Justinianum in suo Codice. Unde cum Zenonis Constitutio non fuerit inserta in Codice, & quamvis confirmata reperiatur *in d. L. fin.* non constet, quæ fuerit dicta Constitutio, nullo modo trahenda est ad decisionem causarum: ut enim lex à judice observetur, debet esse certa, recepta, & non dubia *cap. pastoralis in fin. de fid.instrum.* Roman. *consult.*512. Michael. Angel. Gizzi *in addit.*50. ad Capyc. Latro *n.*10. Et regulare est, quod incertitudo vitiat dispositionem *L.si ita stipulatus* 115. *ff.de ver-*
36 *bor. obligat. L. ubi autem non apparet ff. eod. L. cum post. §. gener. ff. de jur.dot.* Stephan.Gratian. *discept. forens. cap.*1000. *n.* 19. & 20. Nec incertum de facto potest esse certum de jure Meudez à Castro *in prax. lib.3. cap.19. n.17.*

Neque Constitutin, de qua *in L. ex quo pace*, vim legis habet, quamvis in novis Codicibus anni 1583. & 1592. reperiatur inserta, siquidem ibi traducta, & inserta fuit per Antonium Conscium, ut ipse declarat *in proœm. Authent.* & notatur *in d. L. ex quo pace*, maxime cum in traductione prædicta lex non habeat idem, nec Consulem, prout cæteræ leges Codicis Justiniani. Unde fit, quod non erat authentica scriptura, ex qua Antonius Conscius Constitutionem
37 traduxit: qui per dictam impressionem non potuit præstare legi authoritatem, quam non habebat, siquidem legum latio ad solum Principem non recognoscentem superiorem pertinet, & inferior leges condere nequit, quæ sunt actus jurisdictionis: ut latè probavimus *tom. 1. part. 2. cap. 10. à n. 1. cum seqq.* Unde cum Antonius Conscius, quamvis doctissimus, privatus esset, & condendæ legis potestatem non haberet, neque legem facere potuit, neque eam inserere inter leges Justiniani Codicis, quasi eam confirmaret: Solum enim potest confirmare, qui facere valet: ut diximus *d. 2.p. cap.7.n.*31. Unde neque ex dicta impressivè certum fit Zenonis Constitutionem illam esse, quam transcripsit Antonius Conscius, neque dici posse indubitatam & extensam per Justinianum *in d. L. fin* ad urbes Imperii.

38 Et quamvis Justinianus *in d.L. fin.* Zenonis Constitutionem approbasset, & extendisset, quod sufficiens erat ad hoc, ut Constitutio observari deberet: ut tenent Ferret. *cons.*86. *n.6. lib.1.* Aretin. *consult.* 76. *n.3.* bene hoc procederet in dispositione in totum certa, & specifica, non in incerta, & dubia Surd. *cons.* 419. *n.23. in fin.* Riminald. Junior. *cons.*42. *n.*5. Stephan. Gratian. *cap.*501. *n.*16. & 17. & *cap.*508. *n.*31. & *seqq.* Michael. Angel. Gizzi *d. observ.* 50. *n.* 7.

39 Nec dici potest ipsam Constitutionem, de qua *in L. ex quo pace*, fuisse approbatam per Justinianum *in d. Novella 63. de novi oper. nuntiat. maritim. aspect.* referendo ipsius dispositionem: Et sic illam esse Constitutionem Zenonis, de qua *in d.L.fin.Cod.de ædific. privat.* Quia respondetur *Novellam* 63. fuisse editam post *d.L. fin.* ut ipse Conscius fatetur *in proœm. ad vol. Authent.* & non potuit extendi, nec ampliari *in d.L.fin.* antea edita. In quo consistit dubitatio. Quia Constitutio Zenonis ad Amantium Præfectum urbis Constantinopolis erat localis: & *Novella* 63. etiam localis est, & restricta ad urbem Constantinopolim, ut affirmat Julian. Patrit. *in explicat. vol. & Novellar. in scol. Anton. Consc. sub n.30. tom.5. fol.*125. ibi: *Hæc constitutio localis est:* sequitur Gotofred. *super Cod. Justinian. impress. Colonia anno* 1615. *in notis ad d. L. fin. litt. G. vers. ubique terrarum fol.*618. *col.*1. Joann. Leuciar. Renat. Chopin. & alii, cum quibus Michael Angel. Gizzi *d.observ.*50. *n.*12. Quod idem probatur *in d. Novella* 63. ibi: *Sequitur autem in hac Regia urbe non posse aliquis ultra centum pedes prohibere maris aspectum:* & circa finem ibi: *Tua celsitudo in hac felicissima civitate:* Et ibi: *Nulli licet ædificare in hac Regia Civitate ultra terminos à jure permissos, si principaliter noceat:* Et ibi: *Causam, qua dolose fit in hac Regia civitate, circa domuum ædificia.* Itaque cùm dicta Novella sit localis, & ipsa Constitutio esset localis, nullo modo ad Provincias erat extendenda sine lege expressa. Unde cum non constet qualem fuisse Constitutionem Zenonis extensam *in d.L.fin.* & tam ipsa Constitutio, quam dicta Novella localis esset, sequitur non esse standum Constitutioni, de qua *in L. ex quo pace*, ad decisionem causarum: maxime Constitutio Zenonis, quæ ampliatur *in d.L.fin.* loquitur de servitutibus, ut ipse Justinianus declarat. Non tamen dicit qualitatem servitutum esse circa maris aspectum. Ideoque quamvis *in d. Novella* 63. & *in Novella generalis forma* 165. Justinianus probaverit Zenonis Constitutionem circa maris aspectum. Non inde sequitur prædictam Constitutionem fuisse eam, quam Imperator, cum esset localis, extendit ad urbes imperii. Poterat enim esse alia Zenonis Constitutio etiam localis, quæ loqueretur de servitutibus. Et non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse juxta vulgaria.

Item *Novella generalis forma* 165. etiam autentica non est, ut per eam lites terminentur; quia etiam authentica non est, neque inserta in corpore juris: Et fuit inventa à Cujac. & inserta ab Anton. Conscio *in volum. Authent.* ut ipse fatetur *in d. Novella* 165. Et quidem liber Authenticorum fidem faciebat *in tit. de Sanctiss. Episcop.* Novellæ autem, quæ postea additæ fuerunt, & insertæ à Cujac. Anton. Consc. & aliis Doctoribus particularibus, quibus non erat jus condendi leges, vim legum habere non possunt ad decisionem causarum: præsertim cum non constet instrumenta, à quibus fuerunt transumptæ, authoritatem, & fidem habuisse.

Ulterius in hoc Regno non potest locum habere 40
Constitutio Zenonis, quia juxta formam *Ordin. lib. 3. tit.64.* causæ decidendæ sunt per leges Regias, & Regni consuetudines: Et ubi Ordinatio disponit, cessant leges Imperiales, quibus tanquam legibus standum non est: Sed observari jubentur propter rationem naturalem, in qua fundantur. Atqui ipsa *Ord. lib.1.tit.68.§.24.* generaliter disposuit, quemlibet ad suam voluntatem ædificare posse, & extollere usque ad cælum, etiamsi luminibus vicini noceat.

In quo se confirmant cum dispositione *text. in L. altius Cod. de servit. & aqua: & eod. tit. §.33.* statuit, quod qui ædificare vult, poterit ædificium construere, & extollere, dummodo inter illud, & vicini domos remaneat libera mensura, *De huma vara, & quarta:* quod si Ordinatio vellet observari Constitutionem Zenonis circa maris aspectum, vere quidem declarasset. Et cum generaliter loquatur, generaliter est intelligenda, Proindeque comprehendit casum maris aspectos.

Nec oberit, si dicatur eandem Ordinationem *d.tit.* 41
64. disponere, quod in defectum legis Regiæ judicetur secundum jus commune Imperatorum: Hoc enim non ita absolute disponitur, sed observari jubentur leges juris communis propter rationem naturalem, in qua fundantur, ut supra tetigimus, non tamquam leges. Unde deficiente ratione naturali non erit judicandum secundum prædictas leges, per ea, quæ Solorzan. *de jur. Indiar. tom.2. lib.2. cap.2. n.41.* Et quidem Zenonis Constitutio circa aspectum maris non fundatur ratione naturali, cum potius dictet ipsa ratio

quemlibet ad libitum posse uti rebus suis. Ultra quod *Ordin. d. tit.* 64. erat in antiquis *lib.* 1. *tit.* 49. & tunc temporis à Rege Emmanuele compilata anno 1521. & in ea statutum, quod deficiente lege Regia sequerentur leges Imperiales. Plane Ordinationis dispositio intelligenda est de legibus, juris communis, quæ erant insertæ in ejus corpore, non de illis, quæ à Justiniano non fuerunt compilatæ juxta superius tradita. Atque ita cum neque *d. L. ex quo pace*, neque *Novell.* 165. essent insertæ in Codice, tempore quo promulgata fuit lex Regia, nullo modo dici potest illarum dispositionem comprehendi in dicta Ordinatione.

42 Et certè magnum Reipublicæ generetur detrimentum si standum sit Zenonianæ Constitutioni: quia Harmonopol. *in promptuar. Jul. Civil. lib.* 2. *tit.* 4. §. 159. *de prospectu fol.* 16. quamvis prædictæ constitutionis meminisset, ita inquit *in* §. 60. ibi: *Quod si his prospectibus stemus, & acquiescamus, nulla certè domus, pagus, aut urbs condi, excogitarive queat.* Propter quæ valde dubiæ redduntur sententiæ latæ in hoc, & Regno Neapolitano, ad favorem maris aspectus. Et multoties judicatam fuisse Neapoli contra aspectum maris testatur Michael Angel. Gizzi. *d. observ.* 50. *in fin.* Qui *n.* 29. respondet ad Cujac. & Osuald. Et *n.* 32. non obstare dicit sententiam Senatus, de qua Capyc. Latro, quæ non fundatur ex juribus *in d. L. ex quo pace, & L. fin.* sed tantum ex æmulatione. Quod idem dicendum de sententiis nostri Senatus latis in causa Simonis da Costa Freire, & Gregorii Ferreira Pestana, qui ad æmulationem se extollere voluisse Reum allegavit. Et in casu, de quo Mendez à Castro ædificare volens in littore maris, ideo prohibitus fuit, quia non poterat ædificio jam constructo auferre prospectum maris.

CAPUT XL.

De modo procedendi contra Reum absentem per annotationem bonorum.

Ad Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 31. & lib. 5. tit. 128.

SUMMARIUM.

1 *De jure communi proceditur etiam ad sententiam contra Reum absentem, & contumacem in casibus, in quibus imponitur pœna relegationis, aut minor, non verò quando major imponitur pœna, quam relegationis. Sed contra de jure Regio.*

2 *Contra absentem ex crimine capitali proceditur per notationem bonorum, id est per descriptionem factam à tabellione per modum inventarii, & mobilia descripta penes tertium deponuntur.*

3 *Bonis annotatis citatur absens per edicta cum expressione causæ, & annotationis, quo facto si absens infra annum non comparuerit personaliter ad se defendendum, bona applicantur fisco in perpetuum.*

4 *Declara: ut simul, & eodem tempore non possit procedi contra absentem ad pœnam temporalem, & bonorum annotationem: si tamen priùs actum sit, ad annotationem, bene potest postea procedi ad pœnam corporalem: non si, è converso prius actum fuerit ad pœnam corporis.*

5 *In Regno duobus modis proceditur, ad annotationem, vel ex officio ad instantiam fiscalis, vel ad partis instantiam. Et de differentia inter unum & alterum casum.*

6 *De alia differentia inter annotationem ad partis instantiam & casum, in quo proceditur ex officio. Quando proceditur ad annotationem officii judicis non plena probatio, sed per conjecturas; & indicia desideratur.* Ib.

7 *In Regno solum Prætores curiales senatuum possunt annotationem facere, qui elapso termino edictorum statim possunt condemnare absentem in amissione bonorum,*

8 *Annotatio cessat si Reus infra annum comparuit ad se defendendum: & ei bona restituenda sunt neque est necessaria innocentia probatio.*

9 *Contumacia est delictum, & quidem gravissimum.*

10 *Absens annotatus persistens in contumacia, si post annum comparuerit, non est audiendus circa bona, licet audiri debeat cum suis defensionibus.*

11 *Fiscus, si non occupaverit bona per viginti annos à die annotationis, submovebitur exceptione præscriptionis.*

12 *Defuncto Reo annotato intra annum annotationis, non confiscantur bona, sed pertinent ad ejus hæredes.*

13 *Bona annotata pertinent ad Regiam Coronam.*

Ut bona non occultentur, descriptio fieri debet per Judicem coram tabellione: & moventia vendi debent, & pretium deponi, ut deteriora fiant. Ibid.

DE jure communi in casu, quo imposita est pœ- 1
na relegationis, aut minor, proceditur contra
reum absentem, & contumacem etiam ad sententiam
diffinitivam servatis servandis circa citationes, substantialia, & solemnia judicii, per ea quæ Bart. *in L. absentem n.* 2. *ff. de pœn. & in L. inter accusatorem ff. de pub. judic.* Simanc. *de Catholic. tit.* 2. *n.* 4. Farinac. *in practic. tom.* 1. *quæst.* 11. *sub n.* 1. Bossius *in pract. tit. de requirendis reis n.* 1. Clar. §. *fin. quæst.* 44. *in princip. circa med.* Scaccia *de judic. lib.* 1. *c.* 97. *n.* 1. Petr. Caball. *resolut. crim. cas.* 181. *n.* 1. Tondut. *de prævent. p.* 1. *cap.* 30. *n.* 61. Quando vero major quam relegationis pœna imposita est, non proceditur ad sententiam diffinitivam, ut docent supra citati, & diximus supra *cap.* 15. *n.* 64. & 65. ubi ostendimus de jure Regio absentem posse ex crimine capitali condemnari etiam ad mortem naturalem, in quo lex nostra deviat à jure communi, secundum quod imputatus de crimine capitali, quamvis condemnari non potest, neque tanquam contumax haberi pro confesso, & convicto, tamen adversus eum proceditur ad annotationem bonorum. In quo procedendi modo in primis necessario desideratur, quod absens in persona sit citatus, vel per edicta ad se præsentan-
dum in judicio, & allegandas defensiones infra termi- 2
num præfinitum, quo transacto, & non comparente reo, annotantur ejus bona, id est describuntur à Tabellione per modum inventarii, ne deinde possint in damnum fisci, occultari, & distrahi. Mobilia autem prædicto modo descripta penes aliquem tertium depositarium deponuntur juxta *text. in L. si quis intra provinciam C. de bonis proscriptor.* & notant Bossius *d. tit. de reis requirendis n.* 1. Clar. *de quæst.* 44. *n.* 1. Foller. *in sua practic. crim. verbo annotentur bona contumacis*, Gandin. *in tract. de malefic. rubrica quid si agendum reo absente n.* 1. Scaccia *d. cap.* 97. *n.* 5. Petr. Caball. *d. cas.* 181. *n.* 1.

Bonis ita annotatis, seu descriptis, iterum citan- 3
dus est absens per edicta cum expressione causæ, & annotationis, ita ut innotescere possit eum esse citatum, & advocatum à quo tempore, si absens infra annum personaliter non comparuerit ad se defendendum bona fisco applicantur in perpetuum, ita ut absens amplius super illis non sit audiendus, prout omnia superius tradita probant *text. in L.* 1. *& seqq. ff. de requirend. reis*, & tenent supra relati, quibus addo Tondut. *d. cap.* 30. *n.* 61. & 62. Flamin. Cartar.

de

de execut. sent. contumac. cap. 1. à *n.* 1. Gomez *in L.* 76. *Taur. n.* 7. Andr. Gail. *de arrestis cap.* 1. *n.* 5. Sixtin. *de Regalib. lib.* 2. *cap.* 12. *n.*34. & in hac parte juris communis dispositionem amplectitur *Ordin. lib.* 5. *tit.* 128. *in princ.* licet ab ea recedere videatur in eo, quod non tantum disponit procedi posse nd bonorum annotationem, sed etiam ad sententiam diffinitivam, & condemnationem capitalem, ut probat *Ordinat. d. lib.* 5. *titul.* 126. *in princip.* cum tamen de jure communi in crimine capitali sola bonorum annotatio concedantur, ot dictum est.

4 Declaranda tamen est Ordin. dispositio, ut simul, & eodem tempore contra absentem procedi nequeat per edicta ad pœnam corporalem, & ad bonorum annotationem, si tamen prius actum sit ad annotationem, & bona fisco incorporata sint ob contumaciam delinquentis, bene poterit postea procedi ad pœnam corporis, verùm è converso, si prius actum sit ad pœnam corporalem non poterit postea agi annotationem, ex *Ordin. d tit.*128. §. *fin.*

5 Et nota quod duobus modis in Regno proceditur ad bonorum annotationem, vel ex officio ad instantiam fiscalis, vel ad partis instantiam quando scilicet uxor, & filii occisi accusare volunt occisorem ad annotationem bonorum; sed si oxor, & filii agunt ad annotationem, eo casu bona confiscantur post annum à tempore edictorum, quo ex inquisitione plene probatur absentem ex animo, & proposito hominem occidisse, vel occidi mandasse, quibus in terminis lata confiscationis sententia in Senatu, bona traduntur uxori, & filiis quibus princeps ea concedit dummodo infra biennium à tempore mortis viri, aut parentis accusationem instituant juxta *Ordin. d. tit.* 128. §. 2. transactis autem duobus annis, si nec uxor, neque filii egerint ad bona annotata, vel expresse declaraverint intra biennium nolle agere adversus bona: aut si probatio homicidii dolosi plena non fuerit, vel si uxor, & filii non extiterint, tunc Judex ex officio, vel ad instantiam fiscalis, bona annotare debet, & describere, adversus reum absentem procedere juxta formam præscriptam *in d.* L. 1. *& seqq. ff. de reqnirend. reis*, *& Ord. d. tit.* 128. *in principio.*

6 Ex quibus alia insurgit differentia namque ut bona annotentur ad partis instantiam necessaria est plena probatio homicidii dolosi, quando autem proceditur ex officio, vel ad instantium fisci, si delictum est plene probatum, annotationi locus non est: sed procedendum venit ad condemnationem juxta terminos *Ordin. d. tit.* 126. *in princip.* itaque: ut ex officio Judex procedere valeat ad annotationem, sufficiunt probationes per conjecturas, & indicia sufficientia ad torturam *Ordinat. d.t.*128. §.1. ubi etiam
7 disponitur solos Prætores Curiales tam supremi Senatus Domus supplicationis, quam Portuensis Senatus posse bona absentium annotare, non alios Judices, & prædicti Prætores in Senatu elapso termino edictorum statim possunt contumacem condemnare in amissione bonorum, Afflict. *ad constit. Regni rub.* 12. *sub n.* 8. *vers. qnod autem sic actor compareat lib.* 2. Jol. Clar. *d. q.* 44. *n.* 14. *vers. vidi qnandoqne dubitari*, Scaccia *d.cap.*97.*n.*65. *vers. quæro nono* Petr.Cabal. *de cas.* 181. *n.* 10.

8 Deinde sciendum est qnod si Reus annotatus infra annum comparuerit & positus in carcere, vel præstita cautione de judicio sisti, se defendere velit, cessabit annotatio, & ei bona restituenda sunt sine eo, quod innocentiam probare teneatur *L.* 1. §. *sed & Papinianus ff. de requirend.reis*, *Ord.d.tit.*128. *in princip.* Azeved. *in L.*3. *tit.* 10. *lib.*4. *recopilat.* Clar. *d.* 44. *n.*5. Farinac. *d.q.*11. *n.*84. Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 99. *n.* 5. *& seqq.* Conrad. *in praxi tit. de contum. n.*4. Verum in contrarium facit *text. in L. fin. ff. de requirend. reis*, *& in L.* 1. *Cod. eodem*, in verbis ibi. *Si se de crimine purgaverint*, ubi habetur quod ut reo bona restitnantur, non sufficit ejus comparitio, & præsentatio in judicio præstando cautionem, vel in carcerem se conjiciendo nisi se purgaverit de crimine, quasi purgationis conditio simul cum comparitione intra annom desideretur, ut notat Accurs. *in d. L. fin. & in d. L.* 1. Quibus tamen non obstantibus vera est nostra resolutio quatenus habet reo comparenti intra annum bona esse restituenda sine eo, quod innocentiam probare teneatur, quæ optima ratione fulcitur namque prædicta annotatio, & confiscatio non procedit ratione criminis principalis, sed ratione contumaciæ, ut notat Sixtin. *de Regalib. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 34. Est enim contumacia delictum *L. omne delictum* §. *contumacia ff. de re milit.* Menoch. *de arbitr. cas.* 153. ubi gravissimum illud appellat, & hæresi quodammodo comparandum dixit Mastrill. *de* 9 *indulto cap.* 18. *n.* 4. Lartea *allegat.* 29. *n.* 3. Salgad. *de Regia protect.* 2. *part. cap.*8. *n.*78. D. Joseph. Vela *dissert.* 39. *n.* 13. quare Reus qui intra annum comparuit, contumax dici nequit, & satis dicitur purgasse contumaciam comparendo, & ad *text. in d. L. fin. & L.*1. *C. de requirend. reis*, respondentur procedere respectu purgationis contumaciæ, non criminis principalis, & sic reum qui comparuit non teneri innocentiam probare.

10 Si vero per edicta citatus perstiterit in contumacia, & annotatio legitime facta sit, ipseque post annum præfinitum comparuerit, & audiendus non est circa bona jam annotata, & confiscata, licet audiri debeat cum defensionibus suis respectu ipsius criminis quocumque tempore comparuerit L. *annus* 4. *ff. de requirend. reis*, *Ordinat. d. tit.* 128. *in princip. vers. Porem se em algum tempo:* Tondut. *d. cap.*30. *num.* 62.

11 Fiscus autem si per viginti annos à die annotationis publice notificatæ nihil petierit; & bona contumacis non occupaverit præscriptionis exceptione submovebirur per *text. in L.*2.3.*& 4. ff. de reqnirend. reis*, Tondut. *d. cap.* 30. *n.* 63.

12 Tandem si reus aunotatus intra annum annotationis decesserit, non confiscantur bona, sed pertinebunt ad ejus hæredes L. 1. *in fin. ff. de reqnirend. reis*, L. 1. *C. eod. L. quod ejus C. si pend. appellat.* cum enim oon censeatur contumax nisi post annum præfinitum ad comparendum, & si mors non intervenisset, infra tempus comparere possit, & contumaciam purgare, confiscationis pœna locum uon potest habere, nec incursa censeri debet, quando annotatus intra annum decessit, ut faciunt quæ in simili tradit Scaccia *de judic. lib.* 1. *cap.* 97. *n.* 156.

13 Pertinet igitur ad Regiam Coronam, & ad Regalia bona delinquentium legitime annotata, modo de quo supra, L.1. *& per totum ff. & Cod. de reqnirend. reis*, *Ordinat. d. lib.*2. *tit.*26. §.31. *& lib.*5. *tit.*128. *in princip.* ibi: *Os dioos beẽs feraõ. de todo aplicados à Coroa do Reyno:* Caball. *d. cas.*181. *n.*1. Scaccia *de judic. lib.*1. *cap.*97. *n.*5. Tondut. *d. cap.*30. *n.* 61. *&* 62. Ut autem bona in damnum fisci non occultentur, & fraus non fiat, descriptio bonorum fieri debet per Judicem coram Tabellione *L. fin. ff. de reqnir. reis*, ubi Bart. & Anton. Gomez *lib.*3. *variar. cap.*9. *n.*2. Farinac. *d. quæst.*11. *n.*4. Scaccia *d. cap.* 97. *ex n.* 16. *& cap.* 98. *n.* 21. Paz *in praxi tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 2. *n.* 18. Guazin. *de confiscat. conclus.* 4. *n.* 2. & moventia vendi debent, ne aut mora deteriora fiant, aut aliquando modo intereant, & prætium deponendom est, & in tuto constituendum, ut ait Modestin. *in L. fin. de reqnir. reis*, ubi omnes & hæc de annotatione dixisse sufficiant.

CAPUT XLI.

De bonis eorum qui mortem sibi consciverunt.

Ad Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 32.

SUMMARIUM.

1 Nulla pœna à jure civili est imposita in se ipsos occidentes nullo praecedente delicto, nec eorum testamenta irrita fiunt.

2 Lex, qua statuitur, quod homicida decapitetur & bona publicentur intelligitur de eo, qui alium occidit, non qui seipsum.

3 Pœna imposita contra vulnerantes, non comprehendit se ipsum vulnerantem.

4 Rationabile, tamen & justum videtur, quod se ipsum vulnerans puniatur pœna arbitraria, tanquam si alium vulnerasset.

5 Miles qui seipsum sine causa vulneravit, capite punitur: quod si impatientia doloris, aut tædio vitæ id fecerit, ignominia notatur de jure speciali.

6 Proponitur quæstio: An clericus se ipsum vulnerans incidat in excommunicationem Canonis, si quis suadente: & resolvitur quod sic: & n. seqq.

7 Actio & passio non possunt concurrere in eodem subjecto.

Injuria non fit volenti, neque vis. Ib.

8 Violentiæ verbum potest accipi activè & passivè & resolvitur quæstio.

9 Capitaliter punitur is, qui sibi virilia exsecuerit, vel abrumpi passus est: ne instrumenta generationis auferat in damnum Reipublicæ.

Interest Reipublicæ, ut liberis hominibus repleatur Ib.

10 Qui seipsum debilitavit ne mitteretur ad bellum puniendus est.

11 Item qui se debilitavit, ne ad triremes mitteretur: & ad remigandum fieret inhabilis, arbitrarie puniendus est.

12 Mendicantes validi, qui herbis, medicaminibus, aut suppositoriis faciunt tibias, aut se ipsos debilitant, arbitrariè puniuntur.

13 Mendicantium duplex est genus, quidam sunt pauperes nihil habentes, debiles, debilitate vitio corporis, aut senectute; qui laborare nequeunt: in quos divitum liberalitas commendatur.

14 Alii mendicantes validi, qui carent infirmitate; & malunt mendicare, quam laborare: & se simulant debiles cum sint robusti: & contra hos pœna imponitur, de qua ibi.

15 Mendicantes secundi generis æquiparantur vagabundis, & puniendi sunt tanquam vagabundi: & in Regno capi debent, & fustibus cædi. Etsi herbas, & alia apponant, ut appareant infirmi, aut claudi, juxta qualitatem delicti puniendi sunt acrius, vel minus.

16 Non solum Magistratus, sed privatus potest investigare: an infirmitas mendici sit vera, aut ficta.

17 Delicta omnia morte extinguuntur.

18 Deprehensus in crimine, vel de eo accusatus vel inquisitus, qui conscientia sceleris mortem sibi conscivit, privatur bonis, quæ applicantur fisco.

19 Intellige, si delictum: pro quo occidit, erat tale, propter quod bona essent confiscanda, si fuisset convictus, aut confessus.

20 Quæritur: An simul requiratur quod delictum sit capitale, & pro eo imponatur confiscationis pœna? Et resolvitur contra Gregor. Lopez, quod pro delicto pœna privationis bonorum imposita sit.

21 Occidens se ipsum conscientia criminis, & metu pœnæ illud fateri videtur.

22 Fictio legis, per quam occidens se ipsum, habetur pro confesso, pro veritate habenda est.

Confessio ficta in casu ficto idem operatur quod veritas in casu vero. Ib.

23 Intellige, ut prædicta pœna procedat in deprehenso, vel accusato de crimine, qui se ipsum occidit metu pœnæ, Secus si nec deprehensus nec accusatus se ipsum occiderit.

Fiscus tenetur probare delinquentem in conscientia criminis se interfecisse. Ib.

24 Deprehensus in flagranti delicto quis, & quando dicatur.

25 Prædicta pœna habet locum, & in inquisito, vel delato, qui seipsum occidit, qui præsumitur metu pœnæ se interfecisse.

26 Præsumptio ex deprehensione, vel accusatione non procedit, si alia conjectura, quam metus pœnæ, sumi potest.

27 Hæres admittitur ad probandam innocentiam defuncti, vel quod seipsum non occidit conscientia criminis.

28 Innocentia interficiendi se ipsum probanda est concludenter, & liquidissimis probationibus ad excludendum fiscum, & potest probari directe vel indirectè.

29 Dicitur probata, si hæres ostenderit delictum commissum ad sui defensionem, vel quod offensus erat bannitus.

30 Fiscus an teneatur probare se occidentem delictum commisisse? Distinguitur ut ibi.

De corpore delicti necessario constare debet, ut quis puniatur, etiam si Reus confessus fuerit delictum.

31 Si is, qui se ipsum occidit, fiscus tenetur probare se occidentem delictum commisisse, & si metu pœnæ occidisse.

32 Qui conscientia sceleris se ipsum occidere tentavit, & non perfecit, si delictum, in quo fuit deprehensus, vel accusatus, erat tale, quod confiscatio bonorum sequi poterat, habetur pro confesso, & condemnatur pœna ordinaria.

33 An necessaria sit sententia contra se ipsum occidentem metu pœnæ? Verior est quod sententia declaratoria opus sit, ad quam citandi sunt hæredes, vel venientes ab intestato.

34 Testamentum se ipsum occidentis antea factum irritum fit.

Item irritatur donatio facta uxori. Ib.

35 Occidens se ipsum non dicitur committere crimen hæresis.

36 Qui se ipsum occidit voluntarie, privatur Ecclesiastica sepultura: nec pro eo fit commemoratio in Ecclesia: nec cadaver deducitur cum Psalm.

37 Hæc Juris Canonici pœna æquè habet locum in occidente se ipsum conscientia sceleris: atque in occidente se ipsum tædio vitæ, dummodo constet de morte voluntaria.

38 Repertus mortuus, si nescitur an facto suo, vel violenter ex facto alterius, vel casu aut aliquo morbo superveniente, vel præcipitatus ab alio, vel in flumine submersus, creditur potius aliorum facto, vel casu, non voluntarie fuisse mortuum: Et sic non est deneganda ei sepultura.

39 Item si constaret saltem indiciis quem furore percitum se occidisse, in Ecclesia sepeliri debet. Furiosi nulla est voluntas, neque intelligit: quod agit & actum habetur, ac si casu evenisset.

40 Furiosus non punitur ob delictum, etiamsi culpa sua incidat in furorem.

41 Item dormiens, qui seipsum occidit, æquiparatur furioso, & non privatur Ecclesiastica sepultura.

42 Pro-

42 *Proponitur quæstio: An ebrius committens homicidium, puniri debeat pœna ordinaria, aut alia mitiori? Et proponuntur Doctorum sententiæ, & n.43. & 44.*

Atque probatur prior sententia, quæ habet, quod ebrietas excludit dolum, & ebrius non est puniendus pœna ordinaria, seu mitiori.

45 *Limita communem opinionem in eo, qui ebrius sit data opera ad delinquendum, qui ordinaria pœna punitur.*

46 *Ebrius se ipsum occidens durante ebrietate, quæ mentem alienaverat, in Ecclesia sepeliendus est, nisi data opera, ut se occideret, se inebriavit.*

47 *Declara non privari Ecclesiastica eum sepultura, qui seipsum lethaliter vulneravit, & postea mortuus est, pænituit, & signa contritionis ostendit.*

48 *Item non privatur sepultura qui cum aufugeret casu cecidit in flumen.*

Idem de eo, qui mortuus in puteo inventus, vel laqueo suspensus: vel qui fugiens se præcipitavit de ponte, aut volens aufugere, cecidit de muro spe evadendi: Secus si desperatus se voluit occidere. Ib.

49 *Mortuo delinquente, in ejus cadaver non est sæviendum, Morte Rei extinguitur delictum.*

50 *Si delinquens jam condemnatus conscientia sceleris se occiderit in carcere ejus cadaver furca suspendi debet ad aliorum terrorem.*

Idem dicendum de eo, qui deprehensus in crimine, confessus, aut convictus se occidit. Ib.

51 *Verior est opinio, quod convicti, vel confessi qui ante sententiam se occidit cavader non est suspendendum: Sed in casibus gravibus, & enormibus aliud servatur in praxi secundum judicis arbitrium: ut n. 52.*

53 *In Regno cadavera delinquentium qui decesserunt in carcere, vel se occiderunt ante sententiam, vel eorum qui tædio vitæ se occiderunt, non solent furca suspendi.*

54 *Pœna confiscationis bonorum ejus, qui metu pœnæ se ipsum occidit habet locum, si non extant ascendentes vel descendentes intra tertium gradum.*

1 PRo hujus materiæ explicatione sciendum est jure civili nullam pœnam regulariter esse statutam in se ipsos occidentes nullo præcedente delicto, si vel impatientia doloris, amoris furore, tædio vitæ, pudore æris alieni, sive ex jactantia, aliave simili causa mortem sibi consciverunt, adeo ut tales neque bona amittant neque eorum testamenta irrita fiant *in fraudem.* 45.§.*ejus bona ff.de jure fisci L.si quis filio* 6. §. *ejus qui deportatur ff. de injusto rupto* L.3.§ *si quis autem tædio ff.de bon. cor. qui ante sent.morem sibi consciver.* L. 1. *C. eod. L.factum* 12. *C. de accusat.* L. *omne delictum* §. *qui se vulneravit.ff. de re milit.* L. *liberorum* 11.§. *non solent ff.de his qui notant infamia,* L. *si quis aliquod* 38. §. *fin.ff. de pœnis, L. id quod* §. *fin. ff. de peculio legato, L. peculium* 10.§. *si ipse ff.de peculio,* L. *in L Cornelia L.ff. ad* L. *Cornel.de sicar. Ord.lib.*2.*tit.*26.§.32.ibi *Porem se se matar por sanha, doudiee, ou nojo não podera os beẽs, ou outra cousa alguma para nos* idem probatur *text. in* L. 24. *tit.* 1. *p.*7. *l.*1. & 2. *tit.* 27. *p.* 7. ibi *Y los otros desesperados que se matan ellos mismos por algunas de las razones que dezimos en la ley antes desta, no deven aver ninguna:* eleganter Amescua *de potest. in se ipsum lib.* 1. *cap.* 3. *n.*13. & *cap.* 23. *n.* 1. Cui addo Cujac. *lib.* 14. *qq. Papin. in* L. *ejus militis* 34. *ff. de milit. testam.* Anton. Peres *ad lib.*9. *Codic. ad tit. de bonis eorum qui sibi mortem conscius nn.*6. & 7. Ubi ait commiseratione magis, quam pœna dignum videri eum qui absque causa se occidere tentavit, nec perfecit, cum instar furiosi sit. Plane quamvis lege, vel statuto caveatur quod homicida decapitetur, & bona ejus publicentur, non intelligitur de eo, qui se ipsum occidit, sed de interfectore alterius, qui vivus remansit, & puniri potest, bonis privari, cum enim 2
is, qui mortem sibi conscivit capite puniri nequeat, neque ejus bona confiscari, quia per mortem desierunt esse sua; & ipsius mors delictum extinxit atque pœnam tam criminalem, quam civilem, ut per Corn. *cons.* 195. *l.*2. Curt. Junior. *cons.*182. Socin. Junior. *cons.* 51. *lib.*1. Peregrin. *de jure fisc. lib.* 4. *tit.*4. *n.* 8. & 9. *vers. attamen.* & post alios Petr. Caball. *resolut. criminal. casu* 137. *n.* 5. Paris. *cons.* 155. *lib.* 4. Amescua *d. cap.* 23. *n.* 33. Vere puniri non valet, neque ejus bona publicari, quia se occidendo crimen non admisit *L.factum* 27. *C.de accusat.* ibi, *Factum sponte se præcipitantis, innocenti criminis periculum afferre non potest,* L.3. §. *Papinianus ff. de bonis cor. qui mort. sibi consciver.* Amescua *d. cap.*3. *n.*14. & 15. Decian. *in tract.crimin.lib.*9.*cap.*3. *n.*4. Cujac. *lib.*14. *qq.* Papin. *in L. ejus militis* 24. *ff. de testam. milit.*

3 Hinc fit quod se ipsum vulnerans non punitur, quamvis statuto pœna imposita sit contra vulnerantes, ut Voluit Joann. And. *in addit. ad specnlat. tit. de pœnis* §. 1. *in addit. qua incipit. prælibatum col.*2.*vers.secundo quæro an vulnerans se ipsum.* Hyppolit. *in tract. criminali* §. *aggredior n.* 177. Decian. *d.lib.*9. *cap.* 3.*n.*4. & *cap.*4.*n.*5. Anton. Gomez *lib.* 3.*variar.cap.*3.*n.*14.*vers. secus vero,* Franc.Marc.*dec.* 882. *n.* 7. *p.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 284. *nn.* 36. disputat Amescua *in d. tract. cap.* 21. *à nn.* 16. *cum seqq.* qui omnes loquuntur in eo qui tædio vitæ, aut aliqua ex causis similibus se ipsum vulneravit qui de jure communi nulla afficitur pœna juxta *text. in L. peculium* 10. §.*si ipse ff. de pecul.* L.3. §. *sic autem ff. de bon. cor. qui ante sent. sibi mortem consciver.* & hanc esse veriorem sententiam tradit Amescua *d.cap.* 21. *n.*1. *vers. contrariam* quamvis Bart. *in L. transigere n.*17. C.*de transact.* & *in* L.*si quis aliquod* 38.§. *fin.ff. de pœn.* Ubi Alex.*n.*10. teneat se ipsum vulnerantem de jure communi esse puniendum, sequitur Paul. Castrens. *in d.*§.*sic autem.*2. & *in* L.2.*Cod.qui testam facere poss.*Corn.*cons.*195.*n.*2.*lib.*2. Crammat. *dec.*44.*n.*4. & 5. Peregrin. *de jure fisci lib.*4. *tit.*4.*n.* 4. & 5. ubi eam rationem reddit nempe quia nemo est dominus membrorum suorum *L. liber homo* 13. *ff. ad* L. *Aquil.*

4 Licet autem in puncto verior juri: sit opinio contra Bart. ut voluerunt Decit. *d. cap.*4. *n.*5. Amescua *d.n.*1. *in fin.* tamen justum, & rationabile videtur, quod iste se ipsum vulnerans per judicem puniatur pœna arbitraria, sicut si illud vulnus alteri intulisset, cum res moli sit exempli, optime Anton. Gomez *d. cap.*3.*n.*14. qui dicit tenere Bonifac. & ita practicari vidisse Peregrin. *d. tit.* 4. *num.* 4. Molin. *de justit. & jure tom.*4. *disp.*20. *n.*4. & 5. Diana *resolut.moral. tom.*5. *tract.*4. *resolut.* 32. Farin.*in praxi q.*128. *à n.* 34. Palça *in epitome delictor.lib.*1. *cap.*23. *n.*11. 18. & 19. Menoch.*d.cas.*284.*n.*25. Gregor. Lopez *in L.* 24. *tit.*1. *p.*7. *gloss.* 1. & atiento rerum statu inter Christianos pœna arbitraria puniendum admittit. Amescua *d.cap.*21.*n.*5. *per text. in capit. si non licet* 23. *quæst.* 5.

Et quidem miles qui sine causa seipsum vulneravit capite punitur L. *omne delictum* §. *qui se vulneravit ff.de re militari, L.si quis aliquid* 38.§.*miles ff.de pœ-* 5
nis. Quod si impatientia doloris, aut tædio vitæ vulnus sibi ipsi intulerit ignominia notatur, ut probant ; præd. jura quod speciale in milite docent Grammat. *d. decis.* 44. *n.* 4. Decian. *d. cap.* 3. *n.* 4. & *cap.* 4. *num.* 7. Menoch. *d. casu* 284. *nn.* 24, Amescua *d.*

*cap.*21. *n.*2. Cujac. *d. lib.* 14. *qq. Papin. in d. L. ejus militis* 34. *ff. de medit. testam.* Ubi docet, quod valet testamentum militis qui tædio vitæ, vel impatientia doloris se ipsum occidit, & in hac re nihil differre à pagania, in eo vero qui sine causa mortem sibi voluit conscire, & se ipsum vulneravit, datur differentia inter paganum, & militem, ille enim non punitur saltem de jure civili, hic autem, qui non tædio vitæ, neque furor impulsus non cupit vivere, quasi ignavus capite punitur: qui enim sibi non pepercit, multo minus alii parceret *L. fin. ff. de bonis eor. qui ante sententiam*, aliam rationem ponit Menoch. *d. casu* 284. *n.* 24. nempe quod milites majorem animi constantiam, & intrepidationem, atque fortitudinem ostendere debent quam cæteri homines, & bonam subjungit Amescua *in d. tract. cap.*4. *n.*7. inquiens juste militem se necare tentantem capitia pœna puniri quia se ipsum occidens Rempublicam prodit, & militiam deserit, quod immane delictum est, & capitis pœna eapiandum *L. non omnes* §. *desertor ff. de re milit.* Sanfelic. *dec.*221. *n.*1. & diximus *tom.* 1. *p.* 2. *cap.*20. *n.* 69. immo opem hostibus ferre videtur qui militem subtrahit.

Ex dictis infertur ad illam quæstionem, An Cle-
6 ricus se ipsum vulnerans incidat in excommunicationem *Canonis si quis suadente* 17. *quæst.* 4. cum enim Clericus miles sit celestia militiæ, & validum, sit argumentum de milite sæculari ad militem cælestem *gloss. in L. miles ff. de re jud.* ab omnibus recepta, ut per Jas. *in L. fin. not.* 5. *C. de lib.* Ripa *in cap.* 2. *de rescript. n.*81. Decian. *d. lib.*9. *cap.*3. *sub n.*4. Amescua *supra cap.*20. *n.* 24. *vers. tertio*: quod ita ut miles se ipsum vulnerans punitur juxta tradita, & ita Clericus puniendus est pœna excommunicationis, de qua *in d. cap. si quis suadente*, maxime quia in eo generaliter dicitur quod si quis in Clericum, vel Monachum violentas manus injecerit sit excommunicatus & sic nullum excipit; ergo, neque ipsum Clericum excepisse intelligitur qui se ipsum percutit, & confirmatur ex *text. in cap. si non licet* 23. *quæst.* 5. ubi præceptum de non occidendo hominem de quo *Exodi cap.* 20. comprehendit enm qui se ipsum occidit.

7 Neque obstat vox illa *violentas manus*, de qua *in d. cap. si quis suadente*, quæ supponit differentiam inter agentem, & patientem, cum in eodem subjecto actio, & passio dari nequeat, vel occurrere *L. si debitori C. de pact. L.*2. *ff. de stip. servor. L. Uranius ff. de fidejuss. cap. ult. de instit.* Solorzan. *tom.*1. *de jur. Indiar. lib.*2. *cap.*11. *n.*6. Larrea *allegat.* 113. *n.*4. M. Ant. Camuncula *dec.*44. *n.*22. Cyriac. *contr.*199. *n.* 1. Ant. Hering. *de fidejussor. cap.*6. *n.*75. *& cap.*7. *n.* 3. *& cap.*20. §.16. *n.*13. Melch. de Valent. *illustrium, tract.*4. *cap.*7. *ad L. Uranius* Alph. de Olea *de cessione jur. tit.*4. *quæst.* 1. *n.* 3. Unde cum Clericus se ipsum vulnerans sit agens, & patiens, non potest in hoc casu habere locum pœna d. Canoni, nec volenti injuria fieri dicitur *cap. volenti de reg. jur. in* 6. immo nec vis *L.* 3. §. *si quis volentem ff. de libero hom. exhib. L. quamvis ff. de in jus vocando*, L. 1. §. *usque adeo ff. de injur.* Respondetur enim cum Ti-
8 berio Deciano *cap.* 3. *n.* 4. *circa fin.* quod illa vox *violentas* potest accipi active, & passive juxta doctrinam Bart. *in L.*2. *n.*7. *ff. de duob. reis*, *& in L. si ita scriptum ff. de manum. testam.* licet enim respectu Clerici ut patientis non sit via, tamen respectu ejusdem uti agentis est vis quia cogitabat cum vulnere, sequitur Amescua *d. cap.*20. *n.*25. ubi pro responsione adducit *text. in cap. contingit de sent. excommun.* de cujus interpretatione late August. Barbos. *in d. cap. si quis suadente n.* 38. *&* 39. propter quæ fundamenta præd. opinionem uti communem amplectuntur Archidiacon. in d. cap. si quis *suadente & in cap. si non licet* 23. *quæst.*5. & post Bella. Joann. And. Abbat. Felin. Bald. & præposit. Turrecremata *in cap. qui partem* 55. *distinct.* Jas. *in L.*1. *n.*7. *C. de serv. fugit.* Grammat. *dec.*44. *n.*2. Franc. Marc. *dec.*879. *n.* 6. *p.*2. Menoch. *d. casu* 284. *n.* 37. Igneus, *in L.* 1. §. *sibi manus n.*5. *&* 6. *ff. ad S. C. Syllan.* Peregrin. *de jure fisci lib.*4. *tit.*4. *n.*6. Plaça *de delict. cap.* 23. *n.* 15. *vers. cæterum.* Decian. *d. cap.*3. *n.*4. Joan. Gutier. *de juram. confirmat.* 1. *p. cap.* 16. *n.*54. Amescua *d. cap.*20. *n.*24. Clar. §. *fin. q.* 77. *n.*3. August. Barbos. *in d. cap. si quis suadente n.* 37. Suarez *de censur. disp.* 5. *sect.* 1. *n.* 56. *tom.* 5. Sair. *de censur. tract.*3. *lib.*3. *cap.*26. *n.*20. Carol. de Grass. *de effectib. Cleric. effectu* 9. *n.*72. *& seqq.*

Is autem qui sibi virilia exsecuerit, vel abrumpi 9
passus sit, capitaliter punitur ex edicto D. Hadriani probat Ulpian. *in L.* 4. §. *fin. ff. ad L. Cornel. de sicar.* quamvis enim Romanorum jure contra seipsum vulnerantem pœna non fuisset statuta, tamen contra virilia abscindentes animadversum est, ne instrumenta generationis auferrent in Reipublicæ maximum detrimentum, siquidem illius interest, ut liberis hominibus repleretur *L.*1. *ff. soluto matr. L. fin. C. de bon. libertor.* L. 2. *C. de indicta viduit. toll. L. cum ratio* §. *si plures, ff. de bon. damnat. L. hoc modo* 64. *in fine ff. de condit. & damn.* qua ratione lata fuit lex Julia de maritandis viduabus à Quinto Metello censore, ut tradunt Alexander Ab Alexand. *dierum genial.*4. *cap.*8. Aul. Gelius *noctium Atticar. lib.*1. *cap.* 6. postea renovata ab Augusto *L.*1. §. *si liberta ff. unde vir & uxor.* Item lex Julia, & Papia contra cælibes, & Camillus Posthumiusque censores eos, qui ad senectutem cælibes venerant, æra pœnæ nomine in ærarium deferre jusserunt, quod mariti, & partis nomine vacui vixissent, ut tradit Valer. Maxim. *lib.*2. *cap.*4. *in principio*, ea ratione adjecta natura vobis quemadmodum nascendi, ita & gignendi legem scribit, parentesque vos alendi, nepotum nutriendorum debito alligaverunt; item igitur, & nodosam solvite stipem utilem posteritati numerosæ, refert, & sequitur Amescua *de potest. in se ipsum lib.*1. *cap.*4. *n.* 8. Amaya *lib.* 3. *observat. cap.*6. *n.*27. Et ex eadem causa prodita sunt privilegia his, qui liberos sustulissent, de quibus *in* L. 1. *ff. de vacat. mun. & in L. fin. C. de his qui n. lib.* 11. *& in L.* 1. *C. de jure liber.* & ideo eunuchismus summopere exosus fuit utpote quia per castrationem eunuchi instrumenta generationis sibi auferrent: neque ad matrimonium apti, neque ad procreationem sufficientex reputarentur, sed steriles: ut ex Claudiano, & aliis docet Amaya *d. cap.*6. *n.* 28. 29. 30. *& seq.* proindeque se ipsos castrantes, vel patientes castrari juste etiam de jure civili puniuntur *in d. L.*4. §. *fin. ff. de sicariis*, ut per Amescua *d. cap.* 21. *n.* 4.

Deinde qui se ipsum debilitavit ne mitteretur ad 10
bellum severe puniendus est, ut evenit Caio Vatieno, qui cum sinistræ manus digitos sibi abscidisset, ne bello Italico militaret, æternis vinculis cum publicatione bonorum à Senatu fuit punitus, ut quem honeste spiritum profundere in acie noluerat turpiter in catenis consumeret; ut ait Valer. Max. *lib.*6. *cap.* 3. *n.*8. quod idem sanxit Augustus ut refert Sueton. *in Augusto cap.* 24. cujus hæc sunt verba: *Equitem Romanum, quod duobus filiis adolescentibus causa detrectandi sacramenti pollices amputasset, ipsum bonaque ejus subjecit hasta, qui tamen quia imminere emptioni publicandos videbat, liberto suo addixit ut relegatum in agros, pro libero esse sineret* refert, & 11
sequitur Amescua *d. cap.*21. *n.*7. Item, qui se debilitavit ne ad triremes mitteretur, & ad remigandum inhabilis effectus fuit, arbitrarie venit puniendus, ut optimè tradit Gram. *dec.* 44. *per totam.* Decian. *in tract. crim. lib.*9. *c.*2. *n.*5. Amescua *d. cap.*21. *n.*6. 7. *&* 8. ubi de eo qui vel jam condemnatus erat, vel immi-

imminebat condemnatio ad triremes, se debilitavit
sive dolo, sive casu, & ait pœnam esse commutandam in aliam æque gravem.
12 Rursus puniuutur arbitraria pœna mendicantes
validi, qui ut majorem ingerant hominibus miserationem se ipsos, aut debilitant, aut herbis, medicaminibus vel suppositoriis faciunt tibias, ut per *gloss.*
in L. unic. C. de mendicant. valid. lib. 11. & ibi Bart.
n. 7. Aug. & Platea *in princip.* Rebuf. *n.* 4. Menoch.
de arbitr. cas. 532. n. 4. Ripa *de peste tit. de remed.*
praservat. n. 173. *& seqq.* Amescua *d. cap.* 21. n. 11.
Anton. Peres *ad libr.* 11. *Cod. titul. de mendicantibus valid.* n. 4.
13 Mendicantium autem duplex est genus, quidam
enim sunt pauperes nihil babentes, debiles debilitate, aut vitio corporis, aut senectute impediti, qui neque habere, neque victum quæsere possunt L. 49. §.
ubi autem C. de Episcop. & Cler. & in his divitum liberalitatem esse exercendam commendatur in sacra
pagina Deuteronomii *cap.* 15. ibi. *Non deerunt pauperes in terra babitationis tuæ, idcirco ego praecipio tibi, nt aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi, qui tecum versatur in terra:* & dicit Dominus per
Isaiam Prophetam *cap.* 58. *Frange esurienti panem & egenos, vagosque induc in domum tuam, eum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris,* & Dominus noster Jesus Christus *Mathæi cap.*
25. beatos appellat, & Regni sui possessores, qui
opes suas in egenos contulerint, hospitesque collegerint quod etiam hortatur Paulus *ad Romanos* 14.
& Thobias *cap.* 4. Lucæ *cap.* 4. *& cap.* 11. D. Thom.
2. 2. *q.* 42. Ludovic. Lopez *p.* 2. *instructor. cap.* 17.
Peguer. *dec.* 4. *n.* 1.
14 Alii vero sunt mendicantes validi qui omni infirmitate carentes, mendicare malunt ostiatim, quam
honesto labore paupertatem repellere & tanquam
otiosi, & errones, ut ventrem pascant & laborem
subterfugiant, debiles se simulant cum sint robusti,
& ut ægri ostiatim mendicant, contra quos Imperatores Valentinianus, & Theodosius *in d. L.* 1. *C.*
de mendicant. valid. lib. 11. pœnam irrogant ut si
servilis conditionis sint, ejus dominio mancipentur
qui eos detulerit, salva manente dominis eorum actione adversus corrumpentes eos, & inducentes ad
mendicitatem. Si verò liberi fuerint, perpetuo colonatu eorum fulciatur is qui hujusmodi lentitudinem prodierit vel probaverit, Ludovic. Peguer. *dec.*
crimen. 4. *n.* 5. Ubi de variis legibus editis contra
has Reipublicæ fæces, & inutilia pondera terræ, ut
eos vocat Jodoc. *in prax. cap.* 151. *sub n.* 9. *& seqq.*
& c. 110. *de furto n.* 55. *cum seqq.* Petr. Caball. *resol. criminal. cas.* 178. *n.* 5. *&* 6. ubi quod mendicantes validi, variis pœnis per principes sæculares subjiciuntur, & simulantes esse infirmos, fingentesque
se pallidos fucatis coloribus cum veræ non sint, tenentur pœna falsi ut dixit Anfrerius *ad Capell. Tolosan. dec.* 401. *circa fin.* Bochoff. *in suis quæstion. criminal. in ver. venenum circa med. vers. & de uxore.*
Jodoc. *d. cap.* 110. *sub* n. 56. *vers. huic exemplo ad*
fin. quod refert, & sequitur Petr. Caball. *d. cas.* 178.
15 *n.* 9. Et quidem tales mendicantes validi æquiparantur vagabundis, qui propriè dicuntur vagantes per
mundum, nec certum babentes domicilium in quo
habitent *gloss. in L. ejus qui manumisit §. celsus, verbo domicilio per illum text. ff. ad municipal.* ubi Bart.
in fin. & in L. 4. §. *Prætor ait* n. 24. *vers. ulterius dicitur ff. de damn. infect. & ibi gloss. verb habitationem*, Boss. *tit. de for. competent.* n. 70. Cæpol. *cons.*
59. Jul. Clar. §. *fin. quæst.* 39. n. 8. *vers. sed hic quæro*, Covarr. *practicar. cap.* 11. *n.* 7. Peguer. *dec.* 3.
n. 9. Cabal. *d. cas.* 178. n. 4. Farin. *p.* 1. *de inquisit. quæst.* 7. *n.* 24. *vers. sublimita tertio*, & quod isti
mendicantes vagabundis æquiparentur, tradit Ripa
in tract. de peste tit. de remed. præservat. contra pest.
n. 160. *vers. quinimo mendicantes validi*: Caball.
d. n. 4. Atque se ita eisdem pœnis puniri debent,
ac vagabundi, & sic in nostro Regno tales mendicantes tanquam vagabundi capi debent, & fustibus cædi juxta *Ordinat. lib.* 5. *tit.* 68. *in princ.* quod si supra
illicitatam mendicitatem constiterit tales mendicantes fictione apponere sibi herbas, & alia suppositoria
per quæ appareant infirmi claudi, & contracti pedibus & manibus, dicerem juxta delicti qualitatem
acrius; vel mitius esse puniendos, Caball. *d. casu* 16
178. *n.* 12. & non solum Magistratus, sed quilibet
privatus potest investigare tactu vel alio experimenti
genere, an infirmitas mendici sit vera, vel ficta *d. L.*
unic. C. de mendicant. valid. ubi Bartol. *n.* 4. *vers.*
quæro dicitur hic, & Angel. *post princ. n.* 1. *&* 2. Peguer. *d. decis.* 4. *num.* 7. Caball. *d. cas.* 178. *n.* 11.
Anton. Peres *ad tit. C. de mendicant. valid. n.* 4. *&* 5.
Quamvis autem delicta morte extinguantur regu 17
lariter, ut ostendimus *tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 20. *n.* 41. etiamsi post accusationem, & litem contestatam mors contingat ante sententiam, ut optime prosequantur relati *d. n.* 41. quibus addo Farinac. *in praxi quæst.* 10.
à n. 36. Sebast. Medices *in tract. mors omnia solvit*
2. *p. n.* 86. Amescua *in d. tract. de potest. in se ipsum*
cap. 23. n. 33. tamen si quis conscientia sceleris per- 18
petrati deprehensus in crimine, vel de eo accusatus,
aut inquisitus mortem sibi conscivit privatur bonis,
quæ fisco applicantur L. 3. *in princip. & §.* 1. *vers.*
ergo aut postulati ff. de bon. eor. qui mort. sibi consciv.
L. 1. *&* 2. *C. eod.* L. *in fraudem.* §. *ejus bona o* 2. *ff.*
de jur. fisci, L. 2. *C. ubi causæ fiscal.* *L. parricidii*
ff. ad L. pomp. de parricid. L. 24. *tit.* 1. *p.* 7. *Ordinat. d. lib.* 2. *tit.* 26. §. 32. & scribunt Decius *cons.*
438. *sub num.* 1. Clar. §. *fin. quæst.* 68. *n.* 37. *vers.*
se ipsum occidere volens circa mea. Amescua *d. cap.*
23. *n.* 26. Petr. Caball. *resolut. crim. casu* 127. *n.* 1.
Anton. Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 3. n. 13. Peregr. 19
de jure fisci lib. 4. *tit.* 4. *n.* 1. Ea declaratione quod
præd. pœna tunc locum sibi facit, si delictum, pro
quo se occidit erat tale, propter quod bona ipsius
essent confiscanda, si de eo convictus, aut confessus fuisset, ut expresse deciditur *in d. L.* 3. §. 1.
vers. ut autem, & §. idem rescripsit vers. ergo ita demum, *Ordin. tit.* 26. §. 32. quod ultra relatos tradunt omnes *in L.* 2. *C. qui testam. facere poss.* & Menoch. *d. arbitr. cas.* 284. *n.* 14. *vers. primus est*, *n.*
20. *vers. hinc sumitur* Decian. *d. lib.* 9. *cap.* 3. *n.* 6.
& 7. *vers. secunda sit conclusio, & vers. sed dubitari*
potest, *& cap.* 4. *in principio num.* 1. Peregrin. *d. tit.*
4. *n.* 3. & plures alii, cum quibus Caball. *d. cas.*
127. *num.* 2. Amescua *d. cap.* 23. *n.* 26. *vers. declaratur.* Plaça *de delict. cap.* 23. *n.* 10. Proindeque si
crimen propter quod quis se occidit non erat confiscatione dignum cessat publicationis pœna ut omnes fatentur.
Sed an requiratur simul quod crimen sit capitale, 20
& inferat confiscationem dubium est, namque Gregor. Lopez *in d.* L. 24. *tit.* 1. *p.* 7. *gloss.* 3. *per text. ibi:*
tradit duo requiri, ut confiscentur bona occidentis
se ipsum metu pœnæ quod scilicet crimen sit capitale, & quod ex eo bona amittantur, sequitur Plaça
d. cap. 23. n. 11. & facit *text. in d. L.* 3. §. *Papinianus*,
& in §. idem rescripsit. Verum contrarium est dicendum, immo quod sufficit delictum tale, ex quo sequeretur confiscatio, licet non esset capitale, plura
enim sunt delicta ingerentia privationem bonorum,
quamvis pro eis pœna capitis non sit imposita, ut
ostensum est supra *cap.* 22. *n.* 23. *&* 25. & probatur
hæc vera opinio ex *text. in d. §. Papinianus* ibi: *Si ejus criminis reus fuit, ut si damnaretur, morte, vel deportatione afficiendus esset*, & melius *in d. §.*
idem rescripsit ibi: *Ergo ita demum dicendum est bona*

ejus, qui manut sibi intulit, fisco vindicari, si eo crimine innexus fuerit, ut si convincatur, bonis careret; ex quibus verbis clarè elicitur tantum requiri, quod crimen esset confiscatione dignum, & ita probare videtur *Ordinat. d. tit.* 26. §. 32. in verbis ibi: *E se algum fosse preso, ou accusado por tal crime que se provado fosse, & por elle condemnado, perderia para nos seus beẽs, & elle se matasse com medo da pena que poderia aver, &c.* quæ simpliciter, & generaliter loquitur nulla pœna mortis facta mentione, & ita etiam stante dispositione *L.24. tit.1. p.7.* tenet Amescua *d. cap.23. n.27. vers. nihilominus credo.*

21 Ratio supra positæ conclusionis ea est, quia is qui se occidit conscientia criminis, & metu pœnæ, videtur illud fateri & iden locus est pœnæ quæ pro dicto crimine à lege imposita est & per consequens publicationi bonorum, quæ pro delicto erat imposita, ita probat *text.in d.*L.3.§.1. *ff. de bon.eor.qui ante sent. mort.sibi conscivet.* in verbis ibi: *Sed conscientia metum in reo, veluti confesso teneri placuit, & in §. sic autem* ibi: *Quasi de se sentent. tulisset.* ita Bart. *in d.* L.1.§.*de illo in princip.* Com. *cons.*195. *sub n.*11. *ad fin. vers. & si esset accusatus*, & post Bald. Salicet Roman. Castr. & Alex. & alios decian. *d. lib.6. cap.* 3. *n.* 6. *vers. secunda sit conclusio & n.* 8. *vers. succedit autem*, Covarr. *lib.* 2. *var. cap.*1. *ante fin. sub n.* 11. *vers. legibus sane Romanorum*, Petr. Caball. *d. casu* 137. *n.*3. Roland. *cons.*20. *n.*11. *lib.* 3. Igneus *in* L. 1. *si sibi manus n.*113. *ff. ad Syllan.* Peregrin. *d. lib.* 4. *tit.* 4. *n.* 8. ubi tenet quod se ipsum interficiens condemnatur in amissione bonorum ex priori crimine, non ex eo, quod seipsum occidit *d.* L.3. §. *Papinianus ff. de bonis eor. qui ante sentent.* Decian. *d. cap.*3. *n.*6. & 15. & *cap.*4. *n.*3. Amescua. *d.cap.*23. *n.* 28. & 29. Caball. *d. casu* 137. *n.*6. & 24. quod extenditur, sive prius delictum esset probatum, sive non probatum, quia si erat probatum, sufficit illa probatio de per se ad bonorum publicationem absque aliqua consideratione quod delinquens se ipsum occiderit; si vero non erat probatum, adhuc locus est confiscationi, quæ propter illud delictum imponitur, quia fiscus habet suam intentionem fundatam ex eo quod delinquens metu pœnæ se occidit, & pro con-
22 fesso habetur, Did. Cantera *de homicidio sub n.* 54. *vers. primo casu, & vers. tertio casu*, Caball. *d. cas.*137. *n.*6. Peregr. *d. tit.*4. *n.*2. Quoniam illa fictio legis, per quam occidens se ipsum metu pœnæ habetur pro confesso & condemnato, pro veritate habenda est, ex Surd. *cons.*349. *n.*45. & *cons.*488. *n.*16. Giurb. *ad consuetud. Messan. c.*1. *gl.*4. *n.*94. ubi plures laudat, & sic idem operari debet illa ficta confessio in casu ficto, quod veritas in casu vero *L.1. C. de rei uxor. act.* L. *his verbis ff. de adopt.* Mantica *d. conject. ult. voluntat. l.* 12. *tit.* 18. *n.* 29. Giurb. *proxime n.* 95. Andr. Gail. *observ.*127. *n.*6. *l.*2. Scaccia *de judic. lib.*1. *cap.* 97. *n.*126. *vers. tantum operatur.* D. Christoph. Cresp. de Valdaura *observ.* 77. *n.* 8.

23 Hæc tamen intelligenda sunt quando deprehensus, vel accusatus de crimine se ipsum occidit, quia tunc metu pœnæ se occidisse præsumitur, & conscientia sceleris *d. L.* 3. *in principio, & §.*1. *ff. de bon. eor. qui ante sent.* Peregrin. *d. tit.*4. *n.*2. *vers. secus vero*, Decian. *d. lib.*9. *cap.*3. *n.*6. & 12. Cantera *tit. de homicidio n.*54. *vers. tertio casu.* Caball. *d. cas.*137. *n.*4. Amescua *d. cap.*23. *n.*46. Si enim neque deprehensus in crimine, neque accusatus se ipsum occidit, non præsumitur conscientia sceleris, & metu pœnæ se occidisse, cum ex variis caussis, veluti tædio vitæ, impatientia doloris, pudore æris alieni, & similibus, id contingere possit, & sic fiscus probare tenetur conscientia criminis se ipsum delinquentem interfecisse, secundum Bart. *in d.* L.3. §. *de illo ff. de bon. eor. qui ante sent. mort. sibi consciv. sub n.*1. Doctor. L. 2. *C. qui testam. facere poss.* ubi Bald. & Salicet. *n.*3. Castr. *n.*1. 4. & 7. Alex. *n.* 4. & 6. Jas. *n.*5. & cum Decio, Corneo, Socin. Jun. & Hieron. de Laurentiis, & aliis Petr. Caball. *de cas.* 137. *n.*25. & 26. Plaça *de delict. cap.* 23. *n.* 9. Mantica *de conject. ult. volunt. lib.*12. *tit.*17. *n.*21. Peregrin. *d. tit.*4. *num.* 2. & *fin.* Amescua *d. cap.* 23. *n.* 45. Tiber. Decian. *d. lib.* 9. *c.* 3. *n.* 11.

Deprehensus autem in flagranti dicitur, qui reper- 24
tus est in actu delinquendi, ut probat *text. in L. raptoret, C. de Episcop. & Cleric.* in verbis ibi: *Ubi inventi fuerint in ipsa rapina, & adhuc flagrante crimine comprehensi, quia tunc negare non potest delictum*, ubi dicit ibi glossa *verbo convicti* quam ibi sequitur Bald. quod etiam probatur *in L. quod ait lex ff. ad* L. *Jul. de adulter. & argum. texti in* L. *palam* §. *qui adulterio. ff. de ritu nupt. cap.*3. *de sent. excommunicat.* ibi: *Nec ille cum uxore, matre, sorore, vel filia turpitur inventum gloss. verb. deprehendi in* L. 3. §. *Papinianus de bonis eor. qui ante sent. mort. sibi conscivet.* Gabr. Pereir. *de manu Regia* 2. *p. cap.*43. *n.*7. Amescua *d. cap.*23. *n.*49. Oliva *de foro Ecclesiæ* 2. *p. quæst.*22. *n.*22. Dicitur etiam in flagranti comprehensus, qui post consummatum delictum, cum esset in fugs se ipsum occidit dum à familia insequeretur, igneus *in* L. 2. §. *si sibi manus n.*38. *ff. ad Syllanian.* Decian. *d. lib.* 9. *cap.* 2. *n.* 8. Amescua *d. cap.* 23. *n.* 50. Nam is etiam dicitur deprehensus in flagranti quem statim post delictum Judex, vel officialis in loco rixæ, vel homicidii, informatus insequitur, nullo extraneo actu interveniente in assecutione licet extra locum delicti comprehendatur. Pereir. de Castro *d. cap.*43. *n.* 7. & ita declarata fuit dispositio *Ordinat. lib.* 1. *tit.*65. §.37. *per L. extravagantem*, quam transcripsit Phæb. 2. *p. aresto fin.* cum enim Ord. disponerat Judicem, qui accessit ad locum delicti, teneri comprehendere delinquentes ibi demonstratos, vel eos qui ei culpabiles visi sunt, addidit lex extravagans casum ubi Judex, vel officialis intra modicum spatium accedens ad locum, jam non invenit delinquentem, sed informatus de loco per quem aufugerat, illum fuit insecutus, & actu extraneo non interveniente illum non comprehendit extra locum delicti. Porro delinquens inventus in loco delicti colligendo arma, vel mittendo gladium in vaginam, si assistentes illum demonstrant, vel eum tenent, & adhuc vulneratus vel occisus ibi est, vere dicitur in flagranti deprehensus, ut bene tradit Oliva *d. quæst.* 22. *n.* 23. & probat *Ord. d. tit.* 65. §. 37. quod si delinquens in prædictis casibus videns non posse manus familiæ evitare se occidat, vel postquam fuit comprehensus, conscientia criminis; & metu pœnæ se interfecisse dicendus est, & habebit locum prædicta pœna.

Item quod dicitur (accusatus) intellige, ut idem 25
sit si fuerit inquisitus, val delatus, & se occiderit, quia præsumitur metu pœnæ *L. parricidii ibi postulatus ff. ad L. Pomp. de parricid.* L. 1. *C. de bon. eor. qui aute sent.* ibi: *Delati*, Paris. *cons.* 155. *n.* 1. *lib.* 4. Amescua *supra num.* 51. Caball. *de casu* 136. *num.* 4.

Præsumptio autem resultans ex deprehensione, 26
vel accusatione, locum non habebit si alia conjectura qua conscientiæ criminis, vel metus pœnæ sumi potest, ut si de crimine accusatus, vel in eo deprehensus præmeretur aliquo gravi dolore, ut probat *text. in L.* 3. §. *si quis autem tadio ff. de bon. eor. qui ante sent. sibi mort. conscivet.* in verbis ibi: *si quis autem tædio vita, vel impatientia doloris alicujus, vel alio modo finierit vitam, successorem habere Divus Antoninus rescripsit; videri autem, & patrem, qui sibi manus intulisset, quod diceretur filium suum occidisse, magis dolore filii amissi sibi mortem ierogasse, & ideo bona ejus non esse publicanda, Divus Adrianus rescripsit;*

rescripsit : ex quo probatur conjecturam doloris patris accusati de nece filii se ipsum occidentis excludere præsumptionem quod se occideret conscientia criminis, & metu pœnæ, ita Gotofred. in L. si quis filio §. ejus qui deportatur ff. de injusto rupto cum. 35. Alberic. in L. 2. n. 2. C. qui testam. facere poss. ubi Fulgos. & Paul. de Castr. n. 7. Alex. n. 6. & Com. n. 8. Franc. Marcus decis. 671. n. 9. p. 2. Plaça de delict. cap. 25. n. 10. Decian. d. lib. 9. cap. 3. n. 13. Igneus in d. §. si sibi manus n. 29. & 30. Gregor. Lopez in L. 24. tit. 1. p. 7. gloss. 2. Amescua d. cap. 23. n. 54. Petr. Caball. d. cas. 137. n. 26.

27 Poterit insuper contra dictam præsumptionem hæres admitti volens probare innocentiam defuncti, vel quod se ipsum non occidit conscientia criminis, de quo fuerat inculpatus, sed ob aliam causam vehementissimi doloris animi, vel corporis, probat text. in L. 2. C. qui testam. facere poss. ibi : Ejusque innocentia liquidis probationibus commendari potest, à te, L. fin. §. fin. ff. de bonis eor. qui ante sent. ibi : De illo videamus si quis conscita sibi morte, nulla justa causa præcedente in reatu decesserit, an si parati sint hæredes causam suscipere, & innocentiam defuncti ostendere, audiendi sint, nec prius bona in fiscum cogenda sint, quam si de crimine fuerit probatum an vero omnimodo publicanda sint. Sed Divus Pius Modesto Taurino rescripsit, si parati sint hæredes defensionem suscipere, non esse bona publicanda, nisi de crimine fuerit probatum. & ita tenent Bart. in d. §. fin. & scribentes in d. L. 2. Cod. qui testam. fac. poss. ubi Bald. n. 1. Salicet n. 3. Decius d. 16. & seqq. Castr. n. 4. & 7. Cantera de homicidio sub n. 53. post med. & sub n. 54. vers. tertio casu. Decian. d. cap. 3. n. 8. vers. succedit autem, Peregrin. de jure lib. 4. tit. 4. n. 2. vers. tu vero adde ad fin. & sub n. 12. post vers. superest. in vers. nisi tamen plures citat Caball. d. cas. 137. n. 9. Amescua d. cap. 23. n. 55.

Hæc antem innocentia interficientis se ipsum pro-
28 banda est concludenter, & liquidissimis probationibus ad excludendum fiscum quando interficiens se ipsum deprehensus, vel accusatus fuit, ut voluit Salicet. in d. L. 2. in princip. n. 2. Castrens. sub num. 1. in fine, & sentit, ibi glossa per illum text. Caball. supra num. 12. cum enim fiscus præsumptionem pro se probatio debet esse fortior, & clarior in contrarium ; notatur in cap. quia vero simile de præsumpt. L. fin. in principio ff. quod metus causa. cap. super hoc de renunt. Alex. cons. 99. in fine sub num. 13. lib. 3. Hypolit. de Marsill. singul. 451. incipit. decrevi post princip. Caball. d. num. 12. Mascard. de probat. conclus. 1023. n. 12. Et potest innocentia probari directè probando, quod defunctus non commisit illud delictum, de quo fuerat inculpatus, Bart. in d. L. fin. §. de illo ff. de bon. eor. qui ante sent. & Bald. Aug. Alber. Paul. de Castr. & Corn. in d. L. 2. C. qui testam. facere poss. Caball. d. cas. 137. n. 11. Amescua d. cap. 23. n. 57. Peregrin. d. tit. 4. n. 3. Vel indirectè ostendendo defunctum habuisse aliam causam vehementissimam doloris, ob quam se occidit, ut in individuo tenet Bart. in d. §. de illo n. 2. Bald. in L. fin. n. fin. Cod. de jure fisci lib. 10. & in d. L. 3. n. 1. & ib. Salicet n. 4. v. adverte, & Corn. n. 7. C. qui testam. facere poss. Gregor. Lopez in L. 23. tit. 1. p. 7. gloss. 2. Caball. d. n. 11. Amescua d. cap. 23. n. 56. Decian. d. lib. 9. capit. 3. n. 13.

29 Item innocentia defuncti dicetur probata, si hæres ostenderit quod licet defunctus commiserit delictum illud, tamen fecit ad sui defensionem, vel quod offensus erat bannitus, aut crimen erat præscriptum, & sic non poterat condemnari, tunc enim ex alia causa quam metu pænæ se occidisse dicendum est, ut tenent post relatos proxime Caball. d. n. 11. in fin. Amescua nu. 58. ubi reprobat Fulgos. contrarium dicentem, namque à pari procedunt quod quis sit innocens & quod etiam nocens ex aliqua causa puniendus non sit, ut tradunt Bald. in d. L. 2. n. 1. Paul. de Castr. n. 1. & 4. Salicet. n. 4. & Corn. n. 7. C. qui testam. facere poss. cum quibus Amescua d. n. 58. Didac. Peres in L. 19. tit. fin. lib. 8. Ordin.

An vero fiscus teneatur probare se occidentem 30
delictum commisisse, ut pœnia sit locus; Distingue, aut enim se ipsum perimens fuit in crimine deprehensus, vel accusatus, & tunc sufficit delictum esse probatum in genere scilicet hominem fuisse occisum, licet in specie non sit probatum homicidium à se perimente fuisse commissum, semper enim requiritur, quod constet de corpore delicti, ut quis puniri valeat L. 1. §. item illud ff. ad Syllanian. ibi N. si constet aliquem fuisse occisum, non haberi de familia quæstionem. Marsill. cons. 8. n. 1. & cons. 12. n. 34. & 35 & cons. 14. num. 13. Clar. in §. fin. quæst. 4. n. 1. Maranta de ordine judic. 6. p. tit. ne inquisitione nu. 17. Farinac. in praxi quæst. 1. n. 6. & quæst. 2. n. 1. Amescua d. cap. 23. n. 61. vers. sed intelligendum, Horat. Persio cons. 25. à n. 1. & cons. 33. n. 1. Joann. de Ailon. ad Anton. Gomez lib. 3. variar. cap. 1. num. 49. & sic ita ut confitens occidisse hominem condemnari nequit per suam confessionem si non constat de corpore mortuo per text. in L. inde Neratius §. fin. cum L. seqq. ad L. Aquil. L. Divus Traianus ff. de milit. testament. Bart. & alii cum quibus Farinac. d. quæst. 2. n. 7. Anton. Gomez libro 3. variar. cap. 9. n. 1. Sarmiento lib. 3. selectar. cap. 13. num. 10. vers. neque major. Guazin. de defens. reor. defensione 32. cap. 2. Ita facta confessio resultans ex morte sibi conscita, non nocet, nisi constet de corpore delicti, ne plus tribuatur fictæ, quam veræ confessioni, cum veritas prævaleat fictioni L. filio, quem pater ff. de lib. & posth. Valasc. consult. 106. num. 14. & fictio in casu ficto non operetur plus quam veritas in casu vero L. 1. C. de rei uxor. actione. L. his verbis ff. de adopt. Mantica de conjectur. ultim. lib. 11. titul. 18. n. 39. Giurb. ad consuet. Messan. cap. 1. gloss. 4. n. 95. Andr. Gail. lib. 2. observat. 127. n. 6. Scaccia de judic. lib. 1. cap. 97. n. 126. vers. tantum operatur. Cresp. de Valdaura observat. 77. n. 8. Proindeque fiscum teneri probare delictum in genere, ut confiscatio procedat contra non deprehensum, sed accusatum, qui se ipsum interemit, docent Decian. d. lib. 9. capit. 3. n. 8. vers. aut non fuit deprehensus in crimine, sed tantum accusatus, Igneus in L. 1. §. si sibi manus n. 72. ff. ad Syllan. Guillielm. Bened. in cap. Raynutius verbo mortuo itaque testatore nu. 162. & seqq. de testament. Farinac. d. quæst. 2. num. 7. vers. amplia hanc quintam Berrazol. cons. 380. num. 2. lib. 2. Bursat. cons. 225. n. 154. lib. 3. Amescua d. cap. 23. num. 13.

Aut vero fiscus prætendit confiscationem bonorum 31
ejus, qui seipsum occidit, & neq; fuit deprehensus neq; accusatus, aut inquisitus, & hoc casu fiscus probare debet talem commisisse delictum ex quo publicationis pœna erat imponenda, & metu pœnæ se occidisse, ut tradit Bart. in d. L. ult. §. de illo per text. ibi sub n. 1. & sequuntur omnes in d. L. C. qui testament. facere poss. & ibi Baldus num. 1. Salicet. num. 3. Castr. num. 4. & 7. Alex. num. 4. & 6. Cantera titul. de homicidio nu. 54. in princip. vers. sed dubium est, & in fin. vers. aut se occidit antequam caperetur, & post alios Caball. d. cas. 137. num. 25. ubi & nu. 26. dicit quod requiritur plena probatio, Platea in L. fin. C. de jure fisci libro 10. Igneus in d. §. si sibi manus num. 25. & 38. Plaça in epitome delict. cap. 23. num. 9. Amescua d. capit. 23. numer. 67. Peregrin. d. libr. 4. titul. 4. numer. fin. Gregor. Lopez in L. 24. titul. 1. pag. 7. gloss. 2. Quod præmaxime procedit si agatur de crimine,

de

de quo post mortem posset cognosci, ut est crimen læsæ Majestatis divinæ, vel humanæ, cum in hoc casu contra mortuum ad bonorum publicationem possit deveniri, sine eo quod necessarium sit, quod delinquens se ipsum occidat, ut bene ex igneo advertit Amescua *proxime n.* 66.

32 Et quid dicendum de eo qui conscientia sceleris se ipsum occidere tentavit, & percussit, non vero perfecit; Dico quod si crimen, in quo fuit deprehensus, vel erat accusatus, tale erat, ex quo publicatio bonorum sequi poterat, habebitur pro confesso, & puniri debet ordinaria pœna delicti *L.* 3. §. *sic autem ff. de bon. cor. qui ante sent.* Guillelm. *in d. cap. Raınutius verbo morıno itaque testatore* 1. *n.*45. & 76. Bald. Alber. Cin. & Jas. *in d. L.*2. *C. qui testam. facere poss.* Anton. Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 3. *n.* 14. Decian. *d. cap.*3. *n.* 4. & Amescua *de potestate in se ipsum cap.* 21. *n.*18.

33 An autem necessaria sit sententia per quam declaretur se ipsum occidentem metu pœnæ incurrisse in pœnam publicationis bonorum, & aliàs disputat Amescua *d. cap.*23. *à n.*64. & concludit non esse necessariam sententiam, quia iste à lege habetur pro confesso, & condemnato ut *d. n.*64. *vers. contrarium* sed verius est requiri sententiam facti declaratoriam, ut in specie tradit Decian. *d. lib.*9. *cap.*4. *n.*1. Bald. *in d. L.*2. *n.*5. *ad fin.* Igneus *in d.* §. *si sibi manus n.* 77. & Nos cum pluribus resolvimus *tom.*1. *p.* 2. *cap.* 29. *n.*49. & 50. ad quam sententiam citandi sunt hæredes, & propinqui defuncti pro illius, & bonorum defensione, ut voluit Bald. *cons.* 63. *si quis commisit lib.*4. quem sequitur Aretin. *in tract. malefic. in verb. & hai tradito la sua patria n.*17. *vers. & bene advertas:* Foller *in pract. crim.* 6. *princip.* in forma capitulorum quando damnat, memoria ob crim. læsæ Majest. *n.* 11. Alber de Rosate *quæst.* 20. *in fin.* cum quibus Petr. Caball. *d. cas.*137. *n.*9. *in fin. &* 10.

34 Item occidens se ipsum conscientia criminis fit intestabilis, & testamentum antea factum irritum fit, ut probat *text. in d. L.*2. *C. qui testam. facere poss.* ubi omnes L. *si quis non filio* 6. §. *ejus qui deportatur ff. de injusto rupto L.* 1. §. *si quis non metu ff. ad Syllan. L. parricidii ff. ad L. Pomp. de parricid.* Decian. *d. cap.*4. *n.*2. Amescua *d. cap.*23. *n.*17. & eodem modo irritatur donatio facta uxori ab eo qui se ipsum occidit conscientia sceleris *L. cum hic status* 33. §. *si maritus uxori ff. de donat. inter*, quod speciale esse propter immunitatem criminis dixit Bart. ibi *n.* 10. Paul. de Montepico *n.* 64. Alciat. *lib.*6. *parerg. cap.* 27. Palacius Rub. *in rub. de donat. inter* §. 70. *n.*2. Farinac. *quæst.* 25. *n.* 135. Decian. *d. cap.* 4. *n.* 21. Amescua *d. cap.* 23. *n.* 18. 19. & 20. & in hunc modum limitanda est resolutio, de qua *tom.*1. *p.*1. §. 4. *n.*15. quatenus ibi probavimus donationem factam uxori à viro, confirmari sequuta condemnatione capitali mariti, qui servus pœnæ effectus est, & intestabilis.

35 Is autem, qui mortem sibi conscivit non dicitur committere crimen hæresis, propter quod confiscationi locus detur, nam quamvis nefaria cogitatio ex desperatione procedat, & desperatio impietatis, & incredulitatis speciem referat, nec est quod magis Deum offendat, non tamen quis irreligiosus est, quia mortem sibi conscivit, neque hæreticus censetur, sed is, qui pertinaciter dogma falsum asserit, & Ecclesiam conturbat at se ipsum interimens soli sibi est infestus, & inimicus; non tamen turbat Ecclesiam. Annæus Robert. *l.* 1. *rer. indicat.* Anton. Perez *ad l.* 9. *Codicis tit. de bonis eor. qui mort. sibi consciver. n.* 4.

36 Cum vero qui se ipsum occidit voluntariè in gravissimo decedat peccato mortali absque aliquo pœnitentiæ signo salutari, in infernum abeat *cap. si non licet* 23. *quæst.* 5. Simanc. *de Catholic. instit. titul.* 18. *n.*22. Menoch. *d. casu* 284. *n.*38. Amescua *in d. tract. cap.*22. *n.*1. privatur Ecclesiastica sepultura *cap. ex parte* 0 2. *de sepult.* ibi: *Quo circa mandamus quatenus cum ille non sponte præcipitaverit se de ponte sed (sicut superius est expressum) casu ceciderit, corpus ejus tradi facias Ecclesiasticæ sepulturæ.* Ex quo textu probatur per argumentum à contrario, quod si sponte se præcipitasset non traderetur Ecclesiasticæ sepulturæ, & ita notant ibi omnes & *in cap. placuit* 23. *quæst.* 5. ubi gloss. & Roman. *singulari* 268. Igneus *in d. L.* 1. §. *si sibi manus n. fin. ff. ad Syllan.* Carrer. *in pract. tit. de homicidio quæst.*8. *n.*5. Socin. Junior. *cons.*51. *n.*2. *lib.*1. Roland. *cons.*20. *n.*26. *lib.* 3. Covarr. *lib.*2. *variar. cap.*1. *n.*11. *vers. illud* Plaça *de delict. cap.*23. *n.* 14. Menoch. *d. cas.*284. *n.* 36. Palacius Rub. *in rub. de donat. inter* §. 70. *n.*7. Gregor. Lopez *in L.* 2. *tit.* 27. *p.* 7. *gloss.*2. Lara *de anniversar. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 28. *& per totum.* Franch. 37 Marc. *dec.* 671. *n.* 1. *p.* 2. Amescua *d. cap.*22. *n.*2. & 3. Farinac. *in praxi quæst.* 20. *n.* 133. Laver. *var. lucubrat. tom.*1. *tit.*2. *cap.* 12. *n.* 38. Aug. Barb. *in collect. ad text. in d. c. ex parte n.* 4. Decian. *d. l.* 9. *c.* 4. *n.*8. ubi quod pro occidente se ipsum non fit in Ecclesia commemoratio, neque cadaver cum psalmis ad sepulturam deducitur, Amescua *d. cap.*22. *n.* 9. & 25. Menoch. *d. casu* 284. *n.* 36. Cover. *lib.* 2. *var. cap.*1. *n.*11. Et hæc juris Canonici pœna procedit sine distinctione an quis se occiderit conscientia criminis, vel tædio vitæ, aut ex similibus causis, ut notat Jas. *in L.*2. *Cod. qui testam. facere poss. n.*4. *ad fin.* Amescua *d. cap.*22. *n.*4. dummodo Ecclesiæ clare constet de morte voluntariè sibi conscita, alias non, ut habetur *in cap. à nobis de sent. excomm. cap. ult. de sepultur.* Decian. *d. n.*8 *in fine*, Socin. Junior. *d. cons.* 51. *n.*1. *lib.*1. Plaça *d. cap.* 23. *n.*15. Amescua *d. cap.*22. *n.*12. Palacius Rub. *d.* §. 70. *n.*7. Clar. *in* §. *fin. q.* 68. *n.* 38.

Quando enim quis reperitur mortuus, & nescitur 38 an voluntarie facto suo, quia scilicet mortem sibi consciverit, vel violenter ex facto alterius, vel casu, aut ex aliquo morbo superveniente, ut puta si reperiatur in terra præcipitatus ab alto, vel in flumine submersus, creditur potius aliorum facto, vel casu, aut ex superveniente aliquo morbo eum fecisse mortuum, quam voluntarie sibi mortem intulisse, cum nemo præsumatur odio habere carnem suam, immò potius vehementer amare, & quoquo modo sanguinem suum redimere; unde tali non est deneganda Ecclesiastica sepultura, ut probat cum aliis Amescua *d. cap.* 22. *n.*12. & tradunt proxime relati & in hoc si fiscus confiscationem prætendit dicens ita inventum sibi mortem intulisse, probare tenetur ut in terminis de eo, qui repertus est præcipitatus in puteum dixerunt Deci. Curt. Junior, & Socin. Junior, cum quibus Decian. *d. lib.*9. *cap.*3. *n.*10. *vers. primus est*, idem Dec. *in L.* 2. *n.* 13. & *seqq. vers. ex supra dictis C. qui testam. facere poss.* & post alios Petr. Caball. *d. casu* 137. *n.* 28.

Similiter si constaret saltem indiciis quem furore 39 percitum se occidisse, in Ecclesia sepeliri debet, quia furiosi nulla est voluntas, *L. furiosi ff. de reg. jur.* neque intelligit quod agit §. *furiosus instit. de inutilibus stipul.* & quod ab eo fit, perinde habetur ac si casu fortuito evenisset *L. fin. in fine ff. de administr. tutor. L. sed & si quemcumque* §. 1. *ff. ad L. Aquil.* Caball. *casu* 297. *n.* 24. Qua ratione furiosum delinquentem non peccare constanter tuentur Theologi 40 *in* 2. *sent. distinct.* 22. Tiraq. *de pæn. tempor. causa* 2. *n.* 3. Menoch. *de arbitr. cas.* 325. *num.* 5. etiamsi culpa sua incidat in furorem *glossa in capit. si quis insaniens* §. *sed hoc forte* 5. *quæst.* 5. quam sequuntur laudati à Tiraq. *d. caus.* 1. *num.* 5. *vers.*

verſ. & hoc certe procedit, Caball. *proximè num.* 26. & 27. Anton. Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *nu.* 70. & 71. Covar. in *Clement. ſi furioſus* 1. *p.* Guttier. *lib.* 2. *Canonic. cap.* 4. *nu.* 93. Decian. *lib.* 9. *cap.* 15. Parlador. *differ.* 86. Molin. *de juſt. tom.* 4. *diſput.* 38. *à nu.* 2. & ita præd. ſententiam tenent. Benedict. *in cap. Rainutius verbo mortuo itaque teſtatore* 1. *n.* 72. Covar. *lib.* 2. *variar. cap.* 1. *n.* 11. Plaça *d. cap.* 23. *n.* 14. Ameſcua *d. cap.* 22. *n.* 13. Franch. Marc. *dec.* 671. *n.* 9. qui allegat gloſſam. *in cap. placuit.* 23. *q.* 5.

41 Et idem dicendum eſt de eo, qui dormiens ſe ipſum occidit, quia non peccat *cap. teſtamentum* 6. *diſtinct.* D. Thomas 2.2. *quaſt.* 154. *art.* 5. & æquiparator furioſo *Clem. ſi furioſus de homicid. cap. majores* §. *ſed adhuc*, & §. *item quæritur de baptiſmo*, unde talem in Eccleſia eſſe ſepeliendum tenet Benedict. *d. n.* 72. Plaça *de delict. c.* 31. *n.* 31. Ameſcua *d. cap.* 22. *n.* 15. & 16.

42 Quid autem de ebrio, qui dum ebrius erat ſe ipſum occidit? Dic quod in illa quæſtione an ebrius committens homicidium puniri debeat pœna ordinaria delicti; aut alia mitiori, variæ ſint DD. opiniones, prima tenet ebrium non eſſe puniendum ordinaria pœna, ſed mitiori, quia ebrietas licet dolum in delictis excludat, non tameo culpam, & ſic minuit pœnam *L. reſpiciendum* §. *delinquunt*, *verſ. impetu ff. de pœnis* ibi: *Impetu autem cum per ebrietatem ad manus, vel ad ferrum venitur* & ibi notat Bart. *num.* 3. *col.* 2. quam text. in ſingularem dicit Bald. *in cap. crapula de vita*, & *honeſt. Cleric.* melior text. *in L. omne delictum* § *per vinum ff. de re milit.* ibi *Per vinum, aut laſciviam lapſus capitalis remittenda eſt, militia mutatio irroganda eſt*, & ita hanc ſententiam probarunt per jura prædicta, Bald. *in* L. 1. *C. ad L. Corn. de ſicar.* Hyppolit. de Marſill. *in L.* 1. *ff. de de eod. col.* 7. *n.* 63. & alii relati ab Ant. Gom. *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *n.* 73. Covarr. *in Clem. ſi furioſus* 3. *p. in initio poſt n.* 3. Clar. §. *fin. q.* 60. *n.* 12. Plaça *de delict. cap.* 30. *n.* 1. Menoch. *de arbitr. caſu* 326. *n.* 1. Gutierr. *Canonic. lib.* 2. *quaſt.* 4. *n.* 91. Tiraq. *de pœn. temp. cauſa* 6. *num.* 1. & *ſeqq.* poſt alios Caball. *caſu* 297. *num.* 7. Maſcard. *de probat. concluſ.* 580. Farinac. *quaſt.* 20. *à nu.* 4. 7. & *q.* 93. *à num.* 1.

43 Alia fuit ſententia eorum, qui teoent ebrietatem non excuſare à pœna ordinaria delicti immo ebrium majorem punitionem ſubire debere quam ſi ſobrius deliquiſſet, cum in ejus poteſtate ſoerit ebrium non eſſe, & in duplici culpa reperiatur, & hanc opinionem toeotur Bart. ſibi contrarius *in L.* 1. *reſpiciendum* §. *delinquent. n.* 3. *ff. de pœn.* Bald. *in L.* 1. *n.* 45. *Cod. unde vi* Salicet. *in L. frater ad fin. n.* 7. *C. ad L. Corn. de ſicar.* Tiraq. *d. cauſa* 6. *n.* 9. & 10. Menchac. *illuſtrium lib.* 1. *cap.* 96. *n.* 31. *circa fin. verſ. contrarium tamen*, & alii relati à Caball. *d. caſ.* 297. *n.* 8.

44 Alii autem diſtingunt inter caſum, quo quis data opera inebriatus fuit, & ſciebat ſe ſolitum ad arma manus imponere, & homines percutere cum inebriaretur, & tunc aiunt ebrium pœna ordinaria eſſe plectendum ac ſi ſobrius deliquiſſet, & procedit ſecunda opinio, ſi vero neque data opera quis ebrius fiat, nec ſit ſolitus poſt ebrietatem delicta committere, locus ſit pœnæ extraordinariæ, & mioori juxta primam opinionem; immo tradit Molina *de juſtit. & jure tom.* 4. *diſp.* 38. *à num.* 5. Qood ſi quis ſine culpa ſe inebriavit, vel com illa, non tamen expertus ſe ſolere in ebrietate aliquod delictum, & damnum facere vel homicidium; tunc ſi aliquem occiderit, nulla pœna puoiendus eſt, & ait Farin. *quæſt.* 95. *n.* 9. ebrium occidentem aliquem, non incorrere in irregularitatem, dummodo non ſe inebriaverit data opera, ut occideret, ſequitor Leſſius *de juſt. & jure lib.* 4. *cap.* 3. *dubit.* 3. *per totam*, Sanchez *in conſil. moralibus lib.* 1. *cap.* 4. *dub.* 8. *n.* 4. Prima autem opinio verior eſt, & communis, diſtinctioque ſupra poſita dubia videtur; verom prædicta commonis opinio limitaoda
eſt, ut non procedat caſu, qoo qui data opera ebrius 45
fieret ad delinquendum, tunc ordinaria pœna puniri debet, & affectata ebrietas atque doloſa ei prodeſſe nequit, Caball. *d. caſu* 297. *n.* 14. & 15. Ailon. ad Anton. Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *n.* 73. Ameſcua *de poteſt. in ſe ipſum cap.* 22. *n.* 19. Tiraq. *de pœnis temp. cauſa* 6. *n.* 10. Covarr. *in Clem. ſi furioſus in initio* 3. *p. n.* 3. *ad fin.*

Quibus ſic poſitis accedendo ad quæſtionem di- 46
cendum eſt, quod ſi ebrius ſe ipſum occidit durante ebrietate, & illa talis eſſet quæ mentis exilium induceret, in Eccleſia ſepeliri debet, quia ſi ebrius alium occideret pœna ordinaria puniendus non erat, ut in terminis tradit Guilielm. Benedict. *d. verb. mortuo itaque teſtatare n.* 72. ſequitur Ameſcua *d. cap.* 22. *n.* 17. eſt enim ebrius furioſo ſimilis *cap. venter.* 35. *diſt.* Plaça *de delict. cap.* 30. Dixi de ebrietate durante, quia ut ebrietas excuſet à pœna ordinaria probari debet de tempore commiſſi delicti, Maſcard. *concluſ.* 580. *n.* Molin. *d. diſput.* 38. *à n.* 5. Ailon ad Anton. Gomez *d. cap.* 1. *n.* 73. Et dixit dummodo talis eſſet ebrietas, quæ mentis exilium induceret, quia ut ebrietas excuſet, debet eſſe magna, nam levis non excuſat Tiraq. *d. cauſa* 6. *n.* 11. Menoc. *de arbitr. caſu.* 326. *n.* 7. Caball. *d. caſ.* 297. *n.* 16. Ameſcua *d. cap.* 22. *num.* 18. Limitanda tamen eſt reſolutio in eo qui data opera ea inteotione ſe inebriavit, ut ſe ipſum ocideret, ita enim ut alium occidens non liberatur à pœna ordinaria, ut ſupra diximus. Ita, & ſe occidendo privari debet Eccleſiaſtica ſepultura, Ameſcoa *d. cap.* 22. *num.* 19. qui *n.* 20. idem dicit de eo, cujos ebrietas aſſidua eſt peccatom mortale.

Declaranda tamen eſt præd. concluſio quæ habet 47
ſeipſum occidentem privari Eccleſiaſtica ſepultura, ut non habeat locum in eo, qui ſeipſum læthaliter vulneravit, & ex eo vulnere mortuus eſt, & pœnituit, vel ſigna contritionis oſtendit, tunc enim non eſt certum obiiſſe in peccato mortali, art. *text. in cap.* 1. *de pœnitentia diſt.* 7. in terminis Spino *de teſtam. gloſſ.* 2. *d. elect. ſepulturæ nu.* 19. Ameſcua *d. c.* 22. *num.* 24.

Item non habet locum in eo qoi cum fugeret, caſu cecidit in flumen, & mortuus eſt *cap. ex parte* 2. *de ſepultur.* obi Hoſtienſ. *n.* 1. Joann. Andr. *n.* 3. Butrius *nu.* 2. & 6. Ancharran. *nu.* 2. ubi plures laudat 48
Auguſt. Barboſa. *n.* 1. quod idem dicendum de eo qui mortuus inventus eſt in puteo, vel laqueo ſuſpenſus, quia non præſumitur ſe ipſum interfeciſſe, vel præcipitaſſe Auguſt. Barboſ. *in collectan. ad text. in cap. placuit* 23. *quaſt.* 5. & *in d. capit. ex parte n.* 1. & de eo qui fugiens ſe præcipitavit de ponte, aut volens aufugere è carcere deſiliit de muro ſpe evadendi, ſecus ſi voluit deſperatus ſe occidere gloſſ. & DD. *in d. cap. ex parte*, Benedict. *in cap. Rainutius verb. mortuo itaque teſtatore c.* 1. *n.* 80. Ameſcua *d. cap.* 22. *n.* 21. & 22.

Porro notandum quod licet mortuo delinquente 49
in ejus cadaver non ſit ſæviendum *L.* 3. *L. defuncto ff. de prob. Judic.* L. *crimen de pœnis*, *L. fin. C. ſi reus, vel accuſat. mort. fuer.* adeo, ut judex aliter faciens ſit reprehenſione dignus, & teneatur in ſindicatu; Menoch. *de arbitr. caſu* 285. *n.* 1. & *ſeqq.* Patiſ. de Puteo *de ſyndicatu verb. mortuus cap.* 1. *n.* 1. Boſſius *pract. crim. tit. de accuſat. nu.* 33. *verſ. ſeptimo quæra*, Clar. *in* §. *fin. quæſt.* 51. *nu.* 15. *verſ. ſed hic incidenter*, Menchaca *illuſtrium cap.* 96. *n.* 7. & *ſeqq.* Farinac. *quæſt.* 10. *nu.* 77. Decian. *d. lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 14. Peir. Caball. *caſu* 294. *num.* 450. Anton. Gomez *lib.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 78. quia morte rei extin-

extinguitur delictum, quoad pœnam, ut tradunt supra relati, & plures laudati a Joanne de Ailon *d. n.* 78. Nosque probavimus supra.

Tamen si delinquens in atrocissimis conscientia
50 patrati criminis se occiderit in carcere cum jam esset condemnatus, debet ejus cadaver furca suspendi ad aliorum terrorem, & exemplum ut in specie docent Ant. Gomez *in d. capit.* 1. *n.* 79. qui ita observari vidisse in praxi testatur Farinac. *d. quæst.* 10. *n.* 79. *&* 80. Guazin. *de defens. reornm defensione* 38. *cap.* 6. *numer.* 3. *vers. & ego etiam*, & nos etiam vidimus quendam, qui cum esset capite damnatus se ipsum occidit per venenum, fuisse jussum per Senatum ut ejus cadaver publice suspendetur prout executum fuit. Quæ resolutio amplianda est, ut nedum suspendatur cadaver ejus, qui post condemnationem se ipsum occidit conscientia criminis, sed etiam ejus qui deprehensus fuit in crimine, vel confessus aut convictus se occidit per ea quæ diximus supra de deprehenso in flagranti, vel confesso, & ita tenet Amescua *d. cap.* 23. *n.* 70.

Verum cadaver accusati pro aliquo delicto, qui
51 ante sententiam in carcere se occidit conscientia criminis suspendendum non est ex prædicta ratione quod delictum, & pœna morte extinguitur, & hæc opinio verior est de jure, ut per Gaspar Valascum *in repetit. L. Imperium nu.* 20. *ff. de jurisd. omne Judic.* Caball. *d. cas.* 294. *n.* 450. *&* 451. Anton. Gomez *in d. cap.* 1. *nu.* 78. *&* 79. Farinac. *d. q.* 10. *n.* 79. *&* 80. *v. ego itaque*, qui magis veram opinionem dicit Amescua *d. c.* 23. *n.* 72. Guazin. *d. defens.* 38. *cap.* 6. *num.* 3. Decian. *d. cap.* 4. *nu.* 24.

Nihilominus tamen, quidquid sit de jure, in casi-
52 bus gravibus & enormibus ubi exemplo opus est contrarium servatur judicis arbitrio cadavera delinquentium suspenduntur comburuntur, & in frustra scinduntur, & lacerantur Paris de Puteo *d. verbo mortuus cap.* 1. *nu.* 3. *vers. secundo fallit*, qui ita in praxi servari dicit Anton. Gomez *d. cap.* 1. *nu.* 78. *vers. quod tamen limita, & intellige*, Caball. *d. casu* 294. *nu.* 451. Boer. *dec.* 217. *nu.* 19. Franch. Marc. *dec.* 671. *num.* 3. *p.* 2. Plaça *de delict. cap.* 23. *num.* 13. Menoch. *casu* 284. *nu.* 15. *& casu* 285. Amescua *d. capit.* 23. *nu.* 72. *vers. contrarium*, Decian. *d. lib.* 9. *cap.* 4. *nu.* 14. Clar. *in d. §. fin. quæstion* 51. *nu.* 15. *vers. sed hinc incidenter*, & hanc opinionem esse utiliorem Reipublicæ docent Amescua *d. nu.* 27. *in fin.* Caball. *d. n.* 451. *ad fin.*

In hoc autem Regno nec audivimus quod corpora delinquentium, qui vel decesserunt in carcere, vel se occiderunt ante sententiam, suspensi fuissent, nisi in casu hæresis, & quod non soleat in Curia suspendi cadaver ejus qui pendente processu se interfecit, tradit Farinac. *d. q.* 10. *n.* 80. *vers. ubi autem*, sequitur Guazin. *d. cap.* 6. *nu.* 3. *vers. & ego etiam*, neque cadavera eorum, qui tædio vitæ, impatientia doloris, vel ex alia causa se occiderunt, Clar. *d. quæst.* 51. *nu.* 15. *ad fin.* Farinac. *d. quæst.* 10. *n.* 80. Amescua *d. cap.* 23. *nu.* 71. Anton. Gomez 3. *var. cap.* 3. *num.* 13.

Pro coronide adverte pœnam confiscationis bonorum ejus, qui conscientia criminis se ipsum occidit, tantum procedere quando se ipsum interficientis non extarent ascendentes, vel descendentes intra tertium gradum, illis enim extantibus bona fisco non aplicantur, ut probat *text. in Auth. bona damnatorum C. de bon. proscriptor. §. fin. in Auth. ut nulli judic. gloss. in L. apud hostes §.* 1. *ff. de testam.* ubi Fulgos. *nu.* 3. Paul. de Castr. *nu.* 8. Alex. *nu.* 10. & Jas. *in L.* 2. *C. qui testam. facere poss. nu.* 11. Decian. *d. libr.* 9. *capit.* 4. *nu.* Amescua *d. cap.* 23. *num.* 36.

CAPUT XLII.

De aliis juribus Regalibus, qua in Ordinatione non continentur.

Ad Ordin. lib. 2. tit. 26. §. 33.

SUMMARIUM.

1 *Ad jura Regalia pertinet omne jus reale, vel personale, aut mixtum impositum à lege, vel consuetudine.*

2 *Regalia unius Regni non reguntur legibus alterius Regni; quamvis Regna sint eadem Corona.*

Limita in Regnis unitis, & annexis. Ib.

3 *Regnum, quod accrescit alteri regendum est legibus Regni, cui accrescit, si ea animo fuit unitum, ut esset totum unum Regnum: aliar secus.*

4 *Ex duobus unitis fit unum corpus: & quod unitur, perdit suam naturam, & assumit naturam, ejus, cui unitur.*

5 *Habere cortinam, qua Reges nostri utuntur audiendo Missam in Ecclesia, est de Regalibus.*

6 *Jus hospitandi, & hospitem recipiendi à vasallis, gratis, & absque mercede, est de Regalibus.*

Hospitii munus non tantum prastandum est Regni gratis, sed etiam suis familiaribus. Ib.

7 *Civitates, & oppida Baronum, & Comitum etiam tenentur ad servitium hospitalitatis.*

8 *Hospitandi mnnus est patrimoniale, & omnes ad illud tenentur.*

9 *Immunitas, & exemptio à munere hospitandi à Rege solum concedi potest; & non sufficit generalis, sed debet esse specifica.*

Exemptio intelligenda est, ut exempti, gratis hospitare non teneantur: Secus soluta mercede. Ib.

Declara, ut teneantur soluta mercede hospitare, si necessitas intervenit. Secus alias. Ib.

10 *Cleri urgente necessitate etiam tenentur ad hospitandum.*

11 *Vassalli non tenentur dominos in suis domibus recipere, neque hospitare.*

12 *Princeps potest donatariis specialiter concedere jus hospitalitatis, quod in generali concessione non continentur.*

Concessio expressa hospitalitatis intelligenda est, ut procedat in transitu causa visitationis, vel ex alia justa, non in mora superflua. Ib.

13 *Rex cogere potest subditos ad locandum domos solitas locari pro hospitandis curialibus Magistratibus, & Senatoribus.*

14 *Doctores, & scholastici in Civitate Conimbrica habent privilegium hospitalitatis ex Regis concessione: & in hac curia est Metator Major, qui Curialibus, & Senatoribus soluta mercede domos ad habitandum concedit: à cujus sententia appellatur ad Regem.* Ib.

15 *Hospitare tenentur incola milites proficiscentes ad bellum, vel redeuntes, sumptibus eorum: & prater hospitium nihil prestare tenentur.*

16 *Universitates, & incola non tenentur vendere victualia militibus, & aliis minori pretio, quam venduntur in publico foro.*

Si milites per vim velint habere alimenta à provincialibus, & potest eis de facto resisti, quamvis stipendia non persolvantur, nisi fames urgeat. Ibidem.

17 *Assignatio pracedentiarum inter officiales, vel provisos in dignitatibus est de Regalibus.*

Princeps

Princeps potest ex causa concedere alicui officium, vel dignitatem cum prælatione habentium majorem vel antiquiorem dignitatem. Ib.

18 *Præcedentiarum causæ sunt gravissimæ, & maximæ considerationis.*

19 *In materia præcedentiarum possessori dantur remedia possessoria contra turbantes, quibus potest de facto resisti.*

20 *In incorporalibus unicus actus sufficit ad acquirendam possessionem.*

21 *Majori dignitate præditus præcedit eum, qui fulget minori.*

22 *Amplia, quamvis major dignitas postremò quam alia fuerit instituta.*

23 *Intellige, nisi minus dignus sit in quasi possessione præcedentiæ.*

24 *Ætate major præcedit inter æquales, si in adipiscenda possessione sunt pares, & aliter speciali non gaudet prærogativa.*

25 *Si ex duobus simul creatis unus prævenit, & possessionem fuit adeptus, isto præferendus est.*

26 *Duobus, vel pluribus Senatoribus creatis eodem tempore, vel translatis de uno Senatu inferiori ad alium superiorem, præfertur, qui prius fuit regius minister.*

Primo electus præfertur à secundo, qui prius actualem possessionem obtinuit: ut n. 25.

27 *Intellige, ut non procedat, quando primo electus à secundo fuit impeditus dolo, vel fraude: quia primus præcedit.*

Secundo intellige, ut primo electus præcedat, quando fuit impeditus in Regiis obsequiis, & non potuit deprehendere possessionem.

28 *Absens causa Reipublicæ pro præsenti habetur, & omnia consequuntur, quæ præsentibus debentur.*

29 *Privatus officio, & restitutus ex gratia per viam novæ provisionis non recuperat primum locum: Secus si fuit restitutus de justitia, vel suspensus ad tempus, vel remotus simpliciter.*

30 *Officialis, cui prius concessa est dignitas, & postea concessa administratio, & non præfertur ei, qui post dignitatem titulatam admissus est cum administratione ad simile officium.*

31 *Prior in possessione præfertur ei, qui prior in data impetravit à Principe literas, quod ejus antiquitas currat à dia data: quando gratia obtenta fuit post possessionem posterioris in data.*

Amplia, etiamsi primo electus habeat literas, in quibus continetur, quod Princeps eum statim in possessionem mittebat. Ib.

32 *In materia præcedentiarum sufficit, quod prioritas possessionis sit unius diei, vel unius horæ.*

33 *De quæstionibus præcedentiarum Senatorum, & officialium, & de præcedentia Procuratoris Regiæ Coronæ circa viros à secretis Regis: item de præcedentia Senatorum consilii Regii Patrimonii circa Prætores Curiales, de præcedentia Religiosorum, & confraternitatum, & de præcedentia, & authoritate Consiliariorum Senatus, & Belli. Remissive.*

34 *Inter Comites, Marchiones, & Duces præcedit ille, qui prior fuit creatus, licet secundus litteras prius expedierit sedi in Regno contrarium statuit Rex Joannes tertius.*

35 *Concedere dilationes moratorias de Regalibus est.*

36 *Dilationem moratoriam non concedit Princeps sine justa causa.*

37 *Impetrans moratoriam tenetur facere mentionem de lite pendente, alias non valet.*

Item non comprehendit debita, pro quibus jam facta fuit executio, nec executionem sententiæ Senatus: nisi specialis mentio de illis facta sit.

38 *Dilationes moratorias ultra quinquennium Princeps concedere nequit juxta veriorem sententiam.*

39 *Moratoria non semper debet esse quinquennalis, sed biennii, vel temporis modici intra quinquennium, pro temporis, & rerum occurrentium qualitatibus.*

Et de ratione cur quinquennalis debet esse moratoria. Ibid.

40 *Rescripta, quæ concedunt dilationem moratoriam, incipiunt currere à die data ipsorum, non à die præsentationis.*

41 *Moratoria semel tantum concedenda est, & rescriptum, in quo non fit mentio de alia moratoria concessa, nullum, & subreptitium est: nisi in rescripto apposita sit clausula non obstante dilatione quinquennali.*

42 *Moratoria dilatio impetrata à Principe non prodest, nisi ab impetrante coram judice debitum confessus sit.*

43 *Impetrans à Principe moratoriam tenetur fidejussores dare de solvendo debitum elapso tempore concesso in rescripto.*

Fidejussio debet esse idonea cum pignoribus, vel fidejussoribus. Ib.

44 *Satisdatio necessaria est, si à creditoribus petatur.*

45 *Amplia, ut debitor teneatur præstare satisdationem, etiamsi in rescripto remissa sit: Secus si in rescripto fuerit clausula non obstante.*

46 *Debitor etiam dives tenetur dare fidejussores, Qui tenetur dare fidejussores non excusatur, etiamsi ditissimus sit.* Ib.

47 *Discutitur: an sufficiat juratoria cautio data impossibilitate fidejubendi.*

Et resolvitur de jure Regio non sufficere quidquid sit de jure communi. Ib.

48 *Dilatione quinquennali non juvatur debitor, si in contractu renunciavit dilationi à Principe impetrandæ, vel jam obtentæ, nisi, in rescripto de renunciatione fiat mentio.*

49 *Moratoria est juris stricti, & ut stricte intelligenda, ut comprehendat debita præsentia non futura.*

50 *Moratoria concessa à Principe non egreditur personam ejus, qui eam impetravit.*

51 *Neque transit ad hæredes impetrantis.*

52 *Non extenditur ad fidejussorem secus si de eo facta sit mentio.*

53 *Pendente dilatione concessa à Principe currunt usuræ, quas creditor consequitur finita dilatione cum ipso debito.*

54 *Secus in induciis concessis à creditoribus, quia illis pendentibus non currunt usuræ.*

Intellige de usuris ratione lucri cessantis, non verò in interesse promisso per stipulationem, & in interesse damni emergentis. Ib.

55 *Dilationes moratoriæ solum concedi possunt à Principe qui non recognoscit superiorem.*

Item solus Princeps concedere potest gratiam debitori, ne intra certum tempus conveniatur. Ib.

56 *Impetrans moratoriam tenetur in supplicatione omnia narrare, quæ Principem contrahere possunt à concessione: Et sic debiti qualitatem exprimere.*

57 *Moratoria concessa à Principe sæculari non comprehendit debitum juratum: quamvis de consuetudine aliud servetur.*

In hoc Regno etiam debita jurata comprehendit. Ib.

58 *Moratoria non comprehendit debitum fiscale, seu Regium: nisi in rescripto aliud caveatur.*

59 *Item non comprehendit debitum ex causa locationis, nec debitum pensionis domorum.*

Neque debitum ad emptionem rerum comestibilium.

60 *Item non comprehendit debitum alimentorum, si debentur pauperi.*

61 Item non comprehendit debitum ex causa dotis.
Neque debitum ex causa violentiæ, vel delicti. Ib.
62 Item non extenditur ad debitum Ecclesiæ.
63 Moratoria non procedit in debitoribus ex causa depositi.
Neque in debito ex causa salarii famulorum, aut pro labore personæ. Ib.
64 Moratoria non juvat decoctores, qui aliena fraudulenter corradunt.
Isti appellantur latrones, & tamquam tales puniuntur de jure Regio: & etiam dicuntur nebulones, & conturbatores. Ib.
65 Debitoribus, qui asperitate fortunæ ex accidenti, non supina negligentia facultatibus lapsi sunt, prodest moratoria.
66 De æquitate subveniendum est pauperi, sive bono, sive malo.
Æquitas in foro poli juris rigori præferenda est. Ib.
Æquitatem sequi, & charitatem, boni viri est: intellige: ut n. 67.
67 Egestate laborare debet malefactor, ut sit exemplo aliis.
Stultus, qui se demonstrat in culpa, sapiens fieri debet in pœna. Ib.
Mala futura præcavenda sunt, non fovenda. Ib.
68 Æquitas, quæ juri se non conformat, iniquitas est: & quæ scripta non est, attendi non debet, maxime si juris rigor scriptus est.
Æquitas non scripta, sed quæ ex indigesto motu, & affectione animi apparet, dicitur cerebrina.
69 Declara moratoriam prodesse debitoribus etiam in casibus exceptis, si expresse ita fuerit concessum.
70 Princeps potest gratiam concedere, ut sæpe fit euntibus ad bellum.
Item potest facere gratiam creditori, ut ante tempus possit exigere debitum, & dilationem tollere, si non sit magna. Ib.
71 Princeps non potest remittere totum debitum debitori, vel illud tollere.
Neque potest concedere moratorias, exceptiones perpetuas, ne debitor unquam conveniatur. Ib.
72 Fidejubere pro alio etiam ignorante quis potest.
73 Fidejussor pro præsenti, & non contradicente habet actionem mandati contra principalem: Secus si pro præsenti, & vetante.
74 Proponitur quæstio: An qui fidejussorem præstat, ut gaudeat moratoria, censeatur fateri debitum: Et proponitur affirmativa opinio: contraria autem verior est: ut n. 75.
76 Clericus in causa dilationis moratoria non potest declinare forum: & tenetur respondere coram sæculari.
77 Dantur aliæ moratoriæ, quæ dicuntur induciæ, & conceduntur à creditoribus suis debitoribus, ut intra quinquennium persolvant: quas potest petere debitor, qui bonis cedere vult.
78 Debitor etiam invitus cogi potest acceptare dilationem quinquennalem.
Si creditores sunt discordes, quia alii volunt concedere, alii potius cessionem bonorum accipere, illa pars sequi debet, cui plus debetur, & uni, si ei plus debetur, quam cæteris. Et quando majori parti standum est, tam respectu quantitatis, quam personarum. Ibid. & n. 79.
80 Cessionis bonorum beneficio expresse renuntiari non potest.
81 Minor pars creditorum tenetur stare majori volenti remittere certam partem debitorum, ut aliam solvat: & n. 83.
82 In re communi, quæ pertinet ad plures, ut singulos, melior est conditio prohibentis.
83 Procedit prædicta resolutio in tribus casibus, super quibus disponunt. text. in L. Et suum hæredem §. hodie tamen de pactis: & alia jura.
84 Extra prædictos casus major pars in remittenda parte debitorum non potest præjudicare minori.
85 Item remissio partis debiti facta à majori parte creditorum non habet locum, quando creditores possunt debitorem convenire.
Item major pars creditorum non potest remittere totum debitum in præjudicium minoris partis. Ib.
86 Pactum majoris Partis creditorum ut præjudicet minori, debet esse æquale, ut par sit omnium fortuna.
Æqualitas in omni casu servanda est. Ib.
87 Dilatio à creditoribus concessa non comprehendit creditores post dilationem quæsitos.
88 Si dilatio à majori parte concessa non habuit effectum, neque etiam litigat majorem partem concedentium
89 Dubitatur: An in concedendis induciis creditorum præsentium, & absentium, requiratur citatio, vel sufficiat majoris partis?
Citatio omnium requiritur in his, communia sunt pluribus, ut singulis. Ib.
90 Fundatur negativa opinio · quæ probatur ab Authore n. 91. Et pro ea judicatum testatur.
91 Citatio necessaria non est, quando citandus nullam defensionem habere posset.
92 Pactum, seu acordium creditorum, vel majoris partis, ut præjudicet minori, debet à judice confirmari.
93 Induciæ concessæ creditoribus prosunt fidejussori.
94 Ad concedendas inducias non datur differentia inter creditores hypothecarios, chyrographarios, ut major pars præjudicet minori; Secus in remissione partis debitorum, quando minor pars habet hypothecas, major autem non.
95 Ad Regalia pertinet assignare, & taxare mensurat, & pondera.
96 Item pertinet ad Regalia potestas prohibendi subditis, ne etiam in suo solo, & terris, extruant castra, fortalitia, turres, & alia propugnacula, maximè in finibus Regni.
97 Assignatio terminorum civitatibus, vel oppidis, pertinet ad Regalia.

LEgislator noster postquam jura Regalia in specie 1
declaravit, generaliter statuit ad Regalia perti-
nere omne onus reale, vel personale, aut mixtum
impositum à lege, seu consuetudine. Unde verum
est non omnia Regalia enumerari, *in d. Ordin. tit.*
26. neque *in cap. unic. quæ sint Regalia*, ut dixi-
mus *tom. 1. part. 2. c. 1. num.* 20. ubi etiam osten-
sum fuit *num.* 15. quando constitutione Regnantis,
vel consuetudine ea quæ non erant, Regalia effi-
ciuntur, & ibi plura alia invenies ad hanc materiam
conducentia.

Notabis tamen quod Regalia unius Regni non re- 2
gulantur legibus alterius Regni, quodlibet namque
habet sua Regalia specialia, & hoc etiam procedit
quamvis Regna sint sub eadem Corona, ut cum plu-
ribus docet Regens Constant. *in L. unic. n.* 159. *Cod.* 3
de classis lib. 11. quem refert, & sequitur Horat.
Montan. *de Regalib. officiis num.* 76. *in fine*, *pag.*
246. *col.* 2. Secùs vero in Regnis unitis, & anne-
xis, quia Regalia reguntur legibus Regni, cui
aliud fuit unitum, ut per Horat. Montan. *ubi pro-
xime*, qui ita intelligendum ait Buzeum *in tract.
de Regalib. in* 16. *privilegio in fine*, & regulare est
Regnum quod accrescit alteri, regendum esse se-
cundum leges Regni, cui accrescit, si eo animo fuit
unitum, ut esset totum unum Regnum, aliàs tradit
unitum regetur legibus antiquis, si fuerint honestæ,
ut ex aliis tradit Aviles *in proœmio capit. prætorum in gloss. Istas num.* 1. & 13. Solorzan. *de jure
Indiar.*

Indiar. tom. 2. lib.1. cap.22. n.29. & 30. & maximè
n. 3. & lib.2. cap. 30. n.40. Et quidem cum ex duo-
4 bus unitis fiat unum corpus, quod unitur perdit suam
naturam, & assumit naturam ejus, cui unitur, scribunt
Petr. Barbos. in L. quia tale n. 96. ff. de soluto matr.
Menoch. cons. 225. n. 34. & cons. 904. n. 83. Bo-
vadill. in sua politica lib.2. cap. 16. n. 6. Castil. lib.
5. contr. c.100. n. 19. & l. 6. cap. 128. n. 23. Cassa-
nat. consult. 47. n.23. Fulvius Pacian. de probat. lib.
1. c. 26. à n.15.
5 Est etiam de Regalibus reservatis habere corti-
nam, qua Reges nostri Serenissimi utuntur in Eccle-
siis audiendo missam, paratur enim quoddam stare
ad similitudinem lecti cum suo auleo, & cortinis cur-
rentibus ad quatuor partes, & intus stat sitiale Re-
gium ubi Rex sedet, & hoc jus de Regalibus esse,
& inferioribus non competere, docet Castill. lib. 7.
controv. de tertiis cap.41. post n.201. sequitur Ripol.
de Regalib. cap. 50. ubi idem servari in Castella te-
stantur.
6 Item pertinet ad Regalia jus hospitandi, & hos-
pitia recipiendi à vassalis gratis, & absque aliqua mer-
cede per text. in L.2. ubi Bart. & Platea C. de meta-
tis, & Epidemicis lib.12. Bovad. in sua Politica lib.2.
cap.16. n.116. Ripol. de Regalib. cap.47. n.15. Cal-
lixto Ramirez de lege Regia §. 26. n. 8. Castill. de
tertiis lib.7. controv. cap.41. n.84. Afflict. in cap.nn.
verbo. extraordinaria collatio n. 10. & ibi And. ante
n. 61. Ponte de potestate Pro-Regis tit. de privil. fori
solit. §.6. n.6. Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 10. n.
178. & n. 210. Ripol. de Regalib. cap.47. à n. 1.
qui omnes tradunt hoc hospitii munus non tantum
præstandum esse Eegi gratis, sed etiam suis familia-
ribus, Cancer. lib.3. variar. cap.5. n.66. & 67. Pon-
7 te d. §.6. n.7. Ad hoc autem hospitalitatis servitium
tenentur non solum civitates, oppida, & villæ Re-
giæ, & domaniales, sed etiam villæ, & oppida Ba-
ronum, Comitum, & aliorum dominorum inferiorum
maxime tempore belli L. 1. Cod. de Episcop. & Cler.
Ripol. d. cap. 47. n. 2. Mastrill. d. cap. 10. n. 185.
8 & generaliter omnes, qui non fuerint exempti. Nam-
que hoc hospitandi munus patrimoniale est L. 3. §.
munus hospitandi ff. de muner. & bonor. Petr. Gregor.
syntagmat. juris part. 2. lib.19. cap. 8. n.8. Mastrill.
d. cap.10 n.184. Anton. Perez ad tit. Cod. de mun.
patrimon. lib.10. n. 3. in fine, & ad tit. C. de meta-
tis, & epidemicis lib. 12. n. 10. Ponte d. §. 6. n. 4.
quare ad illud munus omnes tenentur L. neque 5. Cod.
de muner. patrim. & pauci sunt, qui ab illo sint im-
munes, ut tradit Anton. Perez d. n. 10. ubi aliquos
exemptos enumerat, & plures Mastrill. d. cap. 10.
n. 286. & seqq.
9 Et quidem cum hoc jus hospitalitatis sit de reser-
vatis Principi, immunitas ab illo munere à Rege
tantum concedi valet, ut tenent Restaur. de Impera-
tore quæst.110. casu 252. Mastrill. d. cap. 10. n.199.
Ripol. d. cap.47. n. 16. & 17. ubi quod exemptio de-
bet specifica, & individua, & non sufficit generalis
per text. in L. fin. §. pen. ff. de muner. & bon. L.3. C. de
mun. patr. Mastr. d. c.10. n.200. Ponte d. §.6. n.5. Est
tamen ita intelligenda ut gratis hospitare non tenean-
tur exempti secus verò soluta mercede, quia tunc
cum munus sit patrimoniale, etiam exempti illud te-
nentur subire L. ei qui originem §. eis, & §. nummis
ff. de muner. & bonor. & ibi gloss. L. rescripto §. fin.
L. fin. §. ab hujus modi ff. eodem. L. nemini C. de sa-
cros. eccles. L. 3. Cod. de mun. patrimon. lib. 10. L.
unica Cod. de immunit. nemini conced. Alberic. in rub.
de mun. & honor. n.17. & 23. Nota cons.158. n.7. &
8. Roland. cons. 66. 2. 3. Ramires de lege Regia §.
26. n. 8. lit. E. quod declarandum puto si necessitas
intervenerit, tunc enim exempti non habentur pro
talibus, Cravetta cons. 308. col. 2. vers. ex quibus
infertur Rimin. Jun. cons. 640. n.47. Cancer. d. lib.
3. cap. 5. n.73. Ripol. d. cap. 47. n. 10. Mastril. d.
cap.10. n.191. Oliban. de jure fisci cap. 4. n.35. ces-
sante verò necessitate immunitas cuique servanda
est, & in casu necessitatis etiam si clerici sint exemp-
ti ab hospitandi munere, tam de jure canonico ex
text. in cap.1. de immunit. eccles. ubi Anton. de Butr. 10
in 1. notab. Marta de jur. 4. p. cas. 86. Mastr. d. c.
10. n.186. & seq. Ripol. d. c.47. n.3. tamen urgente
necessitate etiam clerici tenentur ad hospitandum
Mier. ad constit. Regiuæ Mariæ c.17. de posaderiis n.
8. p.422. tom. 2. Oliban. ad usaticum alium namque
cap.4. n.35. Ripol. d. cap.47. n.6. & 8. quidquid in
contrarium teneant Vulpel. de libert. eccles. n. 47.
Marta d. casu 86. n.8. moti ex eo quod ecclesiastica
libertas infringitur, quoniam urgente necessitate om-
nia fiunt communia, & libertas ecclesiastica non di-
citur infringi, immo necessitas caret lege, & ipsa lex
necessitati subjicitur, ut diximus tom.1. par. 2. cap.
4. n. 23. & c. 24. n. 110.
At vero domini vassallorum jus hospitalitatis non 11
habent, neque Vassali obnoxii sunt eos in suis domi-
bus recipere, seu hospitari per text. in L.2. C. de me-
tatis, & epidemicis lib. 12. & tenent Bald. in L. ob-
servare in princip. col.1. vers. & nota quod quando ff.
de officio Proconsul. Gulielm. Bened. in cap. Raynu-
tius de testament. verbo testamentum. o 1. n.34. Cra-
vet. d. cons.308. n.1. & seqq. Burgos de Pace cons.3.
n. 97. Bovadill. d. lib.2. cap. 16. n. 116. Castill. d.
cap. 41. n.84. & apertè probat Ordinat. lib.2. tit.49.
§. 5. & 6. ubi decurionibus, & officialibus oppido-
rum interdicitur quod dominis terrarum hospitia non
præstent sub pœnis pecuniariis, & exilii, & ipsis
dominis prohibetur sub eisdem, ne invitis vassalis in
eorum domibus hospitentur.
Potest tamen Princeps hoc jus hospitalitatis dona- 12
tariis concedere expresse, & specialiter, quia in ge-
nerali Regalium, vel jurisdictionis concessione non
continetur, neque in donatione castri, Gregor. Lo-
pez in L.6. tit.25. part.4. verbo deven los servir Ma-
strill. d. cap. 10. n. 181. ubi n.182. ait quod in casu
expressæ concessionis restringenda erit concessio ta-
liter, quod in modico læderet vassalos, scilicet, ut
procedat in transitu causa visitationis, vel ex alia ju-
sta causa ad text. in d. L. 2. Cod. de metatis lib. 12.
Cravet. d. cons. 308. n.1. & seqq. Aviles in cap. 8. præ-
tor. in gloss. dineros n. 7. Bovadill. d. cap.16. n.116.
vel ut in hospicia donatarius ipse superfluam moram
non faciat, ut Imperator Federicus professus fuit in
tit. de pace Constantiæ cap. in causis §. vassali ibi. Mo-
ram superfluam in civitate, vel Episcopatu pro dam-
no civitatis, non faciemus, & ibi Bald. quod etiam
in Principe intelligit Restaur. d. q. 110. casu 303.
Mastrill. supra n. 183.
Deinde jus illud Regale quoad hospitia competit 13
Regi, ut cogere valeat subditos ad locandum domos
locari solitas pro necessitate hospitandi Curiales, &
Magistratus, Regiosque Senatores, optime Aimon,
Cravet. cons.308. col.2. vers. ex quibus infertur, Ri-
minald. consult. 640. n.47. vol.6. Præsertim si perge-
rent ad Regem, vel pro ejus servitio, Mastrill. d.
cap. 10. n. 179. & 180. Ponte de potest. Pro-Regis
tit. de provisionib. fieri solutis §. 6. n. 8.
Item jus hospitandi exercet Rex in universitate
Conimbricensi per metatorem ibi destinatum ad Fa- 14
vorem Doctorum, & scolarium, cæterorumque,
qui Universitatis privilegiis gaudent, ut disponitur
in statutis Academiæ lib. 2. tit. 20. §.6. & tit. 31. §.
8. & seqq. & in Curia hujus Regni unus est Metator
major, qui hospitia concedit Curialibus, atque Se-
natoribus, à cujus sententiis solum appellatur ad Re-
gem, & hic per suos Ministros domos locari solitas
istis officialibus, aut Curialibus ad hospitandum con-

cedit, soluta mercede, non gratis, ut dixit De Ponte *d.* §.6. *n.*14. & quando domus assignati jubet. in foribus nota aponitur Regis nomine, quam qui delere ausus fuerit, ut reus falsi punitur, juxta *text. in L.*12.*Cod. de metatis lib.*1. Anton. Perez *ad eumdem tit. n.*1. & hic Merator major dum Princeps aliquo proficiscitur præire solet ad designanda hospitia Regi, ejusque familiæ, & Audicis, atque Ministris, & Magnatibus, qui rem comitantur.

Milites etiam proficiscentes ad bellum, vel re-
15 deuntes, incolæ hospitare tenentur, vel quando præsidii, aut hiemandi causa civitatibus sunt imponendi *L.*3.§. *eos ff. de muner. & honor.* Menoch. *consul.*197.*n.*7. *lib.*12. Bovadill. *lib.* 4. *capit.* 2. *n.*35. Petr. Gregor. *sintagm. part.*2. *lib.*19. *capit.*8.*n.*3.*& seqq.* Mastrill. *d.lib.*3. *cap.*10. *n.* 206. Anton. Perez *ad tit.C.de metatis lib.*12.*n.*7. De Ponte *d.*§.6.*n.*28. *&* 30. Isti autem omnes, qui hospitandi sunt, sumptibus suis vivere debent, Cancer. *libr.* 3. *capit.* 5. *num.*58. *&* 59. Calicius *de fisco dub.* 8. *limit.* 210. Mastr. *d.c.*10. *n.*209. & præter hospitium nihil ab eo qui hospitium præstat, possunt exigere *L. devotum, vers. solum sane hospitalitatem C.de metatis l.*12. *L. un. C.delgado hospitib.non præst. lib.*12. ubi pulchre Ant. Perez, & Ponte *d.*§.6.*n.*9. Mastrill. *d.cap.*10.*n.* 201. *&* 208. ubi quod nec sponte donata recipere debent Perez *supra n.*1.*&* 2. Bovadill. *d.lib.*4.*cap.*2. *n.*35. Ripa *de peste, lib. de remed. præservat. contra pestem n.* 212. Roland. à Valle *cons.* 76. *n* 4. *cum seqq.* Ripol. *de Regalib. cap.*47.*n.*33. *&* 34. Paschalis *de virib. patria potest* 3. *p. cap.* 3. *n.* 30. Gaspar. Thesaur. *lib.*1. *forens. quæst.* 93. *num.* 6. Neque in-
16 colæ seu Universitatis tenentur victualia vendere militibus, & aliis qui de jure hospitari debent minori & viliori pretio, quam venduntur in publico foro ad *text. in L. septem diebus*, ubi Joan. de Platea *Bod. de erogat. militar. annonæ lib.*12. & ibi Bart. de Mastrill. *d.cap.*10. *n.*212. Cancer. *d. lib.* 3. *cap.*5.*n.*60. Immo si milites per vim velint habere alimenta à Provincialibus, potest eis de facto resisti, ut tradit Nata *cons.*83.*n.*11. *& cons.*84.*n.* Cancer. *d. capit.* 5. *n.*61. Quod procedit etiam si militibus statuto tempore stipendia non præstentur, nisi fames urgeat, quæ nullis legibus potest coerceri, quia tunc sibi necessaria licet exigere, stipendio autem soluto, aliquid extorqueat potest puniri, Anton. Perez *ad tit. Cod. de salgamo hospitib. non præbendo lib.*12. *n.* 3.

Ulterius ad Regalia pertinet assignatio præceden-
17 tiarum inter officiales, vel provisos, in dignitatibus, ita ut ille præferatur, quem Rex præcere decrevit, quia Princeps potest ea causa, & de potestate ordinaria concedere alicui officium, vel dignitatem cum prælatione aliorum majorem dignitatem habentium, ut tenet Joann. de Platea per *text. in L. unicuique, de proxime sacror. scrinior. lib.*12. Franc. Marc. *dec.* 806. *&* 807. Marin. Frecc. *in tit. quis dicatur Princeps*, De Ponte *consult.*7.*n.*4.*vol.*2. *& de potest. Pro-Regis tit. de provis. fieri solitis* §. 2. *n.* 8. Mastrill. *de Magistr. lib.* 5. *cap.* 4. *nu.* 73. Castill. *de tertiis cap.* 41. *num.*47. Gratian. *cap.* 940. *n.*6. Larata *consult.*2. *nn.* 72. 77. *&* 78. Alphar. *de officio fiscalis gloss.*7.*n.*2. quia etiam tradunt præcedentias à Regis voluntate, pendere.

Etenim præcedentiarum causæ sunt gravissimæ,
18 quia honorem, & dignitatem respiciunt, & maximum continent præjudicium, atque considerationem, Marta *voto* 88. Seraphin. *decis.*22. *n.*2. *& decis.* 81. *n.*1. Puteus *decis.* 440. *lib.* 2. Gratian. *cap.* 298. *n.* 9. *& capit.* 845. *n.* 1. Decian. *cons.* 2. *n.* 167. *lib.* 2. Castill. *d. cap.* 41. *num.* 28. Hermosill. *in proœmio praticar. in additione ad gloss.* 2. *n.* 1. *& seqq.* Larrea *alleg.* 51. *n.* 2. Valenz. *consult.* 201. *n.* 99. & ea propter dum de præcedentiis quæstio vertitur, tam inter Magnates, quam inter Senatores, à Rege nostro causa committi solet, vel Senatoribus Palatinis, aut alterius Tribunalis, ut eam de jure decidant maxima cum circunspectione.

Possessori autem in materia præcedentiarum, dan- 19
tur remedia possessoria contra eum, qui eum turbat in sua possessione, & potest ei resisti de facto juxta glossam *in* §. *aliam instit. de bonor. possess.* Tiraq. *de nobilit. cap.*20. à *n.*58. Hermosill. *in d. gloss.* 2. *nu.* 110. *& seqq.* Gratian. *cap.*298. *n.*11. Larrea *allegat.* 51. *n.*3. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 5. *cap.* 4. *n.*71. Garcia *de expensis cap.*8. *num.* 51. & cum aliis Castill. *de tertiis cap.* 41. *num.* 60. Sanfelic. *decis.*269. *num.* 2. Capyc. Latro *decis.* 181. *num.* 13. *&* 25. Ludovic. Postius *de manuten. observat.* 10. à *n.*1. *& n.*38. *&* 39. Et quidem ex unico possessionis actu jus quæritur possessori, ut manuteneatur, vel restituatur, quia in incorporalibus unicus actus sufficit ad acquirendam possessionem, ut scribunt Aretin. & 20
alii cum quibus Reynos. *observat.* 62. *num.* 14. *&* 15. *& observat.* 66. *nu.* 8. Bart. *in L.*1. §. *hoc interdictum ff. de itinere, actuque privato*, Bursat. *cons.* 343. *n.*74. *lib.* 4. Gratian. *cap.* 111. *nu.* 16. *&* 17. Pereir. *de manu Regia* 1. *part. cap.* 7. *nu.* 26. *& decis.*91. *n.*24. Phæb. 2. *part. decis.* 213. *nu.* 11. Cabed. *de patron. Regiæ Coronæ cap.*6. *num.* 2. Castill. *de tertiis cap.*41. *nu.*61. Nugnerol. *allegat.*28.*n.*37. Ludovic. Postius *de manuten. observ.*18. à *n.*5. *cum seqq.*

Item præditus majori dignitate precedit eum, qui 21
fulget minori, *cap. dudum de electione*, L.1.*ff. de albo scribendo gloss. in cap.*1.*distinct.*2. Natta *cons.* 637. *n.* 38. *& seqq. vol.*3. Gregor. Lopez *in L.*9. *tit.* 5. *part.* 1. *gloss.*4. *in fine*, Fabius de Ana *cons.* 122. *n.*41. *& seqq. volum.*2. *& consult.*40. *n.* 25. *lib.* 1. Hermosill. *d.gloss.*2. *num.* 2. *&* 3. Larrea *d. allegat.* 51. *num.*4. *& seqq. & n.*8. Valenz. *consult.* 34. *n.* 90. post alios Salgad. *de protect. Regia* 2. *part. cap.* 9. *n.* 34. Capyc. Latro *decis.* 181. *n.*28. qui enim habet majorem honoris prærogativam debet majore frui authoritate, ut probat *text. in cap.* 1. *in fin. de officio legati in* 6. Joann. Montalg. *de authorit. magni Consi-* 22
*lii n.*159. Valenz. 2. *tom. consult.* 201. *num.* 48. Et est amplianda superior resolutio, ut procedat quamvis major dignitas postremo quam alia instituatur *cap. statuimus de majorit. & obed.* ibi: *Etiamsi postea sit receptus, in portione recipienda volumus esse potiorem.* A Ponte *cons.*14.*n.*18. Hermosill. *in d. proœm. ad* 5.*p.gloss.*2. *n.*4. Larrea *d. allegat.*51.*n.*10. *& seqq.* Valenz. *cons.*34. *n.*88. Bursat. *cons.* 343. *n.* 8. *lib.*4. & diximus *tom.*1. *part.*2. *cap.*6. *n.*31. Qui om- 23
nes hoc admittunt etiam stante contraria consuetudine, quæ ut corruptella damnatur. Nisi minus dignus sit in quasi possessione præcedentiæ, quia manutenendus est Menoch. *cons.*51. *n.*49. & cum pluribus & otos decisionibus Posthius *de manut. observat.* 10. *n.* 31. & cum Zerola, Salgado *de Regia protect.* 2. *part. cap.*9. *n.*19. & quando majoritas dicatur ex loco, seu majori tribunali vide plene per Valenz. *d. cons.*201. à *n.* 55. *cum seqq.*

At vero inter æquales procedit ætate major si in 24
adipiscenda possessione sunt pares, & unus, aut alter speciali non gaudeat prærogativa Jas. *in L.*22. *tit.*11. *partit.*3. *gloss.*2. Phæb. *part.*1. *decis.*66. Vincent. de Franch. *decis.*144. *n.*3. Valenz. *consul.*34. à *n.*82. *cum seqq.* Hermosill. *in proœmio ad partit.*5. *gloss.*2. *n.*31. & diximus *d. p.*2. *c.*6. *n.* 31.

Diximus, quando in acquirenda possessione sunt 25
pares quia si unus prævenit, & prius possessionem fuit adeptus, iste præfertur alteri, qui simul fuit creatus, vel antea electus litteras expedivit, secundus vero prius actualem possessionem cœpit, &

officium

officium exercuit, ut probat *text. in cap. tibi qui de rescript. in 6. gloss. 1. in cap. capitulum de rescript. cap. 1. ubi* DD. *de majorit. & obed.* Mart. Ant. Surg. *lib. 1. de Neapol. illustr. cap. 27. n. 40.* Becc. *c. 192. n. 3. tom. 2.* Boer. *in addit. tract. de authorit. magni Consilii n. 81. & 123.* Vincent. de Franch. *decis. 144. n. 1.* Hermosill. *d. gloss. 2. n. 9. & 11.* Post plures Valenz. *consult. 34. n. 36.* Castill. *de tertiis d. capit. 41. à n. 51. cum seqq.* Solorzan. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. cap. 4. n. 36.* Carol. Tapia *decis. Italiæ 21. à n. 1.* Sanfelicio *decis. 269. n. 1.* Cabed. *1. part. decis. 5. n. 5.* ubi de stillo nostri Senatus testatur Capic. Latro *dec. 154. n. 50. 51. 52.* Arias de Mesa *lib. 3. variar. capit. 41. num. 28. & 29.* Mastrill. *de Magistr. lib. 5. cap. 4. num. 28. 29.*

26 Duobus tamen, vel pluribus eodem tempore creatis senatoribus, vel translatis de uno senatu inferiori ad alium superiorem præfertur is, qui prius fuit Regius officialis, vel in dignitate constitutus *L. 1. & 2. ff. de albo inscrib. L. 1. Cod. de consulib. libr. 12.* ubi Joann. de Platea, Carol. Tapia *d. decis. 21. n. 7. vers. sextus casus.* Vincent. de Franch. *dec. 144.* Sanfelicio *decis. 269. n. 4.* Castill. *d. cap. 41. nu. 50.* Hermosill. *d. gloss. 2. num. 28.*

27 Intellige, ut prædicta non procedant quando is qui primo fuit electus à secundo impeditus fuit dolo, vel fraude, puta, quia illi litem movit, & ideo non potuit possessionem capere, tunc enim primus procedere debet, Cabed. *1. p. decis. 5. n. 4.* Gonzales *ad reg. 8. Cancellaria* §. *3. proœm. num. 37. & gloss. 27. num. 36.* Gregor. XV. *decis. 341. n. 12.* Hermosill. *ad proœm. d. gloss. 2. n. 20. & 21.* Secundo intellige, ut resolutio præfata non habeat locum quando primo electus impeditus fuit in Regis obsequiis, & non potuit possessionem aprehendere, quia tunc præfertur posteriori in data qui prius possessionem fuit adeptus, ut fundat Fabius de Ana *cons. 42. lib. 1.* Castill. *d. cap. 41. n. 57. & 58.* Sanfelic. *decis. 269. n. 1.* Arias de Mesa *lib. 3. variar. cap. 41. n. 30. & 31.* etenim absens causa Reipublicæ pro præsente habetur, &

28 omnia consequitur quæ præsentibus debentur *L. si quis stipulatus ff. ex quibus caus. major.* ubi gloss. *verb. eadem*, Fabius de Ana *d. consult. 42. n. 19.* Sanfelicio *d. decis. 269. n. 1.* Alberic. *in tract. statutor. lib. 1. quæst. 184. n. 2.* Castill. *d. cap. 41. n. 58.* & late Arias de Mesa *d. lib. 3. capit. 44.*

29 Item is qui privatus fuit officio, & restitutus ex gratia per viam novæ provisionis, & non recuperat primum locum, neque præjudicat in materia præcedentiæ his qui medio tempore fuerunt admissi juxta *text. in cap. insinuatione 26. de simonia*, ubi Felin. *col. 2.* Bart. *in L. 2.* §. *alio ff. de decurionib.* Aviles *in cap. 44. prætor. gloss. 2. n. 3.* Stephan. Gratian. *discept. forens. capit. 56. n. 18.* Hermosill. *ad proœm. gloss. 2. n. 16.* August. Barbos. *de Canonicis cap. 18. n. 15.* Manoch. *de recuperanda rem. 10. n. 105. & 106. & seqq.* Boer. *in addit. ad tract. de authoritat. magni Consil. n. 82.* Gutierr. *de gabell. quæst. 13. n. 4.* quia admittitur ut novus homo, Si vero is, qui prius habuit administrationem, fuit privatus, & postea restitutus de justitia vel fuit ad tempus suspensus; aut remotus simpliciter, recuperabit locum antiquum, Boerius *d. n. 82.* Hermosill. *d. gloss. 1. n. 17.* August. Barbos. *d. cap. 18. n. 18. 19. & 20.*

30 Officialis autem, cui prius concessa est dignitas sine administratione, & postea illi concessa fuit administratio, non præfertur ei qui post dignitatem titulatam, & ante administrationem admissus est ad simile officium cum administratione *L. 2. Cod. ut dig. ordo servetur*: optime Cabed. qui judicatum dicit *1. p. decis. 4.* Mastrill. *de Magistr. lib. 5. cap. 4. num. 60. 61. & 62.* Carol. Tapia *d. decis. 11. num. 17. & 18.* Castill. *d. cap. 41. nu. 56.* Hermosill. *d. gloss. 2. n. 15.* Et prior in possessione præfertur ei, qui prior 31 in data impetravit à Principe litteras, quod ejus antiquitas currat à die datæ, si gratia obtenta fuit post aprehensam possessionem à posteriore in data, optime Cabed. qui judicatum dicit *1. part. decis. 5. n. 6. & 7.* Hermosill. *d. gloss. 2. n. 14.* Castill. *d. cap. 41. n. 48. vers. & addit ipse*; immò quamvis primo electus expedierit litteras per Cancellariam, in quibus continebatur quod Princeps eum statim in possessionem mittebat, tamen posterior in data, qui actualem possessionem quæsierat, præcedere debet ut per Cabed. *d. decis. 5. à num. 1.* Hermosill. *d. glossa 2. nu. 13.* dicit tamen Cabed. quod in illo casu constabat præd. clausulam fuisse appositam, postquam posterior actualem possessionem adeptus erat, & in eisdem terminis loquitur. Castill. *d. cap. 41. num. 48. in principio*, & vere si clausula fuisset apposita ante captam possessionem à posteriore in data, contrarium dicendum foret ex his, quæ diximus supra. Et 32 nota quod in materia, ut quis alteri præferatur sufficit, quod prioritas possessionis sit unius diei, vel unius horæ unius puncti, aut momenti per ea, quæ Hieronym. Gonçales *in d. reg. 8.* §. *3. proœmiali n. 47. 48. & 49.* Hermosill. *d. gloss. 2. n. 19.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 5. cap. 4. n. 12.* Castrill. *d. capit. 41. num. 51.*

Cætera de præcedentiis Magistratuum, Senatorum, & officialium, vide apud Mastrill. *d. cap. 4.* Valenz. *consult. 34. tom. 1. & cons. 201. tom. 2.* Cyriac. *controv. 201. & 202.* Solorzan. *de jure Indiar. tom. 2. lib. 4. capit. 4. à n. 38.* Capyc. Latro *decis. 54.* & quæ diximus *tom. 1. part. 2. capit. 6. nn. 29. 30. 31. & 38.* late Hermosill. *d. gloss. 2. à n. 1. cum seqq.* & de præcedentia fiscalis, seu procuratoris Regis Coronæ circa viros à secretis Regis, vide Larream *allegat. 51.* atque de præcedentia Senatorum Consilii Regii patrimonii circa Prætores Curiales, idem Larrea *allegat. 52.* Item de præcedentia Religiosorum in processionibus, Salgad. *de protectione Regis 2. part. cap. 9. à n. 29. cum seqq.* quem etiam vide *n. 26. & 27* de præcedentia inter confraternitates; & denique de præcedentia Consiliarium status, & belli, de eorum authoritate, & an habeant jurisdictionem, votaque eorum sint decisiva, vel consultiva, vide De Ponte *de potestate Pro Regis tit. de assensu Regis* §. *7. nu. 25.* Mastrill. *de Magistrat. lib. 5. cap. 14.* Sanfelic. *decis. 223.* Capyc. Latro *decis. 154.* Ant. Surgens. *de Neapoli illustr. c. 26. n. 26. & 29.* Vincent. de Franch. *dec. 138. n. 6.* 33

Quæ dicta sunt procedunt in dignitatibus, quæ 34 habent administrationem annexam, in aliis vero, quæ non habent administrationem, ut Comitatus Marchionatus, & Ducatus præcedit ille, qui prius fuit creatus Comes, Marchio, vel Dux, licet alius secundo loco creatus litteras prius expedierit, judicatum dicit Vincent. de Franch. *decis. 62.* ubi Addentes, & sequitur Hermosill. *d. gloss. 2. num. 24.* & vide quæ diximus *tom. 1. part. 2. cap. 6. nn. 28. 29. 30. & 31. & n. 46. cum seqq.* At vero Rex Joann. III. decrevit per quoddam diploma, vulgo *Alvarà* exaratum 29. Januarii anno 1556. Comites exinde creatos præcedere debere juxta antiquitatem, ut tradit Franch. de Andrade *in ejus Chronica 4. part. cap. 119.* ubi diploma transcripsit, & *1. part. capit. 4.* ubi late probavimus in rescriptis gratiosis attendendum esse tempus datæ, & gratiam Principis quoad essentiam perfectam dici ante expeditionem litterarum, & ibi dictis addo Capyc. Latro *decis. 154. n. 8. 9. 10. & 11. & num. 52.*

Pertinet etiam ad Regalia jus, & potestas concedendi debitoribus dilationes, seu moratorias ad 35 solvendum adversus creditores, ut tuti, ac securi sint, nec molestari possint durante tempore præfinito,

finito, probat *text. in L. quoties L. universa Cod. de*
precib. Imper. offerend. Ordinat. lib. 3. tit. 37 & idem
disponit *L. 32. 33. & 34. tit. 18. part. 3.* Anton. Gomez
in L. 1. Tauri vers. fin. Covar. *lib. 3. variar. cap. 6. n.*
2. Bovadill. *in sua Polit. lib. 2. cap. 16. num. 135.*
Thesaur. *decis. 186. num. 1.* Callixt. Ramirez *de*
lege Regia §. 26. *n.* 63. Mastrill. *decis. 16. & de Ma-*
gistr. lib. 3. capit. 4. nu. 434. & de indulto capit. 46.
Gabr. Alvarez de Velasco *de privileg. pauper. & mi-*
serabil. personar. part. 1. quæst. 44. n. 25. Menoch. *con-*
sult. 244. n. 2. Castald. *de imperatore quæst. 110. casu*
275. Carol. de Tapia *decis. Italiæ 19. nu. 2.* Ceval.
commun. contra commun. q. 906. n. 363. tom. 4. Cas-
till. *de tertiis cap. 41. n. 101. & de aliment. cap. 12. n.*
1. ubi plures, & laudat, & alios August. Barbos. *in*
d. L. quoties num. 1. Alex. Trentacinq. *lib. 3. variar.*
tit. de solutionib. resolut. 1. Fachin. *lib. 3. controv. c. 13.*
quibus addo Ludovicum Sanctium à Mello *de indu-*
ciis debitorum q. 34. n. 3. & seqq. Menoch. *de arbitr. ca-*
su 203. Capyc. Latro *decis. 68. n. 19.* Ripol. *de Regal. c.*
24. *à n. 1.*
Prædictam autem dilationem seu moratoriam Prin-
36 ceps concedere non solet nisi ex justis causis, *Ordin.*
d. tit. 37. in princip. ibi: *O que não faremos sem justa*
causa, & por tempo honesto, Mello *d. quæst. 35. n. 3.*
& 10. Pinel. *in rubr. Cod. de rescind. vend. p. 1. cap.*
2. *n. 12.* Azor. *instit. moralium p. 1. lib. 5. cap. 15.* &
comprehendit etiam debitores jam conventos in judi-
cio, ut post Bald. *in L. si quis quam ff. si quis caution.*
docuit Calicius *de fisco dubit. 8. spect. 33.* Mastrill.
dec. 16. n. 1. cum seqq. Castill. *de alim. cap. 12. n. 1.*
in fin. Mastrill, *de Magistr. lib. 9. cap. 4. num. 434.*
quamvis Trentacinq. *lib. 3. tit. 3. tit. de solut. reso-*
lut. 1. n. 20. teneat impetrantem moratoriam teneri
37 facere mentionem de lite pendente, Salgad. *in laby-*
rint. credit. p. 2. cap. 30. n. 21. & Bovadill, *lib 2. cap.*
16. n. 125. doceat moratoriam non comprehendere
debita pro quibus jam facta fuit executio, neque im-
pedire executionem sententiæ Senatus, quæ in rem
judicatam transivit Guido Pap. *q. 97.* Alex. Trenta-
cinq. *d. resolut. 1. n. 21.* & probat *Ordinat lib. 3. tit. 37.*
§. fin. ubi Barbos. Ripol. *d. cap. 24. n. 20.* quæ omnia
intelligerem in moratoria generali: secus si in specie
tam de lite mota, quam de executione, seu sententia
specialis mentio facta sit.
38 Quantum autem tempus per Principem debitori-
bus sit concedeedum non satis liquet; & quidem mo-
dicum tantum tempus concedendum esse tradit *gloss.*
in d. L. quoties Cod. de precib. imperatori offerend.
quia mora modici temporis creditoribus non magnum
infert damnum *L. si debitori ff. de judic. L. debitoribus*
ff. de re judic. & diximus *tom. 1. p. 1. q. 1. n. 116.* & facit
Ordin. d. lib. 3. tit. 37. in princip. ibi: *E por tem-*
po honesto, & quamvis Cin. atque Salicet. & Alex.
cons. 216. lib. 2. quos refert Nata *cons. 591. num. 1.*
2. 3. & 4. volum. 3. teneant Imperatorem usque ad de-
cennium talem dilationem concedere posse. Thusc.
litt. M. conclus. 383. tamen verius est non licere
Principi ultra quinquennium has inducias extendere
L. fin. Quinquennale spatium, C. qui bon. ced. poss,
Paulo de Castro *in d. L. quoties nu. 2.* Petr. August.
Morla *in emporio jur. part. 1. tit. 8. num. 18.* Afflict.
decis. 107. num. 3. Emmam. Barbos. *ad Ordinat.*
lib. 3. tit. 38. n. 3. & ita in praxi servari ait Trenta-
cinq. *d. lib. 3. tit. de resolut. 1. num. 2. in fin.* Castill.
de aliment. cap. 12. num. 26. qui alia involvit, &
tandem probat resolutionem, Bovadill. *lib. 2. c. 16.*
num. 125. qui ait moratorias tantum esse conceden-
das pro uno, vel duobus annis, tamen nostram reso-
lutionem probant Mello *de induciis d. quæst. 34.*
num. 11. Antonius Heringius *de fidejussorib. cap. 5.*
num. 135. & non esse noncedendam moratoriam ad
decennium, tradit August. Barbos. *in collectaneo*
text. in d. L. quoties. n. 18. Cod. de precib. Imperator.
offerend. licet moratoria non semper quinquennalis
esse debeat, sed brevior, puta biennis ex tempore, 39
& pro rerum & personarum qualitatibus, circuns-
tantiis quæ occurrentibus maturè concedenda est,
ut bene considerat Castill. *d. cap. 12. num. 26.* Ratio
autem cur præcise quinquennium sit statutum, in eo
posita est, quod cum modicum tempus esset indul-
gendum, hoc visum est sufficere, tum quia respectu
creditoris in eo magnum non datur præjudicium
L. si debitori ff. de judic. tum quia respectu debito-
ris satis longum spatium ad solvendum indulgetur,
si quidem quinquennium multum temporis dici-
tur *in L. 1. §. quod dicitur ff. de separat.* ubi Zazius
L. contra juris in princip. ff. de pact. §. temporales ins-
tit. de exeption. eleganter Heringius *d. cap. 5. n. 137.*
& seq.
Et nota quod hæc reseipta continentia quinquen-
nalem dilationem incipiunt currere à die datæ ipso- 40
rum, non à die præsentationis, ut tenent Guid. Pap.
dec. 109. argum. *text. in cap. eam te de rescript. cap.*
dilectus de præbend. capit. 2. de decimis, capit. si prop-
ter de rescriptis in 6. Alex. Trentacinq. *d. resolut. 1.*
n. 7. Genna *de scriptura privata lib. 3. de literis mo-*
rator. quæst. 5. Anton. Faber. *in Cod. lib. 1. tit. 9. distin.*
3. Oldrad. *cons. 50.* Arias de Mesa. *lib. 3. cap. 41. n. 26.*
Mastrill. *de indulto cap. 46. n. 23.* Anton. Perez *ad*
lib. 1. Cod. tit. de precib. Imper. offer n. 7. Ripol. *d.*
cap. 24. n. 21. quia moratoria concessa à Principe di-
citur gratiosa Mello *de induciis d. quæst. 34. n. 6.* & in
litteris gratiæ attenditur tempus datæ, non præsenta-
tionis.
An moratoria semel tantum, & pro una vice con- 41
cessa intelligitur ita ut rescriptum nullum sit, & su-
breptitium si in impetratione illius dictum non fue-
rit, impetrantem aliquando pro aliis debitis, dilatio-
nem obtinuisse, Rebuff. *de litter. dilator. annalib.*
art. 1. gloss. 1. n. 30. Menoch. *casu 203. nu. 28.* Tren-
tacinq. *d. resolut. 1. n. 19.* Castill. *d. cap. 12. n. 18.* Ri-
pol. *d. cap. 21. n. 9. & 10.* Mello *de induciis, quæst. 27.*
n. 6 & 8. qui id intelligit nisi in secunda moratoria
adjecta si clausula non obstante dilatione quinquen-
nali, quæ operatur concessionem secundæ dilationis,
quamvis prima non fuerit expressa, Brun. *de cessione*
bonor. quæst. 27. principali n. 2. & ait Castill. *d. n. 18.*
quod si dilatio à creditoribus fuit obtenta, & de illa
non sit facta mentio in impetratione rescripti, nihil
operabitur Anton. Hering *d. cap. 5. n. 127.* nisi prædic-
ta clausula non obstante apposita fuerit, ut declarat
Mello *d. q. 27. n. 7.*
Item moratoria dilatio à Principe concessa non 42
prodest impetranti, nisi coram judice debitum confi-
teatur *L. pen. ff. qui bonis cedere poss.* Afflict. *decis.*
379. Cagnol. *in d. L. 2. C. de precib. Imper. offerend.*
n. 146. Trentacinq. *d. resolut. 1. n. 8. in fin.* Anton.
Perez *ad Cod. titul. de precib. Imper. offer. nu. 6.* &
facit *Ordinat. lib. 4. tit. 74.* §. 6. Insuper debitor im-
petrans à Principe moratoriam, ut ea juvari possit,
tenetur fidejussores præstare de solvendis debitis
elapso tempore contento in rescripto L. *universa Cod.*
de precib. Imper. offer. Ordinat. lib. 4. tit. 37. in princip. 43
L. 33. *tit. 18. part. 3. cap. universa 25. quæst. 2.* Afflict.
decis. 378. n. 1. & ibi Ursill. *sub num. 3. & in decis.*
288. n. 1. Trentac. *d. resol. 1. n. 6.* Mastrill. *de indult.*
capit. 46. n. 19. Nicolaus Genoa *de script. privat. lib.*
3. tit. de annali, & quinquen. dilatione n. 13. Farinac.
in praxi quæst. 26. à n. 27. Castill. *de tertiis cap. 41. n.*
101. *vers. limitat. quoque, & de aliment. capit. 12.*
n. 19. August. Barbos. *in d. L. universa n. 2.* qui plu-
res laudat, quibus addo Azeved. *in L. 2. tit. 14.*
lib. 4. recopilat. num. 33. cum seqq. Mello. *d. quæst.*
35. num. 12. Castald. *de Imperatore q. 111. vers. ter-*
tio prohibet. Anton. Hering. *d. cap. 5. n. 129. & seqq.*
maximè

maximè *n.* 132. *post* elios Selgad. *de labirynt. creditor.* 2. *part.* 30. *n.* 6. Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Gallia tit. de literis dilator. art.* 1. *gloss.* 1. *n.* 49. Emmam. Barbos. *ad Ordinat. d. tit.* 37. *in princip. n.* 2. Anton. Perez *ubi supra d. n.* 9. Debet eutem fidejussio esse idonea præstando pignora, vel fidejussores *Ordinat. d. tit.* 37. *in princip.* ibi: *Não gozará delle sem dar fiança bastante em juizo, an penhores para segurança, & pagamento da davida acabado o espaço*, satisdatio enim idonea, & sufficiens esse debet quando desideretur cum pignoribus, vel fidejussoribus, text. celebris *in L. si mandato Titio* 59. §. *fin. ff. mandati*, *L.* 4. §. *ad diff. de fideicommiss. libert. gloss. in L. si debitori ff. de judic. gloss. verbo idonea in capit. quamquam de censib. & in cap. cum constet, de pignor. & in cap. ad nostram. verbo sufficienti de jure jur. & iu cap. vult. verbo idoneam de sent. excommunic. in* 6. Ripa *in rub. de damno infecto n.* 10. Alciet. *in L. satisdationis* 61. *n* 2. *ff. de verb. signif.* Jul. Clar. *in* §. *testamentum quæst.* 26. Pechius *de jure sistendi cap.* 45. *nu.* 8. Andr. Gail. *lib.* 1. *observat.* 26. *n.* 6. Mello *d. q.* 35. *n.* 13. Anton. Hering. *d. capit.* 5. *n.* 92. Surd. *dec.* 330. *n.* 8. Sed tunc cautio, seu satisdatio desideratur si à

44 creditoribus postuletur, non aliter *d. L. universa* ibi: *Si adversarius postulet. Ordinat. d. titul.* 37. *in princip.* ibi: *Sera obrigado a dar tanto que pella divida for requerido*, Hyppolit. *in rub. de fidejussorib. n.* 164. Gratian. *discept. forens. cap.* 100. *n.* 6. Barbos. *in L. divortio* §. *interdum nn.* 13. *ff. soluto matrim.* Surd. *dec.* 25. *n.* 8. *& d. c.* 57. *in princip. et. in consult.* 124. *n.* 1. *et* 2. Pax *in praxi p.* 4. *tom.* 2. *cap.* 6. *n.* 5. Barbos. *ad Ordin. d. tit.* 37. *n.* 4. Mello. *d. quæst.* 35. *n.* 14. Salgad. *d. cap.* 30. *n.* 90. Genue *descript. privata lib.* 3. *tit. de an-*

45 *nal. et quinqueu. dilatio n.* 18. *et seq.* Greg. Lopez *in d. L.* 33. *tit.* 18. *p.* 3. *verb. fiador*, Farinac. *q.* 28. *n.* 18. August. Barbos. *in d. L. universa num.* 11. Andr. Gail. *lib.* 2. *observat.* 46. *n.* 14. Trentacinq. *d. resol.* 1. *num.* 8. Herengius *d. cap.* 5. *nu.* 133. Et satisdationem debitor præstare tenetur etiamsi in rescripto fuerit impetranti remissa, adhuc enim non suffregabitur moratoria sine fidejussione, ut scribunt communiter Doctores *in d. L. universa*, & Trentecinq. *d. resolut.* 1. *n.* 7. Mello *d. quæst.* 35. *n.* 15. *et* 16. Salgado *d.* 2. *part. capit.* 30. *n.* 7. Genua *ubi supra n.* 15. *et* 16. August. Berbos. *in d. L. universa nu.* 3. nisi in rescripto adsit clausule non obstante, ut per eosdem. Immo, & prædictam fidejussionem debitor dare tenetur quamvis sit locuples, & satis idoneus:

46 probat *Ordinat. d. lib.* 3. *tit.* 37. *in princip.* ibi: *E não sera relevado ne a dar, posto que seja abonado, ai tenha bees em abastanca para a divida*: Vincenr. Caroc. *tit. de remed. contra præjudic. sentent. vel damnosas execut.* 168. *n.* 44. Carol. de Cras. *de except. ad mater. statuti excludent. omnes. except. exceptione* 32. *n.* 218. August. Barbos. *in d. L. universa n.* 3. & 4. qui enim fidejussores dare tenetur, etiamsi ditissimus sit non excusetus, Felin. *in cap. ad nostram* 1. *n.* 10. *de jurejurando*, Emman. Barbos. *ad Ordinat. d. tit.* 37. *in princ. num.* 5.

47 An eutem data impossibilitate fidejudendi edmiti debeat juratoria ceutio, dubium est, in quo duæ reperiuntur opiniones, & prima affirmat, eltera negat, quas Alex. Trentacinq. componere conatur *d. lib.* 3. *tit. de solutionib. resolut.* 1. *num.* 9. Asserens quod si dilatio concessa fuit propter paupertatem debitoris, & ita exprimitur in rescripto, sequenda est opinio effirmativa, ne rescriptum frustratorium videetur & ludibrio concessum, argum. *text. in capit. si Papa de privileg. in* 6. ant moratoria conceditur ex alia causa, quam peupertatis, puta propter incommoditatem aliquem, & tunc procedit negetiva opinio, & juratorie cautio non admittitur, & ita tenet Bald. *Novell. de doto vers. duodecim speciale est*, quem sequitur Cagnol. *in L.* 2. *n.* 146. *Cod. de pact. inter. emptor.* & cum eis transit Mello *d. p.* 35. *n.* 20. Gregor. Lopez *in L.* 33. *tit.* 18. *p.* 3. *verb. fiador*, qui tunc cautionem juretoriem admittit cum obligatione omnium bonorum quando debitum non perderetur ex omissione satisdationis, quia forte sive setis dedisset, sive non tunc temporis propter paupertetem non posset ab eo exigi debitum, neque posset setisdare, sequitur Cestill. *de aliment. cap.* 12. *n.* 16. Mestrill. *de indulto cap.* 46. *n.* 20. Genue *d. tit. de annuali, & quinquen. dilatione à n.* 31. Olveld. *Ad Donel. lib.* 21. *cap.* 9. *litt. N.* Aug. Barbos. *in d. L.* 2. *universa nu.* 10. Sed hæc juretorie cautio in Regno non admittitur ex *Ordin. lib.* 4. *tit.* 73. quæ prohibet appositionem juramenti promissorii tem in contractibus, quam de districtibus, de quo Marescot. *lib.* 1. *cap.* 62. Ari as de Mesa *lib.* 3. *var. cap.* 33. & sic debitor ebsque fidejussione rescripto jurari non poterit moretorio.

Item quinquenneli dilatione debitor juvari non 48
poterit si moratoriæ diletioni à principe impetrandæ in contractu renuntiasset: vel jam obtentæ nisi in rescripto de renuntietione mentio facta sit, ut scribunt Cinus Salicet. & Jacob. *in L. fin. C. si contra jus, vel utilit. pub.* Peul. de Castro *in L. fin. qui satisdare cogant. n.* 3. & ibi Jas. *n.* 22. Trentacinq. *de resol.* 5. *d.* 24. Mello. *d. q.* 35. *n.* 26. & 27. Jacob. de Grassis *in tract. de except. exceptione* 32. *n.* 13. *usque ad fin.* Salgedo *in labyrinth.* 2. *p. cap.* 30. *n.* 24. Carol. Berdelonius *cons.* 30. *per totum lib.* 1. Michael. Ang. Gizzius ad Capy. Latro *observat.* 45. *n.* 8. & hanc opinionem probat *Ordinat. d. lib.* 1. *tit.* 37. §. 3.

Est autem moratoria juris stricti, & ast stricte in- 49
telligenda, ut comprehendat tentum debita præsentia, non futura, & creditores extantes non futuros, Angel. *in L. pen.* §. *illud ff. quod quisque juris*, Bursat. *cons.* 345. *n.* 35. *lib.* 4. Ferinac. *in praxi tit. de carcer. quæst.* 58. Mastrill. *de indulto capit.* 6. *n.* 14. & *capit.* 46. *n. fin.* optime Surd. *consultat.* 298. *n.* 27. & *seqq.* Bardelon. *d. consult.* 30. *n.* 38. Castill. *d. cap.* 12. *n.* 16. Mello *d. quæst.* 35. *nu.* 32. Ripol. *d. cap.* 24. *n.* 19. & 20.

Hinc fit quod moratoria concessa à principe tam- 50
quam personalis non egreditur personam ejus quia eam impetravit L. *exceptiones, ff. de except. L. quia personale ff. solut. matr.* ubi Bart. & Mathesilan. *singul.* 104. Cremens. *sing.* 102. observat. Pirrus Maurus *de fidejussor. sectione* 9. §. 10. *n.* 1. & 9. Cerol. de Crass. *d. except.* 32. *n.* 38. Fab. de Ana *cons.* 82. *num.* 8. Salged. 2. *d. p. cap.* 30. *n.* 33. *Ordinatio. libr.* 3. *titul.* 38. §. 5.

Ideoque moratorie non transit ad hæredes, impe- 51
trantis, Carol. de Grass. *de except. à princip. n.* 47. Costa *de portione rata quæst.* 139. *n.* 9. Carocius *de except. exceptione fin. num.* 38. Selgad. *d. cap.* 30. *num.* 5. & 34. & cum Carevita, Trentacinq. *d. resol.* 1. *n.* 29.

Similiter moratoria non extendetur ad fidejusso- 52
rem, qui illa gaudere non potest, ut scribunt Cin. Bald. & Selicet. *in d. L. quoties Cod. de precib. Imper. offer.* & ibi Jason. *in fine*, Menoch. *de arbitr. casu* 203. *n.* 26. & *casu* 337. *in fine*, Fab. de Ane *cons.* 82. *n.* 7. Jecob. de Grassis *d. except.* 32. *à n.* 37. *cum seqq.* Ferinac. *q.* 29. *n.* 26. Gration. *cap.* 12. *per totum*, & *n.* 4. & 5. Surd. *cons.* 327. *n.* 22. & 32. Marescot. *lib.* 2. *variar. cap.* 130. *n.* 1. & *seqq.* Guttier. *pratic. q.* 148. *n.* 43. *lib.* Mendez à Castro *in praxi lib.* 3. *c.* 22. *num.* 63. & hanc opinionem veriorem dicit Salgado post longam disputetionem *d. capit.* 30. *à nu.* 31. *cum seqq.* meximè *n.* 41. ubi plures laudat, eamque probavit *Ordinat. l.* 3. *tit.* 38. § 5. ubi plures Barbosa, & reddit Ordin. pulchram rationem: scilicet quod debitori impetranti imputari debet, quod

de fidejussore mentionem non fecerit quia, si de illo mentio fieret, utique dilatio etiam fidejussori prodesset, ut insinuat Ordin. & tenet Anton. Hering. *de fidejuss. cap. 27. p. 5. n. 77.* Salgad. *d. cap. 30. nu. 42.* Anton. Perez *ad lib. 1. C. tit. de precib. Imper. offer. n. 9.* Et in Regno hæc pars sequenda est quidquid contrarium velint Paul. Alber. Gregor. Lopez, & Villadiego, quos refert Salgado *d. capit. 30. n. 27. & 18.* & Mello *de induciis p. 25. n. 7. & seqq.* qui contrariam tuentur opinionem, & miror sane, quod Lusitanus non meminerit illud legis Regiæ *d. §. 5.* eandem sequitur opinionem Perez *ad lib. 1. C. tit. de precib. Imper. offer. n. 8.* Neque est admittenda limitatio adducta à Pirro Mauro *d. §. 10. n. 14. & 15.* dum ait fidejussori prodesse moratoriam, quando debitor pro ejus deffensione se opponit, Surd. *decis. 301. n. 16.* Marc. Anton. Cuchus *de moratoria n. 135.* quos sequitur Hering. *ubi supra n. 78.* qua prædicta limitatio falsa est, ut tradit Salgad. *d. c. 30. n. 48.* & confirmatur ex ratione præd. *Ord. in §. 5.* quæ opositionem debitoris excludit.

53 Pendente insuper dilatione concessa per Principem bene currunt usuræ, & redditus censuum quando licite exigi valent, & finita dilatione creditores non solum recuperare valent redditus, & pensiones decursas ante moratoriam, sed etiam, quæ cucurrerunt dilatione pendente, si quidem moratoria tantum impedit exactionem redditu*u*m, sed non suspendit cursum eorum, ut per Avenda. *§. de censib. cap 110. à n. 5.* Felician. de Solis *cod. tract. 2. tom. lib. 3. c. fin. n. 7.* Trentacinq. *de resolut. 1. n. 26.* Mello *d. quæst. 35. n. 18.* Mastrill. *dec. 16. à n. 4. & de indulto cap. 46. n. 22.* Castill. *de alim. cap. 12. n. 21.* Salgad. *d. cap. 30. n. 50.* Michael. Ang. Gizzius ad Capyc. Latro *observat. 114. n. 9.* Ripol. *d. cap. 24. n. 38.* Contrarium tamen dicendum est in induciis concessis à creditoribus, quia illis pendentibus non currunt usuræ, seu interesse ut cum Mastrill. *dec. 16.* tenet Mello *d. quæst. 35. n. 29.* sed hanc opinionem bene declarat

54 Salgadus *d. cap. 30. n. 51. 52.* ut procedat in usuris ratione lucri cessantis, quæ non debentur induciis pendentibus, secus in redditibus promissis per stipulationem & interesse damni emergentis, quia etiam pendentibus induciis currunt, Jacob. de Graffis *except. fin. n. 90.* Sequitur Angel. Gizzius *d. observat. 114. num. 11.*

55 Observabis etiam, quod hæ moratoriæ dilationes à solo Principe concedi possunt, qui non recognoscit superiorem, non ab inferioribus, ut scribunt Paul. de Castro *in L. 1. §. qui Magistratum per text. ibi n. 9. ff. quod quisque juris,* Rebuff. *in tractat. de litteris annal. dilation. gloss. 1. n. 6.* Trentacinq. *d. lib. 3. tit. de solut. resolut. 1. n. 3.* Thesaur. *decis. 186. n. 2.* Mello *d. quæst. 34. n. 24.* Salgad. *d. cap. 30. num. 2.* Bovadill. *l. 2. cap. 16. num. 125.* Castill. *de tertiis cap. 41. n. 101. & de alim. cap. 12. num. 24.* & apud nos probat *Ordinat. l. 2. titul. 5. §. 40.* Quinimo etiam potest solus Princeps concedere gratiam debitori ne intra certum tempus conveniatur. *Ordin. l. 3. t. 38.* ubi de modo; quo impetrans gratia uti potest.

56 Sed quia non indistinctè pro quolibet debito moratoriæ impetrari, aut concedi possunt nec debent, tenetur debitor enarrare in supplicatione omnia, quæ Principem retrahere possint ab hujusmodi gratiæ concessione, alias erit nulla, & subreptitia, & sic in primis debiti qualitatem debet exprimere veluti an sit juratum, fiscale, vel Regium, an ex causa locationis seu conditionis aut ex causa pensionis domus, & an sit debitum Ecclesiasticum, aut pupillare, vel pro emptione domus, ut optime tradunt Trentacinq. *d. resolut. 1. à num. 11. cum seqq.* Azeved. *in L. 2. n. 40. tit. 14. nova recopilat.* Peregrin. *de jure fisci l. 6. tit. 7. num. 22.* Mello *d. quæst. 34. num. 21. & 22.* Castill. *de aliment. c. 12. à n. 2. cum seqq.* Salgad. *d. cap. 30. n. 14. & seqq.* August. Barbos. *in d. L. quoties à num...* & probat *Ord. d. l. 3. t. 37. §. fin.*

Namque moratoria à Principe concessa non comprehendit debitum juratum, tanquam concessa à Principe seculari qui juramentum tollere nequit, ut scribunt Surd. *cons. 299. n. 4.* Carol. de Graffis *d. except. 32. num. 12.* Thesaur. *decis. 286. num. 4.* Fachin. *lib. 3. controv. cap. 13.* Mastrill. *d. cap. 46. n. 3.* Grammat. *decis. 12. nu. 1.* Nata *cons. 233. num. 1. vol. 1.* Affiict. *dec. 5.* August. Barbos. *in d. L. quoties n. 7.* Castill. *d. cap. 12. n. 2.* Salgad. *d. cap. 30. num. 15.* Gratian. *cap. 22. num. 27.* Quamvis de consuetudine aliud servari autument ex eo quod licet Princeps non possit tolere juramentum, neque super eo dispensare, attamen potest differre, & debilitare ad tempus vires ejus, & valet moratoria concessio etiam circa debita jurata, ut tenent omnes supra citati, & Mastrill. *d. capit. 46. n. 2.* Boer. *decis. 269. n. 5.* Anton. Sola *in decret. Sabaudiæ incipit ex frequentibus num. 95.* Guido pap. 97. Quod si ita est, à fortiori procedit in hoc Regno, ubi juramentum promissorium apponi in contractibus prohibetur sub nullitatis pœna, per *Ordinat. l. 4. tit. 73.* proindeque moratoria à Principe concessa debita jurata comprehendit. 57

Item moratoria non extenditur ad debitum fiscale, seu Regium, Grammat. *decis. 105. num. 23.* Mastrill. *d. cap. 46. n. 10.* Bovadill. *lib. 2. cap. 16. n. 125.* Castill. *d. cap. 12. n. 8.* August. Barbos. *in d. L. quoties n. 15.* Salgad. *d. cap. 30. num. 16. Ordinat. d. tit. 37. §. fin.* Nicolaus Genua *scriptura priv. lib. 3. de litteris morator. à n. 30. cum seqq. fol. mihi 167.* nisi expresse in rascripto aliud fuerit concessum *ex Ordin. d. §. fin.* quia recte potest Princeps suis debitoribus moratorias concedere, immo & liberationem indulgere, ut probat *text. in L. t. C. de collatione donator. lib. 19. L. forma de censibus Ordin. d. §. fin. & lib. 2. tit. 52. §. 10.* Mello *d. q. 35. n. 1. & 2.* 58

Neque etiam comprehendit debitum ex causa locationis, ut docent Marc. Anton. Cucchus *in tract. de morator. n. 100.* Caroc. *de locato tit. de verbor. sign. quæst. 16. n. 2.* Mastrill. *d. cap. 46. num. 16.* Vincent. de Ana *sing. 101.* & Trentacinq. *de resolut. 1. num. 13.* Castill. *d. c. 12. n. 14.* August. Barbos. *in d. L. quoties n. 16.* Salgad. *d. cap. 30. num. 17.* Item non habet locum in debitis pensionum domorum, ut per eosdem, Mello *d. quæst. 34. n. 5.* & contractis ad emptionem rerum comestibilium, Rebuff. *de litteris dilator. art. 1. gloss. 1. n. 37. & 45.* Boer. *decis. 296.* Michael. Angel. Gizzius ad Capyc. Latro *observat. 45. num. 3.* Neque etiam in debito alimentorum, ut scribunt Paschalis *de juribus patriæ potestat 2. p. cap. 9. num. 68.* Gratian. *cap. 222. nu. 32. & seqq.* Trentacinq. *d. resolu. 1. n. 1.* Gabr. Alvar. de Velasc. *de privileg. pauper. t. p. quæst. 44. n. 70.* Anton. Cucchus *de moratoria à n. 87. & 90.* Surd. *de aliment. tit. 8. privilegio 70. per totum* Mastrill. *de cap. 46. num. 12.* Castill. *de tertiis d. cap. 41. n. 101. de aliment. cap. 12. num. 23.* August. Barbos. *in d. L. quoties num. 8.* Declarant supra relati hanc resolutionem procedere quando sumus in alimentis futuris, quæ debentur pauperi, non verò si sumus in alimentis præteritis, quæ deberentur dividi, tunc enim etiam debitum alimentorum in generali moratoria comprehenditur. 59 60

Debitum etiam ex causa dotis in moratoria non venit, ut tradunt Vincent. de Franch. *dec. 219.* Carol. de Graffis *d. except. 32. n. 39.* Trentacinq. *d. resolut. 1. n. 12.* Pirrhus Maur. *de fidejussor. part. 2. p. incipit. in præludio 3. p. & sectione 2. cap. 2.* Gratian. *cap. 22. num. 32.* 61

n. 32. & seqq. Castill. *de tertiis d. cap. 41. n. 101.*
Aug. Barb. *in d.L. quoties n. 9.* Mastrill. *d. cap. 46.*
n. 17. Cocchus *d. moratoria n. 87.* Salgad. *d. cap. 20.*
n. 23. Gizzius *d. observat. 45. n. 10.* Genua *d. lib. 3.*
tit. de litteris mercator. n. 62. Barbos. *ad Ordinat. d.*
lib. 3. tit. 37. §. fin. n. 7. Neque etiam debitum ex
causa violentiæ, vel delicti, Baeça *de inope debito-*
re cap. 11. n. 5. Ferinac. *in praxi q. 29. n. 23.* Sal-
gad. *d. cap. 30. n. 15.* Mello *d. q. 34. n. 21.* & pro-
bat *Ordin. d. tit. 37. §. fin.* ubi Barbos. *num. 2.* quod
etiam tenet Nicolaus Genoa *de scriptura privata li.*
3. de litteris morator. n. 54. & facit *Ord. lib. 4. tit.*
74. §. 7.

62 Deinde moratoria non extenditur ad debitum Ec-
clesiæ ex his quæ Rebuff. *2. tom. ad leges Galliæ de*
litteris dilator. art. 1. gloss. 1. n. 31. Menoch. *casu*
203. n. 20. Bovadill. *d. lib. 2. cap. 16. n. 125.* Genua
d. tit. de litter. moral. n. 65. & 66. Salgad. *d. cap. 30.*
n. 18. Michael. Ant. Gizzius *d. observa. 45. n. 9.* Ma-
strill. *d. cap. 46. n. 14.* Castill. *de alimentis cap. 12. n.*
12. August. Barbos. *in d. L. quoties n. 11.* Trentacinq.
d. resolut. 1. n. 16. Ex ea ratione, quia Princeps sæ-
cularis non potest debitoribus Ecclesiæ dilationem
concedere, neque aliquid statuere, ut per eosdem,
quod idem dicendum in debito pupillorum docet
63 Rebuff. *d. gloss. 1. n. 33.* sequitur Mastrill. *d. capit.*
46. n. 16. & Trentacinq. *d. resolut. 1. n. 16.* Aug.
Barbos. *in d. L. quoties n. 10.* & Castill. *d. cap. 12.*
n. 13. Neque etiam procedit moratoria in debitori-
bus ex causa depositi, Menoch. *d. cas. 203. n. 17.*
Mendez à Castro *in praxi lib. 3. cap. 22. num. 65.*
Trentacinq. *ubi proxime n. 32.* Genua. *d. tit. de lit-*
teris mirator. n. 71. Mastrill. *d. cap. 46. n. 9.* Marc.
Anton. Cucchus *de moratoria n. 70. & 74.* August.
Barbos. *in d. L. quoties n. 14.* Vincent. de Franch.
decis. 151. Boerius *decis. 296.* Surd. *decis. 323.* Ca-
still. *d. cap. 12. num. 7.* Mastrill. *d. capit. 46. n. 9.*
& probat *Ordinat. d. tit. 37. §. fin.* ubi Barbos. *n. 3.*
Salgad. *d. cap. 30. n. 23.* Neque in debito ex cau-
sa salarii famulorum, aut pro labore personæ, Re-
buff. *d. art. 1. gloss. 1. n. 26.* Michael. Angel. Giz-
zius ed Capyc. Latro *observat. 45. n. 7.* & probat
Ord. d. tit. 37. §. fin.

64 Tandem non juvat moratorie decoctores (de il-
lis loquor, qui aliena fraudulenter corradunt, aut
abliguriunt, & libidine, aut alea, sua, & aliena ab-
sumpserunt) his enim moratoria à Principe concessa
non prodest, ut docuerunt Marc. Anton. Cucchus *de*
moratoria n. 30. Mastrill. *d. cap. 46. n. 8.* Ang. Bar-
bos. *in d. L. quoties n. 13.* Castill. *d. cap. 12. n. 6.* &
probat *Ordinat. lib. 5. titul. 66. §. 2.* quæ principio
tituli hos decoctores publicos appellat latrones, &
tamquam tales puniendos esse decernit, Salgad. *in*
labyrinth. 1. part. cap. 1. n. 51. & 52. qui etiam ne-
bulones, & conturbatores dicuntur in L. *cuicumque*
idem labeo. ff. de instit. actione, L. quidam fundum
ff. de in rem verso. L. 1. in fine ff. de servo corrupto.
Illis enim debitoribus, qui asperitate fortunæ, &
injuria, ex accidenti, non supine negligentia facul-
65 tatibus lapsi (quos Justinianus infelices debitores
nominat in *Novella 4. & Novell. 135.*) moratoria
prodesse debet tantum, non decoctoribus, & frau-
datoribus, inter quos, & alios magna datur differen-
tia quoad æquitatem, in qua moratoria fundatur,
ut evincitur ex loco eleganti Senecæ *lib. 7. de bene-*
fic. cap. 26. quo ita ait. *Quod tu tam imprudente*
judicas majores nostros fuisse, ut non intelligerent,
iniquissimum esse, eodem loco haberi cum qui pecu-
niam, quam à debitore acceperat libidine, aut alia
absumpsit, & eum, qui incendio aut latrocinio, aut
aliquo casu tristiore, aliena cum suis perdidit? Nul-
lam excusationem receperunt, ut homines scirent, fi-
dem utique præstandam. Satius enim erat, à paucis
etiam justam excusationem non accipi, quam ab om-
nibus aliquam tentari, &c.

Neque obstat, quod de æquitate Canonica sub- 66
veniendum est pauperi sive bono, sive malo *cap.*
quiescamus 42. distinct. Felin. *in capit, si qui testium*
de testib. Joann. And. *in capit. quæ in Ecclesiarum de*
constit. & in foro poli, æquitas juris rigori præfertur,
& per eam juris positivi rigor recuperatur *L. in om-*
nibus 90. ff. de reg. jur. Abbas *in cap. quia propter*
de electione. Camill. Borral. *in comment. ad Bellu-*
gam rub. 11. cap. 4. n. 5. Solorzan. *de jure Indiar.*
tom. 2. lib. 2. cap. 7. n. 66. Valenz. *consult. 92. n. 105.*
& 106. & quidem boni viri est æquitatem, & chari-
tatem spectare Alex. *cons. 175. n. 7. vol. 6.* Cravet.
consult. 190. n. 5. Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst. 13.*
n. 15. 16. 17. & 18. & q. 5. 51. n. 7. Camill. Borrell. *d.*
rub. 11. n. 4. verb. æquitatem, quam rigorem: Unde
videbatur dicendum etiam decoctoribus quinquen-
nalem dilationem esse indulgendam. Quia respon- 67
detur quod licet Christiana charitas, & perfectio id
exigat, tamen politicæ potestati non adimitur quo-
minus animadvertat in illos, qui non solum suas,
sed etiam alienas opes perditissimè consompserunt, &
sic tam se, quam proximum suum, ejusque conjugem,
& liberos ad extremam inopiam, carceres, & cessio-
nes bonorum, & exilia redegerunt, qua ratione recte
ait Jurisconsultus *in L. bona fides 31 ff. depositi*, quod
male meritus publice, ut exemplo aliis ad deterrenda
maleficia sit, etiam egestate laborare debet; nec du-
rum, aut rigorosum videri debet quod ob publicam
utilitatem constituitur, ut qui se stultum demon-
strat in culpa, sapiens fiat in pœna; immo futura
mala præcavenda sunt, non iniquis consuetudinibus
fovenda, Zazius *cons. 5. n. 67. lib. 1.* Innocent. *in*
capit. inquisitioni de sent. excommun. & sæpe etiam
civiliter, & naturaliter obligatus ob utilitatem pu-
blicam tueri potest exceptione, ut evenit in filio fa-
milias, qui ex receptione pecuniæ civiliter obliga-
tur, & sola exceptione S. C. Macedoniani tuetur
L. *qui exceptionem ff. de condict. indeb.* Senatus au-
tem Consultum etiam in foro conscientiæ servan-
dum esse, docent Joa. Andr. & Innoc. *in cap. quia*
plerique de immunit. Eccles. Alciat. *in capit. novit.*
de judic. Jas. *in §. actiones n. 34. instit. de action.*
Anton. Gomez *in L. 3. Tauri n. 124. vers. quid au-*
tem, & lib. 2. variar. cap. 6. n. 2. vers. ex quo inferas,
Mantica, *de tacit. & ambig. lib. 8. tit. 7. n. 40. & 41.*
Parlador. *in sexquicenturia differentia 12. n. 7.* Bar-
bos. *ad Ordinat. lib. 4. tit. 50. n. 6.* post plures Her-
mosill. *in L. 4. tit. 1. p. 5. gl. n. 2.*

Ultra quod æquitas, quæ juri se non conformat, 68
iniquitas est, ut optime tradit Gabr. Alvarez de Ve-
lasc. *de judice perfecto rub. 11. annot. 1. n. 15.* & quæ
scripta non est, attendi non debet Fusat. *de substit.*
quæst. 242. n. 29. Menoch. *lib. 1. præsumpt. 80. n. 32.*
Andr. Gail. *lib. 2. observat. 23. n. 26.* Mierez *de Ma-*
jorat. p. 1. q. 1. n. 309. D. Christoph. Cresp. de Val-
daur. *observat. 11. n. 23.* maximè quando juris ri-
gor scriptus est Jason. *in L. placuit n. 3. C. de judic.*
Menoch. *cons. 914. num. 6.* Mierez *d. num. 309.*
Quia æquitas, quæ non est scripte, sed ex indige-
sto motu, & affectione animi apparet, tamquam ce-
rebrina sequenda non est contra jus scriptum, ne-
que temperat illius rigorem, sed duplex iniquitas
appellatur, Fontanel. *de pact. nupt. claus. 4. gloss. 18.*
p. 1. n. 119. & p. 2. n. 88. & 89. Cresp. *d. observat. 11.*
n. 25. Gabr. Alvar. de Velasc. *de judic. perfecto rub.*
14. annot. 1. n. 5. Unde æquitas decoctoribus suffra-
gari non debet.

Sed est advertendum, quod in casibus, in qui- 69
bus dictum est moratoriam debitoribus non prodesse,
contrarium est observandum si in rescripto aliud ex-
pressè fuerit concessum, ut tenent omnes citati, &

probat

probat *Ordinat. d. lib. 3. tit. 37. §. fin.* ibi: *Salvo se*
expressamente for declarado que o tal espaco haja tam-
bem lugar nos ditos casos. Poterit etiam Princeps
gratiam concedere, ut quis intra certum tempus à
creditoribus conveniri possit *Ordinat. lib. 3. titul. 38.*
& generaliter euntibus ad Bellum. *Ordinat. d. tit. 38.*
§. 2. ubi quando debitor contra se ipsum eadem gra-
tia uti debet, ut suos non valeat debitores convenire.
70 Similiter potest Princeps gratiam facere creditori,
ut à debitore obligato ad certum tempus, possit de-
bitum exigere ante tempus, & ei dilationem ex con-
tractu pertinentem tollere, dummodo dilatio non
fuisset magna, tunc enim illam in totum tollere non
valebit, quamvis abreviare liceat *Ord. lib. 3. tit.*
37. §. 4.
71 Ex qua Ordinat. dispositione infertur, quod licet
Princeps moratoriam debitoribus concedere valeat,
tamen debitum remittere, aut in totum tollere non
potest, ut notat *gloss. in d. l. quoties*, & probat *L. 23.*
tit. 18. part. 3. ubi Gregor. Lopez *& in L. 4. tit. 25.*
eadem p. cujus verba transcribit Castill. *de aliment.*
cap. 5. n. 25. Immo neque Princeps concedere debet
nec potest peremptorias exceptiones, ne scilicet de-
bitor unquam conveniatur, vel ab eo debitum peta-
tur *d. L. quoties C. de precib. Imp. offer.* jus enim al-
teri quæsitum non potest auferre, ut sæpius dictum
est, & ita tenet Anton. Perez *ad tit. Cod. de precib.*
Imp. offer. n. 6. vers. quod ad peremptorias.
72 Quod autem diximus de fidejussore præstando à
debitore qui moratoriam impetravit, ut ea juvari
possit, intellige, ut non semper in constituendo fi-
dejussore debitoris requiratur consensus: nam & fi-
dejubere pro alio potest quisque etiam ignorante
promissore *L. fidejubere ff. de fidejussor.* L. *mandato*
20. §. 1. *ff. mandati cum* L. *seqq.* & quidem mandare
videtur qui non prohibet pro se intervenire L. *sem-*
per ff. de reg. jur. L. si remunerandi 6. §. si passus. L.
qui patitur ff. mandati, unde si præsente debitore,
73 vel non recusante quis intercesserit, materia debitor
juvabitur Anton. Hering. *de fidejussor. cap. 5. n. 146.*
& 147. An autem qui pro alio fidejussit sine manda-
to habeat mandati actionem, distinguit ipse Herin-
gius *proxime n. 148. & seqq.* & ait quod fidejubens
pro debitore patiente, & consentiente mandato, cum
eo agere potest post exolutam pecuniam, vel post
condemnationem *L. qui fide 5. ff. mandati*, L. *si fi-*
dejussor. Cod. eodem. Si vero intercessit pro debitore
Præsente, & vetante, neque datur actio mandati,
neque negotiorum gestorum, & fidejussor ab omni
actione recuperandi excluditur, ut probat Paulus *in*
L. si pro se 40. ff. mandati, L. si nolente, Cod. de ne-
got. gest. prohibitio enim tantæ est potentiæ ut ex ne-
gotiis etiam utiliter gestis neque utilis actio compe-
tat *d. L. si nolente*, ubi Bald. & Salicet. Anton. Gomez
lib. 2. variar. cap. 13. n. 11. Hieron. Treutlerus *sele-*
ctar. disput. vol. 2. disput. 28. thesi 3. litt. G. Caroc.
de excuss. bonor. part. 2. quæst. 22. n. 3. 4. 5. & seq.
Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 69. n. 27.* Surd *de aliment.*
tit. 6. q. 5. n. 16. cum seqq. optime Molin. *de justitia,*
& jure tract. 2. disput. 55. n. 5. August. Barbos. *in d.*
L. si nolente n. 1. & 2. Anton. Hering. *d. cap. 5. n.*
150. *& seqq.*
74 Supposito igitur quod fidejussor, qui sine manda-
to, aut consensu debitoris intercessit, obligetur, &
fidejussio ita præstita sufficiat, ut moratoria debitor
gaudere valeat, restat inquirere, an attento, quod
moratoria non prodest nisi debitori, qui debitum co-
ram Judice confessus fuit, ut diximus *supra num.* Is
qui fidejussorem præstat censeatur debitum fateri. In
qua quæstione pro affirmativa facit Socin. *consultat.*
113. *incipit quoniam in causa lib. 3.* Ubi ait eum
consentire censeri capturæ etiam iniquæ, qui ultro
fidejussoret præstat de non recedendo, sequitur
Conrad. Lancelot. *de officio prætorum in causis cri-*
minalib. rub. de captura n. 17. Secundo facit Bart.
doctrina *in quadam disputat. incipit Lapus*, qui con-
sultus an Judex qui aliquem injuste capi fecit, & post-
eà eum relaxavit accepto fidejussore de eum repræ-
sentando ad ipsius requisitionem, teneatur in sindi-
catu, & respondit Bart. judicem excusari, eo quod
per dationem fidejussoris videtur reum tacitè confes-
sus se justè fuisse captum, sequuntur Thom. Ferrat.
cautela 14. incipit jura sunt vulgaria n. 3. vers. quæ
cautela poterit, qui refert Amed. de Castel. *in tract.*
de sindicatu circa finem vers. postremo dicendum est
Cels. Hugo *cons. 71. n. 10. vers. quoad vero capturam,*
& cons. 121. n. 2. Hering. *d. c. 5. n. 157.*
Nihilominus tamen verius est, quod præstans fi- 75
dejussorem regulariter debitum non fatetur, quia
potuit alio animo fidejussorem dare, puta causa vi-
tandæ instantiæ, importunitatis creditoris, & postea
ei non esse debitorem monstrare, *L. litibus §. fin.*
Cod. de agricolis, & censit. lib. 11. & ita cum Cuja-
cio tradit Heringius *d. cap. 5. n. 158. & 174. & an.*
159. *cum seqq.* præd. resolutionem pluribus similibus
comprobat, *& à n. 175.* edocet casus in quibus per
rationem fidejussoris debitum quis confiteri videa-
tur, & tandem *n. 184.* respondet ad consil. Socini
513. & *n. 194.* ad doctrinam Bart. *in d. disputatione*
incipit Lapus. Secundum quæ debitor, qui morato-
riam impetravit, ultra fidejussionem, debet coram
judice debitum confiteri, ut moratoria possit juravi.
Et ut hanc materiam de moratoria à Principe con- 76
cessa absolvamus, notare oportet, quod si unus ex cre-
ditoribus citatis ad moratoriam, vel inducias, sit
Clericus, non potest declinare judicium, sed respon-
dere tenetur ubi alii creditores, ut in specie tradit
Mastrill. *dec. 79. per totam*, Borell. *in summa decis.*
titul. 14. de foro compet. tit. 13. n. 155. Barbos. *ad*
Ordinat. lib. 3. titul. 37. §. 4. Mello *de induciis debi-*
tor. quæst. 34. n. 34. Cevall. *commun. contra com-*
mun. q. 897. n. 24. in fin.
Ultra moratorias, quæ à Principe debitoribus 77
concedi solent, quæ ex gratia proveniunt, dantur
aliæ, quæ induciæ solent appellari, & concedun-
tur à creditoribus suis debitoribus, ut intra quin-
quennium debita persolvant, fundanturque in justi-
tia juris scripti ex L. *fin. Cod. qui bon. cedere poss.*
Trentacinq. *d. lib. 3. tit. de solut. resolut. 1. n. 4.* Mello
d. quæst. 34. n. 7. & peti possunt à debitore, qui bonis
cedere vult, *Ordinat. lib. 4. tit. 74. §. 2. d. L. fin.*
Cod. qui bon. cedere poss. ita ut si plures sint credito-
res concordes in concedendis induciis quinquenna-
libus, teneatur debitor inducias etiam invitus accep-
tare, quia creditorum est electio, vel quinquenna-
le spatium indulgere, vel cessionem bonorum acci-
pere *d. L. fin. Cod. de cessione bonor. Ordinat. d. titul.* 78
74. §. 4. Quod si plures sint creditores discordes in-
ter se, quia alii inducias volunt concedere, alii po-
tius cessionem accipere illa pars sequenda erit, cui
plus debetur, ita ut si uni creditori plus debeatur,
quàm omnibus aliis, illius sententia erit amplecten-
da, & illi cedere debent cæteri creditores, & si
plures sint creditores ex diversis quantitatibus, ma-
jori cumulo standum est, nulla personarum habita
ratione, at vero si pari quantitate debiti inventa,
dispari verò creditorum numero, tunc major pars
creditorum prævalet, & si undique datur æqualitas
tam debiti, quàm numeri creditorum, sequenda
est tamquam humanior sententia eorum qui quin-
quennale spatium indulgent, ut omnia probat Justi-
nianus *in d. L. fin.* & loquitur *lex nostra Regia d. tit.* 79
74. §. 3. & apud Castellanos idem disponit L. 5. *& 6.*
tit. 15. part. 5. L. 25. tit. 5. lib. 2. recopil. & L. 5. 6. &
7. lib. 5. recop. & prosequitur Trentacinq. *d. tit. de*
solution. resol. 2. Gratian. *discept. forens. cap. 252.*

Fontanel.

Fontanel. de pact. nupt. clauf.5. gloff.8. part.7.n.42. Gutierr. de juramento confirmat. p.1.cap.65. Ofvald. ad Donel. lib.22. cap.9. Covar. lib.3. variar. cap.1. Parlador. rerum quotid. lib.2. cap. fin. 5.part. §.... n. 8. Nicolaus Gleous de scriptura privata lib. 3. quæst. 5. tit. de litter. indueialib. Farinac. in praxi tit. de carcerib. quæst.29. per totam, & de accufat. quæst.14. à n.18. cum feqq. Ramon. confult.10. Mello de induciis quæst. 8. à n.7. cum feqq. Salgado qui plures laudat in labyrint. credit. 2.part. cap. 30. n.53. & feqq. quibus addo Crefp. obfervat.112. n.12. Anton. Perez ad C. qui bonis cedere poff. n.24. qui n. 25. ait potius expedire creditoribus inducias concedere, quam cessionem admittere, eo quod concedendo inducias quinquennales debitor renuntiaffe videtur cessioni bonorum, ut nec elapfo quinquennio illius beneficio uti poffit, fed carcere concludatur gloff. in d. L. fin. in fine, Alex. conf. 205. vol.2. Trentacinq. de refolut. 2. n.17. Gratian. d. cap.222. n.17. Afflict. dec. 378. n.2. Mello de induciis quæst. 34. n.23. Franch. dec.151. n.7. Amendola ad eundem dec.82. n.3. Et hic eft cafus, in quo plus poteft tacita renuntiatio, quàm expreffa, fiquidem beneficio cessionis bonorum expreffe renuntiari nequit fecundum veriorem opinionem, de qua Bart. in L. alia §. eleganter ff. de foluto matr. & ibi Petr. Barbof. n.49. in fin. Imola, & alii in cap. cum contingat. de jurejurando, Doctor. in cap. Oduardus de folut. & in cap. 2. de pignor. Guido Pap. dec.211. n.1. & alii, cum quibus Gratian. d. cap. 222. n. 17. Anton. Perez ad tit. C. qui bon. cedere poff. n.20. Quamvis validam effe renuntiationem te-
80 neant Matheus Brunus de cessione bonor. q.20. Covar. in cap. quamvis pactum part.2. in princip. n.10. quia contra eos eft verior opinio, quam optimè confirmat Petr. Greg. fyntagmat. lib. 22. cap. 15. & fequitur Menchaca. de fucceff. creatione lib.3. §. 22. n.79. & Anton. Perez d. n. 20.

81 Similiter minor creditorum pars tenetur ftare majori volenti remittere debitori certam partem debitorum, feu creditorum, ut aliam folvat, ut probat text. in L. & fuum hæredem §. hodie tamen ff. de pact. alias L. juris gentium 7. §. hodie, & §. Marcellus, L. majorem, L. refcriptum, ff. eod. Salgad. in labyrinth. 2. part. cap.30. n.53. & feqq. L.6. tit.15. part. 5. Tiraq. in tract. res inter alios acta, limit. 34. Strac. de mercatura tit. de decoctorib. part. 6. n.5. & feqq Afflict. dec.288. Quæ jura exorbitant à juris regulis,
82 fecundum quas in re tangente ad plures, uti fingulos, melior eft conditio prohibentis L. Sabinus ff. communi divid. L. in concedendo, ff. de aqua pluvia arcenda, cap. in re communi 56. de reg. jur. in 6. ubi Auguft. Barbof. & Crefp. obfervat. 112. n.111. qua ratione major pars creditorum, minori præjudicare non poffe videbatur, fed contra juris rigorem illud introductum fuiffe ex fpeciali Divi Marci refcripto colligitur ex text. in d. §. hodie juncta L. refcriptum. ff. de pactis, favore liberationis, ut tradunt communiter fcribentes.

Attamen prædicta refolutio bene procedit in tri-
83 bus cafibus fuper quibus difponunt jura d. §. hodie, & in L. majorem, & in L. refcriptum. ff. de pact. Quorum primus eft quando debitore defuncto hæres hæreditatem adire non vult, nisi creditores partem debiti remittant: Et hoc cafu ftandum eft majori parti creditorum. Ex ea ratione, quia fi remiffio partis debiti non fieret, hæres non adierit hæreditatem, & creditores non haberent, quem convenirent: ut fentit, Gloff. in d. §. hodie, & tenet Trentacinq. d. tit. de folution. refolut.3. n.2. Secundus cafus eft quando debitor aufugit, & creditores non habent facultatem eum conveniendi, quia fi debitor vult pacifci cum creditoribus de remittenda aliqua parte debiti, aliter non reverfurus ad civitatem, tunc major creditorum pars prævalere debet ex eadem ratione gloff. nempe, quia creditores non haberent quem convenire poffent; ita Paul. de Caftr. 84
d. §. hodie, quem communiter fequuntur DD. & Afflict. dec. 288. n. 3. qui ita judicatum teftatur, Trentacinq. de refol. 3. n. 12. verf. fecundus cafus Straca de decoctorib. p.6. à n.5. Aug. Barb. in d. Regul. in re commun. n.6. Tertius cafus eft quando debitor inopia preffus voluit cedere bonis, & major creditorum pars convenit de remittenda certa parte debiti tunc namque ne creditores propria amittant credita, majori parti ftandum eft per text. in L. ult. C. qui bon. ced. poff. ubi gloff. Et in tribus cafibus procedit decifio text. in d. §. hodie, & in d. L. majorem, & in d. L. refcriptum, cum declarationibus de quibus Trentacinq. d. refol.3. n.3. & feq. At verò extra hos cafus non poteft major pars creditorum præjudicium inferre minori, ut profequitur Trentacinq. d. refol.3. Vincent. de Franch. dec.82. n.3.4. & 5. Aug. Barb. ubi fupra n. 6. Quidquid in contrarium teneant Salgad. in labyr. creditor. p. 2. cap. 2, n.74. & 75. dum habet regulam prædictorum jurium extendendam effe ad alios cafus præter illos in quibus loquuntur, fundatur enim L. fin. ff. de bon. auctorit. judic. poffident. & in L. d. curatore bon. dand. Quæ jura non loquuntur in remiffione debiti, & text. in d. L. fin. cum pluribus creditores in poffeffionem rerum debitoris mittuntur, difponit negotium uni à creditoribus effe dandum quem major pars creditorum elegerit, ne rationes corrumpantur; & fic agit de utilitate omnium non de præjudicio. Similiter text. in d. L. d. curatore agit de eo conftituendo in omnium utilitatem, & fic, de electione in qua majori parti creditorum ftandum effe decidit. Unde ex dictis juribus inferri non poteft ad remiffionem debiti in qua minoris partis præjudicium convertitur, & quidem ex facto alterius neminem poffe prægravari jura proclamant. Proindeque ftandum eft prædictæ opinioni, quam tenent Afflict. & Vincent. de Franch. locis citatis Gratian. cap. 222. n. 16. ibi: licet fecus fit quando tractaretur de parte debiti remittenda.

Deinde fciendum eft, quod remiffio partis debiti 85
facta à majori parte creditorum non præjudicat minori, quando creditores poffunt debitorem convenire ut tenent Guilielm. Alberic. Bald. Angel. Salicet. Paul. de Caftr. & Alexand. in d. §. hodie cum quibus Trentacinq. d. refol.3. n.12. verf. primus eft. Iterum major creditorum pars non poteft remittere totum debitum in præjudicium minoris partis per text. in L. apud Celfum in princip. ff. de dol. except. & fcribunt Paul. de Caftr. in d. §. hodie. Ubi Alexand. & in L. quod major. ff. de pact. Roman. confil.46. incip. creditores Strac. de decoctorib. part. 6. tit. 12. Trentacinq. de refol. 3. n. 5. Gregor. Lopez L. 6. tit. 15. part. 5. verbo, quintamiento.

Infuper pactum majoris partis creditorum æquale 86
effe debet ut præjudicium daret minori, debet omnium pars effe fortuna, eleganter Vincent. de Franch. dec.176. n.9. Sequitur Salgad. d. cap.2. n.80.81.82. & 83. Et regulare eft in omni cafu æqualitatem effe fervandam L. jure fuccurfum in fin. ff. de jur. dot. L. num fecundùm naturam de condit. indebit. Menoch. conf. 26. n.22. & conf.34. n.11. & conf. 203. n. 16. Valenz. conf. 93. n. 8. Iterum dilatio à creditoribus conceffa non comprehendit creditores quæfitos poft adeptam dilationem. DD in L. quoties ff. de precib. Imperat. offer. & in fpecie tradit Carol. Anton. Mocch. in Sylv. caf. forenf. cap.90. n.1. & 2. qui n.
31. docet quod fi creditores qui fupervenerunt fece- 87
runt capere debitorem, & executionem in bonis non poffunt alii agere de prælatione fed Apifcella contrariam tuetur opinionem tit 1. 161. & 162.

Sed notabis, quod fi dilatio conceffa à majori

parte

parte creditorum non habuit effectum respectu aliorum major pars non tenetur stare dilationi, ut disputando quæstionem ad partes resolvit Carol. Anton. Moee. *ubi supra c.* 61.

88 In concedendis autem induciis an omnium creditorum tam præsentium, quàm absentium citatio necessaria sit, vel sufficiat quod major pars eorum concedat, non levis dubitatio est, quia in his, quæ sunt communia pluribus, ut singulis, citatio omnium est de substantia actus & quod omnes audiantur *d. L. juris gentium §. hodie ff. de pactis*, Alex. *cons.* 205. L. *n.* 2.
89 *l.* 2. Surd. *cons.* 309. *n.* 12. *& seqq.* Bart. *in L. omnes populi ff. de just. & jure in* 3. *quæst* 29. *principalis*, & facit *text. in L. si præsedente* 58. *§. Lucius ff. mandati* ibi: *Sed cum proponas eum absuisse, iniquum est auferri ei electionem*, ex quo fundamento, affirmativam partem tuentur post Alber. Aretin. Bald. Salicet. & Alex. *in L. rescriptum ff. de pact.* Alex. Trentacinq. *d. . titul. de solution. resolut.* 2. *n.* 6. & dicit communem Mendez à Castro *in praxi lib.* 3. *cap.* 22. *§.* 6. *n.* 62. Loez *in praxi tom.* 1. *p.* 4. *cap.* 16. *n.* 3. Gregor. Lopez *in L.* 5. *tit.* 15. *p.* 5. *gloss.* 1. *in fine*, sequitur Salgad. *in labyrinth.* 2. *p. cap.* 30. *n.* 68. *&* 69. & eam exornat Mello *de induciis quæst.* 6. *à n.* 1. *cum seqq.* Sed hujusmodi opinionis fundamentis non obstantibus idem Mello veriorem dicit contrariam opinionem; quam probat ex *text. in d. L. rescriptum ff. de pact.* cujus verba sunt:
90 *Rescriptum autem Divi Marci, sic loquitur, quasi omnes creditores debeant conveniri, quid ergo si quidam absentes sint, nunc exemplum præsentium absentes sequi debent, sed an, & privilegiatis absentibus, hac pactio noceat eleganter tractetur.* Si modo valet pactio & contra absentes, & reperio ante formam à D. Marco datam, Divom Pium rescripsiste, fiscum quoque in iis casibus Hypothecas non habet, & cæteros privilegiatos exemplum creditorum sequi oportere, hæc enim omnia in his creditoribus, qui hypothecas non habent conservanda sunt.

91 Ex quibus verbis bene edocet Mello *num.* 12. *&* 13. in specie illius textus acordium majoris partis creditorum de remittenda certa parte debiti nocere aliis creditoribus in minori summa absentibus, & non citatis, & à fortiori idem dicendum circa concessionem induciarum, in quibus minus vertitur præjudicium, & *num. seqq.* bene fundat hanc partem, & contrarius satisfacit. Et pro hac opinione judicavit Senatus noster in mense Januarii anni 1666. me Judice cum D. Joanne de Roxas de Azevedo, nunc meritissimo Senatore Palatino, in lite Francisci Albergi Angelicum Dominico Soarez Ulysiponensi Scriba Laurentio de Barros & Andrade, eo potissimum fundamento quia creditor basens, qui citatus non fuit erat de minori quantitate, & si citatus foret nullatenus impedire poterat dilationem à majori parte creditorum concessam, & quando notoriè constat citandum nullam defensionem habere posse, citatio necessaria non est, & sine ea sustinetur actus, ut ex Castrens. & aliis tenet Larrea *allegat.* 5. *n.* 6. Marsill. *singular.* 30. Anton. Gabr. *tit. de citat. conclus.* 1. *limit.* 16. *n.* 348. Scaecia *de judic. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 17. Salgad. *de Regia protect. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 140. Mello *d. quæst.* 6. n. 16. Oliva *de for. Eccles. p.* 1. *quæst.* 16. *n.* 35. post alios Solorzan. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 25. *n.* 85. *&* 89. Eandem sententiam probat Salgad. *d. cap.* 30. *n.* 71. *&* 72. in provinciis ubi de consuetudine creditores non solent convenire in uno loco ad concedendas inducias, & à creditoribus privatim, & separatim à debitoribus postulantur, ut in Hispania & in hoc regno, Mello *de induciis n.* 21. Est autem acordium creditorum, seu majoris partis eorum confirmandum à Jodice, ut præjudicetur aliis contradicentibus, sive agatur de remittenda quotta parte debiti, sive de quinquennali dilatione, ut per Gratian. *d. cap.* 222. n. 26. Mello 92
d. quæst. 10. *n.* 22. Salgad. *d. cap.* 30. *n.* 73. Et quod induciæ à creditoribus concessæ prosint fidejussoribus, probat optime Mello *in d. tract. quæst.* 25. *à n.* 7. *cum seqq.* ubi *n.* 13. allegat. Villa Diego, & Costa *de portione rata cap.* 139. *n.* 8. Surd. *dec.* 301. *n. fin.* Barb. *in L. maritum n.* 87. *vers. quod tamen ff. soluto matr.* sequitur Salgad. *d. cap.* 30. *n.* 74. & quid in duobus correis an induciæ uni concessæ prosint alteri, idem Mello *d. q.* 25. n. 15. Salgad. *d. cap.* 30. n. 75. & de 93
pluribus quæstionibus in materia late, & optime Mello *in d. tractatu per totum.*

Denique in concedendis induciis nulla datur differentia inter creditores chyrographarios, & hypothecarios, & sufficit quod major eorum pars conveniat, cum enim tantum agatur de concedendis indu- 94
ciis (quæ res non est gravis præjudicii) vel de admittenda bonorum cessione, quæ etiam creditoribus invitis est admittenda ex Saliceto *in L. qui bon. cedere poss.* recte Justinianus statuit etiam hypothecarios creditores respectu induciarum, majori creditorum parti stare debere *in d. L. fin. vers. nulla.* Secus autem erit respectu remissionis certæ partis debiti, nam licet major pars præjudicet minori in remittenda certa quotta debiti, ut dictum extat tamen hoc non procedit quando creditores pro majori parte non habent hypothecas & minor pars haberet hypothecam namque tunc major pars non præjudicat minori, & ita scribunt Azo. *in summa C. qui bonis cedere poss.* Salicet *in L. fin.* n. 1. *Cod. eod.* Bart. Paul. de Castro & Mier. *in d. L. rescriptum.* Afflict. *decis.* 286. Gratian. *d. cap.* 222. *n.* 15. *&* 16. Mello *de induciis quæst.* 8. *n.* 11. Anton. Peres *ad tit. C. qui bon. cedere poss. n.* 27. Trentacinq. *d. tit. de solution. resolut.* 2. *n.* 2. *&* 3. & de ratione differentiæ videndi sunt Gratian. *d. cap.* 222. *n.* 15. *&* 16. & Mello *d. quæst.* 8. n. 13. *&* 14.

Alia tandem sunt Regalia, quæ ad solum Princi- 95
pem pertinent ut sunt assignare, & taxare mensuras, & pondera, ut æqualitas in contractibus servetur, de quo jure agit Ripol. *de Regal. cap.* 20. & Salvaguardia, de qua idem Ripol. *cap.* 21. idem creandi civitates, & villas, de quo idem Ripol. *cap.* 44. Petra *de potest. Principis cap.* 10. *n.* 28. Castill. *de tertiis cap.* 41. *n.* 96. Cabed. 2. *p. dec.* 40. *n.* 7. Calixt. Ramirez *de lege Regia* §. 26. *n.* 61. Ripol. *de Regal. cap.* 44. n. 1.

Item potestas prohibendi subditis, & impediendi 96
ne etiam in suo solo, & terris suis extruant castra, fortalitia, turres, & propugnacula, maxime in finibus Regni *L.* 2. *C. de fund. limitrophis lib.* 11. L. *opus ff. de oper. pud. L. per Provincias C. de ædific. privat. L.* 7. *tit.* 7. *lib.* 4. *Ordin.* Anton. Gomez *in* L. 46. *Tauri n.* 14. Ramirez *de lege Regia* §. 26. *sub n.* 64. Castill. *de tertiis c.* 41. *n.* 95. Cabed. 2. *p. dec.* 40. *n.* 7. Renat. Chopin. *d. jurisd. Andegavensi lib.* 1. *tit.* 3. *cap.* 42. *n.* 15. *vers. sunt, & alia*, Cancer. 3. *p. cap.* 13. *n.* 19. *&* 20. Ripoll. *de Regalib. cap.* 33. *n.* 5. Boer. *dec.* 320. *n.* 16. Thusc. *litt. C. conclus.* 120. n. 12. Horat. Montan. *de Reg. verb. Palatia sub n.* 4. ubi n. 6. rationem politicam hujus prohibitionis adducit Gail. *lib.* 2. *observat.* 69. *n.* 17.

Porro ad Regalia pertinet assiguare terminos civi- 97
tatibus, oppidis vel villis, & insuperrestringere assignatos, vel ampliare ot optimè tradunt Solorz. *de jure Indiar. tom.* 2. *lib.* 5. *cap. unic. n.* 85. Larrea *allegat.* 109. *n.* 5. *&* 8. Ramon. *cons.* 14. *n.* 30. *in fin.* Capyc. Latro *dec.* 27. *n.* 18. eleganter Calixt. Ramir. *de leg. Regia* §. 26. *n.* 11. *cum seqq.* Matiens. *in* L. 3. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopil. gloss.* 7. *n.* 2. *&* 4. *& in L.* 1. *gloss.* 21. *n.* 2. Valasc. *de jur. emphyt. quæst.* 8. n. 37. Hermosill. *in* L. 15. *tit.* 5. *gloss.* 3. *à n.* 1. *cum seqq.* cum pluribus Anton. Gabr. *lib.* 1. *commun. opinion.*

tit.

tit. de præsumpt. conclus. 9. noviſſime Valeron. *de transaction. titul.*4. *quæstione* 3. *n.* 22.

CAPUT XLIII.

Quæ, & qualia ſint bona Regia Coronæ.

SUMMARIUM.

1 *Princeps duo habet patrimonia, aliud privatum & alterum publicum, Regale, ſeu fiſcale. Et quid ſit privatum patrimonium.*

2 *Publicum patrimonium ſunt res, quæ non ad privatum pertinent, ſed revera ſunt ipſius Reipublicæ. Et exemplificatur.*

3 *Item etiam apud Romanos unum conſtitutum fuit ærarium publicum: & poſtea Auguſtus aliud ſuper addidit, ut in eo reponerentur pecuniæ quæ ad privatum Principis patrimonium pertinebant.*

4 *Publicum ærarium majus dicebatur, quam privatum. Fiſcus accipitur pro pecunia publica: Et inde dicitur confiſcare, ad Principis fiſcum deferre.*

5 *Hodie nulla datur differentia inter publicum ærarium, & privatum, cum omnes redditus Principis ſimul colligantur.*

Apud nos, & Caſtellanos fiſcus etiam dicitur Camera Real.

6 *Bona Regalia ſive pertineant ad publicum ſive ad privatum patrimonium, eiſdem gaudent privilegiis, quibus & fiſcus, ſeu publicum ærarium.*

7 *Princeps poteſt ad libitum uti, & abuti rebus, quæ pertinent ad privatum patrimonium, & eas pro libito alienare: & ad hæredes tranſmittere, quamvis in principatu non ſuccedant.*

8 *Non vero transfert ad hæredes res, quæ ſunt Majeſtatis, neque regulariter eas poteſt alienare.*

9 *Civitates oppida, & caſtra pertinent ad Regiam Coronam.*

10 *Civitas dicitur à civibus, & his quibus conſtat.*

Appellatione civitatis venit ipſa civitas cum ſuo territorio, & comprehendit omnes cives. Ib.

11 *Oriundus ex vico civis eſt illius civitatis, cui vicus reſpondet.*

Domicilium idem dicuntur habere civitatenſes, & vicani. Ib.

12 *Caſalenſes, qui extra mænia, & ſuburbia civitatis ſunt, dicuntur cives illius civitatis, & gaudent privilegiis, & tenentur contribuere pro oneribus civitatis.*

13 *Civitate deſtructa ad aratrum non veniant caſtra.*

Apellatione civitatis in materia ſtricta id tantum venit, quod muris terminatur, non ſuburbia. Ib.

Condemnatis civibus alicujus civitatis non comprehenduntur comitatenſes, niſi in cauſa communi civium & comitatenſium.

14 *Civitate deſtructa juſſu ſuperioris, amplius non appellatur civitas quia dicitur mori: Secus ſi ab hoſtibus diruatur.*

15 *Civitas metropolis & caput Regni inter alias majoribus decoranda eſt honoribus.*

Hæc civitas habet authoritatem de grande, & decoratur titulo de ſenhoria: non tamen poteſt mittere legatos ad Regem, ſed deputatos

16 *Caſtrum quid ſit.*

Fortalitium non debet eſſe nimis ſpatioſum. Ib.

17 *Caſtellum, ſeu fortalitium nullam habet juriſdictionem de jure communi; & ſine ea eſſe poteſt.*

Cuſtos Caſtri, vel Caſtelli non continetur appellatione officialis in ſtatuto loquenti de officiali: neque habet juriſdictionem principaliter, ſed acceſſoriè quoad cuſtodiam.

18 *De caſtellorum origine, & neceſſitate, & de præfectis arcium, eorumque officio, & obligatione. Remiſſivè.*

19 *Caſtellanus deputatus ad tempus ad cuſtodiam arcis, eo finito non debet recedere præcipiti feſtinatione, ſed admonere debet dominum, ut mittat ſucceſſorem.*

Etiam pro ſubſidio totius civitatis non debet exire de cuſtodia arcis. Ib.

20 *Caſtrum de conſuetudine accipi ſolet pro villa ſeu oppido.*

Oppidum & villa habent ſe ad inſtar civitatis, & non aliter differunt quam parva civitas à magna. Ib.

21 *Oppidum ſeu caſtrum eiſdem utitur privilegiis: & juribus, quibus civitas.*

22 *Quod civitati conceſſum eſt, & oppidis, dicitur conceſſum: & ita ut civitatibus, quæ in Comitiis votum habent, ut vocentur de Senhoria, ita & oppidis, quæ habent votum in Curiis.*

23 *Reſtitutionis beneficium ita ut competit civitati, & Reipublicæ: & ita, & oppidis, aut villis.*

24 *Fundi patrimoniales, quos Reges ſibi reſervarant: dum terras colendas conceſſerunt municipibus, qui apud nos appellantur Reguengos, pertinent ad Regiam Coronam.*

25 *Fundorum patrimonialium duplex eſt genus: alii juris emphyteutici, qui regulantur juxta formam contractus tanquam emphyteuſes privatorum.*

26 *Alii juris privati ſimiles privatorum agris qui dicuntur Reguengos, qui pertinent ad poſſeſſores pleno jure: & de illis poſſunt diſponere ad ſuas voluntates, dummodo penſiones ſolvantur.*

27 *Fundi patrimoniales regulantur ad inſtar bonorum allodialium, & in partitionibus dividuntur in partes, & imputantur in legitimas filiorum: Et ita judicatum. Et poſſunt alienari ſine Regis conſenſu.*

Item in eis non habet locum pœna commiſſi, & eorum fit communicatio inter virum, & uxorem: & deducitur tertia? Item & majoratus poteſt inſtitui ex dictis bonis. Ib.

28 *Inter fundos patrimoniales juris emphyteutici & juris privati, datur differentia, quod emphyteuta fruitur fundis tanquam alienis; poſſeſſor vero fundorum juris privati tanquam dominus, Emphyteuta autem non ſoluto canone incidit in commiſſum: non ſic poſſeſſor.*

29 *Fundorum patrimonialium vulgo Reguengos, duæ ſunt ſpecies: ſunt in quibus poſſeſſores plenum habent dominium, & tantum tenentur ſolvere Canonem: alii verò ſunt fundi in quibus coloni habitare tenentur, & eorum hæredes in perpetuum.*

30 *Coloni qui habitare tenentur in fundis, ſunt adſcripti glebæ, membra terrarum, & neque momento temporis poſſunt ſeparari a fundis: neque domini eos poſſunt alienare ſine prædiis.*

Prædiis ſimpliciter legatis veniunt inquilini, qui pertinent ad legatarium, quaſi pars prædiorum. Ibid.

31 *Nobilis, aut miles de jure Regio non poſſunt acquirere, vel poſſidere fundos patrimoniales in quibus coloni habitare tenentur.*

32 *Archiepiſcopis, Epiſcopis, & cæteris Eccleſiaſticis perſo-*

personis probibentur emere, vel possidere immobilia intra confinia fundorum patrimonialium, vulgo Reguengos, sab pœnis declaratis.

33 Hac probibitio valida est ut num. seqq. & n. 35.

Quilibet potest in traditione rei suæ probibere expresse ne sua res transeat in Ecclesiam, vel ecclesiasticas personas. Ib.

34 Majoratus institutor potest probibere, ne majoratus ad Clericum vel religiosam perveniat.

36 Defendit justitia legis Regiæ Lusitaniæ lib. 2. tit. 18. dum probibet Ecclesiasticis, & monasteriis acquirere bona immobilia, & ea possidere absque Regis licentia.

Et fundatur opinio n. 43. & seqq. præcipuè n. 50. & 51. & seqq.

37 Ecclesiæ habent facultatem à jure emendi bona immobilia: & contrarium statutum est contra libertatem Ecclesiæ.

38 Leges sæculares latæ contra immunitatem, & libertatem Ecclesiæ sunt nulla.

39 Statutum probibens alienationes fieri in Ecclesias, est contra libertatem Ecclesiasticam, & non valet.

40 Statutum laicorum probibens immobilia alienari in non subditos, non comprehendit alienationes factas in Ecclesiasticos.

41 Leges civiles, quæ faciunt expressam mentionem Ecclesiarum, non valent in earum præjudicium.

Lex Civilis probibens bona immobilia transferri in Ecclesias ob publicam utilitatem, & bono zelo; adhuc est contra libertatem Ecclesiasticam. Ibid.

42 Afferuntur authoritates eorum, qui tenent similes leges validas non esse.

43 Referuntur Doctores qui affirmativam adstruunt sententiam: Sed prior opinio in puncto juris verior est.

44 Si lex probibet immobilia transferri in Ecclesias ob publicam utilitatem; & conservationem Reipublicæ, & ex justa causa defensionis Regni, valida est.

45 Utilitas publica non solum præfertur privatæ, sed etiam Ecclesiæ favori.

46 Statutum probibens bona transferri in Ecclesias non disponis directè de materia, text. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ.

Princeps secularis potest se defendere adversus Summum Pontificem se intromittentem in jurisdictione sæculari, quando notorie constat ad eum non pertinere. Ib.

47 Privilegium Ecclesiarum quamvis junctissimum si incipit esse nocivum Reipublicæ, cessare dicitur ipso jure.

48 Utilitas publica in quacumque dispositione semper censetur excepta, & reservata.

Privilegium, aut exemptio contra jus publicum non attenditur. Ib.

49 Ob publicam utilitatem, & ex causa publica multa conceduntur in aliorum damnum, quæ altàs non permitterentur, & 50.

51 Lex Regia sustinetur ex privilegio Summi Pontificis, & ex concordia inter Clerum, & Regem Dionisium quæ Romæ confirmata fuit.

Et confirmatio ex cursu temporis immemorialis præsumitur.

52 Tempus immemoriabile habet vim tituli, & privilegii interveniente scientia, & patientia adversarii.

Confirmatio ex cursu temporis immemorialis, & solemnitates extrinseca intervenisse censentur. Ib.

53 Monachi: & Ecclesiastici sunt ditiores quam homines sæculares.

54 Probibitio Ordinat. lib. 2. tit. 18. procedit in bonis non quærendis ex contractu emptionis vel donationis insolutum: at vero titulo donationis vel successionis Ecclesia acquirere potest, & possidere, sed non possunt retinere ultra annum, intra quem alienare tenentur in laicos.

55 Intellige ut probibitio procedat in acquisitione perpetua non ad tempus, quando post illud bona reversura sunt ad laicos.

56 Sed hac limitatio ad legem Regiam convincitur, & reprobatur in acquisitione ad longam tempus, probatur tamen, si ad modicum dona relinquantur.

Pactum in fraudem legis nullum est: & n. 57.

57 Monasterium capax bonorum, succedit in majorata delato ejus monacho, & non tenetur intra annum commoditates majoratus in laicos transferre.

58 Probibitio legis Regiæ d. tit. 18. ita procedit in emptione simplici, ut emptione cum pacto de retrovendendo: quia per utramque transfertur dominium, si venditor erat dominus, Et reprobatur Oliva.

Generalis dispositio generaliter est intelligenda. Ib.

59 Dominium in venditione facta cum pacto legis commissoriæ revertitur ipso jure ad venditorem si pactum non servetur.

60 Dominium exemptione facta cum pacto de retrovendendo non retransfertur ipso jure in venditorem redimentem soluto pretio, sed necessaria est nova traditio.

61 Pactum de retrovendendo in perpetuum, vel toties quoties venditor voluerit, præscribitur spatio triginta annorum secundum communiorem opinionem.

62 Emens cum pacto de retrovendendo ad certum tempus, eo elapso non compellitur retrovendere.

63 Diluuntur contraria fundamenta.

64 Venditio cum pacto de retro perfecta est, & absoluta, & producit effectus venditionis simplicis: immo statutum loquens de venditione simplici: comprehendit venditionem cum pacto de retro.

65 Fructus sequuntur dominium.

Fructus pendentes tempore retrovenditionis pertinent ad eum, in quem dominium transit. Et alii dicunt, quod ad venditorem retrahentem.

66 Humanior est opinio, quod fructuum pendentium divisio fiat inter emptorem, & venditorem retrahentem, quando retrovenditio fit eodem pretio.

67 Fructus pendentes sunt pars fundi.

68 Dominium qui habet etiam revocabile, verus dominus est.

69 Verba, satis est quod accipiantur in proprio sensu, licet non in potiori.

Verba debent intelligi propriè, & in significatione absolutè, quando absolutè proferantur. Ib.

70 Ecclesiæ, vel Monasteria non possunt emere census perpetuos, quia appellatione immobilium continentur.

Item non possunt emere census redimibiles. Et reprobatur Felicianus de Oliva. Ib.

71 Census redimibiles inter immobilia computantur & quoad venditorem perpetui censentur.

72 Clerici ementes stabilia cum pacto de retro in perpetuum non possunt transferre immobilia in Ecclesiam vel in Ecclesiasticas personas. Et reprobatur Felicianus de Oliva.

73 Ecclesia non potest retinere bona stabilia quæsita per præscriptionem. Et reprobatur Felicianus de Oliva.

74 Possessio à jure improbata prodesse non potest.

Præscriptio non procedit sine possessione. Ib.

75 Diluuntur fundamenta Feliciani.

Dictio

Dictio quovis modo, omnem modum comprehendit Ib.

Dictio, quisquis, ampliat dispositionem, & comprehendit casus etiam dissimiles: immo adjecta verbo importanti arbitrium boni viri mutat illud in liberam potestatem. Ib.

76 *Dictio, alius, non semper est repetitiva similium, sed denotat rem diversam, & omnino, dissimilem ab expressis.*

77 *Ecclesia ad emenda, vel accipienda in solutum bona immobilia debet ante contractum impetrare licentiam Regis: Secus quando donationis vel legati, titulo, aut per successionem bona fuerint dilata Ecclesiis, aut monasteriis quia sine licentia Regis possunt acquirere: dummodo intra annum in laicos transferant.*

78 *Quaritur: An Rex sit dominus terrarum Regni, non solum quoad dominium gubernativum sed etiam quoad verum, & plenum? Et fundatur pars affirmativa.*

79 *Verius est dominium terrarum Regni, esse vassallorum, non Corona.*

80 *Terra erema, & inculta qua sunt intra fines Regni & à nemine possidentur, sunt Regis, Regiaque Corona.*

Quidquid est intra fines territorii prasumitur esse illius, cujus est territorium, Ib.

81 *Intellige in terris eremis, & incultis, existentibus extra limina alicujus oppidi, vel civitatis.*

82 *Non vero in agris, & terris incultis, qua existunt intra terminos alicujus civitatis, vel oppidi; quia pertinent ad oppidum, quasi à principio illorum donatio facta fuerit ad utilitatem civium.*

Civitas habet fundatam intentionem circa dominium, & possessionem terrarum eremarum, & incultarum. Ib.

83 *Intellige, nisi Princeps loca inculta sibi reservasset, ut facere potuit: immo totum territorium potuit facere vectigal.*

Princeps habet dominium in omnibus terminis sui Regni circa montes, & agros. Ib.

84 *Agri inculti aut montes, qui sunt intra territorium civitatis, non veniunt in donatione civitatis facta alicui cum mero, & mixto imperio, montibus, & agris: totoque jure ad Coronam spectante.*

85 *Donare quis videtur tantum jus, quod habet in re.*

86 *Donatarii terrarum, pralati, aut Ordinum*

Magistri, & Commendatarii non possunt sibi assumere loca inculta existentia in terris donatis, aut Ordinum.

87 *Datur differentia inter agros incultos, & steriles qui à nemine fuerunt possessi, & inter agros desertos, qui dominos habuerunt, à quibus fuerunt derelicti. Et quid sit ager, & area. Et de differentia inter nnos, & alios agros.*

88 *Regis & Imperatoris magna cura ad redigendos ad culturam agros desertos: & incultos, ad quod instituerunt prafectos agrorum, quos nos dicimus Cemejros, ad illorum divisionem: de quorum obligatione, & Colonorum.* Ib.

89 *Quid sit Cesmaria, & unde dicatur.*

90 *Loca inculta, qua numquam ab aliquo fuerunt possessa, & pertinent ad civitatem, non possunt concedi de Cesmaria, nisi aliqui reperti fuerint agri, qui reddi possunt fertiles, dum tamen civitas detrimentum non patiatur.*

91 *Casmantes, quibus agri inculti fuerunt concessi, possunt ad defendendas segetes sapibus intercludere locum cultum, non tamen possunt prohibere secatis fructibus animalia immittere in pradiis ad depascendas herbas.*

92 *Terra concessa de cesmaria an possit alteri concedi, & quando? Remissive.*

93 *De aliis bonis, qua ad Regiam Coronam pertinent Remissive.*

94 *Bona ut dicantur Corona necessarium est quod eorum fiat incorporatio.*

Incorporatio quid sit, & quando facta censeatur. Ibidem.

95 *De modo, quo fieri solebat incorporatio.*

96 *De modo, quo hodie fit incorporatio.*

97 *Incorporatio non solum est necessaria respectu bonorum vacantium, sed etiam quorum, qua fisco deferuntur quacumque de causa, & de verbali incorporatione.*

98 *Bona quamvis per delictum transeant ad fiscum ipso jure, tamen necessaria est eorum incorporatio.*

HActenus de juribus Regalibus actum est, nunc vero de bonis Regiæ Coronæ sermo erit. *Et* in primis constituo quod Princeps duo habet patrimonia, aliud privatum & alterum publicum, & Regale, seu fiscale. Privatum patrimonium est substantia Principis, quæ veré & propriè est in ejus patrimonio, & est profecta ex propriis bonis, quæ competunt Principi ratione personæ, & dignitatis, ut quæsita ex donatione, legato, vel aliis causis, aut reservata: ut agri & saltus, qui in variis provinciis Principis sunt armenta, & greges, res quæ privatæ, appellantur Principis patrimonium, & propria substantia *in L. ult. vers. sed scimus C. de quadrienni præscrip. L. 2. §. hoc interdictum ff. nequid in loco pub.* notant Bart. *ad tit. C. de jure fisci lib.* 10. *n.* 17. & ibi Cujac. & Accurs. Peregrin. *de jure fisci lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 6. Molin. *ad Consuet. Paris. tit.* 1. *de feud.* §. 30. *num.* 170. Andr. Gail. *lib.* 1. *observat.* 21. *n.* 17. Missinger. *responso* 4. *n.* 8. *decade* 12. Covarr. *in reg. possessor. p.* 2. *nu.* 9. *vers. quarto ex præmissis circa finem* Sixtin. *de regalib. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 29. Joannes Hering. *de molendin. q.* 9. *n.* 72. Amaya *ad tit. C. de jure fisci lib.* 10. *n.* 17. Anton. Perez *ad tit. C. de fund. patrim. lib.* 11. *n.* 1. Mastrill. *de Magistr. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 5. 1

Item appellantur res dominicæ *in L. super creandis Cod. de jure fisci lib.* 20. *& in* L. *pen. & ult. C. de officio comitis rei privata lib.* 11. & res privatæ *in L.* 1. *Cod. de officio comit. rei privata lib.* 16. *L. ult. C. de agricol. & mancip. dominic. eod. liber.* 11. *& in* L. 2. 3. *& 4. C. de fund. rei privata eod. lib.* 11. & res patrimoniales *in L. 2. & per tot. Cod. de fundis patrimon. lib.* 11. Et alii sunt fundi divinæ Domus, qui pertinent ad curam Comitis domorum, de quo fit mentio *in L. un. C. ut omn. judicum, tam civilium, quam milit.* & denique alii sunt fundi limitrophi, de quibus *in tit. Cod. de fund. limitroph. lib.* 11. & alii emphiteutici, de quibus *Ordin. l.* 4. *tit.*.... §....

2 Publicum autem patrimonium sunt res, quæ non ad privatum pertinet, sed revera sunt ipsius Reipublicæ; & imperanti competunt ut statum Reipublicæ defendat, sive dignitas, sive ejus salus spectetur, ut sunt omnia, quæ Princeps ex suis ditionibus atque provinciis percipit tanquam Rex, & ad fiscale patrimonium pertinent, & vocantur à Peregrin. patrimonium Principatus *d. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 8. & ab Schradero *de feud.* 4. *p. cap.* 1. *nu.* 7. patrimonium fiscale, & Missingerio *de respons.* 4. *n.* 6. bona imperii, quæ res etiam dicuntur concernentes statutum imperii à Chopino *de domanio Francia lib.* 1. *tit.* 4. *n.* 1 sequitur Roland. à Valle *cons.* 1. *nu.* 126. *lib.* 2. Sixtin. *de Regalib. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 33. Greg. Lopez *in L.* 13. *tit.* 9. *p.* 6. *gloss.* 2. *& in* L. 10. *tit.* 19. *p.* 6. *gloss.* 2.

3 Eodem modo cum apud Romanos antiquitus esset constitutum ærarium publicum in æde Saturni in quo reponebantur pecuniæ destinatæ ad publicas necessitates teste Alex. ab Alex. *dierum, genial. lib.* 2. *cap.* 2. postea translato imperio in Augustum, aliud lu-

peraddidit ærarium, ut in eo reponerentur pecuniæ quæ particulariter ad Principem pertinebant, & hoc privatum ærarium peculiari nomine appellabatur fiscus probat *text. in L. bene à Zenone Cod. de quadriennii præscrip.* & tradit Plinius *in Panegyrico ad Trajan.* ibi: *At fortasse non eadem severitate fiscum, qua ærarium exhibes immo, tanto majori, quantum plus tibi licere de tuis quam de publico credis*; idem docet Seneca *de benefic. lib. 7. cap. 6. in fin.* inquiens *Cæsar omnia habet, fiscus tantum habet privata. Cæsaris at sua, & universa in imperio Cæsaris sunt: in patrimonio autem ejus propria*; & Spartianus in Hadriano, qui ita ait: *Damnatorum bona in fiscum privatum redigi vetuit, omni summa in ærario publico recepta*: & Tacitus *lib. 5. annalium* ibi: *Bona ærario ablata, ut in fiscum cogerentur.* eleganter Petr. Barbos. *in L. 1. p. 7. n. 8. & 6. ff. soluto matr.* & post alios Amaya *ad tit. C. de jure fisci lib. 10. n. 15.* quibus Addo Anton. Peres *ad tit. C. de jure fisci lib. 10. n. 3.*

4 Publicum ærarium majus dicitur à Lampridio in Deadumeno; quia major est summa pecuniæ publicæ; quam privatæ, Barbos. *d. 7. p. n. 8.* & ea ratione effectum est, ut fiscus pro pecunia publica acciperetur, & inde verbum confiscare, id est ad Principis fiscum deferre, Corras. *lib. 6. miscellan. cap. 19. n. 2.* Rebuff. *in L. interpublica §. fin. verb. fiscus ff. de verb. signif.*

Verum cum hodie Principes non soleant habere
5 æraria distincta, & omnes redditus simul colligantur, ut scribunt Petr. Barbos. *in d. L. 1. p. 7. nu. 11.* Amaya *in d. tit. C. de jure fisci. n.*... Nulla differentia constituenda est inter ærarium publicum, & privatum deletoque nomine ærarii, fisci nomen superest, qui apud Nos, & Castellanos etiam dicitur Camera Real. ut post Bart. Accurs. & Valenz *ad tit. C. de jure fisci lib. 10.* docet ibi Amaya *n. 21.* Peregr *d. lib. 1. tit. 1. n. 1.* Gregor. Lopez *in L. 33. tit. 13. p. 5. gloss. 1.* Bovadill. *in sua Politic. lib. 5. cap. 6. n. 1.* Alfaro *de officio fiscal. gloss. 9. num. 4.* & in eum reddiguntur omnes redditus, & proventus indictiones, & tributa, confiscationes pœnarum multarumque compendia, portoria, & gabellæ, cæteraque solvi solita in ingressu, egressuque urbium, Atque Regnorum, & contraria bona, quæ Regalia dicuntur in *Ord. lib. 2. tit. 26.* de quibus in hac tertia parte hujus tractatus.

6 Unde bona omnia Regalia sive pertineant ad publicum, sive ad privatum principis patrimonium, eisdem gaudent privilegiis, quibus & fiscus seu publicum ærarium *L. fiscus 6. in fine ff. de jure fisci. L. 2. §. hoc interdictum ff. nequid in loco pub. L. 1. & 2. Cod. de officio Comitis rer. privat. lib. 11.* Accurs. *in rub. C. de privileg. Domus Aug. lib. 11. & in L. Princeps ff. de legib.* Angel. *in §. edicto n. 1. instit. de usucap.* Amaya *ubi proxime n. 19.*

7 Attamen sciendum est quod Princeps potest ad libitum uti & abuti rebus quæ pertinent ad ipsius privatum patrimonium, eas pro libito alienare *L. apud Julianum §. constat. ff. de leg. 1. L. 4. C. de quadrienn. præscript.* & eas ad hæredes transmittere quamvis in Principatu non succedant *L. quod princip. ff. de legat. 2.* Sixtin. *d. cap. 1. n. 34.* Joann. Hering. *d. quæst. 9. n. 73.* optime Gregor. Lopez *in d. L. 13. tit. 9 part. 6. gloss. 2. verbo de los Reyes*: at vero res: quæ non sunt principis, sed Majestatis, seu Coronæ, non transeunt ad hæredes, & remanent penes imperium
8 & in Principatu, debenturque ei tantum, qui in Regno succedit, neque regulariter per alienationem in alium transferri valent *cap. ad Apostolica de donat. cap. monemus 12. quæst. 2. L. multi ubi scribentes C. de navibus non excus. lib. 11.* Luc. de Pæna *in L. quicumque n. 2. & 7. C. de omni agro deserto lib. 11.* Roland. *consil. n. 124. 125. & 166. lib.* Missinger. *d. responso 4. n. 8.* Sixtin. *d. cap. 1. n. 35.* Peregrin. *d. tit. 1. n. 8.* Heringius *d. quæst. 9. n. 74.* vide tamen quæ diximus *tom. 1. p. 2. cap. 4.* ubi plene docuimus qualiter, & quando Princeps alienare valeat bona Regiæ Coronæ, & ibi dictis adde Gregor. Lopez *in L. 13. tit. 9. p. 6. gloss. 2. & 3. & in L. 28. tit. 11. p. 3.*

Pertinent autem ad Regiam Coronam civitates 9
oppida, & castra, ut per Alfaro *de officio fiscal. gloss. 16. n. 167.* & notant omnes *in L. 3. tit. 10. l. 5. Recopil.* Greg. Lopez *in L. 1. tit. 18. p. 2. gloss. 12. Ordinat. lib. 2. tit. 35. §. 24.* ibi *De algum termo, villa ou castello.* Civitas autem secundum politicos distinguitur ab urbe, quæ ab orbe dicta est ut tradit Joan. Hering. *de molendin. in Mantissa de jure Burgorum n. 152. & 207.* Bened. Ægid. *in L. ex hoc jure 1. d. cap. 6. n. 3. & seqq.* At vero civitas à civibus quasi civium unitas, & universitas quædam aut cœtus hominum eadem utentium societate, moribus atque legibus, Franc. Marc. *decis. 363. n. 2. & 3.* Hering. Rosentald. *de feud. cap. 12. conclus. 15. n. 36. & 37.* Thusc. *litt.* 10
C. concl. 280. num. 1. & 2. Cabed. *2. p. dec. 16. nu. 1.* Amaya *in L. cives n. 1. C. de incolis lib. 10.* Ripol. *de Regal. c. 44. n. 3. & 4.* & quidem appellatione civitatis venit ipsa civitas cum suo territorio *L. ædificia ff. de verbor. sign. L. qui ex vico ff. ad municip.* Gratian. *discept. forens. capit. 217. num. 6.* Valenz. *consil. 79. num. 74. & seqq.* Sanfelic. *dec. 50. num. 17. & 22.* Carol. Tapia *dec. 4. num. 9.* Camuncula *dec. 46. n. 1. & 2.* Aug. Barbos. *appel. 49. num. 3.* Et comprehenduntur omnes cives Rosent. *d. n. 37.* ax quibus fuit oriundum ex vico esse civem illius civitatis, cui vicus ille respondet ut probat *text. in L. vico, L. nulli §. quod ex vico C. de Episc.* 11
& cleric. Gratian. *d. c. 217. n. 9.* Tapia *d. dec. 4. n. 4. Camula de dec. 46. n. 1.* Valasc. *consil. 179. n. 23.* Valenz. *consil. 79. n. 47.* Sanfelic. *dec. 37. n. 5.* idem Valenz. *consil. 120. n. 10.* ubi tradit *n. 11.* ex Alberto Bruno, quod quando vici sunt sub eadem jurisdictione non potest poni differentia inter oriundos ex civitate, & ex vicis sequitur Lancelot. Gall. *in tract. de statutis q. 8. n. 62.* Ideoque casalenses quamvis extra menia, & suburbia civitatis sint cives ipsius civitatis sunt, & gaudent omnibus honoribus, privilegiis, & commoditatibus, quibus gaudent ipsimet cives orti in civitate, proutetiam tenentur contribuere pro omnibus 12
oneribus civitatis *d. L. qui ex vico, L. italia ubi gloss. ff. de judic. §. si quis igitur o 2, in auth. quib. mod. natur. efficiant sui,* Vincent. de Franch. *decis. 127. n. 2. & dec. 316.* August. Barbos. *d. appell. 49. num. 4.* Namque de jure civitas, vici, & territorium judicantur pro una tantum civitate, Abb. *consil. 52. dub. 2. vol. 2.* Rebuff. *ad constit. Galliæ tit. de consil. art. 1. gl. 1. n. 4.* Purpurat. *consil. 528. n. 6. vol.* Valenz. *de consil. 120. n. 8.* constituunt enim casalia, & civitas unum corpus, Ponte *consil. 51. n. 5.* Sanfel. *ic. d. 189. n. 6.* Quamvis vere destructa civitate ad aratrum non veniunt castra Bald. *in §. imperialis col. 3. post. med. vers. sed hoc dubitatur n. 9. de pace Constant.* Gratian. *d. cap. 217. n. 1.* quia in materia stricta appellatione civitatis id tantum venit quod murorum ambitu terminatur, non suburbia, Gratian. *supra n. 2.* Aug. Barb. *d. appellat.* 13
49. n. 1. qua de causa condemnatis civibus alicujus civitatis non comprehenduntur comitatenses: hoc est degentes in territorio civitatis, nisi essemna in causa communi civium, & comitatensium, & in materia proportionabili, & congruenti, utrisque Felin. *in cap. Rodulphus col. 9. post med. num. 9. vers. quarta conclusio de rescript.* Rebuff. *in L. 2. col. 5. in fine denegatur in materia congruenti ff. de verb. sign.* Gratian. *d. capit. 217. à numer. 10. cum seqq.* sequitur Salgad. *de Regia protect. 4. p. cap. 10. n. 522.* vel quando comitatenses fuerunt participes delicti, ex quo secuta fuit con-

condemnatio, Socin. *in L.2. ff de reb. dub.* Gratian. *ubi supra n.* 11.

14 Et nota quod si civitas destructa sit jussu superioris non potest amplius civitas appellari, secus si ab hostibus diruatur, ut per Innocent. *in cap. cum ex injuncto de novi oper. nuntiat.* Aviles *in præm. cap. pratorum verb. Islas n.* 2. ubi idem dicit de Ecclesia destructa, quia civitas jussu superioris, & per sententiam destructa, dicitur mori & maximam pati diminutionem, & ita dicitur deliquisse, ut cum honore in Curia Principis stare non possit. Rosentald. *de feud. cap.* 10. *concl.* 4. *n.* 15. *& in gl. litt. Q.*

15 Observa etiam civitatem Metropolim, quæ est caput Regni, seu provinciæ, inter alias majoribus esse decorandam honoribus, & prærogativis ad *text. in L.* 1. *C. de metropoli Berito lib.* 12. *L.* 2. *ff. de albo inscrib.* L. 1. §. *quibus ff. quod cujusque universit. nom. L. munerum* §. *defensores ff. de mun. & honor.* primariæ namque civitates maximarum titulis decorantur *L. si duas ff. excus. tut.* & matres provinciarum appellantur *d. L.* 1. *C. de Metropoli Berito d. L. si duas* ut eleganter tradit post alios Joan. Gonzalez de Salzedo *in theatro honoris ad L.* 16. *titul.* 1. *lib.* 4. Recopil. *gloss.* 46. *n.* 50. *& seqq.* Quæ civitates habent authoritatem de Grandes, & reverentiali vocabulo de Senhoria decorantur, Bovadill. *in sua Polit. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 20. Narbona *ad d. L.* 16. *gloss.* 15. *&* 16. *& in L.* 19. *gloss. unic.* Giurb. *de suc. cess. feud.* §. 2. *gloss.* 13. *num.* 62. Salzed. *d. n.* 50. *&* 56. quatenus autem Giurba *d. num.* 62. ait legatos, civitates ad Regem mittere posse & eisdem gaudere privilegiis, quibus potiuntur legati quos mittit Princeps supremus ad alium Principem, ei non assentior, quia civitates quæ superiorem recognoscunt jus legationis non habent, siquidem habentur loco privatorum L. *eum qui* 16. *ff. de gerb. sign.* ut diximus *libr.* 1. *pag.* 2. *cap.* 26. *n.* 5. & sublitis mittere, vel recipere legatos non est concessum, ut probavimus *tom.* 1. *p.* 2. *cap.* 35. *n.* 8. ubi quod civitates subjectæ possunt mittere deputatos ad Regem qui non jure gentium, sed civili reguntur. Et quod in una provincia possint esse plures Metropoles, & quod vel principis consensu Summi Pontificis fieri possit Metropolis, quæ non erat, & provincia dividi, vel plures uniri, bene tradit Anton. Peres *ad tit. C. de Metropoli Berito lib.* 11.

16 Castrum absolute, & simpliciter sumptum dicitur casa alta seu fortis munita muris, seu vallo, Boer. *decis.* 120. *n.* 3. *& dec.* 212. *n.* 28. *&* 29. Cabed. 2. *p. dec.* 16. *n.* 2. Gail. *lib.* 2. *observat.* 62. *n.* 1. Thusc. *litt. C. concl.* 115. *n.* 1. Cancer. *lib.* 3. *variar. cap.* 13. *n.* 1. Ripol. *de Regal. cap.* 33. *n.* 10. *&* 14. Menoch. *cons.* 392. *n.* 25. *& cons.* 498. *n.* 34. Vel dicitur casa arcta ex eo quod fortalitium non debet esse nimis spatiosum, ut paucis indigeat ad custodiam, ita Abb. Siculus *in cap. tua nos.* 1. *de Cleric. non resid.* & probat *text. in L.* 2. §. *interea vero, C. de officio præfecti Prat. Africa in verbis* ibi: *Interea vera si aliquas civitates, seu castella per limites constituta præviderit tua Magnitudo nimiæ esse magnitudinis, & propter hoc non posse bene custodiri, ad talem modum ea constitui disponat, ut possint per paucos bene servari:* Boer. *d. dec.* 212. *n.* 28. plane castrum, quod vulgo dicitur fortalitium, seu castellum, nullam habet jurisdictionem de jure communi, ut per Innocent. *in cap. cum ad sedem de restit. spol.* Bart. *in extravag. quoniam verb. Lombardi tit. qui sint Rebelles n.* 4. Cancer. *d. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 4. Ripol. *d. cap.* 33. *n.* 15. Joann. Hering. *in mantissa d. cap.* 1. *n.* 320. & sine illa & territorio esse potest per *text. in L. per provincias C. de ædif. privat.* Gail. *lib.* 2. *observ.* 62. *n.* 2.

17 Qua ratione custos castri seu Castelli in statutis non continetur appellatione officialis quando statuta de officiali loquuntur, ut dixit Bald. *in L.* 1. *ff. de offic. præfect. urb.* Bonacossa *in qq. crimin. verb. officium vers. statutum de officiali,* quia licet arcis custos jurisdictionem exercere videatur circa custodiam castri, vere non habet jurisdictionem principaliter, sed accessoriè, Gratian. *forens. cap.* 184. *n.* 38. Narbona *ad. L.* 20. *lib.* 4. *tit.* 1. *Recopilat. gl.* 20. *n.* 71. *&* 72.

De castellorum origine, & necessitate ad propugnandas hostium incursiones, vide *text. in L.* 1. 3. *in L.* 2. §. *in Sardinia, &* §. *homines C. de officio præfecti Prætor, Africa, &* L. *un. Cod. de offic. Magistr. milit. L. cura C. de offic. Magistr. offic.* Amaya *in L.* 1. *Cod. de canon. & trib. l.* 10. *n.* 33. Bazed. *in theatro honor. ad L.* 16. *l.* 4. *tit.* 1. *Recopil. gl.* 34. *n.* 30. & de præfectis arcium, eorumque officio, & obligationibus, vide *Ordinat. lib.* 1. *tit.* 74. *L.* 2. *&* 6. *tit.* 18. *p.* 2. Bovadill. *in sua politica lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 50. 18

Et nota quod Castellanus deputatus ad custodiam arcis ad tempus, eo finito non debet recedere præcipiti festinatione, sed bonam fidem agnoscendo debet admonere dominum, ut mittat alium ad custodiam castri; Bald. *in L. ex Divi Pii in fine C. de locat.* Jas. *in L. si mora in fine ff. soluto matrim.* Fulvius Pacian. *de probation. lib.* 2. *cap.* 32. *in additione litt. B.* Immo neque pro subsidio totius civitatis debet exire de custodia castri, ut cum Baldo tenet Gregor. Lopez *in L.* 7. *gloss.* 1. *tit.* 18. *p.* 2. & an Castellanus qui operas suas locavit per annum, elapso eo censeatur renovata obligatio pro alio anno quando post tempus finitum per aliquos dies remansit in castro vide Greg. Lopez *in L.* 20. *tit.* 8. *p.* 5. *gl.* 1. 19

Verum de consuetudine castrum accipi solet pro villa seu oppido; quatenus est plurium casarum conjunctio munita muris, Oldrad. *cons.* 121. *n.* 7. Petr. Gregor. *syntagm. juris lib.* 6. *cap.* 3. *n.* 13. *de Repub. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 8. Rosent. *d. cap.* 12. *concl.* 15. *n.* 39. *& cap.* 5. *concl.* 6. *n.* 6. Joann Hering. *in mantissa cap.* 1. *concl.* 1. *n.* 7. Et hac significatione quatenus castrum seu oppidum aut villa universitatem continet, habet se ad instar civitatis, & non aliter ab ea differt, quam sicut parva civitas à magna, ut voluit Nicolaus Losæus 3. *p. de jure universitatis cap.* 13. *n.* 7. quem refert, & sequitur Heringius *in mantissa de jure Burgor. d. cap.* 1. *concl.* 1. *n.* 12. ubi ait oppidum, & castrum in plurimis civitati æquiparari Losæus *d.* 3. *p. cap.* 18. *n.* 16. *& seqq.* Bart. *in L.* 1. §. *eum urbem n.* 8. *&* 11. *ff. de officio præfecti pretorio,* Rosentald. *d. cap.* 12. *conclus.* 15. *n.* 36. Sunt enim villæ seu oppidum, & castrum quædam nomina universitatem designantia quæ à se continent jurisdictionem, honorem, & districtum, & jus patron. ut *in cap. ex litteris* 1 ubi Innocent. *de jure patronat.* L. 1. §. *eum urbem,* ubi Bart. *ff. de officio præfecti urb. & in L. si quando C. de bon. vacant. lib.* 10. Bald. *in cap.* 1. *col.* 2. *&* 3. *de capit. qui eur. vend. in usib. feudor.* Greg. Lopez *in L.* 68. *tit.* 18. *p.* 3. *gloss.* 8. Qua ratione oppidum, seu castrum eisdem utitur privilegiis, & juribus, quibus civitas, vel alia universitas: ut probat *text. in L. si hæres jussus* §. *vicis ff. de leg.* 1. ubi Jason. *n.* 1. *& seqq.* Anchar. *in cap. statutum* §. *nec audiatur de rescript.* Mantica *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 8. *n.* 28. Gail. *lib.* 2. *observ.* 62. *n.* 3. Quod enim civitati concessum est, & oppidis concessum intelligitur, Menoch. *cons.* 1007. *n.* 88. ideoque ita ut civitatibus, quæ in Comitiis votum habent competit honor, ut vocentur venerabili vocabulo de Senhoria, ita & oppida, & villæ quæ in curiis votum emittunt hac prærogativa fruantur, Narbona *ad L.* 19. *l.* 4. *tit.* 1. *Recopil. gl. un.* 20 21 22

Unde quemadmodum civitates, Reipublicæ & Ecclesiæ competit beneficium restitutionis in integrum, quia utuntur jure minoris L. 3. *C. ex quib.* 23

cauf. major. L.1. *ibi ad exemplum Reipublica ff.quod cujufque aniverf. n.* L.2. *C. eodem L. Rempublicam C. de jure Reip. lib.*11. Gail. *d. objervat.* 62. *num.*4. Joann. Hering. *d. cap.* 1. *n.*15. Ofvald. ad Donel. *lib.* 21. *comment. cap.*7. *in notis litt. E.* Larrea *dec.* 59. *n.*10. Hermofill. *in L.* 3. *tit.*1. *p.*5. *gloff.*6. *n.*14. 15. & 20. Ita quoque caftro, oppido, & villæ illud reftitutionis auxilium impartiatur *d.L. fi hæres* §. *vicis*, ubi Jaf. & *in L.fin. in principio C. de facrofanct. Eccles.* Gall. *de objerv.*62. *n.*4. Hering. *d. c.* 1. *n.* 15.

24 Inter bona Regiæ Coronæ etiam connumerantur fundi patrimoniales, quos antiquitus Reges noftri fibi refervarunt dum terras colendas municipibus concefferunt, qui apud Nos appellantur Reguengos, ut notarunt Valafc. *de jure emphyt. quaft.*13. *n.*1. *verf. hos autem*, Cald. Pereir. *de extinctione emphyt. cap.* 2. *n.* 1. Carvalh. *in cap. Rainaldus de teftam.*4. *p.c.*1. *n.*214. & quamvis antiquitus Princeps, vel Refpublica paucos agros fibi refervabat, ut ait Tacit. *lib.*4. *annal.* ibi *Rari per Italiam Cæfaris agri*, ui eo magis cives agriculturæ ftuderent, & ultra fummum commodum beatam agerent vitam, quia felici illo fæculo agros colere, fertilioresque reddere fua opera, & induftria cœperunt, ut cecinit Horat, *Epodon. ode* 2. ibi:

Beatus ille, qui procul negotiis
Ut prifca gens mortalium
Paterna rura bobus exercere fuis.
Solutus omni favore.
Nec excitatur Claffico miles truci
Nec horret iratum mare,
Forumque vitat, & fuperba civium
Potentiarum limina.

25 Tamen etiam Imperatorem Romanorum temporibus, & apud Nos fundorum patrimonialium duplex erat, & eft genus alii juris emphyteutici fimiles privatæ emphyteufi, vel ad vitas vel in perpetuum de quibus agit *Ordinat. lib.*2. *tit.* 35. §.7. ubi ftatuitur quod emphyteufis bonorum Regiæ Coronæ regulatur fecundum emphyteufes privatorum, & juxta formam contractus, facit *Ord. lib.*4. *tit.*41. & tenet Valafc. *conf.* 120. *n.*6. Molin. *de juft. & jure tract.*2. *difp.* 580. *n.*5. & *difp.* 633. *n.*4. Caldas *de nomin. quæft.*
26 15. *n.*24. & *quæft.* 22. *n.*1. & *feqq.* alii vero juris privati fimiles privatorum agris, qui vere dicuntur Reguengos: quorum poffeffores qui fundos à principe obtinuerunt, vel titulo emptionis, vel ejus largitate pleno jure domini funt, de illis que libere difponere poffunt tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus dummodo canon conftitutus Domino Regi penfitetur L.1. *C. de fund. patrim. lib.*11. ibi donationes firmæ funt dummodo fuis quibusque temporibus ea, quæ fifco penfitanda funt repræfentare cogatur *L. fundi* 4. *Cod. eodem* ibi: *Quam tradimus eo jure dominii, L. hi qui* 6. *eod. tit.* ibi: *Inconcuffe poffideant. atq; ad fuos pofteros tranfmittant*, quod quidem non folum in hæredibus fed etiam in contractibus omnis generis volumus cuftodiri *L. jubemus fin. C. eod. tit.* ibi: *Nullam penitus fuper dominio memoratorum omnium fundorum, vel locorum, vel domorum à publico actionum, vel moleftiam, aut quamlibet inquietationem formidare, fed impofitum canonem pro qualitate juris, cujus prædia funt, vel loca per fingulos annos folventes pro certo habeant, fuum effe quod poffident:* optima *Ord. lib.*2. *tit.*17. *in princip.* ibi: *Naquelles Reguengos, em que os poffuidores delles podem livremente vender as herdades, & cafaes que nelles tem, à quem lhes aproaver*, notant Valafc. *de jure emphyt. quæft.*14. *n.*1. *verf. curfus*, & *verf. autem*, Caldas *de extinct. emphyt. cap.*2. *n.*20. Caftill. *de ufufruct. cap.* 75. *n.*28. Carvalh. *in d. cap. Rainaldus* 4. *p.*1. *n.*214. Gratian. *difcept. forenf. c.* 36. 33.

Et quidem hæc bona patrimonialia regulantur ad 27 inftar allodialium: & in partitionibus dividuntur in partes diftinctas, & imputantur in legitimas filiorum, Carvalh. *d. n.*214. & 215. ut judicavit Senatus Portuenfis die 19. Maij anni 1661. me judice cum fapientiffimis collegis Pantaleone do Soufa, & Antonio Lobo de Torneo in lite Gondiçalvi Ferdinandi cum Andrea Gondiçalvi, Scriba Cafado, & poffunt libere alienari fine Regis confenfu ut judicatum dicit Barbofa *ad Ordin. lib.* 2. *tit.* 30. in eifdem commiffi pœna locus non eft *L. fundi* 4. *Cod. de fund. patrim. l.*11. ibi *Ut commiffi metus effe non poffit*, Cald. *d. cap.*2. *n.* 10. Carvalh. *d. cap.* 1. *n.* 214. Valafc. *d. q.*13. *n.*1. *v. rurfus.* Et denique poffeffor ex dictis bonis tertiam deducit, & eorum fit communicatio inter virum, & uxorem juxta Regni confuetudinem, Valafc. *v. has autem* Carvalh. *d. n.* 215. Quinimo ex dictis bonis majoratus erigi poteft, ut judicatum tradit Gabr. Pereir. *dec.* 26. *n.* 7.

Attamen inter fundos patrimoniales juris emphy 28 teutici, & fundos juris privati, ea datur differentia quod emphyteuta fundi fruitur tanquam alienus jure emphyteuticario, poffeffor vero fundorum juris privati illos fufcipit uti proprios & dominus eft, ut obfervat Cujac. *ad L.* 12. *C. de fund. patrim. lib.* 11. Sequitur Anton. Perez *ad eundem tit n.*5. ubi tradit poffefforem hunc poffe fervos fundorum manumittere, quod emphyteuta facere nequit. Et infuper quamvis poffeffor fundi patrimonialis juris privati non cadat in commiffum fi canonem non folvit, tamen emphyteuta eorum fundorum non folvere canone per triennium in commiffum incidit *L.* 2. *C. de jure emphyt. Ordin. l.*4. *tit.* 39. *in principio*, & §. 1. Mafcard. *de probation. conclaf.*251. Gabr. Pereyr. *dec.* 119. *n.*2. Reynof. *obfervat.*59. *à n.*1. Cancer. *l.*1. *var. c.*11. *n.*2. & in noftris terminis Anton. Peres *ad tit. Cod. de fundis patrim. lib.* 11. *n.* 10.

Duæ etiam dantur fpecies bonorum patrimonia- 29 lium, Vulgo Reguengos, alii enim funt fundi, in quibus poffeffores plenum habent dominium, & tantum tenentur folvere canonem ftatutis temporibus, de quibus fupra, & nullam aliam fuftinent obligationem. Alii funt fundi, in quibus coloni habitare renentur, & eorum hæredes in perpetuum, ut declarat *Ordinat. lib.* 3. *tit.*17. de quibus *in tit. C. de agricolis. & cenfit. lib.*11. Et hi funt adfcripti glebæ, & inde dicuntur adfcriptitii, & funt membra terrarum, resque immobiles cenfentur ficut ipfa terra, ut diximus 1. *tomo p.*1. *prælud.* 2. §.2. *n.*109. & 110. & *p.* 2. *c.*30. *n.*21. & ibi dictis addo quod tales à prædiis
30 quibus funt adfcripti, neque momento temporis feparari poffunt *L. colonos* 15. *C. de Agricol. & cenfit. lib.* 11. neque domini eos poffunt alienare fine prædiis, quia non tam hominum, quam prædiorum funt fervi L. *quemadmodum* 7. *C. d. agricol. & cenfit. lib.*11. *L.*112. *ff. de leg.* 1. L. *fi quis inquilinos* 112. Anton. Peres *ad tit. C. de agricolis & cenfit. n.* 6. & 7. Ideoq; prædiis fimpliciter legatis veniunt inquilini. & pertinent ad legatarium non tanquam inftrumenta, fed quafi pars quædam prædiorum non feparabilis, ut docet Martiacus *in d.L. fi quis inquilinos.*

Unde quia adfcriptitii funt abjecti homines & vi-
31 les, ut ait Cæfar. *de bello Gallic. lib.* 6. ibi *Plerique à plebe dum ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut injuria potentiorum premuntur fe fe in fervitutem dicant nobilibus:* in hos eadem omnia quæ dominis in fervos; Reges noftri nobilitati profpicientes ftatuerunt, ne nobiles, aut milites poffent acquirere, vel poffidere fundos patrimoniales, in quibus Coloni, & eorum hæredes habitare tenerentur, ita ut fi in illis fuccederent legitime parentibus, vel confanguineis intra annum eos alienare deberent fub amiffionis pœna ut probat *Ord. l.*2. *tit.* 17.

Infuper

32 Insuper Archiepiscopis, Episcopis Religiosis, cæterisque Ecclesiasticis personis interdictum est tenere, vel possidere bona immobilia intra confinia fundorum patrimonialium Regiæ Coronæ ex *Ordinat. lib. 2. tit.16.* ita ut venditor, vel qui alio titulo prædicta bona transtulerit in Ecclesiam, Ecclesiasticasque personas amplius ea habere nequeat, nec ejus hæredes, & dispositio nulla sit ipso jure, bonaque statim ad Coronam revertantur, ut eadem Ord. disponit, ea declaratione adjecta quod si ex legitima successione prædicta bona devenirent alicui personæ Ecclesiasticæ, teneatur intra annum alienare in laicum sub pœna privationis, & quamvis non levis sit dubitatio circa validitatem illius legis Regiæ, quia
33 loquitur in Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis, & videtur lata contra libertatem Ecclesiasticam, & text. expressum *in cap. ult. de immunit. Eccles. in 6.* tamen verissimum est nostrum Legislatorem rite & recte potuisse prædictam facere prohibitionem. Etenim dubium non est, posse quemlibet in traditione rei suæ prohibere expresse ne res sua transeat in Ecclesiam, Ecclesiasticasque personas, vel Monasterium, ut tenent communiter Doctores *in L. Lucius à 2. ff. de hæred. instit.* & probatur ex Reg. *text. in L. in re mandata C. mandati L. ult. C. de pact. inter empt.* Palac. Rub. *in rub. de donat. inter §.47. n.18.* Menoch. *lib.4. præsumpt. 83. n. 3. & 9.* Covarr. *lib. 1. variar. cap.19. n.8.* Oliva *de foro Eccles. 1. p. q. 28. num. 15.*

34 Et quidem licet Clericus, seu Monachus professus in Religione bonorum capaci succedat in majoratu regulari, ut diximus *lib.1. p.1. præludio 2. §.2. n. 142.* tamen majoratus institutor bene potest prohibere ne majoratus ad Clericum vel Religiosum
35 perveniat, ut scribunt Covar. *d. cap. 19. n.11.* Cabed. *1. p. dec.133. n.6.* Caldas *de nominat. emph. quæst. 6. n.12.* Crass. *in §. fideicommissum. quæst. 40. n. 2.* Molin. *de primog. lib.1. cap.13. n.99. & lib.2. cap.10. ex n. 81. & cap. 12. n.10. & cap.13. n. 54.* Mantica *de conjectur. ultim. vol. lib.8. tit.12. n. 29. & lib.11. tit.7. n.4.* Spino *de testam. gloss. 12. n. 33.* Molin. *de just. & jure tract. 2. disp.207.* Castil. *controvers. lib.3. cap. 12. n. 36. & seqq.* Sanfelic. *decis. 193. n.2.* Caucer. *lib.1. variar. cap. 24. n.15.* Fontanel. *de pact. nupt. 1. tom. clausula 4. gloss.1. n 34.* Intrigliol. *de substit. cent. 3. quæst. 62. n. 1. & seqq.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 28. n. 82.* Altograd. *cons.96.* dummodo prohibitio sit expressa, Sanfelic. *d. dec.193. n.2. & dec.194. n.1.*

36 Quare cum Princeps bonorum patrimonialium vulgo Reguengos, dominus sit, & aliorum bonorum Regiæ Coronæ, nil mirum quod prohibere posset ne prædicta bona valerent ad Ecclesiam & Ecclesiasticos pervenire, ut disponit *Ord. tit. 16.* quam ex hoc fundamento defendit Soarez *Ad vers. Angliæ errores lib.4. cap.20. n.9.* & tanquam certum supponit Gabr. Pereir. *de manu Regia 2. p. cap. 37. n. 1.* sequitur Oliva *d. 1. p. quæst. 28. n. 45. 46. & 47.* quod idem licet ex aliis fundamentis tenuit Phæb. *2. p. dec.167. à n.16.* & facit *Ordinat. lib.2. tit. 35. §.10.* De qua Deo dante agendum est *tom.3. hujus operis.*

37 Quo circa etiam dubitant plures de justitia nostræ legis Regiæ Lusitanæ *lib.2. tit.18.* dum prohibet ne Ecclesiæ, seu Monasteria bona immobilia possint comparare titulo emptionis neque alio quocumque sibi acquirere, vel possidere absque Regis assensu, quod si contra factum sit bona amitterentur, & applicarentur Regiæ Coronæ: & pretium acceptum à laico venditore. Præcipuum fundamentum, quo illius legis justitia impugnatur, est, quod Ecclesiæ, habent à jure facultatem emendi bona immobilia quæcumque *L. illud; L. fin. Cod. de sacrosanct. Eccles.* cum contractus sint de jure gentium *L. ex hoc jure ff. de justit. & jure*, unde si talis facultas tolleretur, negari non potest tale statutum impediens alienationem in Ecclesias esse contra earum libertatem à jure communi concessam *cap. fin. de reb. Eccles. non alien.* & argum. *text. in L. 1. §. ædificare ff. de mortuo inferendo*, *L. ossa in fine ff. de Religios. & sumpt. fun.* Valenz. *in defensione contra Venetos 3. p. n.182.* 38
Cald. *de empt. cap.8. n. 33.* Proindeque præd. Ord. sustineri nequit tanquam nulla, prout sunt leges sæculares latæ contra immunitatem, & libertatem Ecclesiæ, ut diximus, *lib.1. p. 2. cap.10. n.72.73. & 74.* ubi plures laudavimus, & ultra eos idem tenent Jul. Clar. *in §. emphyteusis quæstion. 28. n. 7.* Tiraq. *de præscrip. gl.10. §.7.* Gutierr. *practicar. lib. 4. quæst. 38. n.1.* Marta *de jurisdict. 4. p. casu 48.* Gabr. Pereir. *de manu Regia 2. p. c.67. n.3.* Oliva *de foro Eccles. 1. p. quæst.28. n.2.* Valenz. *contra Venetos 5. p. n.18.* post alios August. Barbos. *voto 26. n. 54.* Cald. *de empt. cap. 8. n. 33.*

Facit doctrina Paul. de Castr. *in L. fin. n. 5. C. de* 39 *sacros. Eccles.* qui dicit non valere statutum prohibens alienationes fieri in Ecclesias, quia est contra libertatem Ecclesiasticam, sequitur Jas. *in L. filius familias §. Divi, lectura 1. n.72. & lect.2. n.82. ff. de leg. 1.* & ibi Bart. *n. 12.* Jacob. à Canibus *de Repræsal. 2. p. n.10.* Azeved. *in L.11. tit.2. lib.11. Recop. n. 11.* Valenz. *in tract. contra Venetos 3. p. n. 113.* Cald. *d. cap.8. n.33.* Aug. Barb. *vot.26. n.53. & 55.*

Et confirmatur quia statutum laicorum prohibens 40 bona immobilia alienari in non subditos non comprehendit alienationes factas in Ecclesias, vel personas Ecclesiasticas, ut scribunt Franc. *in cap. ult. vers. quid autem de immunit. Eccles. in 6.* ubi Joan. Andr. Bald. *in L. fin. C. de sacrosanct. Eccles.* Valenz. *d.3. p. n.114. & 119.* Socin. Jun. *cons.76. n.30. lib.3.* Rimin. *in L.1. n.23. ff. de officio ejus cui mandata est jurisdictio.*

Quod à fortiori procedit quando lex civilis ex- 41 pressam facit mentionem Ecclesiarum, & earum personarum, ut notant scribentes *in cap. Ecclesias S. Mariæ de constit. cap. fin. de immunitat. eccles. in 6.* Bart. *in d. L. filiusfamilias §. Divin. 12.* quem omnes sequuntur, ibi tradit Ripa *n. 81.* Crot. *n. 80.* & Alciat. *n.33. in fine* Felin. *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ n. 89. in quæst. 9. princip.* Decius *n. 55.* Bened. Ægid. *in d.1. C. de Sacros. Eccl. p.5. §.2. n.4.* Avilez *in cap.17. Prætor. gloss.1. n.8.* Valenz. *d.3. p. n.120.* Tiraq. *post leges connub. gloss.8. n.72.* Oliva *d. quæst. 28 n.18.* Natta *cons. 280. n. 4.* Cald. *lib. 1. forens. quæst.23. n.92.* Immo etiam quando lex civilis prohibet bona immobilia transferri in Ecclesias ob publicam utilitatem, & bono zelo, non in odium Ecclesiæ valere nequit, quia neque publica utilitas, neque necessitas tribuit jurisdictionem, ut valeat statutum contra non subditos, ut dixit Bald. *in L. cunctos populos n.2. C. de summa Trinit.* Surd. *cons.301. n.19.* Ramaon. *cons.34. n.18.* August. Barbos. *d. voto 26. n. 56. & 57.* neque libertas, & immunitas Ecclesiarum pendet ex bono vel malo animo statuentium, sed ex natura rei, & ex privilegiis, quæ competunt Ecclesiis de jure divino, & humano, ut laici contra eas nil valeant statuere Diana *resolut. moral. 4. p. tract.1. resolut.15.* Aug. Barbos. *voto 26. n.58.*

Ex quibus patet similes leges, vel statuta prohi- 42 bentes bona immobilia transferri in Ecclesias, & illarum personas validas non esse, quam opinionem sequuntur Didac. Perez *in L.7. gloss. t. tit.1. lib. 2. Ordin.* Azeved. *in L.8. n.3. tit.18. lib. 9. Recopil.* ubi magis communem dicit & sequendam in judicando, & consulendo Menchac. *de success. creat. lib.1. § 10. n.648. vers. denique leges humanæ*, Narbona *in L.35. gloss. 2. n.34. tit.3. lib.1. nova Recopilat.* Adam Contzen. *lib.6. politicor. cap.62. & seqq.* Ciarlin, *controv.*

frequent. cap.23.n.40. Marta de success. legali p. 3. quæst. 13. art.t.u.1. & seqq. Diana resol. moral. p.1. tract. 2. resol. 53. 57. 58. 63. & 74. & p. 3. tract. 1. resol. 13. & p.4. tract.1. res.13. 14. 15. & 57. & ex Rota p.5. tract.1. resol.3. Aug. Barb. qui alios refert de voto 26. n.60. & de jure Ecclesiast. lib. 2. cap.3. n. 216. cum seqq. & in c. Eccles. S. Mariæ n.29. Bened. Ægid. in L.t.C. sacros. Eccles. p.5. §.2. n.3. & seqq. & agnoscit Cald. Pereir. de emp. & vendit. cap.8. u. 33. & lib.1. forens. quæst.23. n.91. Emmam. Roderic. tom.1. regular. q. 66. art. 4. Cevall. commun. contra commun. q.899. n.108. & seqq. & n.182. cum seqq. & alii citati à Tiraq. post leges connub. gloss.8. n.172. & hanc partem tuentur Oliva d. q.28. à n.17. cum seqq. Valens. d. 3.p. per totam.

43 Et quamvis plures alii prædictas leges defendere nitantur, tanquam ex justis causis latas, & de jure eas posse defendi doceant Bald. & dec. in d. cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. & Barbaria in rub. de reb. Eccles. à n.167. & cons. 30. lib. 4. Tiraq. cum aliis quos allegat d. gloss.8. u.171. Covarr. in reg. possessor. 2.p. §.4. u.8. Molin. de justitia, & jure tract.2. disp. 140. Germon. in assert. contra Venetos cap.7. pag.73. & seqq. Gabr. Pereir. de manu Regia 2.p. cap.76. à n. 9. Andr. Gail. lib. 2. observat. 32. à n. 5. cum seqq. Attamen in puncto juris verior est prior opinio quam à contrariæ partis fundamentis vindicat Valenz. in d. monitoria, contra Venetos 3.p. Oliva d. q.28. à n. 18. cum seqq. August. Barbos. de voto 26. à nu. 61. cum seqq.

44 Bene verum est quod si statutum, vel lex lata sit ne immobilia transferantur in Ecclesias ob publicam utilitatem, & conservationem Reipublicæ ex justa causa defensionis Regni quod aliter sustineri nequiret, & si omnia stabilia in Ecclesiam transirent, sæcularium substantia esset ad modum tenuis, & non sufficeret ad onera supportanda; deficerentque tributa, sine quibus Respublica; stare non posset, cum illius sint nervi, ut diximus supra hac parte cap. 1.n. 3. & tom. 1. p. 2. cap. 24 num. 90. tunc rite posset legis prohibitio valere etiam in præjudicium Ecclesiarum, si enim hoc casu mens, & intentio statuentis consideretur, perspicuum erit hujusmodi statutum non esse admodum exorbitans, & contra libertatem Ecclesiarum, sed magis ad publicam utilitatem, & conservationem Regni & quidem utilitas publica non solum præfertur privatæ, sed etiam Ecclesiæ favori L. jubemus 10. C. de sacros. Eccles. ubi August. Barbosa n. 4. & ex aliis diximus tom.1. p.2. capit. 4 n.26.

45 Unde cum Respublica civilis sit perfecta, & sibi sufficiens, & tanquam talis possit se defendere, & servare indemnem legesque ferre ad sui conservationem convenientes super materia sibi subjecta, nihil mirum quod pro bono Regni regimine possit prohibere, ne bona immobilia subditorum in Ecclesias transferantur, quæ prohibitio censeri non debet contra libertatem Ecclesiæ, licet exigente publica utilitate Ecclesiastica persona aggravetur, ut dixit Signorol. de Homod. cons. 21. per totum & num. 29. Sequitur Gail. d. observat. 32. n.6. ubi tradit, quod ex hoc non gravatur Ecclesia, sed potius subditorum potestas limitatur, Solorzan. de jure indiar. tom. 2. lib.3. cap.21. n. 37. & seqq. Ultra quod prædictum statutum non disponit directè de materia, de qua agit text. in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, & text. in cap. quæ in Ecclesiarum, non enim disponitur de Ecclesiis,
46 neque de personis, aut rebus earum, sed de bonis temporalibus laicorum non transferendis in Ecclesias, quæ est specialis materia text. in cap. ult. de immunit. Eccles. in 6. & sic ita, ut Princeps secularis potest se defendere adversus Summum Pontificem se intromittentem in temporali jurisdictione quando manifeste constat illo casu ad eum non pertinere, ut ex Victoria docet Molin. de justitia, & jure tract. 2. disput. 29. concl.3. etiam prospiciendo subditis, & Reipublicæ conservationi, ut totum conservetur poterit prædictam facere prohibitionem, ne vires Regni minuantur, & ad sui defensionem, atque conservationem sufficientes non existant, etiam si Ecclesiæ privilegiis præjudicium inferatur. Nam licet privilegium Ecclesiarum justissimum fuisset, si postea 47
inciperet esse nocivum Reipublicæ ut in nostris terminis servandum non est: immo dicitur cessare ipso jure cap. sub gestum. ubi Abb. de decimis cap. quanto de censibus, & probat text. in L. ex facto 43. ff. de vulgari ibi Incipit enim fieri iniquum beneficium Principis, & adhuc id valere dicamus L.2. §. si quis ff. de doli mali & metus except. ibi. Et si cum interponeretur justam causam habuit tamen nunc nullam idoneam causam habere videtur, notant Ancbar. cons.84. n.4. & 5. Roland. à valle cons.1. u.158. & 160. vol.2. Menoch. cons.360. n.27. Cravet. cons.264. Cæsar. Barzius decis.118. n.7. Larrea allegat.77. u.11. Cresp. de Valdaura observat. 101. n.29. 30. & 31. & in nostris terminis Victoria de potest. Eccles. relect.3. q. ult. n.8. Oliva d. quæst. 28. n. 28.

Etenim utilitas publica semper censetur excepta, 48
& reservata in quacumque dispositione L. fin. C. de cursu pub. lib.12. Barbaria cons.7. n.7. vol.1. & cons. 30. n.9. vol.3. Afflict. dec.289. n.29. Gironda de privileg. n.97. ita ut nec exceptio, neque privilegium attendatur contra jus publicum Jas. in L. ex toto n.11. ff. de legat.1. Beroius cons.3. & cons.185. n.4. Roland. cons. 5. nu.29. vol. 2. Gironda d. num. 97. Azeved. in L. 1. nu. 25. tit. 1. lib. 6. Recopil. Larrea allegat. 77. num. 2.

Et quidem ex causa publica, & ob publicam uti- 49
litatem multa liceut, quæ alias non permitterentur in aliorum damnum L. Barbarius ff. de officio prætor. L. utilitas C. de primipilo lib. 12. in nostris terminis Gail. de observat.32. n.7. Aug. Barb. axiomate 81. u.4. Castill. de tertiis cap.9. n.23. Oliva de foro Eccles. 2.p. quæst.17. à n.80. cum seqq. Petr. Caball. resolut. crimin. casu 149. n.2. Capyc. Latro decis.194. n.2. Adeo ut propter publicam utilitatem jura transgredi licitum sit L. si ita vulneratus in fine ff. ad L. Aquill. Caball. d. casu 149. n. 10.

Quare in prædicto casu utilitatis publicæ valere 50
d. statutum de jure communi, tradunt Gail. d. observat. 32. à n.5. Cald. d. cap. 8. num. 33. & 34. & d. quæst. 23. n.92. Gabr. Pereir. de manu Regia 2.p. cap. 67. à n.9. & omnium latissime Oliva d.1.p. quæst. 28. à num. 25. cum seqq. ubi quod illo fundamento potest defendi præd. Ordinat. lib.2. tit. 18. in terminis juris communis si utilitatis publicæ causa sit manifesta, faciunt quæ in terminis adducit Phæb. 2. p. dec. 167. Sed quidquid sit de aliis legibus, Galliæ, Burgundiæ, & Germaniæ quæ similem continent prohibitionem, ut bona immobilia in Ecclesias non valeant transferri, quod attinet ad nostram legem Lusitanum dubitandum non est de ejus justitia & validitate, tam ex privilegio quod intervenisse præsumitur ex cursu temporis immemorialis, quam ex concordia intra Clerum, & Regem Dionisium, de qua Gab. Pereir. d. cap. 67. nu... Quæ fuit Romæ confirmata, ut testatur insignis Petr. Barbosa in Scholiis ad L. filius familias §. Divino 2. ff. de legat. 1. n. 559. Bened. Ægid. in d. L. 1. C. de sacros. Eccles. p. 5. §.2. n.12. Oliva d. quæst.28. n.36. August. Barbos. d. voto 26. n. 67. vers. nec leges Franciæ, & Lusitaniæ Cald. d. quæst. 23. n. 91. Anastas. Germon. in assertum libertatis Ecclesiasticæ cap. 7. & ita tenuisse in florentissima Conimbricensi universitate excel-
lentissimos Doctores Ludovicum Correa 1 & Ema- 51
nuelem Soarez juris Pontificii interpretes primarios, testatur

testatur August. Barbosa *d. n.*67. Arias de Mesa *lib.* 3. *var.* 24. *n.*16. qui ait Anton. Dian. *resolut. moral.* 6.*p. tract.*3.*resol.*11. non audere Doctores Lusitanos improbare, immo illis assentitur 4.*p. tract.*1.*resolut.* 3. & sic jam de validitate legis Regiæ dubitandum non est, & eodem modo consulto Summo Pontifice eandem prohibitionem factam fuisse in Regno Aragoniæ, tradit Cresp. de Vald. *observ.* 35. *n.*2.

52 Et quamvis de prædicta confirmatione ita aperte non constaret de jure, præsumenda erat intercessisse ea cursu temporis immemorialis, de quo ipsa Ord. loquitur, & est intelligenda, ut bene observat Ægidius *d.* §. 2. *nu.*11. Tempus autem immemoriale habet vim privilegii; & tituli maxime quando lea semper in Regno fuit inconcusse servata scientibus, & non contradicentibus Ecclesiasticis *L. hoc jure* §. *ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æstiva, cap. super quibusdam* §. *præterea de verb. sign.* Et quidem solemnitas confirmationis requisitæ licet eatrinseca, nedum præsumitur ea cursu temporis immemorialis, sed per longissimum tempus quadraginta annorrum ut voluit Alea. *cons.*45. *in fine vol.*3. Felin. *in cap. sicut n.*29. *de re judicat.* Gama *dec.*49.*n.*3. *& dec.*83. *n.*2. *dec.* 323. *n.* 3. *& decis.* 342. n. 2. Phæb. *decis.* 82. *n.*35. Mascard. *de probat.* 1. *p. conclus.* 75. *n.* 14. *&* 3. *p. conclus.* 1317. *n.*1. *& seqq.* Surd. *cons.*28.*n.*15. Menoch. *lib.*3. *præsumpt.*132. Fontan. *de pact. nupt.* 1. *tom. claus.* 4. *gloss.* 13. *n.* 4. 14. *& seqq.* Cyriac. *controv.* 162.*n.*24. Marta *de jurisdict.* 4.*p. casu* 94. in terminis Ægid. *d.* §. 2. *n.* 12. & loquendo de simili confirmatione Papæ, Marescot. *lib.*1. *variar. cap.*13.*n.*9. dummodo intervenіat scientia, & patientia, Alex. *cons.* 9. *num.* 7. *vol.* 3. plene Surd. *cons.* 28. *num.* 99. *& seqq.* Immo procedit d. conclusio etiamsi non probaretur scientia Papæ, secundum magis veram, & communem opinionem Alea. *cons.*27. *n.*8. *lib.* 4. *& in L. qui aliena nu.* 11. *vers. & propterea ff. d. adq. hær.* sequuntur Corn. *cons.*181. *n.* 21. *lib.* 2. & cum Socin. Curtio Seniore Gemin. & aliis Marescot. *d. cap.*13.*n.*10. Grammat. *decis.* 79. *n.*2. Franch. *dec.* 473. *n.* 3.

53 Quod autem confirmatio Summi Pontificis facta fuerit ex causa publicæ utilitatis probatur ea antiquissima Ordinatione, ea qua desumpta fuit *Ordinat. d. l.*2. *tit.*18. in qua illa ratio tradebatur quod in hoc Regno Ecclesiæ divites erant, vassalli autem pauperes, qui non poterant defendere Regnum, & onera subire, si Ecclesiis, & Monasteriis venderent bona sua stabilia, vel alio titulo in eas transferre valerent, ut refert Bened. Ægid. *in* L. 1. *C. de sacros. Eccles.* 5. *p.* §. 2. *nu.* 3. *&* 4. Pereir. *de manu Regia* 2. *p. d. cap.* 67. *n.* 10. & faciunt quæ Annæus Robertus *p.* 1. *rer. judicatar. circa princip. & per tot.* Carol. de Gress. *de Regalib. lib.* 2. *cap.* 20. D. Prosper. *de vita contemplativa lib.* 2. *cap.*13. D. Hieron. *in Epistola ad Heliod.* ibi: *sunt ditiores Monach. quam fuerant seculares, possident opes sub Christo paupere, quas sub locuplete diabolo non habuerant & sustinet eos Ecclesia divites, quos tenuit mundus antea mendicos.* Qui omnes aiunt, quod immoderatæ divitiæ, quas monasteria acquirunt sunt reipublicæ magnum nocumentum: quare justissime lex Regia à Papa fuit confirmata, præsertim quia juxta doctrinam Bart. *in resc.* §. *fin. in fine ff. de muner. & honor.* quem sequitur Ant. *de antiquit. tempor.* 4.*p. n.*239. *vers. sed contrarium, & n. seqq.* concludentes quod posita paupertate laicorum ea una parte, & abundantia Ecclesiarum ea altera valet statutum prohibens bona immobilia alienari in Ecclesias, & non præsumitur factum in odium, & fraudem Ecclesiarum, eandem opinionem tenent Valasc. *de jure emphyt. q.* 17. *num.* 7. *ad fin.* Decius *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ num.* 52. *ad fin.* Tiraq. *de retract. in præfatione num.* 14. *in fine* Pereira *d. cap.* 67. *num.* 10. Ægid. *d.* §. 2. *num.* 3.

Prædicta lex Lusitana sic justificata, & defensata 54
se ipsam limitat, ut scilicet prohibitio absolute procedat in contractu emptionis vel dationis in solutum, namque ex eo titulo nullatenus Ecclesiæ, vel monasteria immobilia possunt acquirere, ut disponit in principio tituli, at vero si titulo donationis, vel legati aut per successionem illis bona fuerint relicta poterunt immobilia acquirere & possidere, non tamen illa ultra annum, & idem retinere valebunt absque Regis licentia, sed ea tenentur alienare in laicos sub privationis pœna, ut disponit *Ordin. d. tit.*18. §. 1. Cald. *de emptione cap.* 8.*n.*35. Gabr. Pereir. *d. cap.* 67. *n.*19. 20. *&* 21.

Et est advertendum prohibitionem legis Regiæ 55
ne Ecclesiæ, seu Monasteria acquirere valeant bona immobilia, intelligendam esse de acquisitione in perpetuum, non de illa, quæ sit ad tempus, puta, quia relicta, vel donata fuere, bona Ecclesiis, vel monasteriis ad tempus reversura post illud ad laicos, cum enim tunc cesset ratio prohibitionis, bene poterunt Ecclesiæ bona sic relicta possidere sine Regis licentia pro tempore designato, Oliban. *de jure fisci cap.*7.*n.*7. Marta *de jurisdict.* 4.*p. casu* 76. *à principio*, Gabr. Pereir. *d. cap.*67.*n.*20. sequitur Oliva *d. q.*28. *num.* 52. 53. *& seqq.* qui *num.* 56. ait non obstare *Ordinat. d. tit.* 18. §. 1. quatenus disponit Ecclesiam teneri intra annum, & diem bona stabilia sibi donata, vel relicta in laicos transferre, quia procedit in bonis simpliciter relictis, vel donatis, secus quando disponens de rebus suis limitationem temporis præfinivit.

Sed hæc limitatio ad L. Regiam periculosa videtur 56
tur ita simpliciter sumpta, siquidem ea admissa facile legis fraus fieri potest donando, vel relinquendo Ecclesiæ bona stabilia ad longissimum tempus 40. vel 100. aut 200. annorum, ita ut postea deveniat ad laicos, & sic per indirectum manebunt bona penes Ecclesiam, quasi in perpetuum contra mentem, & legis dispositionem, quam nemo potest facere ne in suo testamento, aut contractu locum habeat per *text. in L. nemo potest ff. de leg.* 1. ubi plene, & late Joann. Gutierr. neque legi fraudem facere licet, immo factum in fraudem legis non valet *L. hæres meus* §. *fin. ff. de condit. & demonstr.* & legem fraudare ad instar sacrilegii est L. *sacrilegii C. divers. rescript.* diximus *tom. p.*2. *cap.*10. *n.*31. ubi etiam quod neque indirecte admitti debet, ut fraus lege fiat & fraudem in legem committere dicitur qui cum actum libere facere nequit, illum facit alio modo, & per cautelam, ut diximus *d. c.* 10. *n.* 134. Unde præd. limitatio sustineri nequit, & Ecclesia intra annum & diem commoditatem bonorum sibi relictam in personam idoneam transferre debet juxta *d. Ord.* §. 1. & facit eadem lex §. 7. qua statuitur quod licet clericis concessum sit bona immobilia acquirere, & possidere pro tempore vitæ suæ, & alienare in laicos, tamen si ab intestato decessarint, & proximior consanguineus Clericus sit, tenebitur intra annum, & die bona alienare, sin minus aliis consanguineis deferatur, si tales intra sex menses bona vindicaverint: alias Regiæ Coronæ aplicentur. Unde bene probatur ecclesiam non posse retinere bona ultra annum, quamvis ad tempus ei sint relicta, & postea ad laicos sint reversura, poterit tamen limitatio procedere, si ad modicum tempus bona relinquantur ecclesiæ cum obligatione restituendi laicis, cum mora modici temporis dicatur parvi præludii, & parvum damnum afferat ut diximus *l.*1. *p.* 1. *prælud.* 2. §. 1. *n.* 116.

Non obstat quod monasterium capax bonorum 57
succedit in majoratu durante vita monachi, cui successio delata est, ut diximus *tom.* 1. *part.* 1. *prælud.* 2. §. 2. *n.* 142. & tamen non officit monasterio legis

Regiæ

Regiæ prohibitio, ut tenent Pereira *d. cap. 67. n.* 20. Oliva *d. quæst.* 28. *n.* 57. Quia respondetur institutorem majoratus non vocasse monasterium ad illius successionem principaliter, sed consanguineum proximiorem, qui per accidens tempore delatæ successionis monachus repertus non prohibetur succedere, & acquirit monasterio commoditates pro ejus vita tantum, cumque dies mortis monachi sit incertus *L. dies incertus ff. de constit. & demonstr.* nil mirum si monasterium intra annum majoratus commoditates alienare non teneatur, potest enim monachus intra annum decedere: at vero quando quis principaliter transtulit bona immobilia in ecclesiam, seu monasterium ad tempus longissimum 40. vel 100. annorum, certum est tempus, & boni publici præjudicium, & fraudem legis alienatio facta intelligitur, atque ita intra annum debet Ecclesia alienare commoditates bonorum in personam idoneam, quæ Reipublicæ onera subire teneatur, & tributa persolvere, & in hunc modum declaranda sunt, quæ tradit Oliva *d. q.* 28. *n.* 52.

58 Tradit Felicianus de Oliva *d. quæst.* 28. *n.* 61. prohibitionem legis Regiæ ne Ecclesiæ, seu Monasteria emere possint bona immobilia, procedere tantum in emptione simplici per quam dominium irrevocabiliter transfertur in Ecclesiam, non vero in emptione cum pacto de retrovendendo in perpetuum. Verum in hac parte ei assentiri non possum, quia *Ordinatio d. libr. 2. tit. 10. in principio*, generaliter prohibet Ecclesiis emptionem stabilium ex rationibus, de quibus supra, publicæ utilitatis, quæ fuerunt in causa, ut Summus Pontifex prohibitionem confirmaret, & sic cum generalis sit prohibitio, generaliter est intelligenda *L. de pretio ff. de publiciana in rem act.* L. 1. *quod autem ff. de aleatorib.* Valasc. *consult.* 114. *n.* 2. Phæb. 1. *part. dec.* 32. *n.* 4. *& dec.* 85. *n.* 7. Tiraq. *in L. si unquam verb. donatione largitus num.* 94. *Cod. de revoc. donat.* Proindeque in d. prohibitione ita comprehenditur emptio simplex, & irrevocabilis, ut emptio cum pacto de retrovendendo, per utramque enim secuta traditione dominium transfertur in emptorem, si venditor dominus erat *L. cum manu fata* 80. §. *fin. ff. de contrab. empt.* Larrea *allegat.* 111. *num.* 2. *& 7.* Unde cum Ecclesia per emptionem cum pacto de retrovendendo bonorum immobilium dominium acquirat contra legis Regiæ prohibitionem, verum est dicere neque cum pacto de retrovendendo valere emptionem.

59 Confirmatur ex eo, quod licet venditione facta cum pacto legis commissoriæ eo non servato, dominium ipso jure revertatur ad venditorem, absque nova traditione, ut diximus *tom.* 1. *part.* 1. *præludio* 2. §. 1. *n.* 137. *&* 146. si pactum verbia directis sit conceptum, quod speciale esse diximus cum pluribus, quibus addo Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *variar. tit. de empt. resolut.* 10. *n.* 23. August. Barbos. *in L.* 3. *Cod. de pact. inter emptorem n.* 6. Anton. Perez *ad tit. Cod. eodem, n.* 7. *&* 8. Tamen in venditione, & emptione facta cum pacto de retrovendendo verius est quod soluto pretio à venditore redimente, dominium in eum non transfertur ipso jure, sed nova desideratur traditio, etiamsi verbis directis pactum sit conceptum, quia vere non continet conditionem resolutivam, neque conventio retrovendendi est prioris venditionis resolutio, sed urget novam ven-

60 ditionem, ut patet ex verbo restituere, quo usus est Imperator in *L.* 2. *C. de pact. inter empt.* Verbum antem restituere denotat iteratam traditionem faciendam ab emptore, quasi id actum intelligatur, ut emptor, qui per traditionem venditoris factus est dominus, conditione impleta, vicissim eumdem venditorem dominum faciat nova traditione. Ultra quod bene colligitur ex *d. L.* 2. venditori competere personalem actionem contra emptorem ex pacto de retrovendendo, unde manifestum est non transire dominium ipso jure in venditorem, quia nemo rem suam condicit nisi à fure *L. ultim. in fine ff. de usufructu*, & ea actione personali concluditur ad revenditionem rei, & sic declaratur rem non esse agentis, si quidem ageret ut res sua sibi venderetur, quod esset impossibile, quia rei suæ emptio non consistit, *L. suæ rei ff. de contr. empt.* & hæc verior est opinio, quam omnes sequuntur communiter secundum Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 8. *n.* 8. & faciunt, quæ adduximus *d. prælud.* 2. §. 1. *n.* 138. *& seqq.* circa interpretationem *text. in* L. 1. *Cod. de donat. quæ sub modo*, & prædictam firmat opinionem Anton. Perez *ad tit. Cod. de pactis inter emptorem n.* 18. Anton. Faber. *de errorib. pragmat. decade* 22. *errore* 10. Anton. Gomez *libr.* 2. *variar. cap.* 2. *n.* 29. Gregor. Lopez *in L.* 42. *tit.* 5. *part.* 5. *gloss.* 7. & ibi Hermosill. qui plures laudat, Tiraq. *de retractu convent.* §. 1. *gloss.* 7. *n.* 16. Grivel. *dec. Dolana* 51. *n.* 3. *&* 32. Mantica *de tacitis, & ambig. convent. libr.* 4. *tit.* 32. *à n.* 45. Trentacinq. *d. titul. de empt. resolut.* 10. *n.* 17. *vers. secundo*, Salzedo ad Bernard. Diar. *reg.* 208. *limit.* 3. *vers. sunt tamen*, alios laudant Hermosill. *d. gloss.* 7. *n.* 2. & August. Barbos. *in L.* 2. *Cod. de pact. inter emptor. num.* 48. Franc. Marc. *dec.* 66. 1. *part.* 1. quidquid contrariam sequatur sententiam alii relati ab Hermosill. *d. gloss.* 7. *n.* 3. August. Barbos. *in d.* L. 2. *n.* 49. & à Fachin. *lib.* 2. *controverf. cap.* 15. *vers. tres sunt*. qui *vers. Tertia est sententia* distinguit; aut enim pactum de revendendo directis verbis fuit conceptum, aut obliquis, & primo casu asserit dominium ipso jure transferri absque nova traditione, secundo vero non, quæ fuit opinio Pauli de Castro in *L. si à te Cod. de pact. inter emptorem*, Berous *consultat.* 164. *n.* 23. *lib.* 1. Bner. *dec.* 182. *n.* 16. *&* 17. Magon. *decis. Florentina.* 105. *n.* 3. *& decis.* 102. *à num.* 16. Perez de Lara *de vita homin. cap.* 23. *n.* 39. Caphal. *consult.* 42. *in princip. libr.* 1. Cald. Pereir. *in L. si curatorem verbo sua facilitate n.* 61. *cum seqq.* Tiraq. *d.* §. 1. *gloss.* 7. *n.* 14. *&* 15. Gutierr. *consult.* 27. *n.* 2. Hermosill. *in d. gloss.* 7. *n.* 4. August. Barbos. *in d. L.* 2. *n.* 50. & hanc sententiam sibi placere ait Fachin. *d. cap.* 15. *vers. atque hæc postrema.* quam late confirmat. Quibus suppositis, si Ecclesiæ liceret absque Regis licentia bona immobilia emere cum pacto de retrovendendo, utique elusoria redderetur legis Regiæ prohibitio, & per indirectum fraus illi fiet, quod ferendum non est, ut dictum est supra.

Maxime, quia jus retrahendi competens vendi- 61 tori ex pacto revendendi etiam in perpetuum, semper, & quod venditor redimere possit quandocumque, & toties, quoties præscribitur spatio triginta annorum, ut est verior opinio, quam late defendit Gratian. *disception. forens. cap.* 2. *à n.* 1. Socin. Jun. *consult.* 145. *n.* 36. *vol.* 1. Cephal. *consult.* 40. *n.* 2. *& consult.* 43. *n.* 12. *& consult.* 110. *n.* 4. Craveta *cons.* 71. *col.* 2. Menoch. *consult.* 143. *& consult.* 201. *n.* 83. *& cons.* 364. *&* 606. *n.* 7. Parlador. *lib.* 1. *rer. quotid. cap.* 1. §. 14. *n.* 11. Thesaur. *lib. forens. quæst.* 72. *n.* 2. *&* 3. Alex. Trentacinq. *lib.* 3. *tit. de empt. & vendit. resolut.* 10. *n.* 25. Surd. *decis.* 3. *n.* 7. Tusc. *litt. P. conclus.* 31. *n.* 1. Covar. *lib.* 1. *variar. cap.* 9. *à n.* 1. & plures alii, quos refert, & sequitur August. Barbos. *in d. L.* 2. *Cod. de pact. inter emptorem n.* 19. Hermosill. *in* L. 42. *tit.* 5. *part.* 5. *gloss.* 1. *n.* 11. ubi plures citat pro hac sententia, quam etiam secundum Anton. Fabrum *in suo Cod. lib.* 7. *titu.* 13. *de præscript.* 30. *diffin.* 3. ubi judicatum dicit Gutierr. *de jurament. confirm.* 3. *part. cap.* 1. *n.* 9. *in fine*, *& n.* 14. Magon. *dec. Florent.* 105. *n.* 1.

n. 1. & Gregor. Lopez *in d. L. 42. tit. 5. part. 5.* Cancer. qui communem dicit *lib. 1. variar. cap. 13. n. 51.* Cevall. *commun. contra commun. quæst. 207.* Azeved. *in L. 4. titul. 6. lib. 8. Recopil. & in* L. 6. *tit. 15. lib. 4. à n. 33.* & in eam inclinare videtur Joannes de Aylon. ad Anton. Gomez *lib. 2. variar. cap. 2. n. 29.* & pro hac stare quinquaginta DD. ait Fachin. *lib. 2. controv. cap. 13.* quamvis contrariam tueantur Valasc. *de jure emph. quæst. 11. n. 17.* & Gomez *d. cap. 2. n. 28.* & plures laudati ab Hermosill. *d. gl. 1. n. 7.* Barbos. *in d.* L. 2. *n. 18.*

62 Quare cum transacto 30. annorum spatio venditor retrahere nequeat prout retrovendere promittens infra cartum tempus, eo elapso non adstringitur retrovendere, Surd. *consult. 52. à n. 23.* Mantica *de tacitis lib. ... tit. 31. à n. 34.* Gratian. *cap. 207. n. 17. & 18.* Tusc. *litt. P. conclus. 30.* Trepato *variar. sentent. tom. 2. cap. 407. vers. pactum* 2. August. Barbos. *in d.* L. 2. *n. 31. & 32.* Tiraq. *de retr. convent.* §. 1. *gloss. 2. à n. 42.* Recte sequitur, quod si Ecclesia emere posset immobilia sine Regis licentia cum pacto de retrovendendo perpetuo, vel ad tempus, legis Regiæ prohibitio inutilis, & elusoria redderetur, si quidem hoc velamine omnia bona stabilia sibi acquirere valeret, atque ita limitatio adducta ab Oliva sustineri non potest tanquam publicæ utilitati contraria, quod agnovisse videtur idem Oliva *d. quæst. 28. n. 63. post medium*, dum ad emptionem censuum sub pacto de retrovendendo à Monasterio, indistincte licentiam Regis desiderari fatetur.

63 Non obstant fundamenta in contrarium adducta; non primum quatenus dicit Oliva in emptione cum pacto de retrovendendo cessare rationem prohibitionis, cum res possint redimi quotiescumque à venditore, vel ejus hæredibus, quia respondetur quod ratio prohibitionis non respicit utilitatem privatam venditoris, sed publicam Regni, quæ consistit in eo, quod immobilia non transferantur in Ecclesias, seu Monasteria, laicique facultatibus non careant ad subeunda onera Reipublicæ, & hæc ratio ita procedit in emptione simplici, ut in ea, quæ cum dicto pacto fuit celebrata; ultra quod Ordinatio punit venditorem in amissione pretii, & ideo si venditio cum prædicto pacto licita foret, quilibet venditor pactum de retrovendendo subjiceret, ut excusaretur à pœna, & mentem legis circumveniret contra juris principia. Neque est bona consequentia, quilibet potest in traditione rei suæ prædictum pactum, & clausulam apponere, & quod res sua non transeat ad Ecclesiam, ergo sine Regis licentia potest cum dicto pacto rem vendere Ecclesiæ contra legis prohibitionem. Neque est verum asserere, quod ubicumque venditor potest rem redimere, vel retrahere, perinde judicatur res ac si jam esset retracta ex Tiraq. *de retr. convent.* §. 2. *gloss. unica n. 7.* idem enim Tiraq. *eadem gloss. unica n. 4. & seqq.* contrarium enixe tuetur, & signanter *n. 42.* ait, quod licet in aliquibus casibus res quæ alicujus est, non irrevocabiliter censeatur non esse sua, id quidem non est respectu ipsius rei sed juris revocandi, vel alterius quod alter habet, & exemplum subjungit in pignore, & melius *n. 50.*

64 Vere quidem statutum loquens simpliciter de venditione, comprehendit venditionem cum pacto de retrovendendo, quæ venditio est perfecta, absoluta, & omnibus numeris consumata, præsertim secuta traditione, emptor enim ex hac venditione confestim efficitur dominus, & facit fructus suos, interim dum venditor pretio oblato rem non redimit, ita Cagnolus *in d. L. 2. Cod. de pact. inter emptorem n. 27.* & ibi August. Barbos. *n. 60.* Roland. *consult. 27. n. 6. & 11. volum. 2.* Covar. *lib. 1. variar. cap. 15. n. 6. & lib. 3. cap. 9. n. 1. in fin.* Petr. Barbos. *in L. divortio in princip. part. 2. n. 75. ff. de soluto matrim.* Joseph. de Sesse *decis. 31. n. 20.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 12. n. 19.* Anton. Perez *ad titul. Cod. de pact. inter emptorem n. 21.* Tiraq. *d. retr. convent.* §. 2. *gloss. unic. n. 35. & §. 5. gloss. 2. num. 1. & 2.* quod ita non esset, si emptor dominus non foret, si
quidem fructus dominium sequuntur L. *fructus*, L. 65
in fundo ff. de rei vendit. L. Titia ff. solut. matrim. Tiraq. *d. n. 34.* Cald. Pereir. *de emptione cap. 7. n. 28.* Suarez *in L. post rem judicatam limit. 2. n. 3. ff. de re judicat.* Petra *de fideicommiss. quæst. 12. n. 330.* Gratian. *cap. 615. n. 31.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 49. n. 79.* Valenz. *consult. 116. n. 32. & cons. 156. n. 26. & consult. 196. n. 14. & 15.* Cyriac. *controvers. 40. n. 8.* & ideo fructus pendentes tempore retrovenditionis ad emptorem pertinent, in quem dominium transit, Cassan. *in consuetud. Burgundiæ rub. 5. §. 5. num. 25.* Tiraq. *d. §. 5. gloss. 4. n. 6. & seqq.* Escobar. *de ratiocin. comput. fin. num. 5. cum seqq.* Anton. Faber. *de errorib. pragm. decade 10. errore 2.* Petr. Barbos. *in d. L. divortio part. 2. n. 71.* Qui docet omnes fructus pendentes tempore retrovenditionis pertinere ad venditorem retrahentem, & hanc opinionem dicit veriorem Anton. Perez *d. num. 21.*

Humanior tamen est opinio, quod fiat divisio pro 66
rata inter emptorem, & venditorem retrahentem fructuum pendentium, quando retrovenditio fieri debet eodem pretio, ut tenet Cagnol. *in d.* L. 2. *n. 45.* Covar. *lib. variar. cap. 15. n. 6. vers. contrarium* Missing. *cent. 6. observat. 50. & 70.* Boer. *dec. 23.* Molin. *lib. 3. cap. 11. n. 9.* Escovar. *d. comput. fin. à n. 7.* optime Fachin. *lib. 2. controv. cap. 24.* Thesaur. *dec. 57. à num. 1.* Mantica *de tacitis lib. 4. tit. 32. n. 102.* Tiraq. *d. §. 5. gloss. 4. n. 9.* August. Barbos. *in d.* L. 2. *n. 62. Cod. de pact. inter emptorem*, Petr. Barbos *in d. L. divortio part. 2. n. 69.* Cancer. *lib. 1. variar. cap. 13. n. 60.* Franc. Vivius *dec. 8. n. 13.* sunt namque fructus pendentes pars fundi *L. Julianus §. si fructibus ff. de action. empti*, *L. fructus de rei vend.* Afflict. *dec. 188. n. 3.* Surd. *dec. 97. n. 1.* Giurb. *ad consuetud. Messan. cap. 1* 67
gloss. 2. n. 99. & observat. 112. n. 3. Hieron. Leo *dec. Valent. 50. n. 9.* atque ita cum fundus interim dum à venditore non fuit redemptus ad emptorem pertineret ex dictis, rationi congruit quod ad eum spectet pars fructuum respectu temporis, quo dominium apud eum permansit, ita Fachin. *d. c. 14. vers. probatur secundo.*

Deinde probatur prædicta assertio ex *text. in* L. 68
non ideo minus ff. de rei vendic. ibi: *Non ideo minus recte nostrum esse vindicavimus quod abire à nobis dominium speretur, si conditio legati, vel libertatis extiterit, L. 1. §. servi ff. ad S. C. Syllanian. L. si fur. ff. de usufr. L. & post litem §. 1. ff. famil. erciscund.* L. *fin. §. sed quia Cod. commun. de legat.* L. *& si servus furtivus in princip. ff. de condict. furtiva*, quibus juribus probatur eum qui dominium habet etiam revocabile verum dominium esse, & ita in materia retractus ad hoc expendit *d. L. non ideo minus*, Paul. de Castro *consult. 460. circa primum quæsitum vers. in 2. dubio vol. 2.* refert, & sequitur Tiraq. *de retr. convent.* §. 2. *gloss. unica n. 36.* & respectu possessoris majoratus diximus *tom. 1. part. 2. cap. 29. n. 100.* Unde cum Ecclesia, vel Monasterium emens immobilia cum pacto retrovenditionis dominium acquirere, neutiquam dici potest prohibitionem non procedere in emptione cum pacto de retrovendendo, ex eo, quod venditor redimere valeat, vel ejus hæres, multa namque accidere possunt, propter quæ res ipsa non auferatur. L. *naturalem §. 1. in fine ff. acquir. rer. dominio*, & faciunt quæ *supra. cap. 9. n. 16. & 17.*

Deni-

69 Denique non obstat quartum, quia non semper verba debent intelligi in potiori significato, & satis est quod accipiantur in proprio, licet non in potiori, ut tradit Tiraq. *in d.* §. 2. *gloss. unica n.* 41. quia verba debent proprie intelligi, & significatione absoluta quando absolute proferuntur, L. 1. §. *is qui navem ff. de exercitor. actione* L. 1. §. 1. *ff. de donat. L. si ita quis* §. *fin. de leg.* 2. & ita nuncupatim illud limitat Socin. *consult.* 30. *viso statuto civitatis Aretii col. ultim. vers. nec obstat ultimum lib.* 2. Tiraq. *d. gloss. unica n.*41. Cald. *de nominatione quæst.* 8. *nu* 16. *in fin.* Reynos. *observat.*21.*n.*16. Cyriac. *controv.*8.*n.*43. *&* 44. Carol. Tapia *decis.*10.*n.*43. Arias de Mesa *lib.*3. *variar.capit.*19.*n.*12. Clarum est autem, quod in præsenti venditio, etiamsi sub conditione resolvi possit, vera est, ac propria venditio, & ideo nihil est quod hic amplius disputandum sit de potiori significato, ut ait Tiraq. *d. n.* 51.

70 Ex dictis infertur non bene dixisse Felicianom de Oliva *d. quæst.*28. *num.*63. quod licet Ecclesiæ, vel Monasteria non possint emere censum perpetuum, quia appellatione immobilium continentur, ut præter ab eo relatos tenent plures à me citati *tom* 1. *part.*2. *capit.* 26. *n.* 85. quibus addo D. Christoph. Cresp. de Valdaura *observat.* 36. *n.* 1. ubi in terminis alterius legis Aragoniæ tradit non posse Ecclesiam acquirere census perpetuos: attamen ait Oliva emere posse census perpetuos redimibiles sine Regia licentia. Sed vere fallitur, quia census redimibiles etiam inter immobilia computantur, secundum veriorem opinionem, quam probavimus cum pluribus *d. capit.* 26. *num.* 86. Quia quoad emptorem perpetui censentur, siquidem ei non datur facultas extinguendi censum, hoc enim venditori tantum permittitur: ut diximus *d.cap.*26.*n.*87. Quare ita ut census perpetui ab Ecclesia emi non possunt sine Regis licentia, ita neque redimibiles; præsertim, quia in distributione tributorum tantum minus exigitur à possessoribus bonorum censibus affectorum, quantum Ecclesiis, seu Monasteriis solvitur ratione pensionis, ut experientia docet. Atque ita gravamen hoc à rebus immobilibus rejiciendum est, ne per indirectum legis prohibitioni fraus fiat,

71 Eodem modo rejiciendus venit Felicianus de Oliva *d. quæst.*28. *n.*64. quatenus ait Clericum emptorem cum pacto de retro in perpetuum, vel de redimendo, posse in Ecclesias, & Monasteria transferre immobilia, quia licet Clericis sæcularibus permissum sit bona immobilia acquirere *Ord. d. libr. tit.*18. §. 5. quod idem statutum est in Aragonia, ut per Cresp. de Valdaura *observat.* 35. *n.*6. tamen id tan-
72 tum permissum, ut Cleric. pro vita possint immobilia possidere, dummodo, aut in vita, aut per ultimam voluntatem in laicos alienent; ita ut non possint ea transferre in Ecclesiasticos, vel Ecclesias sub confiscationis pœna, ut declarat prædicta *Ordinat.* § 5. Caldas *de empt. capit.*8.*n.*46. Unde resolutio Feliciani *d.n.*64. sustineri non potest, etiam ratione pacti de retrovendendo per ea quæ supra dicta sunt, & faciunt quæ Gama *dec.* 341.

73 Similiter sustinent non potest limitatio ad legem Regiam, de qua idem Oliva *d. quæst.*28. *n.*65. quatenus defendit prohibitionem Ordinationi non procedere in bonis immobilibus acquisitis ab Ecclesia per præscriptionem; qui de hoc acquirendi modo non loquitur legis prohibitio. Sed contrarium verius est; quia *Ordinat. d.lib.*2.*tit.*18. *in princip.* non tantum prohibet acquisitionem stabilium, sed etiam possessionem, ut probatur ibi: *Ad quirir, nem possuir sem especial licença dos ditos, Reys?* plane quando possessio à jure improbatur prodesse non potest, ut tradunt, ut tradunt Puteus *dec.*175. *n.*3. *lib.*3. *& dec.* 180. *n.*2. Farinac. *lib.*1. *decis.*666. *n.*2. Bellamera *decis.* 535. *n.* 1. Gratian. *forens. cap.* 283. *n.* 23. *usque* 74
ad 28. Solorzan. *de jure Indiar. tom.*2. *lib.*2. *cap.* 4. *num.* 83. *& capit.* 8. *n.* 9. & post alios Larrea *allegat.* 5. *n.*16. præscriptio autem sine possessione non procedit *cap. sine possessione de reg. jur.* Mascard. *de probat. conclus.* 24. *n.* 23. *& conclus.*946. *n.*8. Honded. *consult.* 79. *n.*47. *lib.*1. Larrea *allegat.*17. *n.*1. Capyc. *decis.*209. *n.*32. Boer. *decis.* 55. *n.*6. Atque ita Ecclesia bona immobilia quæsita, vel possessa sine Regis licentia præscribere nequit, & ita sentit Gabr. Pereir. *de manu Regia* 2. *part. cap.*67. *n.*22. quamvis non ita fondet.

Neque fundamenta Feliciani aliud evincunt, & bene diluuntur ea dictis, quæ concernunt prohibitio- 75
nem non tam acquisitionis ex titulo emptionis, & dationis in solutum, vel ex ultima voluntate, sed & possessionis; immo prohibet lex acquisitionem ex quocumq; alio titulo, & dictio *quovis modo* omnem modum comprehendit ex Valasco *de partit. cap.* 13. *num.*51. & dictio quisquis vulgo *qualquer*, ampliat dispositionem, & comprehendit casus etiam dissimiles Tiraq. *de retr. lignag.* §. 1. *gloss.* 7. *nu.* 20. Gama *decis.* 28. *num.* 1. Giurba *ad consuetudin. Messan. cap.* 1. *gloss.* 3. *à num.* 1. adeo, ut quamvis adjiciatur verbo importanti arbitrium boni viri, 76
mutat illud in liberam potestatem, Ruin. *consultat.* 133. *nu.* 3. *libr.* 2. Gratian. *capit.* 23. *nu.* 24. Bald. *de pace Constant.* §. *nomine in fine n.* 2. Surd. *cons.* 380. *n.*37. Socin. Jun. *cons.*107. *n.*32. *lib.*2. nec semper dictio *alius* est repetitiva similium, immo denotat rem diversam, & omnino dissimilem ab expressis L. *si fundum sub conditione* 81. §. *si libertus ff. de legat.* 1. August. Barbos. *verb. alias dictione* 26. *n.* 5. *&* 17. post alias Larrea *allegat.* 40. *n.* 12. Unde non obstant, quæ ex adverso ponderantur, & clarum sit Ecclesiam neque ex titulo præscriptionis posse bona immobilia acquirere, & hæc de lege Regia *d. tit.*18. dixisse sufficiat, cætera pete à Pereir. de Castro *d.* 2. *p. c.* 67.

Pro coronide tamen adverte quod ad emenda, vel 77
accipienda in solutum bona immobilia, debent Ecclesiæ, seu Monasteria impetrare Regis licentiam ante contractum, ut insinuat *Ordinat. d. lib.*2. *tit.*18. *in principio*, & tradit satis docte Cresp. de Valdaura *observat.* 37. *quæst.* 2. *à n.*30. *cum seqq.* ubi plene. Aliud dicendum si donationis, vel legati titulo, aut per successionem bona fuerit delata communitatibus Ecclesiasticis, quia sine licentia Regis poterunt ille acquirere, & per annum possidere, dummodo intra illum transferant in laicam personam capacem, vel Principis licentiam obtineant, ut ultra annum valeant possidere, sin minus bona confiscationi erunt obnoxia, ut disponit *Ordin. d. tit.* 18. §. 1.

Redeundo igitur ad materiam, à qua digressi su- 78
mus, dubitari potest an Rex hujus Regni dominus sit terrarum illius, non solum quoad dominium gubernativum, sed etiam quoad verum, & plenum dominium, & pars affirmativa probari videtur *ex L.* 1. *tit.* 11. *part.* 2. ibi: *Mas aunà la tierra misma, de que es señor, & in L.* 3. ibi: *Honra deve el Rey bazer a su tierra*, & facit *Ordinat. lib.*2. *tit.* 33. *in principio* ibi: *Jagada be hum direito Real que os Reys destes Reynos antigamente ordenaram que lhes fosse pago em terras, em que especialmente para si o reservaram ao tempo que aos moradores, & pouoadores dellas derao seus foraes:* quod in hoc Regno summa cum ratione videtur admittendum, cum ab infidelibus, Regum sumptibus, & sanguine fuerit liberatum, ut de Regibus Hispaniæ dixit Avendañ. *de exeq. mandat. cap.*4. & de Regibus Franciæ Carol. de Grass. *de Regalib.*2. *privilegio* 20. *col.* 2. & hanc partem sequitur Gabr. Pereir. *de manu Regia* 2. *part. cap.*67. *n.*12. Cald. *de empt. c.* 21. *n.*4.

Verior

79 Verior tamen est sententia dominium terrarum Regni non pertinere ad Regem, neque ad Coronam, sed esse proprium vassallorum, & subditorum, ut late fundavimus tom. 1. part. 2. cap. 2. num. 27. & seqq. & tradit Gregor. Lopez in L. 1. tit. 18. part. 2. verbo de reclus. Et quamvis Reges nostri Regum & Maurorum faucibus eripuerunt, tamen non acquisierunt, particulare terrarum dominium, sed jus tantum distribuendi terras inter subditos, cum quibus, & eorum sanguine, sumptibus, & tributis victorias reportarunt, neque bella sine militibus subditis gerere poterant, unde omnes terræ, præter reservatas Regibus ad eorum alimenta, propriæ sunt vassallorum, non Regis, in quem subditi omne jus, & potestatem transtulerunt, ut omnia possiderent quoad protectionem, & jurisdictionem, subditi vero dominium ut diximus d.c. 2.n.30.& ita respondet Oliva contra Gabr. Pereir. d. q. 28. n. 28. & 29.

80 Ex quibus infero terras incultas, & eremas, quæ sunt intra fines Regni, & à nemine possidentur, quas dicimus montes maninhos, pertinere ad Regem, Regiamque Coronam quasi bona vacantia L.1. Cod. de bon. vacant. Ordinat. lib. 2. tit. 26.§.16. ut diximus supra c.22.& docet Cald. de empt. capit.21.n.4. cum enim Princeps sit dominus totius Regni, & terræ eremæ, & incultæ sint intra Regni confines, & territorium, illius esse præsumuntur dum non probatur contrarium, Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 20.n.2. vers. est verum, & regulariter quidquid est intra fines territorii præsumitur esse illius, cujus est territorium, ista Castr. in L.1. in princip. n. 7. ff. de acquir. possess. ubi Socin. Sen.n.22. vers. aliquando, & tertio, & consult. 86. n. 5. lib. 1. & consult. 127. num. 5. vers. aliquando, & secundo eod. libr. Paris. consultat. 4. num. 1. libr. 4. Valasc. de jur. emphyt. quæst. 8. nu. 39. Socin. Jun. consult. 160. num. 13. lib. 2. Surd. consult. 151. n. 4. Cravet. consult. 54. n.9. & consult.293. n.5. in fin. Gama decis. 230.n.1, Menoch. lib.3. præsumpt.100.n.9. Mascard. conclus. 393. n. 15. Larrea allegat. 69. n. 1. & seqq. Cancer. lib.1. variar. capit.11.n.31. & seqq. Marescot. lib.1. cap.85. Farinac. dec.150.n.5. in recentior. tom.1. Sanfelic. dec.189. Surd. cons. 155. à n. 57.

81 Sed hæc intelligenda sunt procedere in terris eremis, & incultis existentibus extra limina, & terminum alicuius oppidi, vel civitatis, tunc namque hujusmodi loca ad Regem pertinent, ita ut si quis ea occupaverit non faciet sua, Bald. in rub. de præscrip. lib.6. Avendaño de exeq. mandat. cap.4. vers. hodie vero, Valasc. d. q. 8. n.37. Cald. Pereir. d. c.8.n.6.

Si enim agri inculti reperiantur intra fines termini alicujus civitatis, vel oppidi, pertinent ad oppidum, vel civitatem, quasi à principio ex prima concessione termini illi fuissent donati ad utilitatem civium, & incolarum, ut tenent Paul. in L.1. in lectura antiqua ff. de acquir. possess. Jason. in L. rem quæ nobis
82 num. 31. ff. eodem. Anton. Gomez in L. 45. Taur. num. 2. Socin. in d. L.1. ubi Alciat. num. 15. & 16. & in L. silva cædua §. novalis ff. de verb. signific. Valasc. d. quæst. 8. num. 38. Cassan. in consuetudin. Burgund. rub. 9. §. 4. n.4. Cald. de empt. cap. 21. n. 6. Cabed. 2. part. decis.112. n. 2. & circa eorum dominium, & possessionem, habet civitas fundatam suam intentionem, ut per Socin. consult. 86. n.6. lib. 1. & consult. 127.n.2. Valasc. d. quæst.8.n.38. Avendaño de exeq. mandat. cap.4. Cald. d. cap. 21. num. 6. Gregor. Lopez in L. 1. tit. 20. & in L. 9. tit. 28. part. 3. & probat expresse Ordinat. lib. 4. titul. 43. §. 9. ibi: E passaram geralmente pellos foraes com as outras terras aos povoadores dellas, & §.15. ibi: Porquanto os taes maninhos saõ geralmente para pastos, criacoens, & logramentos dos moradores dos lugares onde estam, & nam devem delles ser tirados: facit text. in L.1. §. cum urbem ff. de officio præfect. urb. Covarr. lib.1. variar. cap.17.n.7. Gald. d. cap.21.n.6. Horat. Montan. de Regalib. verbo argentariæ, n. 10.

Quod intellige nisi Princeps sibi loca inculta reservasset, cum enim Princeps ratione supremæ potestatis habeat dominium generale in omnibus terminis sui Regni circa agros, & montes, Anton. Gabr. lib. 1. commun. titul. de præsumpt. præsumpt. 9. nu. 1. Avendañ. de exeq. mandat. 1. part. c.1.n.7. & 8. &
cap.4.n 1. & c.12.n.1. Matienç. in L.3.tit.10.lib. 5. 83
Recop. gloss.7. n.2. & 4. in L.1. gloss. 21. n.2. lib. 4. Recopil. tit. 15. Valasc. d. quæst.8.n.37. Cald. d. cap. 21. nu. 3. & 4. Gutierr. practicar. lib.4. cap.60. Bovadill. in sua Polit. lib. 2. cap. 16. n. 52. post plures Solorzan. de jur. Indiar. lib.5. capit. unic. n.85. Peregrin. de jur. fisci lib.7. tit.3. n.17. Larrea allegat. 110. n.22. bene potuit sibi reservare agros incultos, ut notatur in rub. Cod. de omni agro deserto, & in tit. Cod. de fund. patrimon. lib. 11. immo totum territorium facere vectigale L.1. ff. si ager vectigalis, & probat Ordinat. lib.4. titul.43. §.9. ibi: Os quaes nam foram contados nem reservados pellos Reys que ante nos faraõ. Valasc. d. quæst.8.n.37. Cabed. 2. part. dec.112. n.1. Cald. d. c. 21. n.6.

Unde fit quod cum hæc loca deserta, & inculta Regis non sint, quamvis à Principe donatio facta sit alicui civitati, cum mero, & mixto Imperio, montibus, & agris, totoque jure ad Coronam spectante, non veniunt agri inculti, aut montes, qui sunt intra
territorium civitatis, quia in his locis non habet Prin- 84
ceps fundatam suam intentionem, ut possit ea alicui concedere in præjudicium civitatis, seu villæ, cui in concessione termini fuerunt donata, ut probat Ordinat. lib.4. titul.43. §.11. ibi: Que sam dos termos das villas, & lugares para os haverem por seus, & os contarem, & defenderem em proveito dos pastos, criaçoens, & logramentos, que aos moradores dos ditos lugares pertencem, Valasc. d. quæst.8. num.39. Unde cum prædicta non essent Regis tempore donationis factæ vassallo, non includuntur in donatione tam ex reg. text. in L. nemo plus de reg. jur. tum etiam quia donans rem, in qua aliquod jus habet, illud tantum donare videtur, cap. pastoralis de donat. L. uxor. patrui Cod. de legat. L. si domus §. fin. ff. de legat.1. L. qui tabernas ff. de contr. empt. Valasc. d. quæst. 8. n.40. ex aliis Surd. consultat. 13. n.4. Cancer. lib.1. variar. capit. 8. n. 112. Petr. Barbos. in manuscriptis ad L. servi electione §. fin. n. 6. ff. de leg. 1. & faciunt jura in L. fin. Cod. de locat. prædior. civil. lib.11. L. si servum 91. in princip. vers. item si homo ff. de verb. obligat. atque ita donatio verificari debet in jurisdictione oppidi, vel civitatis, non vere in agris incultis pertinentibus ex prima donatione civitati, aut villæ, ut docuit Aretin. in L.1.n.6.
ff. de acq. possess. & consult.15. qui ait donatione facta 85
ab Imperatore de villa, aut civitate, non venire loca vacua, & inculta, quem declarat Valasc. d. n. 40. ut ejus opinio procedat si talia loca sunt in territorio civitatis donatæ, nec Princeps videtur donare, quod jam alteri erat concessum, ut diximus tom. 1. part. 1. capit. 3. n. 19. immo cum prima donatio fuerit perfecta, transiit dominium in donatariam civitatem, quæ perfertur secundo donatario, ut diximus d. cap. 3. n. 18. nec secunda Principis donatio enervat effectum primæ, ut in d. capit. 3. n. 20. & tradit Valasc. d. n. 40. quod quidem agnovit Legislat. nost. d. tit.43. §.11. vers. & se foram, dum disponit: quod si loca inculta alicui donata fuere, possit civitas donatarium in judicio pulsare.

Hinc fit quod donatarii terrarum, prælati aut 86
Ordinum magistri, vel commendatarii non possunt

prædicta loca inculta sibi assumere, quamvis existant in terris Ordinum, ut disponit *Ordinat. d. tit.* 43. §. 14. optime Cabed. *d. decis.* 112. *n.*4. quia ad oppida, vel civitates pertinent, & in donationibus factis Ordinibus, prælatis, vel aliis donatariis non fuerunt comprehensa.

87 Sed est sciendum magnam dari differentiam inter agros incultos, & steriles, qui à nemine unquam fuere possessi, & inter agros desertos, qui dominos habuerunt, à quibus fuerunt derelicti: est autem ager locus in rure sine ædificio, qui in civitate area appelatur, nam qui cum ædificio est, prædium, seu fundus dicitur secundum Florentinum *in L.fund.*211.*ff. de verb. sign.* itaque ager desertus est, qui à nemine colitur, sed derelinquitur, ut per Isidor. *l.* 14. *Ætym. c. pen.* desertus à derelicto distat, quia dominium agri derelicti statim domini esse desinit, & occupanti acquiritur L.1. *ff. pro derelict.* §. *pen. inst. de rer. divis.* deserti vero dominium non illico admittitur, licet enim alius agrum excoluerit, si antiquus dominus intra biennium suum jus revocare voluerit, admittendus est solutis expensis, ut disposuere Imperatores *in* L.*qui agros* 8.*C.de omn. agro deserto l.*11.post biennium tam dominio quam possessione dominus privatur, ut ibi probatur,

88 Agros desertos, & incultos tam Imperatores, quam Reges nostri magno curaverunt studio fructiferos efficere, ut probatur *ex L.*1. *L. jubemus* 17. *L.si quis* 16. *C.de omn. agro de desert. l.*11. *Ord. l.*4.*tit.*13. & ea de causa instituti fuerunt præfecti agrorum, qui apud nos dicuntur sesmeiros, ut agros desertos aliis excolendos concedant, citatis, & auditis dominis antiquis agrorum da jure suo, ad excusationem circa desertionem agrorum, qui si vel non apparuerint, vel concludentes rationes non docuerint; expectandi sunt per anni spatium ad excolendos agros, quo elapso, agri alii sunt conferendi de sesmaria, hoc est ad cæsinandum, ut probat *Ord. d. tit.*43. §.1. quod si agrorum præfecti dominos non invenerint, nec scire potuerint, per præconia, & edicta 30. dierum in loco ubi bona sunt sita, & aliis vicinioribus citare, & monere debent antiquos dominos, ut infra annum agros colant sub comminatione eos concedendi de sesmaria & anno elapso illos concedere debent ex *Ord. d. t.*43. §.2. quæ anni spatium conveniens judicavit ad privationem dominii, ut declarat *in d.* §.1. quamvis de jure communi biennium esset præfinitum *in d. L. qui agros C.de omni agro deserto lib.* 11.

89 Sesmarias autem dicuntur cæsinæ ex illa incisione superficiei incultæ, quæ incidirur vomere, vel marra secundum *gl. in L. silva cadua* §. *novalis ff. de verb. signif.* notant Hor. Mont. *d. verb. Argentariæ n.* 11. *circa fin. p. mihi* 266. Adverte tamen, quod de jur. communi isti cæsinantes adquirebant tantum utile dominium illius loci inculti, quem ad culturam reduxerunt, id est, illius superficiei cultæ secundum Bald. *in* L.1.*lectura n.*10. *circa med. vers. unde communi Perusi ff. de rer. divid.* & probat *text. in L. in tantum in princ. ff. eod.* quem de dominio utili intelligit Bald. *in* §. *si quis de manso n.*11. *de cont. invest.* quod dominium durat durante cultura *d. L. in tantum*, optime Hor. Mont. *d. verb. Argentariæ n.*11. Et hoc adhuc procedit in tertis tributariis, quæ dantur de sesmaria, transeunt enim cum onere canonis, seu tributi, si vero terræ fuerint liberæ, & allodiales, concedi debent libere, & sine aliquo censu, & in concessionarios transfertur omne, & plenum dominium, ex *Ord. d. tit.* 43. §.13.

90 Loca vero inculta, quæ numquam ab aliquo possessa sunt, & pertinent ad villam, seu oppidum, nullo modo possunt concedi de sesmaria, ex *Ordin. d. tit.*43. §. 12. nisi inter agros incultos aliqui reperti fuarint, qui reddi possint fertiles per culturam ad seminandum triticum, vel apti ob olivetos, vel vineas, quia tunc concedi poterunt si ex concessione detrimentum grave non sequatur incolis, & civibus, respectu pascuorum, & aliorum commoditatum *Ord. tit.*43. §.9.10. & 11. quando enim concessio grave infert præjudicium communi bono, etiamsi agri frugiferi effici possint, non valent concedi de sesmaria, ut judicatum refert Cabed. 1. *p. aresto* 46.

91 Et nota quod cæsinantes, quibus agri inculti fuerunt concessi, facultatem habent intercludendi sepibus locum cultum ad defendendas fagetes, quia sepes defensionem eis præstant domino absente, & facultas sepiendi virtualiter concessa intelligitur cum facultate cæsinandi, argum. *text. in L.*2.*ff. de jurisd. om. judic.* Montan. *d. verb. Argentariæ sub n.*11. qui bene tradit, quod secatis fructibus dominus cæsinæ non potest probibere cæteris civibus immittere eorum animalia ad pascendas herbas silvestres, etiamsi nascantur ex spicis in terram cadentibus, donec possessor agri cœperit illum seminare; ex ea ratione, quia solum est universitatis unde provenit *d. L. in tantum* §. *universitatis*, & herbæ silvestres nascuntur ex solo absque culturu, & meritò spectant ad eum, cujus est solum *L. de eo* §.1. *ff. ad exhib.* §. *cum ex aliena inst. de rer. div. L. solum* §.1. *ff. de rei vind.* neque spicarum ratio babenda est per rationem *text. in L. qui fundum* §. *fundi venditor. ff. de contr. empt.* neque illæ spiciæ fuerunt projectæ ad finem colligendi frumentum, sed casu, quare non habentur in consideratione.

92 Denique an & quando terra concessa de sesmaria uni, possit alteri concedi, & quando in secunda concessione facienda sit mentio primæ, & an requiratur citatio primi concessionarii, vel ne, vide *Ord. d. tit.*43. §.4. Gam. *dec.* 280.

93 Plura alia bona pertinent ad Regiam Coronam, de quibus satis superque actum est in hac tertia parte nempe de viis publicis, & stratis *c.*3. de fluminibus *c.*4. de portu *c.*6. de insulis *c.* 7. de nostro mari Indico *c.*8. à *n.*56. *cum seqq.* de Palatiis, *cap.* 10. de fodinis metalorum, *c.*12. de bonis vacantibus *c.* 14. de bonis damnatorum, & proscriptorum, *c.*22. *& seq.* de confiscatione, de patronatu Regio, *c.*28. ubi *n.*138. quod de Regalibus & inter bona Coronæ connumeratur; de bonis, quæ auferuntur ab indignis; *c.*29. *&* 31. de mulctarum, pœnarumque compendiis, & rebus quæ incidunt in commissum, *c.* 34. de bonis contrahentium incestas, nuptias, 35. de bonis relictis incapaci per tacitum fideicommissum, *c.*36. de bonis procuratoris Regis, qui fuit prævaricator, *cap.* 37. de litigiosis, *c.*38. de pœna dupli, in quam incidit, qui pro mercii causa domum emit, aut vendit ad eam demoliendam, *c.* 39. de bonis annotatis, *c.*40. de bonis eorum, qui conscientia sceleris se ipsos occiderunt, *c.*41. quibus satis demonstravimus quando, & quomodo omnia prædicta bona ad Regiam Coronam, & ejus fiscum spectent. 94 Sed est advertendum nou sufficere ad hoc ut bona dicantur Regiæ Coronæ quoq; ad ipsius fiscum pertineant ex confiscatione, vel ex prædictis causis, nisi eorum fiat incorporatio, quæ quidem est quædam ipsarum rerum, quæ pertinent ad fiscum ejus nomine occupatio, & in corpus bonorum fisci redactio Publica authoritate, & solemni modo facta, per quam bona ad fiscum pertinentia inter fiscalia reponuntur, & connumerantur *L.*3. *C. de bon. vacant. lib.*10. ubi Cujac. *vers. addendum est*, Platea *in L. fin. C. eod. not.*6. Matr. Landens. *de jur. fisc. q.* 44. *& q.*247. Garcia Toletan. *in lucerna rubr. ad tit. de bon. vacant. n.*12. Sousa *aphorism. inquisit. l.*3. *c.*9. *n.*1.2. *&* 3. Guazin. *de confis. concl.*7. *n.*1. *& seqq.* Seraph. Mass. *eod. tr. q.*41. *n.*6. Farin. *in fragm. lit. B. n.*116. & sane hoc importat verbi proprietas, quia incorporare nil aliud est quam alicui corpori membra addere ut tradunt Calepin. Revard. & alii, & probat *text.*

text. in cap. ad hoc baptismus de consecrat. dist. 4. & notatur *in c.* 3. *de hæret.* unde cum bona, quæ jam sunt in fisco unita, & incorporata, censeantur quoddam corpus, quod patrimonium fiscale appellatur, quando alia bona eidem patrimonio adduntur, merito censentur quædam membra de novo addita illi corpori, ac per consequens recte dicitur incorporatio ille actus per quem illa unitas, & additio expeditur, ut docent Toletan. *ubi sup.* & Far. *d. n.* 116. *& in prax. q.* 25. *n.* 14. *&* 15.

95 Solebat autem fieri incorporatio solemni modo, nam ante incorporationem bona delata scribebantur in libro, vel calandario fiscali proposito delationis titulo, quin etiam in prædiis, & parietibus tituli, & insignia Principis, & sigillum apponebantur ex dispositione, & authoritate Comitis rerum privatarum, & Rationalis, in quavis provincia commorantis, quondam bona fisco incorporabat per actualem occupationem, & possessionem, citatis per edicta, & programa generaliter omnibus qui velint, & possint contradicere bonorum incorporationi L. 3. *& fin. C. de bon. vacant.* non enim facienda erat incorporatio, quam data reclamandi copia constiterit neminem ea bona possidere, vel vendicare posse, & fisco locum esse, data omnibus pretendentibus defensionis facultate *L. defensionis C. de jur. fis. l.* 10. quod si nullus appareat, tota res ad Principem defertur, ut ejus jussu res ærarii nomine occuparetur, id est fisco incorporetur, quo facto bona dicuntur incorporata, ut colligitur ex *text. in L. si quis C. de bon. proscr. L.* 2 *C. de aquæ ductu l.* 11. *d. L. defensionis C. de jur. fis. l.* 10. *L.* 1. *C. Theod. de incorporatione L.* 3. *C. de bon. vacant. l.* 10. ubi Bart. & Cuj. Boer. *dec.* 241. Boss. *t. de bon. vacant. à n.* 1. Toletan. *d. n.* 12. Farin. *in fragm. lit. B. n.* 116. Anton. Perez *ad tit. C. de bon. vacant. n.* 29. *&* 30.

96 Verum cum solemnitates juris antiqui magna ex parte in dessuetudinem abierint, ut probatur ex *tit. C. de formulis sublatis*, hodie non apponuntur in prædiis sigillum, neque Principis insignia, sed adhuc bonorum vacantium fit descriptio, & aliorum, quæ fisco sunt delata, per officiales deputatos in tribunali rationalis majoris, & publico programmate, vel voce præconis vocantur omnes interesse habentes, ut in termino præfinito compareant, & si nullus apparet contradictor, profertur sententia quod bona incorporentur, & scribantur in libro fisci, seu Coronæ, qui apud nos appellatur *dos proprios*, & tunc bona incorporata dicuntur, namque incorporatio fieri non potest, nisi post sententiam secundum Bart. *in L. vacantia n.* 8. *C. de bon. vacant. l.* 10. *& cons.* 358. *n.* 4. *vol.* 1. Silvan. *cons.* 25. *n.* 34. *vers. per quæ verba*, Boss. *tit. de feut. n.* 49. *vers. in homicidiis*, Boër. *dec.* 277. *n.* 12. Guazin *de confisc. concl.* 8. *n.* 10. adeo ut etiam in casibus ubi confiscatio fit, ipso jure desideretur sententia facti declaratoria, Massin. *d. quæst.* 41. *n.* 10.

97 Incorporatio autem non solum est necessaria respectu bonorum vacantium, sed etiam aliorum, quæ fisco deferuntur tam ex confiscatione propter delictum, quam ex aliis quibuscumque causis, de quibus *in L.* 1. *ff. de jur. fisc.* ut probatur *ex tit. C. de bonis vacantibus, & incorporatione lib.* 10. ubi non legimus de bonis vacantibus, & eorum incorporatione, sed generaliter de bonis vacantibus, & incorporatio seu quasi incorporatio, de qua ibi, non solum referatur ad bona vacantia, sed etiam ad alia quæcumque ad fiscum pertinentia, quod etiam probatur *in d. L.* 3. ibi: *Aut alicujus publicatione, aut ratione juris aliquid rei nostræ addendum est*, L. *fin. C. ead. de bon. vacant.* ibi: *vel alio modo delata*, & melius ex *Ord. lib.* 2. *tit.* 46. ibi: *Para que seja sabido o modo per que se faz a verbal incorporação na Coroa dos beẽs, & heranças que por alguns casos saõ confiscados, declaramos que quando se monstrarem alg̃uas doaçoẽs feitas à quaesquer pessoas dos beẽs, terras ou herdamentos, que por delictos que cometessem as pessoas, cujos foraõ, ou por morrerem ab intestado, & sem herdeiros, ou por serem indignos, ou por outra qualquer maneira fossem confiscados, se em as ditas doacoẽs forem postas estas palauras, que nos confiscamos, apropriamos, unimos, ou incorporamos os ditos beẽs, terras, herdamentos, à Coroa de nossos Reynos, & elles assi confiscados, & apropriados, os damos, & doamos, por taes palauras postas nas doaçoens, os ditos bens, terras, & herdamentos, & quaesquer outros direitos ficaon realmente incorporados, & feitos da Coroa do Reyno, assi come se fossem com toda a solennidade de dereito scriptos, & postos nos livros dos proprios beẽs da Coroa:* idem probatur ex *Ord. lib.* 2. *tit.* 35. §. 22.

Et prædictam resolutionem ampliabis, ut etiam 98
procedat in casibus ubi bona confiscantur ipso jure, ut in crimine læsæ Majestatis divinæ vel humanæ, & aliis, quia licet bonorum dominium statim delicto commisso transeat in fiscum, non tamen possessio nisi apprehendatur, & sic necessaria est solennis incorporatio, secundum Bart. Angel. & Roman. *in L. commissa ff. de publican. & vectig.* Honded. *cons.* 42. *n.* 39. Mart. Laudens. *de fisco n.* 63. Peregrin. *de jur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 52. Giorb. *cons.* 67. *n.* 18. *& ad Consuetud. Messan. cap.* 5. *gloss.* 6. *n.* 13. Massin. *d. quæst.* 41. *n.* 10. *&* 12. Guazin *d. conclus.* 8. *n.* 3. Mastrill. *de Magistr. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 361.

CAPUT XLIV.

De Donationibus Bonorum Regiæ Coronæ, & Regalium, atque jurisdictionum, & earum clausulis, & quomodo Donatarii eis uti debent.

SUMMARIUM.

1 *In jurisdictionum pelago nemo versatus est, qui naufragium non fecerit.*

2 *Crimen læsæ Majestatis committit allegans à Rege, & Imperatore Regalia concedi non posse.*

3 *In hoc Regno non continetur in donationibus, nisi quod expresse, & nominatim reperitur concessum.*

4 *Jura Regalia sunt specialia ejus, qui superiorem non recognoscit.*

Tanquam exorbitantia à jure communi eorum concessio est restringenda, & numquam extendenda, neque in consequentiam trahenda. Ib.

5 *Donato castro, vel loco simpliciter, non censetur concessa jurisdictio.*

Donato castro cum territorio non veniunt Regalia in concessione, nisi de illis fiat expressa mentio. Ibid.

6 *Amplia, etiamsi castrum donatum sit cum pertinentiis: quia adhuc non continentur Regalia, neque jurisdictio.*

7 *Pertinentiæ sunt appendices ipsius rei principalis.*

Pertinentiæ dicuntur, quæ destinata sunt à lege, statuto, vel consuetudine, aut ab homine ad usum rei, cui ut accessoria accedunt. Ib.

8 *Venditio alicujus rei facta cum pertinentiis intelligitur, si pertineant, & earum respectu conditionalis est.*

Legato castro cum pertinentiis non veniunt prædia particularia, quæ ibi testator possidebat, nisi in duobus casibus. Ib.

9 *Regalia, & jurisdictio sunt maximi momenti, & considerationis.*

Notabilia qua sunt, nisi specialiter exprimantur, censentur neglecta.

10 *Recognoscens castrum in feudum à Principe, non prasumitur recognoscere jurisdictionem.*

11 *Castro concesso, vel oppido, nulla jurisdictio concessa prasumitur.*

12 *Jurisdictio est publica de causis cognoscendi, & judicandi potestas data ab eo tantum qui habet authoritatem publicam, sive sit Princeps sive populus.*

13 *Merum, & mixtum Imperium intelligitur concessum in donatione facta oppidi cum jurisdictione.*

14 *Sed in Regno merum Imperium, quatenus respicit potestatem gladii, non potest separari à Principe, neque ab eo concedi, & quatenus respicit coercitionem delictorum, concedi potest speciali donatione.*

15 *Merum Imperium nihil jurisdictionis in se complectitur.*

16 *Mixtum Imperium jurisdictioni adhæret, & est conjunctum cum jurisdictione, ita ut ab ea separari nequeat.*

17 *Clausula ex certa scientia varios producit effectus.*

Et idem operatur quod clausula de plenitudine potestatis, Ib.

18 *Clausula ex certa scientia habet effectum clausulæ non obstantibus, & clausulæ motus proprii, & clausulæ pro expressis habentes.*

Item confirmat actum nullum, & validum. Ib.

19 *Intellige quando d. clausula fuit apposita in negotio, de quo princeps fuit plene informatus, secus alias.*

In his qua sunt facti Princeps non prasumitur habere notitiam, Ib.

20 *Clausula de plenitudine potestatis, cujus effectus sit, & per eam censetur Princeps dispensare in legibus humanis.*

21 *Intellige quando constat de voluntate Principis, & quod fuit plene informatus.*

22 *Clausula motus proprii facit quod intelligatur illud concessum quod sponte, & nemine petente conceditur.*

Interpretatur text. in L.1.Cod.de Colat.donator. *Ib.*

23 *Clausula motus proprii operatur tantum in his quæ sunt juris non in his quæ sunt facti.*

24 *Per clausulam non obstantibus, tolluntur omnia, quæ dispositioni obstare possunt.*

Non tamen tollitur lex vel constitutio, quæ habet clausulam derogatorium ad futura, nisi de illa fiat specialis mentio. Ib.

25 *Donationes factæ Reginæ, & infantibus solent continere clausulas exuberantes, & per eas concessa censetur jurisdictio qua potest comprehendi in dictis clausulis.*

Non tamen censetur donatum Imperium vel jurisdictio quæ respicit supremam Principis potestatem. Ibid.

26 *Correctio seu majoria non censetur concessa in quacumque donatione, nisi quando specialiter donatur.*

27 *Coerectio non potest præscribi etiam immemoriali possessione.*

28 *Jus competens populo ad eligendos Magistratus non venit in donatione castri vel oppidi, nisi expresse declaretur.*

Neque donatarii vel eorum Auditores possunt se intromittere in electionibus populorum, neque judices confirmare. Ib.

29 *Judices, & decuriones non possunt administrare ante confirmationem.*

30 *Confirmans electionem eam facere videtur, & cognoscit de exceptionibus oppositis confirmationi, per quemlibet de populo.*

Electus dum pendent exceptiones non potest exercere, & interim exercet prædecessor. Ib.

31 *Intellige si electus nondum capit exercere quia si incboavit, non est removendus lite pendente, sed manutenendus tam pendente lite quàm appellatione.* Ib.

32 *Donatarii non appellantur domini terrarum nisi expresse in donationibus sit concessum, neque judices seu Tabelliones dominari debent nomine eorum.* Ibid.

Item non possunt senatum erigere neque sententias proferre per accordaño. Ib.

33 *Jurisdictio generaliter donata semper intelligitur cumulative concessa, ut Princeps cum donatariis concurrere possit.* Ib.

34 *Rex Ferdinandus limitavit, declaravit, & in parte revocavit donationes antiquas, in quibus major jurisdictio videbatur concessa, quæ etiam postea confirmata, regulanda sunt per Ordinationes Regni, nisi Rex per viam novi beneficii, non per confirmationem, expresse aliqua ex abrogatis concesserit.* Ib. & n. 34.

35 *Clausula quod novus successor habeat terras, ita ut habuerunt illi quorum fuerunt: non operatur, ut possit uti jurisdictione antea concessa Reginæ, & filiis Regum, nisi expresse, & de certa scientia Rex novo donatario concesserit eandem jurisdictionem.*

36 *Donatarii non possunt constituere apparitorem in terris suis, nisi habuerint in donatione, ne præsides provinciarum ingrediantur oppida sua, quia unum tantum constituere possunt.*

37 *Tabellionatus officia creare Principis est, non inferiorum.*

Si illis concedatur potestas conferendi tabellionatus officia, non possunt per litteras suas providere, sed debent præsentare personas senatoribus Palatinis, qui litteras expediunt nomine Regis, ut provisi exerceant, & denominentur nomine Regis. Ibid.

38 *Quando donatarii juxta donationem possunt dare officia tabellionatus per litteras suas, debent etiam regimina concedere, quod Concedi solet in cancellaria Regia.*

39 *Quando habent ex concessione officiales, qui cognoscunt de causis sui patrimonii, appellatio vel gravamen interponitur ad senatum Regium, quod si denegetur, sententia habentur pro nullis, & dominus, & officiales puniuntur.*

40 *Donatarii nequeunt concedere tabellionibus, quod alii pro eis impeditis inserviant.*

Auditores etiam ex privilegio non possunt cognoscere de appellationibus extra locum in quo agitur de causa, quamvis id in privilegio concedatur. Ibid.

41 *Auditores de appellationibus cæterarum causarum possunt cognoscere in terris ubi lites vertuntur non extra, si verò terra ejusdem jurisdictionis sint separata potest cognoscere intra decem leucas.*

42 *Dominus qui habet jurisdictionem in homines alicujus oppidi, eam tantum exercere potest in oppido, non extra illud.*

Jurisdictio dicitur cohærere territorio. Ib.

43 *Auditores finitis tribus annis, vel mortuo domino, non possunt exercere jurisdictionem.*

44 *Judices ordinarii locorum in quibus domini habent jurisdictionem, cognoscunt in prima instantia de omnibus causis criminalibus, & civilibus.*

Neque subditus invito domino, neque dominus invito subdito possunt renuntiare jurisdictioni ordinaria, & donatarius potest petere remissionem causæ ad judices suarum terrarum. Ib.

Neque

Neque donatarii vel Auditores possunt cognoscere in prima instantia de aliquibus causis sine expressa donatione. Ib.

45 *Auditore constituto non potest dominus causam alii committere, nisi ex justa, & honesta causa.*

Auditores non cognoscunt de gravaminibus sed tantum de appellationibus.

Item sententias proferre debent nomine proprio, non domini, & suis à sententiis appellatur ad feudum Regium. Ib.

46 *Auditores, & domini non possunt imponere pœnas ad cancellariam.*

Item non concedunt carthas securitatis. Ib.

47 *Infantes, & alii donatarii prohibentur in suis terris exigere ampliores census, & tributa, quàm quæ in donationibus, & foralibus, aut sententiis continentur sub pœnis ibi declaratis.*

48 *Infantes, & alii donatarii non possunt aliquibus personis privilegia concedere ut sint immunes ab oneribus, & servitutibus Conciliorum, Princeps tamen per viam jussionis aliquos eximere potest.*

49 *Donatarii non possunt debitoribus moratorias concedere, neque alieni famam, restituere neque veniam delicti aut cartham emancipationis, vel aliam gratiosam concedere.*

50 *Donatarii non possunt juvari contra regem præscriptione etiam immemoriali circa jurisdictionem, & alia jura Regalia quæ non continentur in donationibus.*

51 *Rex non potest concedere terras, & jurisdictiones militiarum Domini nostri Jesu Christi, Avisensis, & Sancti Jacobi de spata.*

1 PLura de donationibus bonorum Regiæ Coronæ dicta sunt *tom.1. p.1. c.1. & tribus seqq. & 2.part. maxime cap. 4.* quibus alia addere hic decrevimus, ut earum materia plene absolvatur, & quamvis in jurisdictionum pelago nemo versatus sit, qui naufragium non fecerit, ut dixit Alciat. *lib.2. parergon. cap. 1. in fin.* quem refert, & sequitur Joann. Hering. *de molend. q. 9. n.77.* Nos non agimus de jurisdictionibus in genere, sed de earum, & Regalium donationibus, circa quas Deo optimo, maximo favente, ad portum naviculam appellere speramus.

2 Supposito igitur quod juxta veriorem sententiam Princeps bona Regiæ Coronæ donare potest, dummodo ex donationibus magnum Regno, & Coronæ præjudicium non inferatur, ut diximus *tom.1. part.2. c. 4.* ita ut allegans ob Imperatore Regalia concedi non posse in crimen læsæ Majestatis incidere dicatur, ut sensit Ripa *respons.80. n.1.* Sixtin. *de Regalib. lib. 1. cap. 5. n. 2.* attamen cum non semper Regalia, & jurisdictio concessa intelligantur, ut dilucidius procedamus, regula constituendo est, quod in Regno id tantum in donationibus continetur quod expresse, & nominatim reperitur concessum, ex *Ordinat. lib. 2.*

3 *titul.45. §.7. in fine, §.12. in fine, §.54. 55. & 56.* & diximus *d. 2. p. c.7. n.51.* quod idem de jure communi tradunt Afflict. *ad Constit. Regni Neapolit. lib. 1. rub. 77. n. 6. vers. & concesso uno de Regalibus.* ubi allegat Andr. *in prælud. Constit. Regni col. pen. & ultim.* Vvesembeq. *consil. 27. n. 24.* Roland. à Valle *cons. 1. n.17. vol 2.* Zazius *cons. 16. n.64. lib. 2.* & cum Chopino, Missinger. & aliis Sixtin. *de Regalib. lib. 1. cap. 5. n. 64.* Horat. Montan. *eodem tract. in prælud. sub n.5.* Ripol. *de Regal. c 43. n.39.* Anton. Perez *ad tit. C. de bon. vacant. lib.10. n. 5.*

Ratio est, quod jura Regalia sunt specialia ejus, qui superiorem non recognoscit, ut docuit Roland. *cons. 1. n.148.* post Lucam de Pen. *in L. 2. C. de jure*

4 *re Reip. lib. 12.* & diximus *d. 2. p. cap. 1. n. 7.* Et ideo exorbitantia à jure communi, proindeque eorum concessio stricte est interpretanda, & restringenda, & nunquam extendenda, neque in consequentiam trahenda, Afflict. *d. rub.77. n.6.* Sixtin. *d. cap. 5. n. 64. 65. 66. & 91.* Horat. Montan. *in d. prælud. n.5. & verbo extraordinaria collatio sub n.3.* qui omnes docent quod concesso uno Regali non extenditur donatio ad aliud per regulam *text. in L. Papinianus exuli ff. de minorib.* L. *naturaliter §. nihil commune ff. de adquir. possess.* L. *fin. ubi Doctor. ff. de calumniat.*

Unde donato castro, vel loco generaliter, & simpliciter, non censetur concessa jurisdictio, quæ separata est à castro, cum possit esse alterius, & castrum sive territorium alterius, ut diximus *d. 2. p. c.7. n.58.* & ultra ibi relatos Rosentald. *de feud. cap.5. concl.6. n.6. & ibi gloss. litt. H. & c.10. conclus.43. n.21.* Anton. Perez. *ubi supra n. 5. & 6.* Immo donato castro cum territorio non veniunt Regalia in concessione, nisi de illis fiat expressa mentio *cap. per translationem de officio delegati*, Belluga *in speculo Princip. rub. 14. vers. nunc videamus*, Sichard. *in L. quoties n.9. C. fam. ercifcund.* post alios Sixtin. *d. c. 5. n.76. & lib. 2. cap. 18. n.50.* & hæc opinio ab omnibus est receptissima, ut per Molin. *in Consuet. Paris. tit. 1. gloss. 5. n. 55.* Afflict. *dec.122. n.3.* Vvesembeq. *cons.45. n.37. & seqq.* Missinger. *respons.39. n.6. & 7. decade 4.* Octavian. Cacheran. *dec. Pedemont. 29. n. 5. vers. immo concesso*, Ripol. *de Regalib. c.1. n.20. & c. 2. n.9.* Rosental. *d. fend. cap. 5. concl. 14. n. 1. & final.* 5

Quod etiam sibi locum vendicat si castrum donatum sit cum pertinentiis, quia adhuc non comprehenduntur Regalia, neque jurisdictio, ut scribunt Afflict. *in cap. unico verb. flumina n.7. tit. quæ sint Regalia*, Rebuff. *in L. verbum illud pertinere ff. de verbor. signif. vers. 14. verb. cum pertinentiis in fin.* Rosentol. *de Regalib. c.5. concl.14. n.1. & fin.* ubi ait, quod appellatione pertinentiarum non veniunt Regalia, etiamsi concedens utatur verbis cum omnibus juribus, & pertinentiis, sequitur Sixtin. *d. cap.5. n.95.* Ant. Fabr. *in Cod. tit. de jurisd. diffin.17.* Bovad. *in sua Polit. lib.2. cap.16. n.60.* Ant. Perez *ad tit. Cod. de bon. vacant. lib. 10. n. 6.* Amay. *in L.2. n. 20. Cod. eod.* quamvis enim verbum pertinere late pateat, & lata sit pertinentiarum appellatio *d. L. verbum pertinere*, tamen Regalia, & jurisdictio sunt quædam qualitas separata à castro, cum qua castrum nil habet commune Menoch. *lib.3. præsumpt. 97. n.6.* unde neque Regalia, neque jurisdictio appellatione pertinentiarum continentur, sunt enim pertinentiæ appendices ipsius rei principalis, ut per Tiraq. *de retr. lign. §.30. gl.3. n.4.* & dicunt ut annexæ, & connexæ rei ipsi, & esse ejusdem naturæ *L. quæ Religiosis ff. de rei vendic.* Surd. *cons.135. n.4. & 5.* Salgad. *de protect. Regia c.20. n. 90.* servientque rei principali tanquam quid accessorium, Surd. *d. cons.135. n.5.* Mantic. *de tacit. & ambiguis lib.4. tit.14. n.33.* Stephan. Gratian. *c.233. n.12.* Salgad. *d. n.90.* & verè illa dicuntur pertinentiæ, quæ destinatæ sunt à lege, statuto, vel consuetudine, aut ab homine ad usum rei, cui ut accessoria accedunt, ut scribunt Innocent. *in cap. cum ad sedem de restit. spoliat.* Dec. *cons.516. n.23.* Craveta *cons.234. n.2.* Mantica *d. tit.14. n.32.* Salgad. *d. cap.10. n.91.* Fachin. *lib.5. contr. c.65. vers. ego in duobus* Fermosin. *in d. cap. cum ad sedem q.2. n.2.* Barb. *in L. divortio §. fin. n.125. ff. solut. matr.* Carol. Anton. Moccia *in si va casum ferens. cap.19. n.4.* cumque Regalia, & jurisdictio non sint connexa castro, sed quid separatum, non veniunt in dicta donatione appellatione pertinentiarum, quorum nomine tantum veniunt, quæ sunt in re, non quæ extra rem, Isernia *in cap. si verò violata §. hæreditatem n 12. vers. videamus hodie de pace tenend.* Carol. Ant. Moccia *d. casu 19. n. 8.* Lorrea *alleg. 14. n. 5.* 6 7 8

Sic videmus quod venditio facta alicujus rei cum per-

pertinentiis intelligitur si pertineant, & earum respectu conditionalis est argum. *text. in L. quod si venditione* 10. *L. nam hoc modo* 11. *L. quod si fiat* 13. *ff. de hær. vel action. vend.* Aug. Barbos. *claus.* 34. Larrea *d. allegat.* 14. *n.* 2. 4. & 5. Sic legato castro cum pertineutiis non veniunt prædia particularia, quæ ibi testator possidebat, nisi in duobus casibus, nempe quando uuo, eodemque tempore, titulo, & pretio simul cum castro comparata fuere, vel si constiterit testatorem usum fuisse prædiis tamquam pertineutibus ad ipsum castrum, ut per Fachin. *d. lib.* 5. *cap.* 65. quem sequuntur Fermosin. *in d. cap. cum ad sedem quæst.* 2. *n.* 2. 3. *& seq.* Carol. Aut. Moccia *d. cas.* 19. *n.* 9. quare recte dixit Pichard. *in d. L. quoties n.* 9. *Cod. fam. erciscundæ*, quod vendita villa cum omnibus pertinentiis, non censentur vendita Regalia, Menoch. *cons.* 102. *n.* 23. & 54. & *cons.* 905. *n.* 35. Aug. Barbos. *appellat.* 41. *n.* 10. & inter venditionem, & donationem non dari discriminis rationem, tradit Sixtin. *d.*
9 *c.* 5. *n.* 96. & 97. Quod etiam ea ratioue fundatur, quia tam Regalia, quam jurisdictio sunt maximi momenti, & consideratiouis, & ea quæ notabilia sunt, uisi specialiter exprimautur censentur neglecta, & quando alicujus rei requiritur specialis mentio, non sufficit generalis, neque in dispositione generali compreheuditur, quod habet speciale nomen, quo significatur, si non sit illius expressa meutio, ut hæc omnia probavimus *d.* 2. *p. cap.* 7. *n.* 59. & ultra ubi dicta loquens in nostris terminis Siatin. *d. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 77. 78. & 79.

Sic privatus recognoscens à Principe castrum in
10 feudum, non præsumitur recognovisse jurisdictionem, imperium, aut territorium propter rationes, quas congerit Oldrad. *consil.* 121. *n.* 6. *& seqq.* sequitur Alberic. *in L. Imperium col.* 15. *ff. de jurisdict. omn. judic.* Jacobin. *in investitur. feud. verb. de Castro rubei montis n.* 6. *& verb. dictique vassali promiserunt*
11 *n.* 2. Boar. *dec.* 50. *n.* 11. & post alios Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 98. *n.* 1. Et insuper castro coucesso, aut oppido, uulla jurisdictio concessa præsumitur, Bald. *in cap.* 1. *n.* 3. *de allod.* eleganter Innocent. *in cap. ex litteris de jur. patron.* Gaspard. Valasc. *in L. Imperium n.* 54. *ff. de jurisdict. omn. judic.* Menoch. *d. lib.* 3. *præsumpt.* 97. *n.* 1. Rolaod. *consil.* 421. *n.* 30. *vol.* 2. Rosentald. *d. conclus.* 6. *n.* 5. & *in gloss. ibi litt. S.* Quod à fortiori in Regno procedit, siquidem in quacumque douatione, etiam geuerali, non coutinetur jurisdictio, uisi expressis verbis concedatur, ut supra diximus *n.* 2. & 3.

Jurisdictio autem est, publica de causis cognoscendi, & judicandi potestas, quæ non privatorum consensu datur *L.* 3. *C. de jurisd. omn. judic.* Sed ab eo
12 tantum, qui publicam habet authoritatem, sive sit populus, sive Princeps, Ant. Percz *ad tit. C. de jurisdict. omn. judic. n.* 2. Avendañ. *de exequend. mand. cap.* 1. *n.* 9. *p.* 1. Cabed. 2. *p. dec.* 11. *n.* 12. Quare con-
13 cessa jurisdictioue oppidi, vel castri, merum & mixtum imperium intelligitur concessum. Præsertim si in castro antea erat magistratus, qui causas juxta merum, & miatum imperium judicabat: ut tenent plures relati à Rosentald. *d. feud. c.* 5. *concl.* 7. & *ibi gl. litt. A.* Bald. *in cap.* 1. *n.* 5. *de Capit. qui cur. vendid.* Afflict. *in constit. Neapol. in prœl. q.* 22. *n.* 5. Boër. *dec.* 50. *n.* 2. Cabed. 2. *p. dec.* 11. *n.* 9.

Nihilominus tamen in donatiouibus jurisdictionis
14 solet adjici clausula, quod conceditur jurisdictio cum mero, & mixto Imperio, quæ quidem præsertim in hoc Regno utilissima est siquidem uou veniunt nisi, quæ expresse, & specialiter coucessa reperiuntur, ut sæpe dictum est. Merum autem Imperium, idest purum, & simplex per se subsistit, nec quidquam jurisdictionis in se complectitur, *L.* 3. *ff. de jurisd. omn. judic.* & quatenus cousistit in prima gladii potestate, Ragi, & Coronæ adhæret, neque alienari, aut concedi potest à Principe, ut diximus 1. *tom. p.* 2. *c.* 8. *n.* 4. & 5. Quatenus verò respicit coercitionem facinorum, veluti damnationem, & deportationem, & alia, quæ versantur in punitione delictorum, & in componendis litibus concedi, & donari valet, speciali concessione à lege, vel à Principe facta; qua ratione merum Imperium delegari nequit ab eo, cui datum est *d. L.* 3. *de jurisd. omn. jud. L. nemo* 70. *ff. de reg. jur.*

Ideoque meri imperii potestas, vel coercitio cri- 15
minum specialiter certis magistratibus fuit concessa, ob singularem eorum fidem, & industriam, ut præfecto Prætorio, & præfecto urbi, *L.* 1. *ff. de offic. præf. urbi*, & proconsuli, & in provinciis præsidi, atque aliis jurisdictionem habentibus, ita tameu ut eis merum Imperium vi jurisdictionis nou competat, sed vi specialis concessionis, quare non data jurisdictione nullo modo transit hoc jus meri Imperii *d. L. nemo* 70. *ff. de reg. jur.*

Miatum autem Imperium jure proprio Magistra- 16
tui competit, quia jurisdictioni adhæret, & inest *d. L.* 3. *ff. de jurid. omn. judic.* & ea ratione dicitur mixtum, quia cum jurisdictione est conjunctum, ita ut ab ea separari nequeat: atqui cum in illa mixtura Imperium interdum, & jurisdictio interdum magis emineat, duo gradus constitui solent, quorum unus continet ea, quæ magis sunt Imperii, quam jurisdictionis, ut jubere caveri prætoria stipulatione, & in possessionem mittere, ut *in L. jubere ff. de jurisd. omn. judic.* & alter qui continet ea quæ magis sunt jurisdictionis quam Imperii, veluti litigantibus Judices dare *L.* 1. & *L.* 3. *ff. eod.* plane cum uulla jurisdictio sine Imperio, seu modica coercitione esse queat, recte dicitur quod jurisdictio inest mixto tanquam geuus, & sic merum Imperium datur sine jurisdictione & competit ea speciali concessione, miatum vero datur jure jurisdictionis, & competit jure magistratus, ac proinde rectè in donatiouibus adjicitur clausula, cum mero, & miato Imperio, ut merum concessum intelligatur quod non ita foret sine clausula, ut dictum manet.

Item apponi solet iu douationibus clausula, ex cer- 17
ta scientia, quæ in jure varios producit effectus, de quibus Anton. Gabr. *commun. lib.* 6. *tit. de claus. concl.* 4. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap* 7. *n.* 15. *& seq.* Menoch. *cons.* 1. *n.* 431. *cum seqq.* & *cons.* 36. *n.* 17. & 59. *cum seqq.* Axeved. *in L.* 2. *n.* 53. *tit.* 4. *lib.* 4. *novæ Recopil.* Valasc. *cons.* 130. *n.* 6. & 33. Cabed. *part.* 2. *dec.* 2. *n.* 2. cum aliis relatis ab Augus. Barbos. *claus.* 59. *n.* 1. ubi *n.* 2. ait clausulam ea certa scientia idem operari quam clausula de plenitudine potestatis, allegat Felin. Paris. Alex. Curt. Senior. & plures alios, & idem tenet Rodolphiuus *de absoluta Principis potest. cap.* 5. *n.* 14. Thusc. *litt. C. concl.* 340. *n.* 21. & 22.

Prout etiam prædicta clausula ex certa scientia 18
habet effectum clausulæ non obstantibus, ut per eumdem Aug. Barb. qui plures refert *ubi supra n.* 3. & insuper habet effectum clausulæ motus proprii, & clausulæ pro eapressis habentes: ut per eundem Aug. Barb. *supra n.* 4. & 5. Et iterum prædicta clausula confirmat actum uullum, & iuvalidum: ut per Alex. *cons.* 60. *viso instrumento vers. non obstat vol.* 1. Ant. Gabr. *d. concl.* 1. *n.* 1. Bart. *in L. privilegia n.* 1. *C. de sacros. Eccles.* Molin. *d. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 8. Cabed. *d. dec.* 2. *c.* 3. Augnst. Barbos. *ubi supra n.* 6.

Quæ omuia intelligenda sunt, quando clausula fuit 19
apposita negotio, de quo Princeps fuit plene informatus; quia si fuit apposita super negotio, de quo Princeps non habuit plenam uotitiam, nihil operatur, Decius *cons.* 142. Et ego tenui *nu.* 7. Paris. *cons.* 1. *sub n.* 81. *vol.* 1. Thusc. *d. concl.* 340. *n.* 41. Aug. Pardos. *ubi supra n.* 38. Et enim in his, quæ consistunt in facto,

facto, Princeps non præsumitur habuisse notitiam ex his quæ Alex. *conf. 23. viso processu n. 12. vers. debet intelligi lib. 5.* Vincent. de Franch. *decis. 192. n. 18.* Rodulph. *de absolut. Princip. potest. cap. 6. c. 5.* Sanchez *de Matrim. lib. 8. disput. 4. n. 6.* Menoch. *cons. 2. n. 432.* & com pluribus August. Barb. *ubi supra num. 34.* Proindeque si clausula adjecta sit in donationibus, & Princeps in totum non fuerit certioratus de negotio, non operabitur clausula, ut ea censeantur donata quæ contra leges, & Ordinationes non poterant concedi, ad quod ponderanda sunt verba Ordinationis *lib. 2. tit. 45. §. 12.* ibi: *Porem se as clausulas da primeira doaçaon forem todas insertas na secunda: & vistas por nos, de nossa certa sciencia, sendo de todo certificados, por lhe querermos fazer merce especial: & semembargo de as Ordenaçoens serem em contrario, mandarmos pella dita doaçaon, que possa dellas usar, guardarseha, o que pello dito modo tivermos outorgado, & expressamente concedidos* ea quibus verbis bene probatur clausulam ex certa scientia non operari nisi quando apposita fuit in negotio, de quo plena Princeps fuit informatus, atque ita licet in donatione adjecta sit, non operatur effectus traditos à Doctoribus.

20 Deinde in aliquibus donationibus apponitur clausula de plenitudine potestatis, de cujus vi, & effectu videndi sunt Thusc. *litt. C. concl. 342.* Monetu *de commut. ult. volunt. c. 7. n. 115. cum seqq.* Rodulph. *de absoluta Principis potestate cap. 5. & 6.* Menoch. *cons. 1. n. 384. & 443. & cons. 103. n. 82.* Marta *de claus. p. 1. claus. 259.* Phæb. *dec. 128. n. 4. p. 2.* & alii, quos refert Aug. Barb. *claus. 41. n. 1.* qui *n. 2.* daclarat quæ sit plenitudo potestatis, idem Mart. *d. claus. 259. n. 1.* & nos plenissimam, & omni neau liberam potestatem Principem habera diximus 1 *tom. p. c. 3. n. 1.* ubi etiam diximus Principis donationea vim legis habere, & quidem stante prædicta clausula Princeps in legibus humanis etiam ex levi causa dispensare intelligi-
21 tur, per ea quæ tradit Anchar. *in cap. 1. n. 30. de constit.* Aug. Barb. *d. claus. 51. n. 11.* Abb. *in cap. innotuit n. 7. de electione,* Romanus *cons. 216. n. 6. & 8.* Mart. *de jurisdictione 4. part. c. 276.* incipit *dixi supra n. 4.* Rodulph. *de absolut. Princip. potest. cap. 1. n. 2.* Aug. Barbos. *d. claus. 41. n. 11.* & Nos *d. lib. 1. cap. 2.* ostendimus à *n. 8. cum seqq.* quando Regi competat absoluta potestas, & intra quos limites, subindeque cum Princeps absqua justa causa non possit uti plenitudine potestatis: ut diximus *d. cap. 2. nu. 20.* & ultra ibi relatos tenent plures citati ad August. Barbos. *d. claus. 41. num. 24.* & Princaps in dobio non præsumatur uti plenitudine potestatis, ut etiam diximus *d. cap. 2. num. 25.* & necessarium sit constare de voluntate Principis, ut plenitudo potestatis locum habeat, ut diximus *d. n. 25.* vere quidem non operabitur clausula ubi ea utens non fuerit plene informatus de negotio ob quod ea utitur, Menoch. *cons. 1. n. 426.* Rodulph. *de absolut. Princ. potest c. 6. n. 2.* Cravet. *cons. 241. versic. quarto respondet.* Marta *d. clausul. 259. n. 14.* ubi quod nihil dicitur concedi, ubi concedens non fuit informatus, & illius consensus deficit, arg. *text. in L. Mater decedens C. inofficios. testam.*

Clausula etiam motu proprio multoties adjecta in donatione multum addit firmitatis, quia per eam in-
22 telligitur illud concessum, quod sponte & nemine petente conceditur *c. si motu proprio de prabend. in 6.* Menoch. *cons. 255. n. 40.* Gram. *dec. 605. n. 31.* Aug. Barbos. *claus. 79. n. 2.* ubi per totam clausolam bene tradit effectus clausulæ motus proprii, & quantum operetur, & *n. 14.* tradit claosulam motus proprii, & ex certa scientia æquiparari. Anton. Gabr. *lib. 6. tit. de claus. concl. 1. 27.* Thusc. *litt. C. concl. 340. n. 22.* Amaya *in d. L. un. Cod. de collat. donatorum n. 59.*

Et in summa quamvis concessio facta, & rescriptum desuper impetratum magis præsumatur importunitate potentis obtentum, quam ex voluntate Principis, ut diximus *tom. 1. p. 2. c. 13. n. 86. 87.* ubi quod concessio non valet, tamen si in eo Princeps daclararet id concedere motu proprio utique valida erit concessio, ut observant Accursius, Platea, & alii *in L. 1. C. de petition. bon. sublat.* Anton. Perez *in lib. 10. Codicis tit. 28. de collat. donatorum n. 4.* ubi Amaya *n. 56. & seqq.* qui bene satisfacit difficultati, quæ oritur ea *L. 1. C. de collatione donatorum,* ubi traditur quod concessio facta motu proprio non valet, cujua legis dispositionem rastringendam esse tradit ad illa prædia, quæ Antiochus relevaverat, & cum solarat postulari ista prædiorum relevatio, ut sic aviditati postulantium præcluderetur, constitutum fuit ne Judices obtemperarent hujusmodi relevationibus, quamvis diceretur eas motu proprio fecisse, unde cum prædicta lea loquatur in uno casu speciali non est trahenda ad alios *L. 2. Cod. de legib.* ibi: *Nec generalia jura sunt sed leges faciant his dumtaxat negotiis, neque personis, quibus fuerunt promulgata,* Facit *text. in c. 4. de fidejussor:* ibi: *Mandamus ad universos extendi,* ubi Abb. & Annania *n. 2.* qui docent necessariam fuisse illam extensionem, quia lex prohibitiva loquens tantum in uno casu speciali, in aliis locum non habet Suar. *de leg. lib. 6. c. 3. n. 13. in fin.*

Clausula autem motus proprii operatur tantum in 23
his quæ juris sunt non facti. Cravet. *cons. 241. col. 9. in princ.* Paris. *cons. 1. n. 81. vol. 1.* Mart. *claus. 73. n. 11.* Aug. Barbos. *d. claus. 79. n. 44.* Et denique restringitur ad specialiter specificata, & nominata, & non operatur ultra expressa Barbos. *supra n. 53.*

Prætarea in donationibus apponi solet clausula non obstantibus per quam tolluntur omnia quæ dispositioni obstare possunt, Mart. *d. claus. p. 1. claus. 79.*
n. 1. Jas. *cons. 110. col. 4. in fin. lib. 4.* Mar. Anton. *lib.* 24
1. variar. resol. 46. n. 7. & 11. Barbos. *claus. 82. n. 4.* non tamen tollit legem, vel constitutionem quæ habet clausulam derogatoriam ad futura, nisi de illa faciat specialem mentionem, vel saltem per verba æquipollentia, Anchar. *cons. 205. col. 3.* Mart. *d. claus. 79. n. 11.* Barb. qui plures refert *d. claus. 82. nu. 13.* Et quamvis etiam in donationibus apponatur clausula non obstantibus capitulis curiarum advertendum, est, quod quamvis Rex abrogare possit leges conditas in comitiis, ut diximus *2. p. c. 24. nu. 13.* tamen per dictam clausulam non censentur derogatæ leges factæ, & pationatæ in commictis per ea quæ diximus si *n. 13.*

In donationibus autem, quæ fiunt Reginæ, & In- 25
fantibus filiis Regum, solent apponi tam prædictæ clausulæ, quàm aliæ magis exuberantes; & majoris prærogativæ ratione amoris, & quia Infantea sunt tertia species personarum diversa ab aliis dominis, & subditis; ut diximus *d. 2. p. c. 8. n. 10. & 11.* ac proinde major jurisdictio illis concessa intelligitur, & omnis, quæ potest comprehendi in clausulis donationum, quare in Ordinatione antiqua *lib. 2. tit. 26.* declarata fuit jurisdictio competens Reginæ, & infantibus, & *lib. 1. tit. 10.* jurisdictio tributa Auditori Reginæ, quam Rex Joannes IV. bonæ memoriæ restituit in donationibus factis Reginæ Ludovisiæ, quas ante principium Ordinationum de novo compilatarum inseri jussit. Non tamen per quascunque clausulas censetur translata in Reginam, vel infantes suprema illa jurisdictio; & Imperium quod respicit sublimiorem Regis superioritatem, & Regium dominium ut diximus *d. c. 8. num. 10. & 11.* immo licet Princeps exprimat in donatione, quod donat illam sublimiorem jurisdictionem, donatio quoad eam non valebit juxta doctrinam Bald. *in L. 2. in initio ff. de officio præfecti urbis n. 6. & in L. prohibere §. plane ff. quod vi, aut clam,* non enim potest Princeps

Imperium evifcerare, & femper major poteftas, & jurifdictio remanet pænes Regem, quam ea quæ donata eft per quæcunque verba, ut diximus *d. c.* 8. *n.*13. *& 14.*

26 Ex quibus defcendit correctionem, feu majoriam, ut Caftellani vocant, per quam major fuperioritas, & dominium Regis præfervatur, nunquam donatam cenferi, nifi expreffis verbis donetur, ut probat *Ord. d. li.2. tit.45.* §.8. Aviles *in c.1.Prætor.in princ. n.* 3. Cabed. *dec.* 11. *n.* 1. *p.* 2. Fontan. *de pact. nupt. clauf.4. gloff.* 14. *n.*14. Immo fi correctio fpecialiter vaffallo fit conceffa, non poteft donatarius, nec illius auditor decimas litium exigere, neque jura cancellariæ nifi expreffè illis fuerit conceffum. Quo cafu jura majora exigere nequeunt, quam quæ in curia perfolvuntur *Ord. tit.* 45. §. 9.

Quod, adeo Reges noftri obfervari voluerunt, ut
27 damnarent poffeffionem etiam immemorialem, & confuetudinem, ufumve temporis, per quem Magnates correctione ufi fuerunt, five poffeffio fit nova, five antiqua, ut probat *Ordinat. d. titul.*45. §.10. & quidem circa præfcriptionem correctionis, feu majoriæ, in hoc omnes conveniunt, & circa præfcriptionem aliarum jurifdictionum minorum, dicemus infra *c.feqq.* dum de præfcriptione Regalium, & jurifdictionis fermo erit.

Item in donatione caftri, vel oppidi cum jurifdictione, non venit jus competens populo ad eligendos
28 Magiftratus, nifi expreffe declaretur, fiquidem ea lege Princeps cenfetur oppida, & caftra dominis inferioribus concedere ne diminuant, aut debilius reddant jus quod populares habent, illis namque fieret injuria fi in eifdem oppidis alii Judices, quam electi à populo conftituerentur à domino, ut primam caufarium cognitionem haberent, Covarr. *practicar. cap.* 4. *n.*5. Bobad. *in fua Polit. lib.*2. *cap.*16. *n.*170. *ufque ad n.*177. Larrea *allegat.*70. *n.* 2. Anton. Perez *ad tit.Cod.de bon.vacant.lib.*10. *n.*7. & probat *Ord. d. tit.* 45. §. 2. Qua ratione eadem *Ordin. in* §. 13. prohibet Donatariis, ne judicem foraneum poffint conftituere, ut diximus 1. *tom. part.* 2. *cap.*12. *n.*12. Neque domini terrarum, vel eorum Auditores in eorum electionibus fe in promittere poffunt, neque Judices confirmare, nifi fpecialiter, & expreffe illis fit
29 conceffum *Ord. d. tit.* 45. §. 2. Judices enim, & Decuriones adminiftrare non poffunt ante confirmationem, *cap. avaritiæ de electione in* 6. Palac. Rub. *in rub. de donat. inter virum n.*3. Phæb. 1.*part. dec.*66. *n.*12.*&* 13. & electi à populo confirmandi funt à Senatoribus Palatinis, vel à Præfulibus provinciarum *Ordin. li.*1. *tit.*67. §.8. *& d. tit.* 45. §. 2.

Quoniam vero confirmans electionem eam facere videtur *c. cum nobis, c. nihil de electione, c. fin. eod.*
30 *tit.in* 6.Nata *conf.*244.*c.*1.*vol.*2. Larrea *dec.*4. *n.*15. Fontan. *de pact. nupt. clauf.*4.*gloff.*10. *part.*1.*n.*137. Cognofcere debet is à quo petitur confirmatio de caufis, ex quibus electio officialium impugnari valet, quippe cuilibet de populo licitum eft opponere contra electionem, Cabed. 1.*p.dec.*112. *n.*2. Fontan. *d.* 4. *concluf. gloff.* 10. *n.* 90. *&* 91. Valenz. *conf.*76. *n.* 39. Solorzan. *de jure Indiar.* 2.*tom. lib.*3.*c.*15.*n.*67. & interim dum pendent exceptiones, electus exercere non debet *L. qui ftatus ff. de re militari*, interim exercet prædeceffor *L.meminiffe ff.de officio proconf. L.*1.*Cod. ut omne judic. tam civiles, quam milit.*Gratian.*forenf.cap.*184. *n.*46. Bovadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.*2. *n.*13. Fontanel. *fupra n.* 99. *& feqq.* quod intelligas velim quando electus nondum cæpit exercere: quia fi inchoavit, removendus non eft lite pendente *L.un.* §. *pen. ff. nil nov.appellat. pend.*Cabed.
31 *d. dec.*112. *n. fin.* Phæb. *dec.*65.*n.*2. Fontan. *d.gloff.* 10.*part.*1.*n.*98. Amendola ad Franch. *dec.*109.*n.*23. idem Franch. *dec.* 419.*n.*1. Sanfelic. *dec.* 315. *n.*7. Avilez *in cap.*5.*Prætorum n.*4. Immo manutenendus eft in fua quafi poffeffione, Avilez *d.cap.*5.*Prætorum n.*4. Ludovic. Pofth. *de manutenendo obfer.*10.*n.*44. *in fine & n.*48. prout etiam appellatione pendente ab oppofitione contra electum, qui inchoavit exercere, fufpendit effectum oppofitionis *d.L. un. ff nil novari appellat. pendente* §. *fi quis*, Fontanel. *d. gloff.*10.*p.* 2. *n.*98.Bovad. *lib.*3. *cap.*8. *à n.*48. Salgad. *de protect.* 3.*p. cap.*8.*n.*19. Pofth. *d.obferv.*10. *n.*44. *in fin.*

Infuper donatarii non poffunt appellari domini terrarum nifi expreffè illis in donationibus fit conceffum, neque Judices, aut Tabelliones eorum nomine appellari debent fub pœnis de quibus *Ordin.d.tit.*45.3.32
Neque poffunt in terris donatis Senatum erigere, feu parlamentum, neque fententias proferre per acordam, hoc enim tantum Regiis Senatoribus permiffum eft, ut probat *Ordin. d. tit.* 45. §. 4. fub pœnis ibi impofitis notant Avil. *ad cap.*2. *Prætor. verb. haredar. n.* 9. Bovadill. *lib.... cap.* 16. *n.* 93. Cabed. 2. *part. decif.* 85. *n.* 1. & Emman. Barbof. *ad Ord. d.* §. 4.

Deinde quamvis jurifdictio generaliter à Principe fit donata, tamen femper intelligitur cumulativè con- 33
ceffa, ut Princeps cum donatariis concurrere poffit: jurifdictiones namque à Principe conceffæ non funt ita privativè donatæ quin à fuprema Regis jurifdictione dirigantur, & refrænentur, ut diximus 2. *part. c.*8. *n.*14. quamvis Cabed. 2.*part. dec.*13. *n.*11. teneat quod in Regno jurifdictio data cenfetur privative in prima inftantia: quia cum penes Regem remaneat major poteftas eà quam donat, ut diximus *d. c.* 8. *n.* 13. bene poteft Rex cum donatariis concurrere: ideoque poteft Senatus carceratos in terris dominorum trahere ad carceres Curiales, & quidquid juftitiæ caufa in terris dominorum præcipere, quod donatarii impedire nequeunt: neque etiam executionem litterarum requifitoriarum, quæ à Præfidibus, & Judicibus pro bono juftitiæ mittuntur, ut omnia expreffe difponit *Ordin. d. tit.*45. §.5. ubi pœnæ imponuntur illius transgrefforibus Barbof. *in L. hæres abfens* §.1. *n.*97. *ff. de judic.* Cabed. *dec.* 85.*n.* 3. *& feqq.* qui arefta Senatus tranfcribit circa avocationem à judiciis dominorum in pluribus caufis.

Item donationes antiquæ in quibus major jurifdictio, & poteftas conceffa intelligitur ex claufulis in eis contentis ultra mentem concedentis, quæ à Rege 34
Ferdinando fuerunt limitatæ, & aliquomodo abrogatæ fuerunt: tamen per fequentes Reges confirmatæ, non obftante confirmatione regulari debent, & interpretari fecundum ordinationes Regni, quia non eo animo fuerunt confirmatæ, ut revocarentur leges contra quas jurifdictio fuit conceffa, non obftantibus claufulis etiam derogatoriis: nifi de novo Rex fpecialem gratiam conceſſerit circa aliqua quæ erant abrogata, & per viam novi beneficii conceffio facta apparuerit, non autem per viam confirmationis, ut bene declarat *Ord. tit.*45.§.11. Quod autem Rex Ferdinandus potuerit limitare, declarare, immo in totum auferre quæ ex privilegio erant conceffa, tenet Bart. *in L. hoftem n.*4. *ff. de captivis.*

Ulterius: quamvis donationes factæ aliquibus per- 35
fonis terrarum, feu oppidorum quorum antea donatio facta fuerat Reginæ, vel Infantibus, in quibus major jurifdictio erat conceffa, quàm aliis nobilibus concedi folebat, & in fecunda donatione fuerit adjecta claufula, quod novus donatarius illas habeat, ita ut habuerunt, & poffederunt illi quorum fuerunt prædicta oppida. Nihilominus novus donatarius uti non poterit jurifdictione fpecialiter conceffa Reginæ, & Filiis Regum propter eorum præminentiam, fed tantum uti poterit jurifdictione, & poteftate regulata juxta formam Ordinationum, ut probat *Ordinat. lib.* 2. *tit.* 45. §. 12. Si vero claufulæ primæ dona-

donationis in secunda fuerint insertæ, & constiterit
Regem ex certa scientia voluisse specialem, & no-
vam gratiam facere donatario, jusseritque eum uti
jurisdictione exuberante, in omnibus servabitur do-
natio ex *Ord. d.* §. 12. *vers. porem*, junctis his, quæ
diximus *n.....* de clausula ex certa scientia.

Non possunt autem magnatea domini terrarum in
illis aparitorem constituere, nisi aliquibus conces-
sum fuerit specialiter, ne Præsides provinciarum in-
grediantur oppida sua, tunc enim unum tantum ap-
36 paritorem constituere poterunt in omnibus oppidis
suæ jurisdictionis, qui auditorem comitari tenetur,
& contra facientibus imponuntur pœnæ, de quibus
d. tit. 45. §. 14.

Tabelliones de novo creare ad solum Principem
non recognoscentem superiorem pertinet, non vero
dominis inferioribus, donatariisque Regiæ Coronæ,
37 ut diximus *tom. 1. p. 2. cap.* 12. *n.* 1. *&* 2. & probat
Ord. lib. 2. tit. 45. §. 25. sub pœnis ibi declaratis: Si
vero aliquibus concessum fuerit per donationes, aut
privilegia Tabellionatus officia dare, adhuc dona-
tarii non possunt illa conferre per literas suas, sed
præsentare debent personas idoneas Senatoribus
Palatinis, qui aprobatis nomine Regio litteras expe-
diunt, & provisi officia exercent, & denominantur
nomine Regis, *Ord. d. tit.* 45. §. 16. & hæc præsentatio
tunc habet locum quando officia vere vacaverint, non
vero si per resignationem, ut diximus *d. 2. p. c.* 13. 108.
38 Eo verò casu, quo Dynastæ juxta donationem pos-
sunt dare officia Tabellionatus per litteras suas, sine
eo, quod præsentare teneantur provisos Senatoribus
Palatinis eisdem concedere debent regimen, quod
concedi solet in Cancellaria Regia ex *Ordin. d. tit.*
45. §. 21. Prout etiam possunt providere Scribas, &
Notarios, qui officia exerceant coram suis auditori-
bus, si officia jam erant creata; illa namque de no-
vo creare nequeunt, ex *Ord. d. tit.* 45. §. 25. & jam
diximus 2. *p. c.* 12. *n.* 110. officia concessa à dominis
inferioribus esse perpetua, ex *Ord. d. tit.* 45. §. 23.

Deinde si juxta donationes domini terrarum pos-
sunt habere officiales, qui de causa sui patrimonii
39 cognoscant ab illis appellatio, vel instrumentum gra-
vaminis interponi potest ad Senatum Regium, ex
Ord. d. tit. 45. §. 26. Quibus officiales deferre tenentur
sub pœnis impositis § . 27. Et si ipse Dominus appel-
lationem, vel gravamen denegaverit, sententiæ pro
nullis habentur & ipso jure negotii cognitio devol-
vitur ad Præsidem Provinciæ, aut Senatores Regios
Ord. d. tit. 45. §. 28. Et quidem hi officiales patrimo-
nii de causis illius tantum cognoscere possunt non de
aliis, ex *Ordin. d. tit.* 45. §. 29. Quod si Tabellio, qui
de supra dictis instrumenta conficere debet, & parti
tradere in termino ab Ordinationibus præscripto, id
non fecerit, privationis officii pœnam patitur. Et eo
casu licet Donatarius habeat facultatem providendi
officia, provisio pro illa vice devolvitur ad princi-
pem, *Ordin. d. tit.* 45. §. 30.

Insuper Donatarii nequeunt concedere Tabellio-
nibus etiam impeditis, quod alii pro eis inserviant:
Cum id tantum ad Principem pertineat: nec facere
40 quod qui non est Tabellio, uti possit publico signo,
ex *Ordin. d. tit.* 45. §. 24. Nec possunt cognoscere de
causis gabellorum, nisi hoc expresse habuerint in
privilegio, *Ordin. d. tit.* 45. §. 31. Quod si in privile-
gio continetur appellationes interpositas in causis
prædictorum jurium pertinere ad suos auditores. Hoc
ita intelligendum, si Auditores sint in oppido; aut
loco, ubi agitur de casu appellationum cognitio ad
Senatum pertinet. Quod quidem procedit, etiam si
secundum privilegia, & donationes existentes extra
locum possint de appellationibus cognoscere, ex *Or-
din. d. tit.* 45. §. 33. In qua justè id statutum, quia
Vassallo jus reddi debet in proprio loco, & patria:
ut tenent Vincent. de Franch. *dec.* 166. *num.* 6.

At vero circa cognitionem appellationum cæte-
ratum causarum extra causas patrimonii licitè possunt
Donatarii constituere Auditores in terris suæ juris-
dictionis non autem extra terras sibi subjectas. Si ve- 41
rò separatim terras, vel provincias habnerint, possunt
in alia terra ejusdem jurisdictionis intra decem leu-
cas de causis cognoscere, non extra: etiamsi clausu-
læ contineantur in donationibus, quæ hoc concede-
re videantur, ut probat expresse *Ordin. d. tit.* 45. §.
41. Dominus enim qui jurisdictionem contentiosam
habet in homines alicujus oppidi, eam tantum exer-
cere potest in dicto oppido, non extra illud, quia tan-
quam privatus judicatur juxta *text. in l. 3. ff. de offic.* 42
Præsid. ubi gloss. & Bart. *in l. fin. Cod. de offic. Præfect.
urb.* ubi etiam gloss. & Bart. Et est ratio quia jurisdic-
tio dicitur cohærere territorio ut per Bart. *in l. fin. n.
9. vers. mea ergo, C. ubi, & apud quem cognitio in in-
tegr. rest.* notant in terminis Vincent. de Franc. *dec.*
166. & Petrus Caball. *resolut. crim. casu* 120. *à n.* 1.

Auditores autem finitis tribus annis pro quibus 43
constitui valent, non possunt ultra exercere jurisdic-
tionem, *Ordin. d. tit.* 45. §. 42. neque mortuis Dominis
illam continuare valent; quia statim expiravit Covar.
pract. cap. 4. *n.* 4. Cum enim Auditores eandem juris-
dictionem habeant cum Dominis terrarum qui eos
constituerunt, & idem sit Tribunal. *cap. Romana in
principio glos. in Clement. ult. de procuratoribus, ver-
bo constituta*, jurisdictio concessa à Domino inferiori
suo auditori, seu vicario, mortuo Domino etiam ex-
pirat ut ipse Covarr. bene notavit, & quod Audito-
res eam tantum jurisdictionem habent quam tenent
domini terrarum, probat expresse *Ordin. d. tit.* 45.
§. 43. Item neque auditor Magnatum, aut alius of-
ficialis Clericus esse potest aut exemptus à Regis ju-
risdictione. *Ordin. d. tit.* 45. §. 44. Cabed. 2. *p. dec.*
11. *n.* 3. Covat. *d. c.* 4. *n.* 2.

Præterea Judices ordinarii oppidorum in quibus 44
Donatarii habent jurisdictionem, cognoscunt in pri-
ma instantia in causis vassallorum, tam criminalibus,
quam civilibus, *Ordin. d. tit.* 45. §. 47. Thesaur. *dec.*
132. ubi ejus additio Tondut. 1. *de prævent.* 1. *p. c.* 44.
n. 2. Adeo ut subditus invito domino, neque domi-
nus invito subdito ordinariæ jurisdictioni renuntiare
valeant ex traditis à Vinc. de Franc. *dec.* 541. *n.* 7.
& dec. 417. *n.* 2. Tondut. *ubi proxime n.* 13. ita ut ip-
se donatarius petere possit remissionem causæ ad Ju-
dices suarum terrarum, Franch. *d. dec.* 417. *n.* 2. *vers.
adde*, quod Baro Tondut. *ubi proxime n.* 4. Attamen
neque donatarii, neque Auditores eorum in prima
instantia de causis per actionem novam intentatis cog-
noscere possunt, nisi expresse, & specialiter illis fue-
rit concessum *Ord. d. tit.* 45. §. 50. Immo constituto
Auditore non potest dominus Causam alii committe- 45
re nisi ex justa, & honesta causa *Ordin. d.* §. 47. Et
iterum non possunt Auditores cognoscere de grava-
minibus interpositis à judicibus, pertinet enim illo-
rum cognitio ad Præsides Provinciarum, vel Senato-
res utriusque Senatus, *Ordin. d. tit.* 45. §. 48. possunt
tamen cognoscere de appellationibus causarum cri-
minalium, vel civilium interpositis à Judicibus ordi-
nariis, & de appellationibus exeuntibus à sententiis
Auditorum cognoscunt Senatores utriusque Senatus
juxta *Ordin. d. tit.* 45. §. 49. & sententias proferre de-
bent Auditores suo proprio nomine, non donatario-
rum, etiamsi domini quacumque dignitate, & præe-
minentia præfulgeant *Ordin. d. tit.* 45. §. 51. Denique 46
neque domini, neque auditores imponere possunt
pœnas ad Cancellarias, sed servare tenentur *Ordin.
lib.* 5. *tit.* 137. sub pœnis ibi impositis; ut probat *Or-
din. d. tit.* 45. §. 53. Et tandem non possunt Audito-
res etiam infantum concedere cartas securitatis, ex
Ordinat. d. tit. 45. §. 44.

Insari

Infantes autem, Duces Marchiones Magistra Or-
47 dinum Comites & alii donatarii prohibentur in suis terris exigere ampliores census, atque tributa, quam ea, quæ in donationibus, foralibus aut sententiis. Immo prohibere tenentur suis executoribus, ne amplius exigant, vel innovationem faciant, sub pœna privationis jurisdictionis ad beneplacitum Regis, & amissionis omnium jurium, quæ illi competebant: Populusque per annum erit exemptus à solutione prædictorum jurium. Quæ deinceps applicabuntur Coronæ: ut disponit *Ord. 4. tit.45. §.34.* Et faciont quæ in terminis diximus hac 3. *part. cap.* 1. *n.* 26. 43. &
44. Et insuper *in* §.37. graviter punit pœnis ibi expressis exactores tributorum, qui majora tributa exegerunt. Et *in* §.38. Judicibus, & Decurionibus terrarum injungit sub pœnis ibi declaratis, quod acta conficiant, & testes interrogent, & remittant ad Rectores utriusque Senatus Domus Supplicationis, & Portuensis. Qui contra Dominos, & exactores procedere curare debent.

48 Similiter tam infantes, quàm alii de quibus supra non possunt privilegia concedere aliquibus personis; ut sint exempti ab oneribus, & servitutibus consiliorum. Immo nulla declarat privilegia, & eorum executionem prohibet: & personis quæ privilegia acceptarunt, pœnas imponit: & Judicibus, qui talia privilegia observari jusserunt. In quas pœnas etiam ex dicta Ordinatione incurrunt, qui excusaverint à prædictis oneribus quascunque personas commendatas à donatariis, solùm enim privilegia à Rege concessa observanda sunt, non data vel concessa à dominis terrarum: præter quam à Rege, & Principe, qui in terris suis excusare poterit ab oneribus, & servitutibus conciliorum personas sibi bene visas non per viam privilegii, sed per viam jussionis, ut optimè declarat *Ord. d.* 2. *tit.* 45. §. 37.

Porro non possunt Donatarii debitoribus morato-
49 rias concedere, neque restituere alicui famam; vel veniam delicti concedere, nec chartam emancipationis, vel aliam gratiosam: ut diximus 2.*part.* in variis capitulis: & probat *Ord. d. tit.*45. §.40. Quod si vel modum jurisdictionis excesserint, vel ampliora tributa exegerint, aut chartas gratiosas sibi prohibitas concesserint suspensionis jurisdictionis pœnam incurrunt ad beneplacitum Regis: & sui Auditores incidunt
50 in pœnam exilii, de quo *Ordinat. d. tit.*45. §.5. nisi in casibus, ubi, alia certa pœna fuerit statuta ita ut juvari nequeant contraria possessione, consuetudine aut usu, etiam immemoriali, ut disponit *Ordin. d. tit.* 45. §. 56. Quare Donatarii contra Regem, etiam præscriptione immemoriali muniri non possunt, neque respectu jurisdictionis, neque ad exigenda tributa ampliora hisque donationibus continentur: & sic procedere de jure Regio ex *Ord. d. tit.* 45. §. 10. & 56. tenent Emman. Barb. *in d.* §. 10. Cabed. 1. *p. dec.*41. *n. fin.* & *dec.*9. *n.*2. & *dec.* 12. *n.*12. & *dec.* 65. *n.* 20. & 21. Valasc. *de jur. emphyt. q.* 8. *n.* 22. 26. & 36. & *consult.*141. Reynos. *observ.*65. *n.*29. Oliva *de for. Eccles. part.* 2. *q.* 7. *n.* 3. & 7. Molin. *de just. & jur. disp.*6. *n.*18.

Porro quæritur, An Rex noster qui perpetuus est Gubernator, & administrator militiarum Domini nostri Jesu-Christi, Beati Jacobi de Spata, & Avisensis
51 Divi Benedicti valeat donare bona, jura, jurisdictiones, atque arces dictarum militiarum. Et in hac quæstione resolutivè dico quod in Rege nostro diversi concurrunt respectus, & qua Rex, & qua Magister Ordinum, militiarumque. Quatenus Rex, potest donationes facere etiam bonorum Regiæ Coronæ, ut satis superque dictum est. At vero quatenus Magister Ordinum, est Prælatus Ecclesiasticus, ut diximus 3. *p. c.*28. *n.*113. Ideoque tanquam Prælatus Ecclesiasticus, & Magister dictarum Religionum, neque potest alienare bona, & jura militiarum, quæ alienari prohibentur, ut notum est, & minus potest prædicta bona, jurisdictiones, & jura militiarum donare: Cum in alienatione bonorum Ecclesiæ requirantur solemnitates, & causæ de quibus alibi, & donatio à mera liberalitate procedat, ut etiam diximus in hoc tractatu, ultra quod Summus Pontifex in Bulla incorporationis, & unionis dictarum militiarum Regiæ Coronæ Regibus pro tempore existentibus interdixit alienationem bonorum militiarum, ut expresse cavetur *in Bulla quæ extat in diffinitionibus Ordinis Domini nostri Jesu Christi, pag.*29. & *seqq.* ubi pag. 40. ita statuitur, ibi: *Volumus autem quod Magistratus ipsi debitis propterea non fraudentur obsequiis, & animarum cura in eis nullatenus negligatur, sed Rex, seu Regina pro tempore existens, omnia, & singula eisdem militiis pro tempore, incumbentia onera perferre omnino teneatur, quodque ab alienatione quorumcunque bonorum immobilium, & pretiorum mobilium, dictorum Magistratuum penitus abstineat, & quod succedens in Regnis hujusmodi, sive vir, sive fœmina existat, antequam dictus Magistratus, vel eorum aliquem administrare possit, juramentum, seu juramenta, si qua de observandis statutis, & consuetudinibus ac stabilimentis, usibus, & naturis dictarum militiarum, &c.* Et sic in diffinitionibus Ordinis Avisensis etiam habetur, quod Rex tenetur defendere Ordinum privilegia, & nullo modo alienare, vel dissipare jura, aut bona Religionis, & ita solent jurare in Comitiis generalibus, & antequam regimen, & administrationem militiarum assumant, ut disponitur in diffinitionibus *fol.* 14. Quod etiam observatur in Religione Montesiæ juxta Bullam, de qua Hipolitus de Samper 3.*p. Montesiæ illustratæ p.* 307. ibi, *Volumus autem quod propter unionem annexionem, incorporationem, & concessionem prædictas, dictus Magistratus de Montesia debitis non fraudetur obsequiis, sed illius congrue supportentur onera consueta, quodque prædictus Philippus, & pro tempore existentes Aragonum Reges ab alienatione quorumcumque bonorum, immobilium, ac pretiosorum mobilium dicti Magistratus de Montesia illiusque mensæ Magistralis penitus abstineant, ac antequam in dicta Regno successores prædictum Magistratum de Mon-* 52
tesia administrare possint, &c. Quod idem tradit Samper *ead.* 3. *p. n.*480. & sic servatur circa alias militias Regni Castellæ, proindeque Rex noster, neque donare, neque alienare potest bona ac jurisdictiones prædictarum militiarum sine nullitatis vitio.

CAPUT XLV.

De Præscriptione Jurium Regalium.

SUMMARIUM.

1 *Movetur Dubium, An jurisdictio soluta concedi, possit à subdito contra Regem præscribi, & cum ea merum, & mixtum Imperium.*
2 *Fundatur Affirmativa opinio.*
3 *Et negativa proponitur.*
4 *Sed affirmativa verior, & sequenda.*
5 *Præscriptio non sufficit ordinaria, nec longissimi temporis, sed debet esse immemorialis.*
6 *Omne concessibile est etiam præscriptibile.*
7 *Præscriptio immemorialis dicitur alterum jus naturale.*
Et inducit titulum omni exceptione majorem. Ib.
8 *Immemorialis possessio habet vim privilegii concessionis Principis, atque constituti.*
9 *Tempus immemoriale tantum potest quantum Imperator cum causa.*

Imme-

Immemorialis præscriptio æquivalet pacto, immo plus operatur, quam ipsum pactum, & habetur pro veritate. Ib.

10 *Præscriptio immemorialis semper censetur excepta.*

11 *Præscriptio immemorialis, neque per Principem tolli potest.*

12 *Possessio non adquiritur in incorporalibus, nisi data scientia, & patientia adversarii.*

13 *Præscriptio non procedit sine possessione.*

Scientia, & patientia adversarii necessaria est in præscriptione jurisdictionis contra principem. Ib.

14 *Contraria opinio habetur.*

15 *Præscriptio in incorporalibus procedit sine scientia, & patientia adversarii quando præscribens habet titulum, & bonam fidem.*

16 *Scientia officialium Principis an sufficiat.*

Sed de jure Regio necessaria est ad præscriptionem Regalium scientia, & patientia Principis. Ib.

17 *Jurisdictionalia in Regno sunt inpræscriptibilia.*

18 *Contrariam opinionem tenent alii, immo, quod de jure Regio jurisdictio tempore immemoriali præscribitur, quam opinionem sequitur Author.*

19 *Interpretatur* Ordin. lib. 2. tit. 45. §. 10.

20 *Interpretatur* Ordin. d. tit. 45. & 46.

Præscriptio non procedit cum mala fide, & sustinetur affirmativa opinio. Ib.

21 *Spoliatus jurisdictione cum Principis authoritate non restituitur.*

21 *Spoliatus non restituitur quando notoriæ constat de dominio spoliantis, & defectu proprietatis spoliati.*

23 *Interpretatur* Ordin. lib. 2. tit. 45. §. 56.

24 *Jura Regalia, quæ competunt Regi ratione dignitatis, & præminentia, de jure communi præscribuntur præscriptione immemoriali.*

25 *Item etiam de jure Regio præscribuntur possess[illegible] immemoriali.*

26 *Verba generalia intelligenda sunt juxta materiam subjectam.*

27 *Interpretatur* Ordinat. lib. 2. tit. 28. in fine. princip.

28 *Jus patronatus Regium inter bona Coronæ computatur.*

29 *Jus patronatus donari, legari, & cedi potest, tam Ecclesiæ, quam laico.*

Princeps potest donare jus patronatus. Ib.

30 *Jus patronatus Regium potest præscriptione acquiri.*

31 *Jus patronatus Regium non admittit naturam suam, & quando agitur de illius proprietate Judex Ecclesiasticus adeundus est.*

82 *Limita, ut non procedat quando quæstio vertitur inter Procuratorem Coronæ, & Donatarium, vel inter duos Donatarios, aut in causa possessoria, aut quando igitur de bonis quibus jus patronatus est annexum, quia tunc cognitio pertinet ad Judicem Regiæ. Coronæ.*

1 IN secunda parte hujus operis ubi actum fuit utrum præscriptio locum habeat contra Principis supremam jurisdictionem, & potestatem, promisimus numero finali agere in præsenti an jura regalia atque jurisdictio, quæ pertinent regi ratione dignitatis, vel præeminentiæ, possint contra Principem præscribi, & sic in præsentiarum agendum est in primis de præscriptione jurisdictionis, an scilicet subditus possit contra Principem jurisdictionem solitam concedi præscribere, & quidem de jure communi variæ sunt opiniones, an jurisdictio à subdito possit præscribi, atque merum, & mixtum Imperium, & affirmativam partem tuentur, Jason. *in L. Imperium n.20. ff. de jurisd. omnium judic.* Mascard. *de probat cons.* 1053.
à *n.* 14. Covar. *in regula possessor. p.* 2. §. 3. *n.* 1. & 3. 2
Bald. *de præscript. 2. part. quintæ princ. sect.* 3. *n.* 1.
& 4. & cum Alex. Rolan. & Deciano Petr. Barb. *in*
L. comperit n. 116. *C. de præscript. trig. vel quadrag. annorum*, quibus addo Menoch. *consil.* 2. *n.* 70. & 71.
post alios Sixtianus *de Regalib. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 144. Marsill. *de Magistr. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 6. & 7. Valasc. *de jure emphyt. q.* 8. *n.* 36. Cald. Pereir. *cons.* 28. *n.* 38. & 40.
Ripol. *d. Reg. c.* 43. *n.* 44.
Negativam verò sententiam, sequuntur Bald. *in* 3
L. 1. *c.* 7. *ad med. C. de emancipatione liberorum*,
Igneus *in L. necessarios §. non alias p.* 4. *n.* 90. *ff. ad S. C. Scillanianum*, Greg. Lopez *in L.* 6. *tit.* 19. *part.* 3. *verb. justitia*, per text. ibi Mastr. *d. c.* 19. *n.* 6.
Sed prima opinio verior est, & tenenda, quam 4
etiam sequuntur Valasc. *cons.* 120. *n.* 20. & 21. & *cons.* 167. *n.* 20. & *seqq.* Reynos. *observ.* 60. *n.* 4. Tondut. *resol. civilium c.* 25. *n.* 16. & hanc veriorem dicit Barb. *in d. L. comperit n.* 118. & 119. Gasp. Val. *in d. L. Imperium n.* 121. *de jurisd. omn. judic.* Valenz. *cons.* 93. *n.* 42. Castill. *de tertiis c.* 21. *n.* 2. Aug. Barb. *in collectan. ad text. in c. super quibusdam §. præterea de verborum significatione.*
Præscriptio autem non sufficit ordinaria, neque 5
longissimi temporis, debet esse immemorialis, &
præter citatos proxime tenent Azeved. *in L.* 1. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recopilat.* Larrea *alleg. fiscal.* 69. *n.* 3. & *seqq.* Mastrill. *d. c.* 19. *n.* 17. Cabed. *dec.* 41. *n.* 1. *p.* 2.
Reynos. *observ.* 65. *n.* 25. Barb. *in d. L. comperit n.* 122.
& *seqq.* Neque mirum videri debet, quia cum juris- 6
dictio merum, & mixtum imperium à Principe concedi possit, & soleat, ut alibi diximus, etiam præscribi valeat, cum omne concessibile sit etiam præscriptibile *L. in suum ff. de aqua pluv. arcend.* Horat. Montan. *de Regal. in prœl. n.* 33. *fol. mihi* 31. Ripol. *eod. tr. lib.* 1. *c.* 2.
n. 12. Cancer. *lib.* 2. *variar. c.* 2. *n.* 119. Mastrill. *d. c.* 19.
n. 17. Valasc. *cons.* 93. *n.* 40. Præsertim si præscriptio 7
sit immemorialis, hæc enim dicitur alterum jus naturale, Molin. *de primog. lib.* .. *c.* 2. *n.* 21. Mend. à Castr. *in prax. l.* 1. *c.* 2. *n.* 10. & inducit titulum omni exceptione majorem *L.* 2. §. *idem Labeo juncta gl. ibi ff. de aqua pluvia arc. L. hoc jure §. ductus aquæ ff. de aqua quotidian. & æstiva*, Gasp. Thes. *li.* 2. *quæstionum for. q.* 27. *n.* 15. Cevall. *commun. contra commun. q.* 45. *n.* 1. Castillo *lib.* 5. *contr. c.* 92. §. 8. Paris. *cons.* 26. *n.* 27. Ripol. *de Regalib. cap.* 43. *n.* 61. & 62. Et insuper immemorialis possessio habet vim privilegii, & concessionis Principis, atque constituti, & præsumptionem juris, atque pro titulo reputatur *d. c. super quibusdam §. præterea*, ubi
Canonistæ Cravet. *de antiquit. temporis* 4. *p. quinta* 8
principalis n. 73. & 74. Bursat. *cons.* 142. *n.* 19. & *cons.* 160. *n.* 19. *lib.* 2. Marta *de jurisdict.* 1. *p. c.* 42. *n.* 26. Marsill. qui alios citat *de Magistr. li.* 1. *c.* 19. *n.* 18. Larrea *alleg.* 69. *n.* 3. Sixtin. *d. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 138.
Immo tempus immemoriale tantum potest quantum 9
Imperator cum causa, Jason. *in L. quo minus n.* 42. *ff. de fluminib.* Balb. *de præscript.* 2. *p. tertiæ principalis q.* 1. *n.* 28. & dixit Andreas Afflict. *dec.* 239. Ruin. *cons.* 118. *n.* 10. *vol.* 4. Sixtin. *d. c.* 5. *n.* 139. Marta *d. c.* 32. *n.* 27. & 28. & insuper immemorialis præscriptio æquivalet pacto, & plus operatur quam ipsum pactum *L.* 2. *ubi gloss. C. de dotis promissione*, Curt. *cons.* 80. *n.* 12. & *cons.* 166. *n.* 12. *vol.* 2. Felin. *in c. cum accessissent. n.* 46. *de constitut.* Mastrill. *d. c.* 19. *n.* 11. & 12. & denique habetur pro veritate Afflict. *dec.* 239. *n.* 6. Mart. *d. c.* 32. *n.* 28. Subindeque ita ut titulo donationis jurisdictio acquiri potest; ita & immemoriali præscriptione, Oldrad. *cons.* 172. Mastrill. *ubi proximè n.* 13. licet præscriptio generaliter sit prohibita per legem, quia immemorialis semper censetur excepta *L. servitutes prædiorum* 16. *ff. de serv.* juncta *d. L. hoc jure §.*
ductus aquæ, ut scribunt Felin. *in rubr. de præscript. n.* 10
18. Pinel. *in auth. nisi tricennale, n.* 20. *C. de bon. mat.*

Missinger

Missinger. *respons.* 48. *n.* 12. dixit communem Balb.
de præscr.p.5. quartæ principalis q. 9. *n.*3. Menchac.
*illustr.c.*82.*n.*7. tenendo partem affirmativam, Castil.
*de tertiis c.*24. *n.*.. Sixtin. *d.c.*5. *n.*140. Solorzan. *de*
*jur.Indiar.tom.*1. *li.*3. *c.*3. *n.*77. Larrea *allegat.* 69.
*n.*13. Tondut. *d. c.*25. *n.*15.
11 Denique immemorialis præscriptio, neque per
Principem tolli potest, Ant. Petra *de potestate Prin-*
*cipis c.*25.*n.*26. Larrea *allegat.*13.*n.*7. *& allegat.*15.
*n.*1. Gironda *de privil. n.*903. Surd. *cons.* 262. *n.*65.
Unde recte dicendum est subditum posse immemo-
riali præscriptione acquirere jurisdictionem etiam
contra Principem; sed an requiratur Principis scien-
tia, & patientia, ut præscriptio operetur, dubium est,
namque plures affirmativam opinionem sustinent ex
ea ratione, quia in incorporalibus (qualia sunt ju-
risdictio, & jura regalia) non acquiritur possessio;
nisi data scientia, & patientia adversarii L. *fin. ff. de*
12 *serv. L.*2.*C.eod.* L.1.§.*fin.ff.de servit. rusticorum L.si*
à te emero ff.si servitus vendicetur, Menoch. *de arbitr.*
casu 162.*n.*4. Guilken. *de præscr.p.*2.*membr.*3.*c.*12.*n.*
4.8.9. *&* 10. Fontan. *de pactis nupt. claus.* 4. *gl.*17.*n.*
61. Cald. Pereir. *de emption. & vendit.c.*12.*n.*11. *cum*
seqq. Castill. *de usufruct.c.*12. *ex n.*27. *& de tertiis c.*
28.*n.*1. *& seqq.* Aug. Barb. *in* L.2.*n.*10. *C. de servit. &*
*n.*11. *&* 12. Salgad. *de protect.p.*3.*c.*10.*n.*13. *&* 16. No-
guerol. *alleg.*26.*n.*379. Ac proinde cum præscriptio
13 non procedat sine possessione *c. sine possessione de reg.*
jur. in 6. Mascard. *concl.* 24. *n.* 23. *& concl.* 946.*n.*
8. Honded. *cons.*79.*n.*47.*lib.*1. post alios Larrea *alleg.*
16. *n.*1. atque ita etiam in immemoriali necessariam
esse Principis scientiam, & patientiam docuerunt.
Aretin. *in* L. *more n.*4. *vers. elige tamen ff. de acquir.*
hæreditat. Immola in L.1.§. *denique n.*5. *&* 6. *ff. de aqua*
pluvia arcenda, Panormit. *in c. cum Eccles. Sutrinæ*
*n.*67. ne causa possessionis, & proprietatis, Salicet.
*in L. vectigalia n.*5. *&* 6. *Cod. vectigal. nova imponi*
non posse. Palat. Rub. *in repetione capitis per vestras*
*de donat. inter notabil.*2.§ *sed est pulchra n.*43. Ant.
Gabr. *lib.*5. *communium tit. de præscr. concl.*1.*n.*59.§.
contrarium voluit. Mascard. *de probat. concl.*125.*n.*45.
Covarr. *in d. reg. possess. initio* 2.*par.n.*8.§. *est profecto*,
post plures Castill. *de tertiis c.* 28.*n.*1. & cum Bart.
Bald. Dec. & Bruno Oliva *de foro Ecclesiæ p.*2. *q.*7.
*n.*17. Larrea *alleg.* 9.*n.*14. *& alleg.* 120. *n.*32. Sal-
gad. *de protectione* 3. *p. cap.* 10. *n.* 13. *& seqq.*
14 Contrariam tamen opinionem, quod scilicet ad
acquirendam iurisdictionem ex præscriptione imme-
moriali non sit necessaria scientia, & patientia Prin-
cipis, tenent plures, & communiorem dicunt Anto.
Gabr. *d. concl.*1 *n.*59. Jas. *in L. Imperium n.*21.*ff. de*
jurisd. omn. judic. Dec. *cons.*85.*n.*2. Tiraq. *de nobilit.*
*c.*14.*n.*4. Valasc. *de jure emphyt. q.*8. *n.*36. Gutierr.
*practic.lib.*1.*q.*85.*n.*21. *& seqq.* Cevall. *commun. contra*
*commun.q.*45.*n.*2. Sixtin. *de Regal. lib.*1. *c.*5.*n.*150.
Mascard. *concl.*1215. *n.*42. *&* 46. *& concl.* 1312.*n.*51.
Octavian. Cacher. *dec. Pedemonta* 101.*n.*19. Tiberius
Decianus *cons.*124.*n.*49.*lib.*3. Camill. Borrell. *de præ-*
*stantia Regis Catholic. lib.*1. *c.*8. *n.*44. *&* 45. Caval-
can. *dec.*4.*n* 3. *&* 4. Greg. Lopez *in L.*3.*tit.*2. *partit.*1.
verb. consentiendolo el señor. Molina *de primogen. lib.*
2.*c.*6.*n.*15. Valençuel. *cons.*79.*n.* 96. *& cons.*93.*n.*44.
Tusc. *litt.T. concl.*40 *n.*104. Calist. Ramires *de lege*
Regia §.24.*n* 29. Peregr. *de jure fisci lib.*2.*tit.*2.*n.*66.
Mastrill. *de Magistr. lib.*1.*ca.*19.*n.*21.22. *&* 23. Petr.
Barb. *in* L. *comperit.n.*128. *usque ad n.*135. Castill. *d.*
15 *cap.*28.*n.*5. *& seqq.* qui nervose hanc partem tuetur,
Oliva *d.q.*7. *n.*16. *& n.* 18. dissidentes sententias con-
cordare conatur, qui omnes in eo præcipue fundan-
tur, quod talis præscriptio habetur loco tituli, &
privilegii, & æquiparatur pacto, immo plus valet, &
operatur quam pactum, & ideo ita ut in præscriptio-
ne minoris temporis incorporalium non requiritur
scientia, & patientia adversarii, quando præscribens
habet titulum, & bonam fidem, Greg. Lop. *in L.*15.
*tit.*31. *partit.*3. Fachin. *lib.*8. *controv. c.* 20. Castill.
de tertiis c. 28. *n.*3. ita etiam non desideratur scien-
tia, & patientia in præscriptione immemoriali, quasi
ex ea resultet titulus legitimus, & potentissimus: vel
saltem ex eo, quod per tantum temporis cursum scien-
tia, & patientia præsumatur, & hæc videtur melior
opinio secundum jus commune.
Dicit autem Castill. *d. c.*8. *n.*6. & quidem bene, 16
quod inane & frustratorium videtur, quod Doctores
involvunt de scientia officialium Principis, an suffi-
ciat, vel non, de quo Villalob. *commun. opin. litt. S.*
*n.*8. *&* 10. Larrea *allegat.*15.*n.*6. Covarr. *in reg. posses-*
*sor.*2.*part. in initio n.*8. Garcia *de benef.*5.*p.c.*6.*n.*136.
Thusc. *litt. C. concl* 196. *n.* 39. Si enim ex meliori
sententia diximus Regis scientiam non desiderari,
utrique neque officialium erit necessaria.
Sed quamvis hæc ita se habeant secundum jus
commune, de jure Regio aliud dicendum videtur
ex *Ord. lib.*2. *tit.*9.§.1. ubi ad præscriptionem juris-
dictionis necessaria est possessio immemorialis cum
patientia, & scientia Regis quæ non sit ab officiali-
bus contradicta, nisi dixeris prædictam scientiam
in præscriptione Ecclesiasticorum, non vero in præs-
criptione laicorum; sed hæc responsio divinatoria
videtur, & sic potius crederem, quod ad jurisdictio-
nem scientiam Principis, & officialium necessariam
esse juxta primam opinionem.
Major dubitatio est, an attento jure Regio pro-
cedat communis opinio ex eo, quia jurisdictionalia 17
in Regno inpræscriptibilia sunt, quia in eis damna-
tur etiam immemorialis possessio; *Ordinat. lib.*2.*tit.*
45. §. 10. *&* 56. Valasc. *de jure emphyt. q.* 8. *n.*22.
26. *&* 36. Cabed. 2.*p. dec.*9.*n.*2. *& dec.*12.*n.*1. *& dec.*
[illegible] *n.*8. *& decis.*65.*n.*10. *&* 12. Emmam. Barb. *ad*
[illegible] *d.*§.10. Reynos. *observ.* 65. *n.*29. Oliva *de for.*
*Eccles.*2.*p. q.*7.*n.*3. *&* 7. Mol. *de just. & jure dist.*75.
*n.*18. Phæb. 2.*p. dec.*213.*n.*9. Gabr. Pereir. *de man.*
*Reg. p.*2. *c.*37. *à n.* 13.
Verum adversus prædictam resolutionem insurgit,
Petr. Barb. *in d. L. comperis à n.*141. *& in L. quominus* 18
*ff. de fluminibus n.*30. Et ego vidi Consilium ejusdem
manu scriptum ubi etiam tenuit eandem opinionem,
nempe etiam de jure Regio, jurisdictionem tempore
immemoriali præscribi posse, idemque tenuerunt
Valasc. *d. cons.* 141. *à n.*4. & Emman. Bar. *in d.* §.
10. *vers. sed advertendum dic.* Gabr. Pereir. *d. c.*37.*n.*
13. *&* 14. qui ea ratione fundantur, quod leges
Portugalliæ non solent facile recedere à receptis
opinionibus juris communis, secundum quod juris-
dictio tempore immemoriali præscribitur, ut dictum
est supra, & etiam de jure Regio hæc sententia, pro-
batur ex *Ord. lib.*1.*tit.*75.§.3. *& lib.*2.*tit.*40.*in princ.*
*& lib.*1.*tit.*67. *in princ.* ibi: *Non probibetur præscrip-*
tio circa jurisdictionem Regiam, & melius ex *Ord. d. li.*
2.*tit.*9.§.1. ibi: *Mostrando elles, em que casos, & deli-*
tos ha o dito costume, & posse immemorial, facit Ordin.
*lib.*2.*tit.*27. §.1. quæ agens de exactione tributorum
immemorialem admittit præscriptionem, unde tam
jure communi, quam Regio jurisdictionem consue-
tudine, & possessione posse acquiri manifeste constat,
neque à Doctoribus satisfit *Ordinat. supra dictis.*
Ordinatio vero *d. lib.*2. *tit.*45. §. 10. procedit in
præscriptione etiam immemoriali juris majoriæ, seu 19
correctionis, quæ ad supremam Principis jurisdictio-
nem pertinet, contra quam nulla datur præscriptio,
ut diximus *lib.*1. *p.*2. *c.*9. ultra quod, ut bene ad-
vertit Pereir. *d. n.* 13. *vers. nec obstabit*, Ordinatio
post quam disposuit in princ. *d. tit.*45. *&* §.1. *&* §.6.
donatarium ut non posse majori jurisdictione, quam
concessa in donationibus, disposuit *in* §. 8. nullam
exercere posse correctionem, nisi expresse illi id
fuisset

fuisset concessum, ut *in* §. 9. & statim *in* §. 10. disposuit eis verbis ibi: *E rodo o sobredito neste titolo mandamss que se cnmprara, & guarde sem embargo de qnalqner posse em que os senhores das taes terras estem, on ao diante esteverem, ou uso, an costame de qua usarem*: ac proinde dispositio illius §. in quo possessio immemorialis damnatur, procedit respectu correctionis, & donationum Regis, ut donatarii, eas excedere nequirent, non verò respectu eorum, qui nulla apparente donatione præscriptione immemoriali quæsierunt jurisdictionem, quæ vel quæritur tit. vel præscriptione immemoriali, ut tradit Peregr. *de fideicommiss. art.* 52. *n.* 141. quē sequitur Barb. *in d. L. comperit n.* 141. quia possessio immemorialis in prædicta specie habet vim tituli, & privilegii, ex *d. L.* 2. §. *idē Labeo ff. de aqua pluvia arcend. L. hoc jure* §. *ductus aquæ ff. aqua quot. & æstiva.*

20 Neque etiam obstat *Ord. d. tit.* 45. §. 55. & 56. loquitur enim in donatariis, qui abutuntur juribus, & jurisdictionibus per donationes concessis, cū enim habeant contra se titulum, & malam fidem, non possunt ultra titulum præscribere cum sint in mala fide, *L. quemadmodum* 7. *C. de Agricol. & cens. lib.* 11. *cap. dudum* 31. *de decimis*, Mol. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 67. & 68. Lara *de vita hominis c.* 31. *n.* 86. Cresp. de Valdaura. *observ.* 63. *n.* 25. neque præscriptio cum mala fide sustinetur *c. fin. de præscriptionib. c. possessor. de reg. jur. in* 6. *Ord. lib.* 4. *tit.* 79. *in pr.* Covarr. *in d. reg. possessor*, Grat. *c.* 78. *n.* 44. & *c.* 163. *n.* 2. Franc. Vivius *dec.* 33. *n.* 20. Pinel. *in auth. nisi tricennale n.* 56. *Cod. de bon. mat.* Barb. *in d. L. comperit n.* 141. & 142. & *seqq.* Valasc. *d. cons.* 141. à *n.* 4. Gabr. Pereir. *d. c.* 37. *n.* 13. *vers. si igitur cum seqq.* ubi optime sustinet hanc opinionem, qui *n.* 15. & 16. eam intrepide admittit, saltem casu quo subditus allegando titulum habitum à superiore, illum probare intendit indirecte per tempus immemoriale, quod allegatur ejus existentia, ex immemoriali possessione comprobatur, præsertim quia præscribens non tantum fundatur immemoriali consuetudine, quoad acquisitionem jurisdictionis, sed in titulo allegato, cujus probatio fit per immemorialem possessionem; & sic non tantum ex vi præscriptionis, sed tituli præsumpti, procedit jurisdictio, atque ideo licet aliquo modo videatur in jurisdictionalibus de jure Regio prohibitū esse præscriptionem sine titulo, tamen quando ille allegatur, & probatur præscriptione immemoriali, neutiquam dici potest præscriptione quæsitam jurisdictionem.

21 Sed obstare videntur tradita per Valasc. *d. jur. emphy q.* 8. *n.* 27. & 32. Cabed. *dec.* 9. *in fin. p.* 2. Anton. Gabr. *lib.* 4 *de rest. spoliat. cōcl.* 1. *limit.* 56. *n.* 188. Barb. *in d. L. comperit. n.* 147. & *seqq.* Valenz. *cons.* 71. *n.* 9. Capyc. Latr. *dec.* 190. *n.* 7. Peregr. *de fideic. art.* 52. *n.* 141. qui omnes tradunt spoliatum jurisdictione Principis authoritate non esse restituendum, cum enim Princeps habeat fundatam intentionem circa jurisdictiones sui Principatus, & sic assistentiam juris communis, quod resistit possessioni ipsius spoliati, siquidem jurisdictio non potest possideri à privato cum sit de reservatis, recte apparet in spoliato defectus proprietatis; spoliatus autem quando notoriè constat de dominio spolian-
22 tis, spoliati, nullo modo restituendus est juxta doctrinam Innocentii *in c. cum Ecclesia Sutrina de causa possessionis, & proprietatis*, Menoch. *de recuper. remed.* 1. *q.* 19. *n.* 131. Mascard. *de probat. concl.* 1327. *n.* 1. Oliva *de foro Eccles. q.* 16. *n.* 36. Peregr. *d. art.* 52. *n.* 141. Barb. *in d. L. comperit. n.* 147. Noguerol. *alleg.* 26. *n.* 388. Solorz. *de jur. Indiar. to.* 2. *lib.* 2. *c.* 28. *n.* Hier. Leo *dec. Valentina* 24. *n.* 13. Garcia *de nobilit. gl.* 12. *n.* 86. Ant. Gomez *in L.* 45. *Tauri n.* 183. Mier. *de majorat.* 3. *p. q.* 15. *n.* 59. D. Joseph. Vella *dessert.* 49. *n.* 64.

23 Verum respondet Petr. Barb. *ubi supra n.* 148. quod *Ord. d. lib.* 2. *tit.* 45. §. 56. nō loquitur in casu nostro, sed diverso; nempe casu quo donatarius ultra contenta in donatione jurisdictionem exercet, tunc namque si spoliatur jurisdictione, restitui nequit, quia ultra titulum vult possidere contra jus commune, & *n.* 149. tradit, quod licèt jus commune præscribenti resistat, tamen ea ratio tantum concludit quando quis ante completam præscriptionem immemorialem spoliatur possessione jurisdictionis: non tamen procedit si spolietur jurisdictione postquam habuit loco tituli possessionem immemorialem jam completam, ut optime tradet idem Barb. *n.* 150. tunc namque non datur solum titulus coloratus, sed titulus verus probatus ex possessione immemoriali, cum tamen Possessio colorata etiam in materia decimarum, quæ præscribi prohibentur, adeo ut possessori spoliato non detur restitutio, *c. ad decimas* 8. *de restit. spoliat. in* 6. sufficiat, ut spoliatus manutenendus sit in sua possessione, ut cū pluribus tradit Barb. *in d. L. comperit n.* 152. & Peregr. *d. art* 52. *n.* 142. Et sic concludimus etiam de jure Regio præscribi posse jurisdictionem, saltem si allegato titulo probetur immemorialis præscriptio, *Ord. d. lib.* 2. *tit.* 45 §. 55. & 56. procedere in donatariis excedentibus contenta in donationibus, quibus nulla possessio suffragatur, ut bene declarat *Ord. d. li.* 2. *tit.* 27. §. 3. quæ postquam proposuit casū in donatariis qui juxta forale poterant exigere certa tributa, & alia diversa petebant, ita statuit ibi: *lhes parecia que nā se podia dizer que prescreveraon, pois sempre contra os taes estava a ma fé provada pello foral que aly bavia, no qual nunca semelhāte cousa se declarou que pagassē, & assy das semelhantes cousas se naon devia pagar se embargo de posse algunaque contra isso se pudesse allegar.*

Ex dictis consequitur jura Regalia quæ competunt 24
Regi ratione dignitatis, & præeminentiæ, de quibus *in c.* 1. *tit: quæ sint Regalia, Ord. li.* 2. *ti.* 26. ita ut jure communi præscriptione immemoriali, vel consuetudine, quæ hominum memoriam excedat, possunt acquiri juxta text. *in c. super quibusdam* §. *præterea de verb. sign. gl. magna in fine in Auth. de defensorib. civit.* §. *consid.* Bart. *in L. in causæ a.* 2. §. *fin. ff. de minor.* Sixt. *de Regalib. li.* 1. *c.* 5. *n.* 130. & *seq.* & *n.* 137. Belluga. *in spec. Princ. rubr.* 23. §. *sed pene*, Menoc. *cons.* 2. *n.* 309. 25
Mastril. *de Magistr. lib...c.* 19. *n.* 7. & *seqq.* Ripol. *de Regal. c.* 43. *n.* 131. & *seqq.* Valasc. *cons.* 141. *n.* 7. & 8. & *cōs.* 120. *n.* 20. & 21. & *cōs.* 167. *n.* 20. & *seq.* Valenz. *cōs.* 93. *n.* 42. Molin. *de primog. li.* 2. *c.* 2. *n.* 20. & 21. Castill. *de tertiis c.* 21. *n.* 2 & 3. Reynos. *observ.* 65. *n.* 4. Giurb. *observ.* 71. *n.* 2. Fondut. *ref. civil. c.* 25. *n* 16. Gabr. Pereir. *de manu Regia* 2. *p. c.* 37 à *n.* 12. Balb. *de præscrip.* 2. *p. quintæ prin. q.* 3. Barb. in *d. L. comperit. C. de præscrip.* 30 *n.* 161. Molin. *de just. & jur. disp.* 75. *n.* 20. Salgad. *de protect.* 3. *p. c.* 10. *n.* 148. Ex ea ratione quia cū dicta jura concessibilia sint, utique etiam præscribi possunt ita etiā de jure Regio immemoriali possessione possunt præscribi, ut expressè disponit *Ord. li.* 2. *tit.* 27. §. 1. & ita tenent Vala- 26
sc. sibi contrarius *cons.* 141. à *n.* 4. Barb. *in d. L. comperit* à *n.* 165. *cum seq.* Gabr. Pereir. *d. c.* 37. a *n.* 13. qui aiunt quod cum hæc Regalia de jure communi sint præscriptibilia, & leges hujus Regni non soleant facile recedere à dispositione juris communis, idem de jure Regio dispositum censeri debet quod jus commune statuit, maxime cum *Ord. d. tit.* 27. §. 1. hanc partē amplexa sit.

Cæterùm Valasc. *de jur. emphyt. q.* 8. *n.* 36. & Cabed. 2. *p. d.* 65. *n.* 2. 7. & 8. & *in tract. de patronatu Regiæ Coronæ c.* 7 *n.* 2. tradūt de jure Regio in juribus Regalibus nō esse locū præscriptioni immemoriali. ex *Ord. d. tit.* 45 §. 56. sed falli videntur tam ex dictis supra, & *Ord. d. tit.* 27. §. 1. quam ex eo, quod *Ord. d. tit.* 27. §. 56. in qua fundātur, procedit quādo possessores prædicta jura prætendunt cōtra id quod in donationibus cōtinetur, & prohibetur *in Ord. d. tit.* 45. §. 55. & quāvis in *d.* §. 56. generalē regulā videatur constituere, quæ non solū comprehendit jurisdictionalia, sed & alia jura de quibus *d. tit.* 45. §. 34. & 35. tamen vere loquitur de eo qui ultra contenta in donatione jura Regalia exigere intendit, cui mala

f e, ·ocet, *Ordin.d. tit.*27.§.3. Neque alibi reperitur p oh bita præscriptio ju ium Regalium, & sic bene procedit præscriptio juxta superius tradita. Ultra quod etiamsi verba *d.*§. 56. generalia forent, tamen semper intelligi debent juxta subjectam materiam *L.plenum* 12.
26 §.*equitis ff. de usu,& habit.* Cyriac.*contr.*62.*n.*18.20.& 22. Valenz.*consf.*119.*n.*106.& 107. & cũ in rubrica sob qua d.§. est insertos, agatur de modo, & forma qua donatarii uti debent jurisdictionibus, & juribus donatis, intelligenda est *d.Ord.* de materia de qua agebatur circa donatarios, qui abutuntur sois donationibus; maxime cum ex verbis ipsius *Ord.* hoc ipsum colligatur in principio ibi: *E e alguns dos sobreditos fizerem o contrario,* & in fine §.ibi: *E mandamos aos Corregedores que tenhão grando cuidado, &c.*

Neque obstat *Ord.li.*2.*tit.*28.*in fine princ.* obi damnatur præscriptio fodinarum metallorum, & decimæ piscium, etiamsi immemorialis sit, quia respondetur Legislatorem ibi statuisse ex quibuscumque clausulis
27 donationum non censeri concessas prædictas fodinas, vel decimas, & ideo prohibuisse præscriptionem immemorialem in dictis duobus casibus tantum ibi: *E para præscripção das ditas causas?* ac proinde cum lex in bac parte sit specialis, noo est ad alios casus trahenda, ut est vulgare; sub indeque jura Regalia, quæ competunt, ratione dignitatis, & præeminentiæ, etiam de jure Regio præscribi possunt immemoriali consuetudine; jura autem quæ competunt ratione supremi dominii, & subjectionis, oullo tempore possont præscribi, ut diximus hac 3.*p. c.* 1.*n. & seq.*

Restat inquirere an jus patronatus Regiæ Coronæ possit à privato præscribi, in quo diversæ sunt opiniones, & pars negativa probatur ex eo, quod jus patronatus Coronæ cõputatur inter bona illius *Ord.li.*2.*tit.*35.
28 §. 5. ubi jus patronatus Coronæ esse deciditur ibi: *Que saõ da Coroa do Reyno:* & io fine ibi: *Assi como dito he nas cousas da Coroa de Reyno*, tenent io specie Cabed. *de patron.Reg.Cor.c.*4.*n.*6.& *c.*12.*n.*6. Et quod patronatus Coronæ sit jus regale, docent Joan. Monac. *in c.generali de elect.in* 6.& *in c.*2.*de prab.in* 6. Camill. Borrell. *de præstant.Regis Catholici c.*5. *n.* 7. Salgad.*de protect. Regia* 3.*p.c.*148.& 226. qui dixit hoc Coronæ esse incorporatum, Phæb.2.*p.dec.*213.*n.*9. quare non procedere præscrptionem contra Principem dixit Valasc.*de jur.emphyt.q.*9.*n.*26. Cabed.*de patron.c.*7.*n.*2.& *c.*34.*n.*3.&2.*p.dec.*65.*n.*3. Salgad.*d.*3.*p.c.*10.*n.* 148. Solorzan.2.*tom.lib.* 3. *c.* 2. *n.* 25.

Affirmativa vero sententia probatur ex eo quod regulariter jus patronatus donari, legari, & cedi potest, non tam Ecclesiæ quam laico, ut diximus hac 3.*p.c.* 28. *n.*41. ac proinde jus patronatus regium etiam à Principe potest donari, & concedi, *Ord.d.tit.*35.§.5. ibi: & *forem dados à alguns fidalgos, & outras pessoas por seus merecimentos*, atque ideo præscriptione potest acquiri, *c. querelã de elect. Conc.Trid.sess.*25.*c.*9. & scribunt Alex. *consf.*74.*n.*8.*vol.*4. Lambert.*de jur.patrõ.lib.*1 *p.*1.*q.*10. *in princ.art.* 5. *n.* 45. *ad fin.* Rip.*in rubr. de jud. n.* 79. Tusc.*litt.I.concl.*604. Covarr. *reg.possessor.*2.*p* §.10.& *practic.c.*36.§. *quarto est,* Vivian. *in prax. juris patron. lib.*2.*c.*9.& *lib.*4.*cap.*8. Cabed.*de jur. patron.c.* 2.*n.*3. Solor.*de jur.Indiar.*2.*tom.lib.*3.*c.* 2.*n.*24.

Maxime quia jus patronatus Regiæ Coronæ nõ obstantibus bis amittit naturam suam, immo quando agitur de illius proprietate, jodicium competens est Ecclesiasticum, *Ord.lib.*2.*tit.*1.§.7. quia est spiritualibus anneaum *c.quanto de jud.* Lambert.*lib.*2.*p.*2.*art.*7.*q.*3. *prin.n.* 4. & 5. Andr. Gail.*lib.* 1. *observ.* 38.*n.*6. Covar.*d c.*36. Cabed. *de jure patron.c.* 49.*à n.* 1. & 2.*p. dec.*120.*n.*3.& *arest.*91. Cald. Pereir. *consf.*5.*n.* 6.& 7. Cevall.*de cognitione per viam violentiæ p.*2.*q.* 94. licet alius sit quando qoæstio vertitor inter Procuratorem Coronæ, & Donatarium, vel inter duos Donatarios, vel in causa possessoria, aot quando agitur de bonis quibus jus patronatũs est anneaũ, quia tunc cognitio pertinet ad Judicem Regiæ Coronæ, *Ord.d.tit.*1.§.7. Cabed.*d. c.*49.*à n.*8.*cũ seqq.* si igitur jus patronatus Coronæ Ecclesiasticum est, & naturam oon mutavit, ita contra Coronam procedit præscriptio, ùt contra privatũ; propter quæ fundamenta hanc sententiam amplexus est Petr. Barb.*in d.L.comperit n.*180.*usque ad n.*185. ubi contrariæ partis fundamentis satisfacit, & saltẽ præscriptioni immemoriali posse jus patronatus contra Regem acquiri, satis super que probatum manet supra, dum egimus de præscriptione aliorum jorium Regalium, quæ etiam de jure Regio procedere ostensum manet.

Et cũ his finẽ imponimus huic secundo tomo hujus tractatûs, in laudem Omnipotentis Dei, Virginisque Matris.



INDEX



INDEX
RERUM, ET VERBORUM
Quæ in hoc ſecundo Tomo continentur.

Primus numerus, Caput, ſecundus, numerum marginalem indicat.

Ff 2

Advoca-

Jus

Fictio

habere

Dolus

Refertur

Vendita

L

Lapilli.

Læsio.

Legatum.

Legitima.

Legitimatus.

Litigium.

Lex.

Inter-

Casus

Privilegium.

Procurator.

Probatio.

Prodigus.

Professio, Professus.

Proximus.

Pupillus.

Q

Quarta.

R

Reficere.

A refectio-

Intel-

Testes.

Tertia.

Transmiss.

Tributum.

Tutor.

Turpitudo.

V

Vassalus.

Venditio.

Venatio.

F I N I S.







